CONSILIORVM
SIVE MAVIS
RESPONSORVM
ROLANDI A VALLE,

IVRIS CVM CIVILIS TVM PONTIFICII CONSVLTISSIMI PATRICII CASALENSIS, equitis, ac in Senatu Montisferrati Præsidis dignissimi.

Liber Quartus.

CVM INDICE RERVM OMNIVM LOCVPLETISSIMO.

Cum Priuilegijs Summi Pont. Cæsareæ Maiestatis, Regis Christianissimi; Catholici Regis Hispaniarum, ac Illustriss. Senatus Veneti & aliorum Principum.



VENETIIS,

Apud Franciscum Zilettum, & Franciscum Portonarium. MDLXXVI.

BEATISSIMO SANCTISSIMOQVE D. D. NOSTRO PONT. MAX. GREGORIO XIII.

Rolandus à Valle Senatus Montisferrati Pręses.

S. P. D.

ETSI Scio (Beatisſime pater) non adeo te abundare otio in tot, tantiſque Chriſtianæ Reip. grauiſſimis occupationibus diſtentum, ut rebus leuioribus, aut noſtris lucubrationibus legendis tibi uacare liceat. Tamen cum Regum, Illuſtrisſimorumque Principum, & grauium denique virorum in rebus cum priuatis, tum publicis adminiſtrandis, non me lateat ſæpenumero huiuſmodi Clarisſimorum virorum animi vires, corporiſque longo labore defatigatas aliquot horis ſucciſiuis vel familiarium colloquio, uel alicuius auctoris lectione refici, reparariq́ue ſolitos eſſe: Ne vigor ille perpetua defatigatione uictus opprimatur, inutiliſque ad obeunda negotia grauiſſima omnino reddatur, minuſque promptus ad conſilia, teſque gerendas efficiatur. Idcirco non putaui alienum mihi fore, neque à tua dignitate abhortere, ſi forte hoc tempore tuæ Beatitudini hoc noſtrum conſiliorum uolumen offerre, ac dicare voluimus, atque alijs in rebus maioribus occupatum nimis fortaſſe audacter interpellauimus. Tua enim (Beatiſſime pater) incredibilis in omnes humanitas, & mea in te ſumma pietas & obſeruantia mihi tuæ Beatitudinis fores & aditus patefecit, ut id pio, conſtantique animo, quod propoſueram, facerem. Nam cum tria conſiliorum uolumina ſuperioribus temporibus ad vtilitatem (ut reor) legentium in publicum ædiderim ſub Illuſtrisſimorum Principum meorum præſidio atque tutela emiſſerim, atque cum hoc quartum in lucem dare iam decreuiſſem, ne ſine alicuius præſidio & fauore illud in publicum prodiret, cœpi mecum longa animi mei indagatione diſpicere, cui potisſimum, tanquàm tutori ac patrono digniſſimo committerem, vt ſub protectione non uulgari in hominum manus tutius perueniret. Nemo tamen mortalium hoc tempore mihi in mentem occurrit, quàm meis hiſce votis magis reſponderet, quàm tui nominis amplitudo, & ſumma tuæ dignitatis auctoritas, ſed neque mihi, uel temeritati, uel arrogantiæ aſcribas quæſo, ſi tuam Beatitudinem, cum qua nulla vnquàm mihi interceſſit familiaritas, quæ meis lucubrationibus velut argiuus eſſet clypeus elegerim: Nam ſi ſeduli parentes liberis ſuis tutores fidiſſimos optimoſque ac ſapientiſſimos conſtituere ſolent, ut illi defendantur, qui per ętatem ſe tueri nequeunt, non erit (arbitror) mihi turpe, ſed potius laudabile horum exemplum ſecutus libris meis perinde ac liberis, te talem, ac tantum uirum, uel (vt verius dicam) ſalutare numen, tutorem diligere eoſque tibi conſecrare decreuerim, hoc noſtrum qualecunque uolumen: quod tametſi longe ſit lectione tua inferius, ſanctiſſimiſque ac doctiſſimis tuis auribus indignius, te tamen uel libentiſſime admiſſurum & lecturum quoque mihi ſuadeo, ſi quando à nauicula Petri moderanda dabitur otium, ſi minus aliam ob cauſam, ob hanc certè ſpero, quod numini tuo dicatum ſit. Noſti enim ex Pontificij regulis, ſacra eſſe quæcunque ſacris adhærent, Tu quippe ſacratiſſimus, ſanctiſſimuſque iure dicendus eras longè priuſquàm ad ſupremi huius muneris ſumi Dei propè æquale faſtigium, & Maieſtatem eueehereris: ſed quia dici conſueuit, non decere ædilitatem ſine populi ſuffragio gerere, Idcirco ſacratiſſimi illi patres, & diuiniſſimi Heroes Cardinalitio galero præfulgentes, Diuino certè aflati numine, & tuæ anteactæ uitę honeſtiſſimis, innocentiſſimiſque moribus, & eximia bonarum diſciplinarum eruditione, & legum in primis ſacratarum cogni-

tione,animo ſecum trutinantes, tanquàm ex altiſſima ſpecula proſpicientes te unum ad maximas res agendas natum,altum, educatum, & in omni ſapientiæ ſtudio diutiſſimè exercitatum neutiquam paſſurum Domini ouile truculentiſſimis undique lupis circumſeptum, & Chriſtianam Rempub.his miſeriis coniectam,ulterius conflictari: Romanæ Eccleſię rationem habentes, & in ſuffragiis ferendis commodorum ſuorum planè obliti, tibi uni partes ſuas concedendo, te ſtatim initio uix dum conclaue ingreſſi inter tot probitatis, Religionis,ſanctimoniæque pręclara lumina, & ornamenta potiſſimum delegerunt, cui diuinorum omnium in terris Ius & arbitrium rectè committeretur,& id Iurequidem,tu ſiquidem is uerè es,qui abdicatis affectibus, ætate matura,conſilio,ingenii ſolertia,acumine,grauitate,conſtantia & magnitudine, uelut alter Ianus & Hercules inuictisſimus exactisſimam temporum,occaſionum,rerumque præteritarum,& futurarum tenens cognitionem, probe noſti,qua nam ratione præſentia ſint regenda & moderanda, futuraque uel præcauenda,uel deligenda, uel appetenda,quique honorans ſemper & colens: & quotidianis precans ſacrificiis IESVM CHRISTVM ualeres,diuinitate ſuffragante,fœliciter auertere quicquid ab immanisſimis Turcis, aut ab impurisſimis hęreticis poſſet accidere incommodi,qui uigeas totius ſapientiæ perſpicacitate,rerumque omnium, quæ ad bene ualent,beatèque uiuendum pertractione,& uſu,qui nihil non teneas,quod aut honeſtum ſit. aut expetibile, qui Deum ſemper ante oculos habendo,ad quem unum omnes tuos cogitatus,meditationes,conſultationesque referas, nullum habeas cum uanitate commercium,nunquàm à conſtantia,grauitateque diſcedas,nihil potius ducas in uita charitate erga impollutam CHRISTI religionem,pro qua etiam,ſi ſit opus,mortem oppetere, & pium,& pulcherrimum cenſeas,qui uirtutes ſolas ſolus,& ſcires,& poſſes,& auderes reſpicere,& ad ſuum nitorem reuocare, qui paſtorali affectu, & fortitudine, non mercenaria ſorde aut formidoloſitate Dominici gregis oues paſceres,uineam repurgares,quique non ſecus ſeruaturus eſſes uniuerſum populum Chriſtianum ex omni barbarorum impiorumque ſæuitia & immanitate, quàm ſummus ille ſacerdos Moſes ex Aegyptiorum Regis ſeruitute gentem Iſraeliticam electam liberauit. Quare poſſum verè cum reliquis omnibus exclamare: Deum humani generis redemptorem propius tandem reſpexiſſe plebem ſuam, & de excelſo ſancto ſuo miſericordes oculos in populum Chriſtianum conuertiſſe, Pontificem ter Maximum te hoc tam corruptiſſimo,inquinatiſſimoque ſeculo, in quo maior cœni,quàm cœli cura eſt, nobis benigniſſimè largiendo, qui omnibus mortalibus in rebus agendis acrior,melior,ſapientior, uigilantior,ſanctiorque & planè ſit, & habeatur. quem unum omnes ſuſcipiunt & adorant,ſed quando nihil dici,excogitatiuè poteſt, quòd ad uirtutum tuarum cumulum, & merita tua efferenda, non ſit minus efficax, quàm iudicium de te citra cunctationem ullam celeriter à diuinarum rerum arbitris, & immortalis Dei conſiliariis Cardinalibus factum,iam me cohibebo, ſanctiſſimam triada quàm anxiſſimè obſecrans ut terque,quaterque fœlix, fauſtum, fortunatumque ſit quicquid ſanctitas & Beatitudo tua,& cogitauerit,& dixerit,& fecerit,annoſque eius ſanctiſſimi paſtoris,cuius ſolium & cathedram ſublimem non clam,aut furtim,non ambitioſè,aut ſubdole conſcendiſti,ſed nutu quodam & conſilio diuino,& uno,& claro,eodem Cardinalium omnium Iudicio ſuffragioque atque conſenſu, non æques modo,ſed multis quoque paraſangis ſuperes,& tranſcendas, quo ſub tanti paſtoris uigilantiſſima cuſtodia, perenni cum ſecuritate Dominici gregis oues perfruantur, Vale.

INDEX

RERVM OMNIVM LOCORVMQVE INSIGNIVM, QVAE IN HOC VOLVMINE CONSILIO CONTINENTVR.

A

Index

appellari

B

C

causa

con-

D

Dictio

obligauit

E

Fama

G

Habens

inqui-

interpretatio

Iudices

L

M

N

O

P

fore

Pro-

S

Subditus

Index

d de

verbum

FINIS.

CONSILIORVM SEV MAVIS RESPONSORVM ROLANDI A VALLE,

IVRIS CVM CIVILIS, TVM PONTIFICII consultißimi, Patricij Casalensis, equitis, ac in Senatu Montisferrati Præsidis dignißimi.

Liber Quartus.

SVMMARIVM.

1 *VERITAS quãto magis cõteritur, & oppugnatur, tãto magis expulsis nebulis in lucẽ progreditur, sicut aromata magis redolent quãto magis conteruntur.*

2 *Dispositio in feudis regulariter non ualet.*

3 *Feudatarius de rebus feudalibus testamentum conficere non potest.*

4 *Vasallus communiter non potest de feudo testari pro*

5 *Vasallus non potest de feudo antiquo relinquere unã candelam pro anima.*

6 *Præstatio iuramenti feudi concessionem arguit.*

7 *Fidelitas licet possit capi dupliciter, tamen per excellentiam dicitur in feudis, & propter talem excellẽtiam feudum sic denominatur a fide.*

8 *Feudi substantiale non est seruitium sed fidelitas.*

9 *Inuestitura dicitur signum necessarium feudi. declara ut in nu. 61.*

10 *Actus dubij sicut dignoscuntur & uerificantur ex signis, ut testamentum à codicillis, institutio ab exhæredatione, donatio causa mortis à donatione inter uiuos; contractus emphyteuticus ab emptione, & uenditione, ita feudum dignoscitur ex signis, ut quãdo de concessione est facta inuestitura & præstita fidelitas.*

11 *Res allodialis secundum communem potest recognosci in feudum. declara ut in nu. 71.*

12 *Feudum alteratum quoad quid non desinit esse feudũ quoad alia, quia quoad alia regulatur secundum naturam feudi. declara ut in num. 72.*

13 *Verbum donamus, appositum in concessione feudali potest uerificari in feudo.*

14 *Feudum est beneficium.*

15 *Concessio non censetur feudalis quando in ea nulla fit mentio de feudo.*

16 *Arbiter & moderator est quilibet in re sua, etiam in abutendo.*

17 *Concessionis qualitas ex tenore uerborum dignoscitur.*

18 *Princeps si in concessione sua dicit, dono tibi tale Castrum. non censetur iure feudi dare sed iure simplicis donationis, & meræ liberalitatis.*

19 *Diuersitas uerborum diuersitatem rerum designat.*

20 *Dispositio l. pen. C. si liber. Imper. soc. lib. 10. quæ loquitur de donatione non trahitur ad feudum.*

21 *Euictioni non est locus in donatione, nisi ea inceperit à promissione, quod secus in feudo.*

22 *Dominus quando in concessione utitur uerbo dono uel simili importante donationem, dicitur per eum fieri libera donatio & non concessio feudalis & nume. 52.*

23 *Datio feudalis non est propriè donatio sed ob causam datio, quæ à donatione differt.*

24 *Verbum donatio, simpliciter prolatum debet referri ad id quod per prius & propriè est donatio.*

25 *Verbum concedimus, positum in concessione Principis importat donationem.*

26 *Concessio Principis in dubio potius debet iudicari donatio quàm feudum.*

27 *Regia nobilitas facit actum dubium præsumi donationem.*

28 *Castrum si est dignitatis & Comitatus, in dubio cõcessio facta de ipso per Principem præsumitur libera & non feudalis.*

29 *Principes omnes licet subsint Imperatori generali prouisione, ex hoc tamen argui non potest, quod tãtum subsint iure feudi.*

30 *Bona in dubio præsumuntur allodialia.*

31 *Res præsumitur allodialis ac libera & non feudalis, nisi uerè uel præsumptiuè probetur feudalis.*

32 *Res feudalis dicitur quandam habere seruitutem.*

33 *Res omnis præsumitur libera habito respectu ad originalem habitum, propter naturalem statum rerum,*

nisi probetur aliqua alia qualitas seruitutis, quæ præsumptio libertatis transfert onus probandi in aduersarium.

34 *Feudalia licet censeantur ea quæ sunt ultra fines feudi, si non probentur exempta; tamen hoc fallit si esset consuetudo præscripta in Castro, quòd tenētes liberè uendant prędia sua: quia tunc incumberet probatio domino, ꝙ prædia essent feudalia.*

35 *Regalia & si exerceāt Principes in bonis sitis in suo territorio, ex hoc tamē nō arguit illa esse feudalia.*

36 *Beneficium Principis latissimè debet interpretari.*

37 *Liberalitas, donatio, & beneficium Principis latissimè est interpretandum, ita ut sub uerbis comprehendatur, quod alias uerbis exprimendum esset.*

38 *Princeps si concedit alicui officium tabellionatus in aliqua Ciuitate, illud intelligitur etiam concessisse in Comitatu & toto territorio.*

39 *Imperator si alicui concedit Castrum & filijs suis, concessio ipsa extenditur ad ulteriores descendētes in gradu usque in infinitum.*

40 *Concessio remuneratoria latissimè est interpretāda. Feudum quando dicatur gratia, res & pretiū si tradatur. si pretium præponderat dicitur uenditio & emptio, si res permutatio.*

41 *Experientia est rerum magistra.*

42 *Argumentum, à communiter contingentibus est ualidum.*

43 *Principis proprium est liberalitatem exercere.*

44 *Præsumptiones maiores tollunt minores.*

45 *Fidelitas & homagium licet in dubio uideantur designare feudum, ab ipsa tamen præsumptione receditur, quando per alia media constat de donatione.*

46 *Præsumptio una tollit aliam.*

47 *Receditur à præsumptione, quando aliter cōstat: quia in claris non est opus coniecturis.*

48 *Inuestitura secundum naturam ordinariam feudorum solet fieri de feudo.*

49 *Feudum sine inuestitura constitui non potest.*

50 *Inuestitura est duplex, propria & abusiua.*

51 *Iuramentum fidelitatis à subdito etiam pręstatur.*

52 *Iuramenti fidelitatis præstatio semper non infert feudi recognitionem.*

53 *Iuramentum fidelitatis non dicitur esse signum necessarium feudi.*

54 *Iuramentum fidelitatis præstatur Papæ per Imperatorem.*

55 *Prælati & Rectores ecclesiarum præstant iuramentum in manibus Pontificis, uel sui superioris, & episcopi.*

56 *Contendens bona esse feudalia ratione iuramenti fidelitatis, tenetur probare quòd pręstita sit fidelitas ob causam feudi.*

57 *Fidelitas & homagium etsi in dubio uideantur designare feudum, tamen ab ista præsumptione receditur, quando constat de donatione per alia media.*

58 *Concessio Castri uel alterius rei, interueniente etiam iuramento fidelitatis, dicitur simplex & mera donatio, si facta reperiatur per uerbum donamus, & ex causa remunerationis.*

59 *Verbum, inuestire, conuenit etiam institutioni beneficij.*

60 *Verbum, inuestire, importat alienationem beneficiorum & significat translationem possessionis. & aliquando facultatem illam apprehendendi.*

61 *Titulus inuestituræ cadit in emphyteusi.*

62 *Recognitiones factæ per unum alteri non præiudicant & nu. 70.*

63 *Concessioni primæ standum est.*

64 *Recedendum non est ab antiquioribus cōcessionibus, nisi in posterioribus expressè dicatur, ꝙ de communi consensu aliter facta sit concessio, ꝙ hactenus esset solitum fieri.*

65 *Error in facto proprio præsumitur quando tractatur de damno uitando.*

66 *Contractus innominatus debet regulari secundum naturam contractus nominati, cui magis assimilatur.*

67 *Contractus in dubio est iudicandus secundum naturam eius quod in eo preualet.*

68 *Species duæ contractus ubi possunt concurrere ex eisdem uerbis, illa pręualet quæ est potentior.*

69 *Bona libera & allodialia subiacent domino loci ratione iurisdictionis & superioritatis.*

CONSILIVM I.

VISA concessione Caroli Quarti Imperatoris facta quondam Magnifico Domino Albertino de Hypolitis, pro se & successoribus suis de villa, seu terra Gazoldi & alijs in ea insertis, vnà cum elegantissimis & locupletissimis cōsilijs Clarissimorum & integerrimorum iurisconsultorū Dominorum Trayani Delphini, æquitis, & Francisci Borsati vti fratrum mihi obseruandissimorum, in fauorem filii Illustris Comitis Camilli Castilionei hæredis testamentarij Illustris quodam Comitis Antonij ex condominis dictæ terræ Gazoldi editis, in quibus adeo doctè scripserunt, ut nulli alij dicendi locus remanserit: Tamen ut iustis petitionibus ipsius Comitis satisfaciam, qui ualdè me urget ad dicendum quid iuris sentiam, tam super dicta concessione Imperiali, testamento facto per prefatum Comitem Antonium, quàm super alijs iuribus ad me transmissis; Iuridicam prefatorum dominorum Consulentium sententiam uti optimis rationibus, legibus & auctoritatibus fulcitā omnino
1 sequendam esse arbitror. Verum † quia ueritas quanto magis cōteritur & oppugnatur, tanto clarior ex pulsis nebulis in lucem progreditur, sicut aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, vt exordiar cum Castren. in consi. 28. uolum. 1. quem citat Crauet. in consi. 135. num. 18. ut ueritas pręsentis consultationis magis elucescat, & ne uidear ad rem ipsam illotis (ut aiunt) manibus accedere,

Primo congressu arguendo in fauorem Illustrissimorum Comitū Camilli Antonij & Federici etiā ex condominis dicti loci, qui nunc possident bona dicti quōdam Comitis Antonij, dico quòd de bonis feudalibus comprehensis in ipsa concessione non potuit fieri aliqua dispositio per dictum quondam Illustrem Comitem Antonium in fauorem filij dicti Illustris Comitis Camilli, & in pręiudicium supradictorum Comitum; Quoniam indubitati iuris
2 est, ꝙ † in feudis regulariter nulla cadit ordinatio defuncti c. 1. ibi, nulla ordinatione defuncti manente uel ualente, de success. feud. cap. 1. §. donare. qual. olim feud. pote. alie. Bal. optime, in consi. 170. uol. 1. ubi

3 vbi ait, quòd † feudatarius de rebus feudalibus testamentum conficere non pôt; quia aut vult disponere de bonis ipsis in personam quæ sibi per eius mortẽ succedere debet, & non valet dispositum: quia relinquit ei quod suũ esse debet post obitũ ipsius testatoris, cũ tũc uires capiat testamẽtũ. l. mea res ff. de cõd. & de. aut reliquit alijs, & tũc aũt prorsus extraneis, & nõ valet, d. §. donare. c. j. de alie. feud. aut agnato, & tũc aut remotiori, & non præiudicat proximioribus ẽt cõsentiẽte dño, c. j. de alie. feud. pater. aut proximiori, & tũc non valet legatum: quia nullã affert vtilitatẽ, cum & sine legato successurus esset. Inquit enim lex, ꝙ legatũ nõ afferens vtilitatẽ nõ valet. l. si hæreditatẽ. ff. mand. l. j. §. pe. C. com. de lega. & adeò
4 vera est hmõi sententia, vt ea ẽt locũ habeat si † Vasallus de eo testari vellet pro anima, vt cõiter ꝑ docto. in d. §. donare. in tantum quod dicit Iser. in ca. j.
5 an agna. vel fil. ꝙ † Vasallus nõ pôt vnã candelã relinquere pro anima sua de feudo antiquo. Dixi in cõsi. 71. nu. 8. cũ trib. seq. vol. 2. & in consi. 79. in princ. vol. eo. Quòd aũt dicta concessio sit feudũ & nõ donatio, satis primò demonstratur ex præstatione iuramẽti fidelitatis, de qua in ipsa concessione, ibi; à te prius tñ iuxta consuetum morẽ in nostris manibus fidelitatis debitæ prestito iuramento, sicut ritè, seu
6 dignè possumus. † quæ quidẽ præstatio arguit cõcessionẽ feudi, c. j. de for. fidel. c. j. de nou. for. fidel. & nõ donationẽ, in qua nõ requiritur dicta præstatio iura-
7 mẽti fidelitatis. Nã † licet fidelitas capi possit multipliciter, tñ per excellẽtiã dr̃ in feudis, & propter talem excellentiã feudũ sic denomiuatur a fide secundũ Bal. in prælud. feud. col. 3. ver. quæro. & Alua. ibi. col. 4. Corne. in cons. 16. col. j. vol. j. Dec. in cõs. 413. col. j. Cũ igitur de ipsa fidelitate in eadẽ cõcessione fiat mentio, propter excellentiã ipsam intelligendũ vr̃ de feudo, argumento §. sed & quoties. insti. de iure nat. gen. & ciuil. ita arguere vr̃ Abb. in cõs. 82. col. 3. ver. insuper, vol. j. Are. in consi. 14. col. 2. Ias. in dictis prælud. feud. nu. 28. Ruin. in cons. 34. nu. 7. vol. j. & in cõs. 42. in prin. vol. eo. Gozad. in cõs. 9. in prin. & in cons. 65. nu. 10. Cur. Iun. in tract. feud. in j. part. q. 6. prin. col. 2. ver. 6. Afflic. in decis. 320. nu. 4. vbi in-
8 quit, ꝙ † substantiale feudi non est seruitium sed fidelitas, Paris. in cõs. 21. nu. 22. vol. j. & in consi. 23. nu. 34. vol. eo. Corne. in d. consi. 16. col. j. Bero. in consi. 115. nu. 8. vol. j. Collegium Bononiense in cons. 15. nu. 38. inter consilia status Montisferrati. Itẽ & ponderanda sunt verba, Merita puræ fidei, apposita in dicta cõcessione, ex quibus verbis infertur, ꝙ propter fidẽ facta fuit, & sic, ꝙ feudalis fuerit concessio ipsa propter rationem præcedentem.

Secundò, ꝙ sit feudum demonstratur alio modo: quia de dicto Castro & villa ac aliis in ipsa concessione contẽtis, facta fuit inuestitura, quæ dr̃ signum necessariũ feudi c. per tuas. de don. Imol. in c. veritatis. de iureiu. Cuma. in cons. 137. col. j. Soc. in consil. 257. in prin. Affli. in decis. 129. nu. 3. & in c. j. col. pe. ex quibus causis feud. amit. vbi si dicatur, inuestio te
9 de tali Castro, hoc verbũ importat feudũ. Nam † sine inuestitura, vel sine eo quod habetur pro inuestitura, nõ est feudũ. Rui. in citato cõs. 34. nume. 7. & 42. col. 2. ver. ex aduerso, Gozad. in cõs. 8. nu. 8. consil. 9. in prinč. & 65. nu. 8. cũ seq. Bero. in cõs. 65. nu. 83. & 115. vol. j. vbi inuestitura propriè cõuenit cõtractui feudi, vt in tit. quid sit inuest. & in tit. de inuest. de re alien. facta. Colleg. Bononien. vbi supra nu. 37.
10 Tertiò facit. Nam sicut † actus dubii, quorum natura ferè est eadem propter multam similitudinem & vicinitatem, dignoscuntur & verificantur ex signis, vt testa mentũ à codicillis, institutio ab exhæredatione. l. non codicillum. C. de testa. donatio causa mortis à donatione inter viuos. l. Seya. ff. de dot. præleg. Contractus emphiteuticus, ab emptione & vẽditione, locatione & cõductione. §. adeò. insti. locati. ita feudũ dignoscitur ex signis, vt quado de cõcessione est facta inuestitura & præstita fuit fidelitas. Item & ex reseruatione iurium facta per concedentem, vt in casu presentis cõcessionis, ibi, nostri Imperij & aliorũ quorumlibet iurib. semper saluis. quę verba, vt cõstat ex his quæ supra dicta sunt, satis demoustrant concessionem ipsam iudicandam fore feudalem.

Quartò, ꝙ sint feudalia arguitur ex recognitionibus factis per cõdominos Gazoldi Maiestatibus Cæsaris, in quibus dicitur locum ipsum & villam, ac in ea descripta, fore feudalia, et sic ex ipsis declaratur, ꝙ recognouerunt se tenere in feudum dicta bona, & ꝙ de ipsis tanquàm de rebus feudalibus fuerũt inue-
11 stiti. Nam clari iuris est, ꝙ † res allodialis potest recognosci in feudum, vt cõmuniter per scribentes in l. si rem aliquam. ff. de acq. poss. Ruin. in consil. 40. nu. 22. vol. j. & 151. nu. 8. vol. 5.
12 Quintò accedit. Nã † feudũ alteratũ quoad quid, nõ desinit esse feudũ quoad alia, & quoad alia regulatr̃ sm̃ naturã feudi, c. j. ubi not. oẽs, de feud. nõ habe. pro pr. nat. feudi, vbi licet circa alienationẽ alteretur natura feudi, in alijs tñ non censetur alterata vt nõ dicatur feudum, sm̃ Isern. in ca. j. quib. mod. feud. amit. Vnde licet in concessione de qua agitur sit verbũ donamus, & in hoc sit alterata natura feudi, tñ in alijs remanet saluũ ius feudorũ, vt sit feudũ. Nec habet obstare si dicatur, ꝙ ex quo in ipsa fit mentio de donatione, vt ibi, donamus, ꝙ ipsa sit donatio & non feudũ, per ea quæ not. Dec. in cõs. 32. col. 2. vbi inquit, ꝙ vigore dicti verbi, donamus, constat concessionẽ esse donationem, quæ ex liberalitate & munificentia proficiscitur. l. j. ff. de dona. Soc. Iun. in cons. 102. nu.
13 9. vol. 2. Quia † respondetur, ꝙ etiam verbum, dona-
14 mus, in feudo verificari potest: quia † feudum est beneficium c. j. ex quibus cau. feud. amit. Bero. in consi. 66. nu. 9 post alios ibi per eum relatos, vol. j.

His tñ non obstantibus, contrariam sñiam vti de iure veriorem tenendam esse arbitror, ꝙ imò cõcessio, de qua in terminis nostris, nõ sit feudũ sed donatio. & primò, quia in ea nullũ verbũ hr̃ de feudo, vt per Pau. de Castr. in consi. 151. col. fi. secundum anti-
15 quam impressionem, vbi arguit † concessionẽ nõ esse feudũ: quia in ea non fuit feudũ nominatum, Dec. in cons. 32. col. 2. 269. col. j. 413. col. 2. & 463. nu. 12. Paris. in cons. 20. col. j. vol. j. Gozad. in cõs. 8. nu. 16. Affli. in c. j. col. j. in prin. quib. ex cau. feud. amit. Soc. Iun. in cons. 76. nu. 43. volu. j. & in cons. 102. nu. 9. & 13. vol. 2. Bero. in cons. 70. nu. 10. vol. j. 65. nu. 20. 76. nu. 43. & in cõs. 152. nu. 27. vol. 2. Grat. in cons. 9. nu. 65. vol. j. Simoneta in cons. 11. col. j. inter cõs. status Montisferrati, vbi ẽt Collegiũ Bononiẽse in cõs. 15. nu. 87. dixi in cõs. 2. nu. 5. vol. j. Nam sicut quando in cõcessione fit mentio de feudo, resultat clarè ex verbis ipsius concessionis quod est feudum, Corn. in allegato cons. 16. col. j. ita etiam dicẽdum venit, ꝙ qñ de feudo nõ fit mẽtio in cõcessione sed de donatione, ꝙ sit donatio & non feudum. cui enim dubiũ est, ꝙ si Cæsarea Maiestas voluisset hmõi cõcessionẽ esse feudũ id sciuisset exprimere, & appellare concessionẽ ipsam & cõtenta in ea feudũ, prout in simili dicit tex. in c. ad audiẽtiã. de decimis. Cũ igit̃ hæc sit donatio, quæ est doni datio l. senatus. §. j. ff. de don. cau. mort. Bar. in l. iurisgẽtiũ in prin. ff. de pac. Soc. in cõsi. 91. col. 6. in fi. vol. 3. & per eam sit translatum dominium, cum concedens fuerit dñs. §. per traditionem. institu. de rer. diuis. Alex. in consi. 248. in princ. uolu.

6.sequitur ꝙ dictus quondā Comes Antonius potuit
de dictis bonis tanquā allodialibus disponere ad libi
16 tū suū, cū† quilibet in re sua sit moderator & arbiter.
l.in re mand.C.mand.Paris.in cōsi.2.in fi.vol.1.etiā
in abutendo l. sed etsi lege.§.consuluit.ff.de pet.hær.
17 Secundò,† qualitas concessionis ex tenore uerborū
dignoscit.l.probationē. la.1.C.de proba.l.sancimus.
C.de fideiuss.Crau.in consi.20.nu.4.sed concessio Ga
zoldi facta per dictū inuictissimū Carolū Quartū est
donatio & non feudū, vt cōstat ex not.per Mar.Laud.
Præpos.& alios in c. 1. quib. ex cau. feu.amit. vbi qn̄
18 Princeps dicit, dono tibi Castrū tale, nō censetur iu
re feudi dare sed iure simplicis donationis & meræ li
beralitatis, Laud.Præpos.in c.1.in fin.in tit. de duob.
19 fratr.de nouo benefi.inuest.ubi id inquiūt patere† ex di
uersitate uerborū, quæ designat diuersitatē rerum.l.si
idē.C.de codicil. atque etiā ex diffinitione utriusq; ,
quæ valde est diuersa, ut not.in proœmio feudorum.
20 Hinc videmus, † ꝙ lex prima.C.si liber. Imper. soc.
lib.10.quę loquitur de donatione, nō trahitur ad feu
dū, vt ibi per eos.quod etiā apertè demōstratur ex eo
21 ꝙ in donatione re euicta nō ē locus euictioni, nisi ea
inceperit à promissione.l.Arist.§.fi.vbi gl.Bar.& alij
ff.de dona.Ias.in cōs.73.in 3.dubio, vol.1.Rui.in cōs.
184.col.1.vol.1.Bero. in consi.203. nu.21.vol. 1.qđ
secus est in feudo: quia eo euicto semp dn̄s tenetur si
ue sciens, siue ignorans rē esse alienā, cū in feudū con
cesserit, nisi Vasallus sciens fuerit c.j.de inuest. de re
alie.fac.Alcia.in cōsi.172. nu.8.374.n.3.& Soc. Iun.
22 in cōsi.102.nu.9.uol.2.ubi dicit ꝙ† qn̄ dn̄s in conces
sione vtit̄ verbo dono uel simili importante donatio
nē, dr̄ per eū fieri libera donatio & nō concessio feu
23 dalis. Nā† datio feudalis non est propriè donatio sed
ob cām datio, quæ a donatione differt, cū multæ sint
donationes ob cām, quæ nullo mō dr̄ donationes.l.
24 1.ff.de dona.toto.ti.ff.& C.de don.ob cau.Nā† uerbū
donatio, simpliciter prolatū dēt referri ad id quod p
prius & propriè est donatio, argumento.l.1.ff.si ager
vecti.uel emphi.Bero. in cōsi.65.nu.17.vol.1.nec mi
rū esse vr̄ quod id operetur uerbū, donatio, cū etiā vi-
25 deamus† idē dispositū si dicatur, concedimus.l.uxori
§.fi.ubi Bar.de lega.3.in l.vxorē.§.in testamēto.eo.ti.
Paris.in consi.4.nu.8.vol.1.Soc.Iun.in consi.102.nu.
12.uol.2.& Bero.in consi.65.nu. 5. vol.1.Ias.in cōsi.
27.nu.2.& 45.in prin.vol.1.Dec.in consi.262.col.4.
Rui.in consi.38.col.2.in prin.uol.1.Vnde cum aliud
sit feudum, & aliud donatio, ut etiam habetur in l.ex
hoc iure.ff. de iust. & iur. post gloss.in l.1. C. de iure
emphy. ex his sequitur quòd præsens cōcessio sit do
natio & non feudum.
26 Tertia clara est iuris conclusio, ꝙ† concessio Prin
cipis in dubio potius dēt iudicari donatio q̄ conces-
sio feudi, Dec.in cons.193.col.2.208.col.2.413.col.
2.269.in prin.& 468. nu.13.Paris.in consi.23.vol.1.
Tiraq. in repet.l.si unq̄, in uerbo.donatione largitus.
n.383.ff.de reuo.don. ut maior sit liberalitas pp qua
litatē cōcedentis, Bero.in consi.152.nu.28. vol. 2.in
consi.110.nu.69.uol.eod. & 82.num.10.vol.1.Ias.in
consi.45.col.2.versi.& ad hoc, vol.1.ubi post Bal.io-
27 quit, ꝙ† Regia nobilitas facit actū dubiū pręsumi do
nationē.Simoneta in consi.11.col.2.inter consi.Sta-
tus Montisferrati, & ibi Collegiū Bonon.in d.consi
28 15.nu.62.& ideo dr̄, ꝙ † si Castrū esset dignitatis &
Comitatus, in dubio concessio de ipso facta p Prin-
cipē præsumeret libera & non feudalis, Abb.in c.si-
gnificauit.col.3.de rescrip.qui dicit hæc verba. & fa
cit iste tex.nā hic non dr̄, ꝙ istę Comitatus esset feu-
dalis, & ibi Bal.col.2.versi.dicit Gofred.Curt.Sen.in
consi.73.in princ. ubi dicit Castra esse & pręsumi te-
neri libera & nō feudalia, p illū qui ea tenet & possi

det, Iacob. de Sancto Georgio, in inuest.sua, in uer-
bo, de Castro. col.3. Alba in consi.16.num.2. Bello.
in consi.10. & ideo dixit Mart. de Laude, in tract. de
29 Principe.conclus. 15. quòd omnes † Principes sub-
sunt Imperatori generali prouisione.l.deprecatio.ff.
ad l. Rod. de iactu. & quamuis subsint, tamen argui
non potest, quòd subsint iure feudi tātum, ex regula,
Non facit hoc esse, quod ab hoc cōtingit abesse c.in
30 pręsentia.vbi docto.de proba. Nam † in dubio bona
præsumuntur allodialia & non feudalia, ut not. Io.
And.& alij in c.nimis.de iureiur.Alex.in consi.129.
31 in princ.vol. 1.ubi dicit, ꝙ † res præsumitur allodia
lis ac libera & non feudalis, nisi uerè uel præsumpti-
32 uè probetur feudalis, & ratio est: quia † res feudalis
dicitur quandam seruitutem habere, glo. in l.si cuius
§. usufructus. in verbo.oportet.ff.de usufructu. quæ
non pręsumitur l.altius.C.de seruitut.& aqua. Curt.
33 Sen.in consi.75.col.2.vbi omnis † res pręsumitur li
bera habito respectu ad originalem habitum, pro-
pter naturalem statum rerum, nisi probetur aliqua
alia qualitas apposita seruitutis, & quòd ista pręsum
ptio libertatis transfert onus probandi in aduersa-
rium, allegat Bar.in l. si prius.in 4.carta uersi. uenio
ad tertiam partem. de oper.nou.nunt.Rui. in consil.
45.col.fi.uol.1. Paris.in consi.20 in princ.volu.1.23.
num 9.uol.eod.& in consi. 16. num.14.vol.4.Alcia.
in consi.491.cir.finem.Cepha.in consi.168.num. 46.
172.num.7.& 205.in princ. Afflic.in c.j.§.si vasallus
in 4.notab.si de feu.fuer.contro.inter. dom. & agna.
Gozad.in consi.7.nume.4. & 50. nume.8.Ias.in præ-
lud.feud.col.9.uersi.item adde.Cassane.in consi. 66.
num.2.Socin.Iun.in consi.115.num.31.uol. 2. Paris.
in consi.20.nume.3.volu.1.Cepha. in consi.168.dixi
in consi.meo 82. in 2. uol. vbi etiam alia addidi quæ
non transcribo: & tanto magis prędia, uineę & prata
sita & existentia super finibus Gazoldi censenda sunt
allodialia, cum sint Comites ipsius loci, in consue-
tudine pręscripta uendendi & alienandi bona ipsa
sine licentia Cęsaris, ut constat tam ex pluribus, &
infinitis documentis quàm ex transactione & senten
tijs, quę sufficere uidentur ad demonstrationem li-
bertatis ipsorum prędiorum, per ea quę not. Iser. in
c.1.col.2.in princ.de contro. inter mas.& fem.de be
34 nef. ubi inquit, quòd † licet ea quę sunt vltra fines
feudi censeantur feudalia, si non probentur exemptæ
tamen hoc fallit si esset consuetudo prescripta in Ca
stro, quòd tenentes uendant liberè possessiones suas;
quia tunc incumberet probatio domino, quòd præ-
dia essent feudalia: & subdit quòd semper inspicitur,
an quis sit in possessione uel quasi tenendi sicut allo
dium uel feudale, Afflic.in decis.267.col.1.in fi.Hie-
ron.de Monte in trac.fin.regund.c. 96. cui enim du-
bium est, quòd si dicta prędia fuissent & essent feuda
lia, quin àlij condomini per mortem alienantium
vindicassent illa, certè nulli: non etenim est verisi-
mile quòd noluissent perdere quod sibi debitū erat,
ut in simili considerat Socin.Iun. in consi.102. colu.
penult.in fi.uolu.2. Bero.in consi.115.num.30.uolu.
1.& in consi.65.nume.157. uol. eod.ubi asserit hanc
esse communem.152. num.18. uol.eod.& 40.numer.
6.vol.1.& in consi.82.nume.15.uol.3. vbi dicit quòd
35 † etiam quòd Princeps exerceat Regalia in bonis si-
tis in suo territorio: tamen hoc non arguit illa esse
feudalia.
36 Beneficium † Principis latissimè debet interpretari
l.fi.ff.de const.Princip.Bero.in cons.70.nu.30.uol.1.
37 ubi inquit, ꝙ† liberalitas, donatio & beneficiū Prin-
cipis latissimè est interpretandum, ita ut sub uerbis
comprehendatur quod aliàs uerbis exprimendum
esset, c.cū dilecti.de don.Rui.in cōs.161.nu.12.uol.
5.&

38 5.& ideo dicunt Gul.& Ang.in d.l.fi.quòd † ſi Prin
ceps concedit alicui officiũ tabellionatus in aliqua
ciuitate,intelligitur conceſsiſſe in Comitatu & toto
territorio : quia largiſsima debet fieri interpretatio
in beneficijs Principis,ſequitur Iaſ.ibi col.3. verſi.ul
tra Bar.vbi ẽt infert ſm Gul.de Cun. in l.2.C. de ca-
ſtren.pec.lib.12.per illum tex. ꝙ ſi in Ciuitate erant
tria officia,quorum ſm erat dignius primo, & tertiũ
dignus ambobus,& Princeps concedat alternatiuè,
vel primum,vel ſecũdum, vel tertium ex his officijs,
ibi eſt tex.ꝙ licet i alternatiuis electio ſit debitoris,
per regulã.l.plerunq;.in fi.ff.de iure do.& ſic electio
eſſe deberet Principis:tñ eſt creditoris, ſolũ iſta rõ-
ne:quia in beneficijs debet fieri largiſsima interpre-
tatio.Hinc dixit Bar.in l.liberorũ,verſi. quæro quid
in reſcriptis. ff. de verb.ſign. ꝙ quia beneficia Prin
39 cipũ ſunt latiſsimè interpretanda,ſi † Imperator cõ
cedit Caſtrũ alicui & filijs ſui, quòd intelligitur ẽt
de nepotibus.ſequitur Nat.in cõnſ.64.nu.14.ubi hòc
ẽt extendit ad vlteriores deſcendentes in gradu vſq;
in infinitũ.Gozad.in conſi.39.nu.26.Alex.in cõſ.48.
col.pe.in prin.vol.1.Ceph.in conſi.87.col. fin. ſed ſi
nos diceremus quòd talis conceſsio eſſet feudũ,non
fieret lata interpretatio: ergo ut latiſsimè interpre-
tur dicendum eſt,ꝙ ſit donatio.Pariſ.in propria ma-
teria in conſi.23.in prin.uol.1.Dec. in cõſ.32.col.2.
& Alcia.in conſi.374.& eo magis hoc dicendum ue-
nit,cũ ex cã remunerationis facta eſſe uideatur, ſi in-
ſpiciantur lynceis oculis verba dictæ conceſsionis,
40 ibi.quoniam &c.quæ † conceſsio debet ſimiliter la-
tiſsime interpretari,Alex.& alii.in l.3.ff. ꝙ quiſque
iur. Iaſ.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iu. & in terminis
noſtris ita concludit Dec.in conſi.193.col.2. ubi di-
cit,ꝙ in dubio talis conceſsio potius debet iudicari,
ꝙ ſit donatio libera quàm conceſsio in feudũ,& præ
ſertim iſtud habet locum,vti ea facta fuit ex cã remu
nerationis:quia reputatur fauorabilis, & latè debet
interpretari,ut per Gul.Alex.& alios in d.l.3.Dec.in
conſi.413.col.2.486.nu.14.Pariſ. in conſi.20 col.1.
uol.1.&23.in 1.col.uol.eo.Bero.in conſi. 152. num.
10.uol.2.Grat.in conſi.9.nu.71.uol.1.Rui. in conſil.
38.col.2.uol.1.& Soc.Iun.in conſi.102.nu. 8. uol. 4.
Quintò,ubi pro maiori parte ſigna & uerba arguunt
cõceſsionem fuiſſe allodialem ſeu donationem, aut
diſpoſitionem diuerſam à feudo,pauca verò inferant
feudum,iudicare debemus conceſsionem allodialẽ
& diuerſam à feudo,arg.l.cum quærit. ff. de ſtat. ho.
Bal.in prælud.feu.col.3.uerſi.circa primum quæro;
q̃rit em̃ ibi Bal.an feudum dicatur gratia: & rñdet ꝙ
ſi comparentur ad inuicem conceſsio feudi & rece-
ptio beneficiorum,ſi præponderat beneficium habet
plurimum gratiæ,& iõ feudum recte beneficium dr̃,
arg.l.Titius puerum.de obſeq.pſtan. ſic & poſſeſsio
denominatur à iure illa, quæ habet plurimum iuris,
& è contrario,a facto illa,quę habet plurimum facti.
l.1.ff.de acq.poſ.ſicut in ſimili uidemus,ꝙ ſi tradatur
res & pretium,ſi pretium præponderat,dr̃ uẽditio &
emptio,ſi res permutatio,ita cõiter Doc. in c.ad qõ-
nem.per illum tex.de rer. permu. Iaco. & Cyn. in l.
cum te.C.de pact.inter emp.Barto.l.Ariſto.ubi etiam
Ang.Imo.Roma.& Caſtr.de don.Soc.in conſi.4.col.
2.& fi.vol.4.ubi ex his cõſuluit,ꝙ ſi gratiæ & immu-
nitates conceſſæ à Principe hominib.Summæ Ripæ
præpõderãt pecuniæ ſolutæ,dicunt priuilegiũ & gra
tia.ſed in terminis noſtris uerba cõceſsionis Gazoldi
ꝓ maiori parte arguũt ipſam eſſe donationẽ, & non
feudũ ut patet.Nã in ipſa nulla penitus fit mentio de
feudo,de qua regulariter ſolet fieri qñ cõcedẽs uult
41 illã fore feudalem, ut † experientia docet, quę rerũ
omnium eſt magiſtra.c.quàm ſit.de elec.in 6. & ſi in-
ſpicimus id quod communiter contingere conſuetũ
42 eſt,ꝙ † argumentum eſt ualidũ.l.neq; natales. C. de
prob.Marſ.in fin.2.Itẽ in ipſa nulla reperitur facta re
ſeruatio fidelitatis nec ſeruitiorum,eſtque in ea uer-
bum Donamus, ꝙ nõ conuenit feudo: quia aliud eſt
feudum,quę eſt datio ob cauſam,& aliud donatio, q̃
eſt ſimplex liberalitas.l.1.ff.de don. ut hr̃ in l.ex hoc
iure.poſt gl.de iuſt.& iur.& in l.1.C. de iure emphy.
& ut latius infra dicetur.Itẽ conſiderandũ eſt,ꝙ ea fa
43 cta eſt à ſupremo Principe,cuius † propriũ eſt libera
litatem exercere.l.pe.C.de don.inter uir. & uxo.no-
tatur.in c.grandi.de ſupplen. negl. prela. Itẽ & pro-
pter merita,quę conceſsio propter merita ſolet latè
interpretari tanquã fauorabilis, vt plenè notatur in
d.l.3.ꝙ quiſq; iur.etſi nonnullę ſunt coniecturę,que
contrariũ arguere uideantur:tñ cum ſint paucę nõ de
44 bent pręponderare alijs fortiorib. Nã † pręſumptio
nes maiores tollunt minores,Bero.in conſi.160.nu.
7.uol.1.ita in proprijs terminis concludit Dec.in cõ
ſil.32.col.2.ubi ſic inquit. Virtute enim huius uerbi
Donamus,euidẽter conſtat,ꝙ bona donata fuerũt &
non in feudũ data,adeo ꝙ licet aliquę cõiecturę ſint
ex quib.deberet iudicari, ꝙ talis conceſsio bonorũ
eſſet facta in feudũ,tñ illud uerbum donamus,expreſ
ſum,præponderat alijs preſumptionibus, & facit ꝙ
bona liberè donata uideantur & non data in feudũ,
per conſiliũ Old.159.de quo infra.iterũ Dec. in cõſ.
45 413.col.fi.in prin.ubi inquit,ꝙ †licet fidelitas & ho
magium in dubio uideantur deſignare feudum,ab ip
ſa pſumptione receditur qñ per alia media cõſtat de
donatione,quæ quidem media vrgentia ſunt & pua-
46 lent ad indican.qualitatem contractus.Nã † vna præ
ſumptio tollit aliã.l.diuus.de reſt.in integ.c. literas.
47 de præſump. & à pſumptione † receditur qñ aliter
conſtat:quia in claris non eſt opus coniecturis.l.cõti
nuus.§.cũ ita.de verb.obl.& iõ concludit, ꝙ cũ con-
tractus donationis habeat repugnantiã cũ feudo,ne-
ceſſariũ eſt,ꝙ illa reſeruatio fidelitatis cũ homagio
intelligatur alio reſpectu,quã rõne feudi: quia cũ nõ
ſit feudum,rõne feudi intelligi non põt. ſi ergo in ca
ſu Decij ita ex diſpoſitioue iuris reſultat,ubi erant fa
ctæ iſtæ reſeruationes, quanto magis in caſu noſtro
ubi iſta ceſſant,Bero.in conſi.152.nu.19.uol.2.
Sexto,Conſiderandum eſt,ꝙ in caſu,de quo agitur
58 nulla reperitur facta inueſtitura, quæ † ſecundũ na-
turam ordinariam feudorum fieri ſolet, in tm̃ ꝙ tex.
49 c.j.quib.mod.feu.conſt.pet.vr̃ dicere,feudũ † ſine in
ueſtitura conſtitui non poſſe.quod intelligendũ ve-
nit in conſtitutione feudi uera,ut declarant ibi feudi
ſtæ,& Cur.Iun.in tract.feud.in 2.par.in 4.q.2.qõnis
50 principalis.& cum duplex † ſit inueſtitura, propria
qñ uaſallus actualiter ponitur in poſſeſsione,uel cõ-
firmatur in feudo antiquo,Soc.Iun.in conſi.76.num.
69.uol.1.impropria & abuſiua, quæ fit per aliquem
actum corporeum,ut per traditionẽ annuli,enſis,uel
haſtæ,ut per oẽs in c.1.quid ſit inueſtit.ſed in hoc ca
ſu aliqua inueſtitura nõ apparet ex his interueniſſe;
ergo iudicandum eſt huiuſmodi conceſsionem non
fore feudalem cum non ſint ſeruata neceſſaria ad
conſtitutionem proprij feudi.Nã ex ſolemnitatib. &
requiſitis adhibitis,cõſideratur & iudicatur animus
cõcedẽtis,& quę diſpoſitio cenſeatur inducta, Alex.
in l.ſtipulatio hoc mõ cõcepta.col.6.ff.de uerb.obli.
Septimò,Pro hac parte adducitur,quod uoluit Ol
drad.in conſi.159.ubi concludit, conceſsionem fa-
ctam per Regem Carolum Secundum Principi Ta-
rentino, non obſtãte quòd in conceſsione prædicta
eſſent ſigna denotãtia feudum,uidelicet inueſtitura,
retentio ſeruitij,& fuiſſet dictum,quod dictus Prin-
ceps & hæredes ſui nullum alium de dicto principa-

tu dñm vel superiorem agnoscât prçter ipsum Regê & suos heredes in Regno Siciliæ, & in qua ità facta fuerat mentio de alia concessione feudali, non esse feudalê sed liberâ ex vi verbi, donamus, qđ importat meram & purâ donationê non aũt donationê in feudũ, quæ non est propriè donatio sed ob câm datio, l. j. ff. de don. si ergo hoc habet locũ in casu Old. cuius sententia ab oibus recipitur, vt infra dicetur, quanto magis in terminis nostris vbi non concurrit retêtio seruitij & alia duo vltima, de quib. supra. Nam licet in concessione præsenti sit inuestitura, tñ nô est dicta reseruatio seruitij vel fidelitatis, nec facta fuit mêtio de alia concessione feudali, minusq; φ recipiens nul lũ dñm de re côcessa agnosceret prçter ipsum Regê, & cũ Old. concurrit frequentior doctorũ sententia, videlicet Alber. de Rosa. in rub. C. de dona. Alex. in consi. 24. col. 4. vol. 5. Ias. in côsi. 45. col. 2. vol. 1. Iac. de S. Giorg. in inuest. sua, in verbo, inuestiuit. in versi. sed quæro de quçst. Dec. in auth. ex testaméto. col. 2. in versi. sed certe. C. de collat. in consi. 32. col. 2. 193. col. 2. 208. col. 2. 269. col. 1. 413. col. 2. 390. nu. 5. in fi. & in consi. 468. nu. 17. Ruin. in consi. 18. col. 2. vol. 1. 31. col. fi. vol. eo. & 143. o. 18. vol. 3. & in côsi. 42. col. 3. in prin. versi. & propterea, vol. 1. Soc. in côs. 66. col. 2. vol. 3. Afflic. in c. 1. col. pen. ex qbus cau. feud. amit. Goz. in consi. 8. nu. 16. & 9. col. 1. Crau. in côsi. 20. nu. 4. Curt. Iun. in trac. feud. in 1. par. q. 6. principali, col. 2. versi. circa verò fm, Alcia. in consi. 199. num. 37. & 372. nu. 8. & 374. n. 3. Tiraq. in trac. ne retrac. io §. 30. glo. 1. nu. 80. & in repet. l. si vnquâ. in verbo, donatione largitus. nu. 338. C. de reuo. dona. Paris. in consi. 4. nu. 7. vol. 1. in consi. 20. in prin. & in consi. 23. num. 1. vol. eo. Claud. Seis. in proœmio feud. num. Bero. in côs. 67. nu. 24. vol. 1. 66. col. 3. vol. eod. 110. nu. 69. vol. 3. & in consi. 152. nu. 12. vol. 2. Soc. Iun. in consi. 76. nu. 35. & 42. vol. 1. Dñs Nicol. Aliprr. in côsi. 13. in 2. par. nu. 22. & ibi Collegium Bononiense in consi. 15. nu. 35. dixi in consi. 2. nu. vol. 1. Alb. in consi. 64. nu. 30. vbi noluit φ ex hoc dicto feudum dici non possit, cũ nô fuerit expressè reseruatũ dñium directũ, & Old. se quuntur Doct. vt inquiunt Soc. Iun. in côsi. 102. nu. 10 cũ seq. vol. 2. Grat. in consi. 9. nu. 77. vol. 1. & Bero. in côsi. 65. n. 78. vol. 1. & ita casum nrm per dicta decis. Oldr. in specie decidit Ruin. in consi. 36. vol. 1.

Non obstant modo quę in contrarium adducta fue runt. & Primò præstatio iuramenti fidelitatis: quia re spondetur, φ illa fuit prçstita tanq̃ de subdito & nô
51 tanq̃ à Vasallo, cũ etiâ iuramentũ fidelitatis prçstes à subdito c. 1. vbi doct. qual. vasal. iur. deb. fidel dom. vnde de tali iuramento debet intelligi rône donatio nis quæ non conuenit feudo, Soc. in coos. 257. col. 3. versi. præterea aduertendũ, quê sequit Ruin. in consi. 42. num. 7. versi. nec obstat præstatio. vol. 1. vbi arguit concessionê, de qua in casu suo, nô fore feudalê sed censualê propter censum qui soluitur annuatim, sub dens non obstare iuramentũ fidelitatis præstitæ: quia pôt & debet intelligi, φ fuerit præstita tanq̃ à subdito & nô tanq̃ à vasallo, & φ de tali iuramento debet intelligi ratione census qui præstatur, qui oô con-
52 uenit feudo; præterea, dr φ prçstatio† iuramenti fide litatis se hêt ad plura diuersa, neq; feudi recognitionê semp infert, vt io c. ego. cũ ibi no. p Abb. & alios, de iureiur. Ita in terminis nostris dixit Bero. in côsi. 152. nu. 13. vol. 2. & in consi. 65. nu. 81. vol. 1. vbi in-
53 quit, φ† iuramentum fidelitatis nô dicitur esse feudi signũ necessariũ, vt per Bal. in consi. 327. vol. 1. cum illud etiam præstetur à quolibet subdito suo superio
54 ri, & in primis† ab ipso Imperatore Papæ, clem. Ro-
55 mani. de iureiur. Prælati† & rectores ecclesiarum similiter iurant in manibus Pontificis vel sui superio-

ris & Epis. c. ego, de iureiur. tex. & gl. in c. de forma 22. q. 5. vbi est melior glossa q̃ sit alibi in iure, Crauc. in consi. 293. col. 10. vers. 5. considero, vbi formaliter sic inquit. quinto considero, φ licet aliquis recognoscat bona & præstet iuramentum fidelitatis, non tñ videt induci aut probari feudũ, nisi recognoscantur bona tanq̃ feudalia, & præstetur iuramentũ fidelitatis rône feudi. Nam bona possunt recognosci ab alio alia rône q̃ feudi, puta rône emphiteusis, aut aliter pôt quis recognoscere bona tanq̃ obnoxia aliquibus censibus aut præstationibus, similiter potest præstari iuramentũ fidelitatis ex alia causa q̃ rône feudi, puta rône subiectionis, ex eo enim φ quis est alteri subditus tenetur ad iuramentũ fidelitatis, vt in c. 1. de no. for. fidel. non igitur valet côsequentia: iurat quis fidelitatê, ergo est feudatarius, igitur eius bona dicun-
56 tur feudalia, vnde volens† contendere bona esse feu dalia rône iuramenti fidelitatis tenetur probare, φ præstita sit fidelitas tanq̃ ob eam câm feudi, Deci. in
57 côs. 413. col. fi. i prin. vbi inqt, φ† licet fidelitas & ho magiũ in dubio videant designare feudũ, ab ista præsumptione receditur qñ constat de donatione p alia media, ut in casu præsenti: quia cũ côtractus donatio nis habeat repugnantiâ cũ feudo, necessariò dicendũ est, φ illa reseruatio fidelitatis cũ homagio intelligat alio respectu q̃ rône feudi. Nam cum non sit feudum concessio, ratione feudi intelligi non pôt sed rône iurisdictionis, dixi in consi. 2. nu. 9. vol. 1. Idem voluit Old. in dicto consi. 159. vbi fuerat reseruata præstatio iuramenti fidelitatis, & hoc pp verbum, donamus. & ideo inquit Bero. in consil. 65. nu. 21. vol. 1. doctores
58 côiter tenere, φ† concessio Castri vel alterius rei, etiâ interueniente iuramento fidelitatis; dicitur simplex & mera donatio, si reperiatur facta per verbum, donamus, præsertim qñ est facta ex câ renumerationis, vt in casu nostro, Soc. Iun. in côsi. 102. nu. 25. vol. 2. vbi sequendo Dec. vbi supra ait, φ & si fieret reseruatio fidelitatis, non tñ deberet dici feudũ, si de dona tione io verbis dispositiuis fieret mentio. igitur fortius in casu nostro oô erit feudum, in quo verè nulla fuit facta reseruatio fidelitatis, sed bene de donatione fit mêtio in uerbis dispositiuis: Iterũ in côs. 76. nu. 47. versi. & ad pdicta, & in terminis côsultationis no stræ ita respondet Ruin. in consi. 36. ou. 8. vol. 1. per dictũ consi. Old. Paris. in consi. 23. num. 12. volum. 1.

Secundò, Non obstat inuestitura quæ est signũ feu di: qm respondetur per Oldra. in d. consi. 159. φ illa non obstat stante donatione de qua in concessione. Nam si diceremus concessionem ipsam esse feudalê opus esset impropriare verbum, donamus. ibi positum: & licet interpretatio aliquando admittatur, tamen non admittitur si non constat de expressa voluntate in contrarium. l. non aliter. de lega. 3. sed hic non apparet de voluntate expressa côcedentis, ergo nullo modo recedendũ est à proprietate dicti verbi donamus, Grat. in consi. 9. nu. 109. vol. 1. Iacob. de S. Greg. in dicto uerbo inuestiuit, in uersi. sed quæro de quæstione. ubi inquit, φ verbum, Inuestimus, non in fert de necessitate, φ sit feudũ, propter verbũ, donamus. positum in concessione, Paris. in d. consi. 23. nu. 22. vol. 1. Rouin. in consi. 38. col. 3. vol. 1. Vlterius di citur, φ inuestitura non solum fit in feudis sed etiam in donationibus, Bero. in consi. 152. nu. 16. vol. 2. & in re vendita, vt per Inno. & alios in c. 2. de consuet. Bald. in l. j. in fin. C. de rerum permutat. & in rubrica. C. de contr. empt. Bald. in l. j. C. de dona. ita Colleg. Bononien. in consi. 15. nume. 66. inter consilia † ta-
59 tus Montisferrati. Item † verbum, inuestire, etiam conuenit institutioni beneficij, ca. ex ore. de his quæ fiunt à maior par. cap. Salfc. in rubrica. C. de contr. empt.

empt.versic. 7.quæro.Abb.in cap.auctoritate. col.2.
60 versi.inuestitura. C.de instit.vbi † verbum inuestire
confert collationi beneficiorũ, & significat transla
tionem possessionis,& aliquando facultatem illam
61 apprehendẽdi,plus † cadit inuestituræ titulus in em
phiteusi,Cur.in consi.47.Alex.In consi.14.in princ.
in secundo vol:Alipran.in consi.13.in secunda par.
num.29.inter consi.prædicta Montisferrati.Bero.in
consi.65. num.18.volum.primo, & latius confirma
bitur præsens responsio ex subsequentibus.
Similiter non obstat tertium fundamentum, quia
ad illud respondet Old.in citato consi.159. ꝙ argu
mentũ ab istis signis accidentalibus nõ cõcludit de
necessitate,sicut dicimus,ꝙ signa accidẽtalia, puta
delatio annuli nõ infert ad matrimoniũ, c.illud,de
præsump. nec instrã dotalia de necessitate probant
matrimonium.l.neque.C.de nup. notant oẽs in d.c.
illud.& cum hac responsione etiam pertranseunt Ia
cob.de Sancto Georg.i dicto uerbo inuestiuit,in ver
sic,sed quæro de quæstione. Rui.in consi.36.colũ. 4.
volum.1.Paris.in consi.23.nume.12.volum. primo,
Bero.in consi.65.nume.82.vol.1.
62 Ad Quartum respondetur,ꝙ † si loquimur de reco-
gnitionibus factis per prædecessores Comitis Anto
nij,clarũ est,ꝙ illę sibi non ꝑiudicarunt,vt per Dec.
in consi.498.col.3.in fi.uers.2.principaliter, vbi in-
quit, ꝙ prima iuestitura facta,Vberto acquisitori &
eius successoribus, alterari nõ potuit per dñm Palla
uicinũ & alios, qui bona quæ erant libera fecerunt
fendalia; qa noua iuestitura nõ põt fieri in ꝑiudiciũ
alterius,qm̃ prima radix attenditur,ut not.Bal.in.l.
2.col.pen.C.qñ non peten.par.iterum Dec.in consi.
468.col.pen.Bero.in consi.67.nu.30. vol.1.Port.in
cõsi.65.nu.7. ast verò loquimur de recognitione fa
cta per ipsum Antoniũ,& illa ẽt sibi non potuit offi
63 cere,sed standũ † est primæ concessioni, ex his quæ
not.Pau.de Cast.in consi.63. col.fi.ẽm antiquam im
64 pressionem.vbi inquit,ꝙ ab antiquioribus † inuesti
turis non est recedendum, nisi in posterioribus ex-
pressè di.atur,ꝙ de cõi cõsensu aliter facta sit inue-
stitura q̃ hactenus esset solitum fieri, sequit Deci.in
citato consi.468.col.4.in prin. & in consi.263. col.
pen.in prin.vbi etiam adducit Rom.in consi.1. col.
fi.volentem, ꝙ si inspecto tenore primæ inuestituræ
feudum sit paternũ, habet locũ ius accrescendi non
obstante noua inuestitura,quã fratres habuerunt ab
Episcopo, Paris.in consi.23.num.24. vol.1. nam ea
65 præsumitur facta per errorem, † qui etiam in facto
proprio præsumitur,qñ tractatur de damno euitan-
do,vt in casu nostro,gl.in l.cũ de indebito.vbi. Bar.
ff.de proba.Dec.in cõs.63.col.3.in fi.& Alba in cõs.
81.nu.6.& iõ dicit Bal.in c.1.§ fi.col.pen.in fi.vèrsi.
quæro quis, de feudo guardiæ. ꝙ si quis rectũ feudũ
recognoscat in feudũ guardiæ vel Castaldiæ, ꝙ sibi
non præiudicat si errauit,secus si scienter fecit:& si
ꝑ impressionẽ vel errorẽ sit facta recognitio feudi
Aut volunt venire tãquam hæredes primi acquirentis & non patrum fuorum, qui alienationem fecerunt, & fimiliter non poffunt, cum non appareat eos in effectu fuiffe hæredes Titij primi acquirentis, vt in fimili dixit Alex. conf.26.col.4.in prin. vol.5. Brun.in conf.80.col.8.in prin.verf.& quod dixi.vbi inquit, quòd illud quod dicitur agnatos, qui nõ confenferunt alienationi, dummodo nõ fint vlteriores, habere ius reuocandi mortuo alienante, recipere diftinctionem, quia fi feudum eft hæreditarium oportet conftare volẽtem reuocare hæredem effe illius, qui primo loco fuit inueftitus, & à quo originẽ feudum habuit, per ea quæ habẽtur in ca.j.an agna.vel filius. quia qui nõ eft hæres nõ fuccedit in feudo hæreditario, & ideo fubdit, quòd in cafu fuo ex quo do
27 minus Cardeti non probauerat † fe hæredem primi acquirentis; non fuit capax talis reuocationis vel feudi, Parif.in conf.23.nu.188.vol.j dicens, quòd fi quis non probat fe hæredem mediatè feu immediatè primi acquirentis, fuccumbere debet.

Vlterius dicitur, quòd in terminis noftris requiri
28 tur † ex quo dicti filij abnepotum non poffunt effe hæredes primi inueftiti nifi mediante perfona patrum fuorum, quòd omnino fint hæredes parentum fuorum, Parif.in cõf.23.num.180.vol.j.dum inquit, nullam effe differentiam inter agnatum & filium in fucceffione feudi hæreditarij: quia ficut in feudo hæreditario neceffe eft, quòd ille qui prætẽdit feudum cõfequi, debeat effe hæres primi acquifitoris mediatè feu immediatè, quæ qualitas eft neceffaria in agnato trãfuerfali prætẽdẽte feudum cõfequi, ita ẽt quãdo filius defcẽdẽs vult fuccedere afcẽdenti, qui nõ poteft effe hæres primi acquifitoris nifi mediãte perfona patris cuius medio efficitur hæres primi; quia hæres hęredis mediatè eft hęres primi, Ifer.in ca.j.§.hoc quoque.col.fi.de fucceſ.feud.& in cap.an agna.vel fil.fubdẽs verum effe in feudo hereditario, quem debere effe hęredem primi acquifitoris mediatè feu immediatè, & quòd agnato trãfuerfali veniẽti ad feudum hęreditarium, cum veniat ex perfona propria, fufficit habere illam qualitatem primi acquifitoris mediatè feu immediatè, efto, quòd nõ fit heres vltimi vafalli: filius autem veniens ad feudum hęreditarium poffeffum à patre, ideo habet neceffe

ut sit hæres patris, quia sine medio ipsius non potest esse hæres primi acquisitoris, & eo medio efficitur hæres illius, Clar. in §. feudum q. 76. vbi inquit hoc notandum in pratica. Ruin. in cons. 17. col. fi. uol. j. vbi inquit, quòd licet dicatur, quòd in feudo hæreditario successor non posit uenire contra factū defuncti tam inter uiuos quàm in ultima uoluntate, id procedit in filio qui ad tale feudum non potest admitti nisi sit hæres patris, & qui hæres cogitur approbare factum defuncti, quod secus est in agnato transuersali. Dixi in cons. 29. col. 7. uol. 3. stante igitur hac conclusione, sequitur quòd si isti filii nolūt esse hæredes patrum, ꝙ repelluntur a dicta reuocatione feudi alienati per suos patres. si autem uolunt uenire nti hæredes ipsorum, ꝙ dictæ alienationi cōtrauenire non possunt, sed illam ratam habere cogūtur per auctoritates supra citatas.

Aut uolunt uenire cōtra dictam alienationem repudiando hæreditatem paternam & amplectendo feudum, & hoc etiam facere nō possunt c. j. an agna.
29 uel fil. ubi † filius non potest recusare hæreditatē patris, & feudum acceptare, sed vtrunque amplecti uel respuere. quod quidem capitulum loquitur in feudo hæreditario, Paul. de Castr. in l. pro hęrede. §. si quid tñ. col. 2. ff. de acq. hęre. Paris. in consi. 23. num. 176. uolu. j. Cepha. in cons. 224. num. Dixi late in consi. 29. uol. 3.

Aut ultimo loco nolunt uenire ad ipsius feudi hęreditarij reuocationem: quia sibi non fuit delata hęreditas paterna, & hoc similiter facere non possunt:
30 quia in dubio † filius pręsumit hęres patris, sic enim dictat lex diuina: dicitur enim in ea; Filius, ergo hæres, ut legitur ad Galatas c. 4. de quo meminit Ias. in l. Gallus §. & quid si tantum. col. 17. uer. imò fortius. ff. de lib. & posthu. glo. in §. fi. inst. de hęred. qualit. & differ. imò lex naturę seu naturalis ratio. l. cū ratio. ff. de bon. dam. qua inspecta parentes naturali & cōmuni uoto filiis thesaurizare dicuntur. l. scripto, in fi. ff. unde lib. Soc. Iun. in cons. 148. nu. 25. uol. 2. item
31 uidemus quòd † dominium bonorum paternorū cōtinuatur in filium. l. in suis. ff. de lib. & posth. & ideo cum pręsumptione iuris censeantur hęredes paterni, dicendum uidetur quòd nullatenus isti filij ueniant audiendi in huiusmodi reuocatione, sed ab illius uindicatione repellendi, & tanto magis id dicēdum uenit, cum uerè ipsis filijs delata fuerit hereditas paterna, ut in facto pręsupponitur. & id fortius procederet si lapsi fuissent triginta anni à uenditio
32 ne dictę rei feudalis, cum † talis facultas spatio triginta annorum pręscribatur, quādo alienatio fit in extraneum, ut per doct. cōmuniter in c. j. §. si Titius. si de feud. fue. contro. int. dom. & agna. Dec. in cons. 328. nu. 4. Gozadi. in cons. 71. in princi. & ut patet ex auctoritatibus supra relatis.

Et quamuis ex his satis remaneant resoluta quę in contrarium allegata fuerunt, tamen illis specialiter respondetur. Deueniendo ad primum, respondetur, ꝙ & si iuridica sit conclusio, feudum antiquum, auitum & paternum nō posse alienari in extraneum in pręiudicium agnatorum etiam cum consensu domini, sed alienatum mortuo alienante infra triginta annos recuperari posse nullo soluto pretio: tamē id uerum esse non interpretatur in casu in quo quis non posit succedere in feudo nisi sit hęres primi acquirentis mediatè seu immediatè, ut abundè supradictum fuit in prima & secunda conclusione repro-
33 bata opinione Curt. Iun. in cons. 138. col. fi. ubi † uoluit quòd succedere uolens in feudo hęreditario indistinctè debeat esse hęres ultimi uassalli. Nam miratur Alcia. in consi. 186. num. 4. de Curtio qui hoc dixerit, cum satis sit, quòd quis sit hęres primi inuestiti ut supra, & magis communem opinionem esse in cōtrarium testatur Paris. in cons. 23. num. 181. uolum. j. Arius Pinel. in l. j. in 3. par. fol. 553. uers. ad prędicta. C. de bon. mater.

Secundò non obstat, quòd sufficiat quem esse hęredem sanguinis licet non hereditatis; quia communi omnium consensu receptum est, uolentem succedere in feudo hęreditario debere esse hęredem sanguinis & succesionis, ut satis liquet ex supra dictis in 3. conclusione.

Ad ultimum etiam respōdetur, & quidem clarè, ex his quę dixi supra in uers. aut ultimo loco; Vnde omnino concludēdum esse arbitror, ꝙ nullo modo filij dictorum abnepotum ueniant audiendi in reuocatione dicti feudi hęreditarij alienati, sed repellendi ab illius uindicatione.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ secundum communem locum non habet nisi in mutuo & dote.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ locum non habet in deposito.*
3 *Compensatio non admittitur in deposito.*
4 *Depositum habet executionem paratam.*
5 *Depositum non potest sequestrari.*
6 *Depositum non restituens, infamiæ notam subit.*
7 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur in deposito irregulari uel confessionato.*
8 *Confessio depositi probat ueram & naturalem numerationem.*
9 *Mulier habens instrumentum confessionatum super dote habet omnia priuilegia dotis.*
10 *Statutum loquens de solutione, uerificatur in confessione.*
11 *Confessio institoris probat contra dominum.*
12 *Confessio creditoris de recepto, ueram probat numerationem, ut fideiussor contra debitorem agere posit.*
13 *Vera solutio ac confessio solutionis post triginta dies æquiparantur.*
14 *Exceptio non numeratæ pecuniæ locum nō habet, quādo in Chyrographo exprimitur debitum ex causa præcedenti.*
15 *Pro actore præsumitur de causa præcedenti, cum de illa fiat mentio in cautione.*
16 *Confessio præiudicat confitenti.*
17 *Computatio nil aliud significat quàm reddere rationem.*
18 *Rationem administrationis suæ unusquisque reddere tenetur.*
19 *Veritas gestorum erroribus non mutatur, nam semper uiuit, & omnia uincit in æternum.*
20 *Veritas semper est iuuanda, & probationibus non debet restringi.*
21 *Veritatem colere debemus & amare.*
22 *Veritas attendi debet.*
23 *Veritas est mater Iustitiæ.*
24 *Persona testis producti licet reprobari non posit per producentem, tamen eius dictum reprobari potest.*
25 *Argumentum à communiter contingentibus ualet.*
26 *Praxis attendi debet, à qua non est recedendum.*
27 *Interpretatio uera sumitur à practica.*
28. *Dictum testis producens, non uidetur illud approbasse si non est publicatum.*

Dictum

29 *Dictum testis deponentis extra capitul,a non ualet.*
30 *Deponens extra articulum dicitur suspectus.*
31 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non conceditur in mutuo uero & naturali.*
32 *Constitutum producit a ctionem.*
33 *Constitutum cadit super propria obligatione & aliena.*
34 *Constitutum fit quibuscunque uerbis aptis.*
35 *Damnum patienti ex inobseruantia pacti nudi succurritur actione de dolo.*

CONSILIVM IIII.

ET Si subtilia colorataq; sint motiua ele-
uata contra Illustris. Dominam Aure-
liam Scottã, tamen Deo dante illis nõ
obstantibus, demonstrabimus causam
ipsius dominæ fore in portu victoriæ:
verum antequàm deueniatur ad illorum responsio-
nem primò existimaui intentionem ipsius fore fun-
dandam:& pro eius fundamento adducuntur infra-
scriptæ cõclusiones, quarum Prima est: ꝙ†exceptio
1 non numeratæ pecuniæ locum non habet nisi in mu
tuo vel in dote, vt de primo per Ias.in l.j.col.5.ff.de
condict.ex.l.in l.legitima.col.3.ff.de pac.Alcia.in l.
2.§.appellata.nu.4.ff.si cer.peta. Natta in consi.438.
nu.4.Vasq.in lib.j.§.9.nu.26.Emanuel à Costa in l.si
ex cautione,in vers.2.fallit in alijs causis. C.de non
num.pe.& in ver.secunda declaratio, vbi inquit om
nes doctores ita tenere,& in vers.5.fallit,vbi etiam
attestatur de communi, & de vtroque per Aretin.&
Alex.in l.j.col.15.in princ.versi.circa quod. ff.solu.
Felyn.in c.si cautio.col.16.versi.fallit tertiò. de fide
instru.Bal.in l.pecuniæ.C.de solut.vbi ait, ꝙ in nul-
lo contractu habet locum exceptio non numeratæ
pecuniæ nisi in mutuo & in dote quantum ad trans-
ferendum onus probandi in creditorem,rursus in l.
in contractibus.C.de non num.pecu. Ang.Aret.in §.
j.col.2.ver.in glo.debere. Instit. de liter.oblig.& in
§.idem iuris.col.13.vers.ex quo sequitur ꝙ ista exce
ptio.Instit.de excep.vbi tradit huiusmodi exceptio-
nem non habere locum in quibuscunque aliis cõtra
ctibus prætcrquàm in mutuo ciuili vel in dote con-
fessata de recepto, & ideo inquit, ꝙ si ex alia causa
quæcunque sit, quàm ex causa mutui ciuilis aliquid
fuerim confessus statim mihi præiudico, adeo ꝙ nõ
habeo exceptionem non numeratæ pecuniæ, per l.
generaliter.C.de non numer.pecu.& d.l.in contra-
ctibus. §.j.Ibi. nullam exceptionem non numeratæ
pecuniæ penitus opponi; At in casu de quo agitur
nõ sumus in causa mutui nec dotis,sed depositi, vti
cantat Chirographum, ergo non habet locum bene
ficium non numeratæ pecuniæ.

Secunda est conclusio, ꝙ † in deposito non habet
2 locum exceptio non numeratæ pecuniæ propter sin
gularia eius priuilegia.Nam†contra depositum non
3 admittitur compensatio.l.si quis.vbi Bald. & Sal.C.
depo.capit.2.depos.l.bona fides.cum ibi notat. per
Curt.Iunio.ff.depos.Port.in consi.132.in prin. Nat-
ta in consi.438.col.2.dixi in consi.17.in j.vol.Rim.
in consi.61.nu.42.Bal.de Bar.in l.j.nu.232.sol. mat.
Coras.in l.qui liberos.nu.258.ff.de ritu nup.§.in bo
næ fidei.ubi Ang.col.j.insti.de actio:Item†illud hà-
4 bet executionem paratam. l.pen.ibi. illico reddere
omnibus modis compellatur,& ibi. quãto celerimè
& quanto citins,vbi etiam hoc not.cõmuniter scri-
ben.C.depo.dixi in allegato cons.17.in j.Pettus Re
buf.in constit.Regijs,de lit.oblig.arti.6.glo.3.num.
16.Rimi.vbi supra:& Gabr.Sax.in annot. ad sing.Ma
thes.5 Cagnol.in rub.ff.si cer.pet.nu.65.Parpal.in l.
5 2.in prin.num.9.ff.si cer.pet.Plus †non potest sequo
strari.Curt.Iun.in dicta.l.bona fides. nume.20.Item
6 †& ipsum non restituens infamiæ notam subit. l.j.
ff.de his qui not.infa.l.qui depositum. C.depo.Port.
vbi supra. col.j. Quod autem in eo non admittatur
7 †exceptio nõ numeratæ pecuniæ,sàtis patet per tex.
in l.in contractibus.§.sed quoniam. C.de non nu.pe
cu.Ias.in l.j.col.2.in princ.C.de eden.Bald.in dicto
§.sed quoniam.in j.q.Parpal. in l.2.nu.9.si cer.peta.
Apostil.ad Pratic. Papien. in forma libelli in actio-
ne hypothecaria. in fin.Nec obstat si dicatur, quod
præmissa sibi locum vindicant in vero deposito &
non in confessato,vt in casu præsenti. Quia respon-
8 detur, ꝙ †imò nedum in deposito vero sed etiam in
irregulari vel confessionato non admittit exceptio
non numeratæ pecuniæ, & ipsa deposita gaudet pri
uilegijs veri depositi, vt de primo est decisio Bal.in
l.in contractibus.§.sed quoniam. in 2.q.C.de nõ nu
me.pecu.quem sequitur ibi Castren.Fel.in d.c.si cau
tio.in ver.3.fallit. in fi.Natta in consi.438.num.7.&
ita aliàs consului,vt in citato cons.17. De secundo,
vt per Pratic.Papien.in forma libelli actio. Hypoth.
in verbo,in deposito.Bal.in cõsi.364.col.j.ver.secũ-
do quia confessio.vol.2. Natta in allegato cõs.438.
num.4.Curt.Iun.in l.2.in prin.nu. 15.ff.si cer.pet.&
in l.bona fides.num.20.ff.depos. Nam ambigui iuris
9 non est ꝙ†per confessionem depositi probatur vera
& naturalis numeratio. l.pecuniæ.vbi Bal. C.de so-
10 lut.vbi ex hoc infert, ꝙ †mulier habens instrumen-
tum confessionatum super dote habet omnia priui-
legia dotis: quia per ipsam confessionem probatur
numeratio naturalis, quem sequitur Alex.in consil.
25.num.7.vol.2.& in consi.123.num.5.volu.6.Soci.
in l.2.§.fi.ff.si cer.pet.Soc.Iun.in cõsi.57.num.7.vol.
2.facit etiam quod scribit Bald. in l.si non sortem.
§.indebitum.ff.de cond.indeb.in versi.quid de exce-
11 ptione,vbi† statutum loquens de solutione verifica
12 tur in confessione. Hinc est ꝙ† confessio institoris
probat contra dominum.l.fi.ff.de instit. & pariter ꝙ
13 †confessio creditoris de recepto veram probat nu-
merationem, vt fideiussor contra debitorem agere
possit,Bar.in cõsi.incip.Titius promisit Sempronio,
14 quia†vera solutio, ac confessio solutionis post tri-
ginta dies æquiparãtur d.l.in cõtractibus.§.sed quo-
niam.Pau.de Castro in cõsi. 64.vol.j.in l.qui debito
rem.ff.de fideius. vbi inquit aliàs ita consuluisse Flo
rẽtie: quia cõfessio probat veram numerationem.l.
Publia.§.fi.ff.depos.Alex.in consi. 25.col. .vol.2.&
in citato cõsi.123.col.1.Dec.in cõsi.493.col.1. Nat-
ta in allegato.cõsi.338.col.2.Neuiz.in cõsi.43.num.
3.& Cepha. in cõsil.101.col.1.in fi.quam sentẽtiam
communem esse asserit Ias.in l.duobus.§.1.ff.de iure
iurã.& in terminis nostris Emanuel à Costa in d.l.si
ex cautione,in ver.fallit. nume.4. vbi reprubat opi
nionem nõnullorum,qui voluerũt,ꝙ si quis confite
tur pecuniam numeratam apud se depositam esse, ꝙ
eadem ratio quæ versatur in mutuo habeat etiam lo
cum in deposito irregulari & trãsgrediente notissi-
mos terminos depositi, ostẽdẽdo multas differẽtias
inter vnum casum & alium,cõcludẽs hãc esse magis
communem doctorum sentẽtiam:De tertio verò, ꝙ
dicta deposita habeãt priuilegia veri depositi,volue
rũt Ias.& alij in l.2.in prin.ff.si cert.peta. & ibi Pur-
pur.col.3.vbi firmat hãc esse receptam doctorũ sen-
tẽtiam,Ang.in §.preterea.Institu.quib.mod.re con-
trah.oblig.Curt.Iun.in l.bona fides.col.pe.ff.depos.
& in d.l.1.Riminal.in cõsi.100. nume.58.Alb.in cõ
si.3.nu.12.vbi dicit, ꝙ habet executionem paratam
Purpur.in l.singularia.nume.43.ff.si cert.peta.Natta
in

in cons.438.col.2.Bald.de Bart.in l.j.nu.134.ff.solut.matr.& ita etiam aliàs tenui, vt in citato cõs.17.nu.6. Imò in casu nostro dixit Emanuel à Costa in dicta.l.si ex cautione.in ner.2.fallit.nu.11.uer.quin fertur.non bene docuisse Prat.Papien.vbi supra, dũ dixit primũ priuilegium actionis depositi esse, q̃ is qui confessus est se habere pecuniã in deposito non auditur uolens apponere exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ dicta l.in contractibus.§.sed quoniã.quod & uoluerũt multi alij ibi per eũ citati: qnia ipsi omnes non aduerterũt secũdũ receptas sententias à quibus ipsi quoque non discedunt,non posse id esse priuilegiũ depositi sed ius cõmune omniũ cõfessionũ, quæ fiũt ex alia causa quã mutui,& dotis.l.cũ de indebito.de probat.& l.generaliter.C.de non nu.pec.

15 Tertia est cõclusio,q̃ † exceptio nõ numeratæ pecuniæ locũ nõ habet quãdo in Chyrographo exprimitur debitũ ex causa de præterito, ita singulariter dicit Iacob.Butrig.in l.2.§.si.ff.si cert.petat.per l.generaliter.C.de nõ nu.pec.Barb.in c.si.col.pe.uer.& pondera.de solu.pro quo dicto allegat gl. quã dicit solẽnẽ in l.aduersus.C.de non nu.pecun.Fely.in c.si cautio col.19.uers.fallit.7.de fide instru.vbi per dictã.l.aduersus.inquit, & q̃ si mihi debes centũ ex cã uenditionis & cõfessus fuisti solemniter illa decẽ te mihi debere ex cã mutui,& agã cõtra te ex cõfessione,q̃ nõ poteris opponere exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ: quia illa habet locũ vbi origo petitionis fundatur in numeratione,sed vbi fundatur in cã præcedentis debiti satis est probare q̃ cã fit iusta uel non,quàm sentẽtiã quoq; tenet Rui.in cons.19.nu.55.vol.4.vbi per glo.in dicta.l.aduersus. ait, q̃

16 † pro actore præsumit de causa præcedenti,cum de illa fiat mentio in cautione,per.l.generaliter.C.de nõ nu.pecu.Eman.à Costa in dicta.l.si ex cautione.in uer.3.fallit.ubi cõcludit,q̃ in cõfessione facta ex causa mutui,si modo aliqua causa pręcedẽs,quę mutui nõ erat, cõuersa sit in hãc affertã mutui causam, non admittitur exceptio nõ numeratæ pecunię,per text.ita cõmuniter intellectũ dicta.l.aduersus.Accedit magis ad ꝓxima quod scribit Vasq.in li.j.§.9.nu.27.vbi sic ait, q̃ si forte ex cã mutui in chyrographo cõfessus sum me tibi centũ debere ex causa emptionis, uel conductionis,uel legati,uel alterius similis tituli, quod nõ potero iusra biennium allegare,spe futurę numerationis me huiusmodi cõfessionẽ emisisse,iuribus & auctoritatibus ibi per eum allegatis, sed in casu nostro confessio facta in chyrographo per dominũ Ioseph.uersus Illust. dominã Aureliam sub nomine depositi est facta ex causa præcedentis debiti, ergo cessare debet huiusmodi exceptio non numeratæ pecuniæ, cũ cõfessio ipsa nõ fundetur in numeratione sed in causa præcedentis debiti.Quibus cõclusionibus sic stãtibus, & vt supra cõiter approbatis,cõuerto me ad resolutionẽ motiuorum tãgendo tñ substantialia & cõmendando non necessaria.

Deueniendo,igitur ad responsionem primi capitis,in quo dicitur, quòd quando originalis causa à qua descẽdit noua obligatio depositi erat mutui cõfessionati,admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ,pluribus modis respondetur.Et primò,negatur quod causa præcedentis debiti fuerit mutui, sed potius administrationis bonorum factæ per dominum Ioseph.de bonis dominæ Aureliæ, quã administrationẽ inficiatus non est dictus dominus Ioseph. vt cõstat ex pluribus scriptis. Nam primo in folio.32. processus, vt narratur in themate,ipse dominus Ioseph.confitetur se habuisse mandatum à domina Aurelia de exigẽdo,& q̃ certas pecunias habuit, quæ

17 † confessio sibi præiudicat.l.cum te. C.de transac. contra quam ueoire non potest.l. generaliter C.de non nu.pecu.tẽ ex scriptis sub die.5.Decẽbris ann.1562.dum offert se paratum dare computũ eidẽ de pendalijs,si velit,vt dicitur(da Gentilhuomo & da bono & equo)in quibus si non reddiderit bona cõputa & ostenderit se non debitorem, offert se para-

17 tum satisfacere:quæ uerba bonum computũ † nihil aliud importãt quàm reddere rationẽ.Alber.de Rosa.in dictionario suo in uerbo computatio.per tex.in l.instar.C.de fide instrum.& hast.fis.lib.11.Paris.in cõs.89.nu.35.cũ tribus sequen.vol.1.Soci.in cõ

18 si.159.nu.13.vol.2.quã † redditionẽ rationis nnusquisque reddere debet l.j.§.officio.ff.de tutel.& ratio distra.qnæ l.licet loquatur in tutore, tamen secũdum doctò.ibi extenditur ad quemlibet administratorem, Roma.in conf.414.Soci.in consi.40.in prin.volum.4.& in cons.92.col.2.in prin.vol.eod.Dec.in cõs.178.& in prin.464.in prin.& tãto magis id dicendum uenit,cũ dicta oblatio fuerit acceptata per dominũ Bartolomeum Pẽdaliã & ibi presente supras.domino Bartholomeo,qđ & demõstratur ex alio scripto,& sic tertio eiusdẽ dñi.Ioseph.ibi(dico io Ioseph.in nome mio ꝓprio ꝑ satisfar alla offerta fatta da me al Sign.Bartholomeo Pedalia, & da lui accettata,dico dechiaro, e di nouo mi offero à ogni piacimento della parte di dar conto inanzi all.Illustriss.Signor Alessandro &c.)quæ quidã uerba cũ sint nedũ geminata sed & triplicata per.l.balista, ad trebel.& l.cũ scimus. C.de agricol.& cens. libr.10.demõstrãt causam præcedẽtis debiti fuisse de administratis ꝑ ipsum dominũ Ioseph.de bonis Illustriss.dominæ Aureliæ & nõ de mutuo.vnde cũ

19 hęc sit pura ueritas† quę gestorũ erroribus nõ mutatur,& quę semper ualet & uiuit ac omnia uincit in

20 ęternũ.c.cõsuetudo.8.distinctione,& quę† semper est inuiãda,& probationibus nõ debet restringi,vt in quit Inno.in c.quoad cõsultationẽ.col.2.de re iud. Bal.in Margarita sua in uerbo ueritas,Bero.in cons.

21 21.100.n.5.vol.3.&† quã omnino colere debemus & amare , Bal.in l.cũ ita.ff.de cond.& demon.Soci.

22 Iun.in cons.3.nu.17.vol.2.& quę † attendi debet.l.

23 argẽtarius.§.si.ff.de eden.cũ sit mater† iustitię , Bal. in l.libertini.ff.de stat.ho.omnino dicendum uenit causam pręcedentis debiti nõ fuisse mutui sed administrationis bonorũ. & sic nõ obstat beneficium non numeratę pecunię,quę in tali casu locũ habere nõ potest, per.l.aduersus.C.de non nu.pecun.Nec obstat quòd uerba prędicta intelligi debẽt eo respectu quo prolata fuũt:quia respondetur id uerũ esse,sed dicitur q̃ dominus Ioseph.illa uerba protulit animo demõstrãdi,q̃ reddita per eũ ratione de administratis nõ erat in aliquo debitor dominę Aurelię vnde cũ fuerit acceptata illa oblatio,& steterit per dominũ Ioseph.quominus illa secuta fuerit, sibi est imputãdum,& sic firma remanet resolutio prędicta ,q̃ causa pręcedẽtis debiti fuit administratio bonorũ facta per dominũ Ioseph.de bonis domine Aurelię. & eo magis cũ etiam ipse respondẽdo positionibus dominę Aurelię confessus fuerit,q̃ gessit negotia ipsius dominę Aurelię , & q̃ ab ea habuit mandatum ad exigẽdũ,fatẽdo certas summas exegisse,cui cõfessioni est stãdũ & contrauenire non potest, per.l.generaliter.C.de non nume.pecun.Nec vis fieri debet in dicto fratris Nicolai , qui vr̃ deponere, q̃ chyrographũ,de quo agitur , factũ fuit per dominũ Ioseph. pro cautione dominæ Aureliæ(ꝑ quantitã è buona de danari à lui prestati da essa Signora Aurelia) & sic frater iste videtur deponere d. mutuo, & q̃ eius dictũ fuit per partẽ approbatũ: quia respondetur,q̃

24 † licet eius persona fuerit approbata per examinationem

tionẽ ipsius fratris factã ad instantiã dominæ Aureliæ, quę reprobari nõ põt. l. si quis testibus, ubi Bart. & Bal. C. de testib. Marant. in trac. de ordi. iud. charta mihi 493. nu. 10. ubi attestatur de cõi, tamen eius dictũ improbari potest, Abb. in c. præsentium. de testib. Marã. ubi supra nu. 11. Ias. in l. j. §. editiones. col. fi. in prin. ff. de edẽ. Paris. in cõs. 88. nu. 85. vol. 3. Alc. in cons. 66. col. 2. vol. j. Gramat. decis. 34. nu. 12. Nec obstat ꝙ dña Aurelia approbauit nedũ eius personã, sed etiã dictũ ipsius, quia aduertẽdũ est, dictũ ipsius fratris fuisse approbatum per ipsam dñam Aureliã, quoad recognitionẽ subscriptionis suę, non aũt quoad alia extra ipsam recognitionẽ, cũ penitus esset inscia, ꝙ super aliis quã super dicta recognitione esset interrogãdus, cũ id nõ sit cõsuetũ fieri, quia
25 à cõiter cõtingentib. † quod argumẽtũ est ualidũ. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet. ubi Bar. & alij gl. Card. Imo. & Abb. in c. j. de cleri. nõ resid. Soc. Iun. in cõs. nu. 16. uol. 3. Crau. consi. 40. col. j. nõ solent subscribẽtes interrogari nisi de subscriptio-
26 ne sua & non de alijs, & ita obseruat praxis, † quæ attendi debet, & à qua nõ est recedendũ, Bal. in l. il-
27 lud. per illum tex. ff. de excus. tut. nã uera † interpretatio sumitur, à pratica seu ab eo quod consuetũ est fieri, Bald. in ca. j. in pri. de feu. sine culpa non amit. Crau. in cons. 90. num. 7. Alex. in cõsi. 27. nu. 7. vol. j. Ias. in l. rem quæ nobis. in primo notab. ff. de acqui. possess. Vnde stante dicta ignorãtia non est dicendũ quòd ipsa uoluerit approbare dictũ huius fratris Nicolai super extraneis & separatis ab ipsa recognitione & eo magis id dicendũ uenit, cum tẽpore approbationis ipsius dicti, testimonium ipsius fratris nõdũ esset publicatũ, vt mihi fertur, per ea quę dicit Crauet. in trac. de antiq. temp. in 1. par. §. quæritur. num. 14. ubi inquit, ꝙ dictum Roma. in citato cons. 104. citatum in motiuis, qui uult quòd producens depositiones testiũ, qui solũ deposuerunt de eorum credulitate, censetur eorum dicta approbare, nõ est
28 ita simpliciter intelligendũ † sed quãdo testes erãt publicati, secus si nõ erant publicati, quorum dicta ignorat: quia licet censeatur eorum personas approbare non tamen dictũ, quod & uoluit Marant. in dicto tra. de ord. iud. charta mihi 494. nu. 14. licet de Craue. nullã mẽtionem faciat, vbi etiam inquit Romani dictum procedere facta publicatione testium. sed in casu nostro tempore quo domina Aurelia approbauit dictũ fratris Nicolai & produxit testes & dixit se uelle uti dictis ipsorũ testium, adhuc ipsi testes no erant publicati, & ignorabat quòd Frater deposuisset aliena ab ipsa recognitione, ergo ipsi officere non debet dictũ ipsius Fratris tanquam ꝙ depo
29 suerit extra capitula, quo casu dictũ † testis deponẽtis extra capitulata non probat: quia super hoc non fuit iuratus, gloss. 2. in c. de causis: de testib. Butigel.
30 in l. j. nu. 25. ff. si cert. petat. Imo † redditur suspectus, Spec. in tit. de proba. c. 2. uersi. 22. Bero in consi. 124. nu. 24. vol. j. 95. nu. j. vol. 3. & 99. nu. 5. vol. eod. Ioan. de Vicomer. in l. prima, nu. 7. C. de eden. glo. in l. admonendi. ubi Roman. de iureiur. Alex. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic.

Secũdò respondetur, ꝙ etiã dato sed non concesso, quòd causa præcedẽtis debiti esset mutui, in quo admittitur exceptio nõ numeratæ pecuniæ, tamen in casu de quo agitur ea admittenda nõ uenit: quo-
31 niam indubitati iuris est quòd † in mutuo uero & naturali non admittitur ipsa exceptio, cum tantum illa detur quãdo cõfessio est facta sub spe futuræ numerationis. Bart. in l. 2. §. fi. col. fi. ff. si cert. pet. l. si sub specie. C. de postul. Rui. in cons. 19. nu. 11. vol. 4. sed hic summus in mutuo vero & naturali, ut patet: quia dominus Ioseph in chyrographo nõ est solum confessus habuisse & recipisse scuta octocentum ab Illustrisima Domina Aurelia, sed vltra addidit (Quali denari sono per altri tanti hauuti in denari contanti, & in piu uolte) Quæ uerba simul iuncta non conueniunt futuræ numerationi, sed actuali: nã si cõsideramus id quod communiter contingere solet, quod argumentũ est solidisimũ, ut per doc. in d. §. si numos. l. neq; natales. vbi Bald. C. de proba. clarum est, quòd quando fit confessio sub spe futuræ numerationis, non solent apponi illa verba (& in piu volte) sed tantum quando agitur de uera numeratione. cum igitur ex hoc ultimo declaretur & demonstretur, ꝙ confessio de recepto non emanauit sub spe futuræ numerationis, sequi uidetur quòd cũ causa originalis à qua descẽdit noua obligatio depositi erat mutui naturalis uel administrationis præteritæ, nõ debet admitti ipsa exceptio nõ numeratæ pecuniæ, per text. in l. aduersus. C. de nõ nu. pecun. quã sentẽtiã sequitur Ruin. in cõs. 19. nu. 11. vol. 4. ubi expressè sic dicit. quòd si causa præcedẽtis debiti conuertatur in cãm mutui nõ obstat dicta exceptio non numeratę pecuniæ, sed solũ quęrendũ est, an causa pręcedẽs sit uera. & si quæraĩ quis debeat probare causam præcedentẽ, ꝙ pro actore præsumitur, secundũ glo. in dicta. l. aduersus: quia de illa fit mẽtio in cautione, Eman. à Costa in dicta. l. si ex cautione. uersi. tertiò fallit. C. de non nu. pecun. vbi sequitur Felyn. & Ruin. vbi supra, & ꝙ etiã quãdo causa præcedẽs est mutui, & cõfessio est uenditionis, ꝙ nõ admittatur huiusmodi exceptio, ita decidit Vasq. lib. j. §. 9. nu. 27. vbi dicit, ꝙ si fortè ex causa mutui in chyrographo confessus sum me tibi cẽtũ debere ex causa emptionis, cõductionis, legati uel alterius similis tituli, non potero intra biennium allegare sub spe futuræ numerationis me huiusmodi cõfessionem emisisse, quamuis in hoc ultimo dicto non faciam uim: quia multi tenent oppositum.

Non obstat denique, ꝙ & si essemus in cõfessione depositi, ꝙ potest opponi exceptio nõ numeratę pecuniæ, quia multi & magis cõmuniter ita tenuerũt: quia dicitur magis cõmunem esse in contrarium, vt constat ex scriptis supra in secũda conclusione: ulterius dicitur, quòd in decis. Angel. in l. si fideiussor. ff. de fideius. non est faciẽdũ fundamẽtum, cum illa cõmuniter reprobetur, ut apparet ex dictis per Mars. in sing. 484. Imol. & Felyn. in c. fi. de fide instru. Alex. in cõs. 93 in fi. vol. 6. Petr. Rebuf. in consti. Regiis in trac. de liter. obligat. articulo 2. glo. j. num. 6. vbi dicit, quòd in pratica contra An. seruatur.

Ex his igitur concludendum uidetur, Illustris. dominæ Aureliæ competijsse ius agẽdi contra dictum dominum Ioseph. seu eius hæredes, siue confessio sit facta ex causa præcedentis administrationis, siue ex causa mutui ueri & naturalis ex causis supra deductis, & allegatis. mõ stante huiusmodi confessione, quæ præiudicat confitenti, & propter quam non datur reo exceptio non numeratæ pecuniæ, ex hoc infertur, quòd hæredes dñi Ioseph. ex sua promissione facta dñæ Aureliæ, teneãtur, etiã si dicta promissio non sit stipulatio sed nuda conuentio, cum quãtitas de qua in chyrographo prius esset debita à domino Ioseph. sicut cõstat ex prædicta cõfessione, cũ per pactum nudũ potuit obligari dñs Ioseph. quia ualuit
32 vt † constitutum producens actionem, & quod ca-
33 dit † super propria obligatione & aliena. §. de con-
34 stituta. vbi notatur. Instit. de actio. & quòd † fit quibuscũque uerbis aptis. l. qui autem §. fin. ff. de const. pecun. Ruin. in citato consil. 19. numer. 11. in fine. uolum. 4.

Præterea

35 Præterea, quotiescunque † ex inobseruantia pacti nudi quis patitur dãnũ, succurritur dãnũ passo actione de dolo.l.elegãnter.§.seruus pactionis. ff.de dolo.per quem tex.dicit ibi Bartol.limitari totam materiam pactorum, Alex.in l.si cõuenerit.col.2.ff.de iurisd.omn.iud.Ias.in l.iurisgentium.§.sed cum nulla.ff.de pac.Crot.in rubrica de uerbo.oblig.num.6. & Ruin.in dicto consi.19.num.12.

SVMMARIVM.

1 *Testator hodie secundum magis communem sententiam Trebellianicam prohibere potest.*

2 *Quod amplia etiam procedere in filijs primi gradus & num.16.secundum communem.Sed contra nu.17.& nu.24.vbi frequentior doctorũ est sentẽtia.*

3 *Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, & non restringi.*

4 *Iure cautum non reperitur, quòd testator Trebellianicam alijs prohibere non poßit.*

5 *Fallentiam qui allegat illam probare tenetur.*

6 *Regulæ standum est donec contrarium probetur.*

7 *Regulam qui habet pro se rem certam dicitur habere & intentionem bene fundatam.*

8 *Fructus non imputãtur filijs primi gradus in Trebellianicam, ita etiam iubente testatore.*

9 *Testator de iure Digestorum non poterat detractionem Trebellianicæ prohibere.& num.12.*

10 *Lex iubemus.C.ad Trebel.in totum est correcta.sed contra.num.25.*

11 *Cui conceditur, quod est plus, multo fortius quod est minus.*

12 *Testator potest disponere, quòd Trebellianica computetur in legitimam.& num.39.*

13 *Testator potest grauare hæredem, ut id quod sibi à testatore debetur non deducat sed in Falcidiam imputet.& num.40.*

14 *Lex iubemus.C.ad Treb.posito quòd nõ sit correcta, locum nõ habet quãdo duæ detrahuntur quartæ, scilicet legitima & Trebellianica.sed contrà secundũ magis communem.nu.41.*

15 *Cui negatur qđ est minus multo magis qđ est maius.*

16 *Omne qui dicit Nihil excludit.*

17 *Verba, omnibus modis, complectuntur oẽs casus qui considerari poßunt.*

18 *Verba, omnibus modis, præcisam habẽt interpretationem.*

19 *Ardua qui conficere potest, multò fortius quæ sunt minora.*

20 *Ratio quare pater Trebellianicã filijs primi gradus non poßit prohibere.*

21 *Legum correctio in quantum fieri potest euitanda est.*

22 *Legum correctio non debet induci per subauditos intellectus.*

23 *Iura noua generaliter corrigentia nunquam censentur corrigere leges ponentes casus speciales.*

24 *Dispositio l.sciendum.ff.qui satisdar.cogan.non corrigitur per auth.offeratur.C.de li.contest.*

25 *Statutum de testamentis particulariter loquens principaliter, magis attendi debet quàm statutum de errore notariorum generaliter loquens.*

26 *Dispositio l.si infanti.C.de iure delib.quę generaliter loquitur recipit declarationẽ seu limitationem per alias leges.*

27 *Lex specialiter disponens siue præcedat generalem siue eam sequatur semper derrogat generali.*

28 *Dispositio tendens ad speciẽ veluti potior & fortior ab ipsa generali elidi non solet.*

29 *Declaratio ad regulam, quòd generi per speciem non derogatur, quando sumus in diuersis legibus.*

30 *Legi speciali non censetur derogatum per generalem, nisi de ea fiat specialis mentio.*

31 *Causa immediata est potentior quàm remota.*

32 *Consequentia non valet: est prohibita Fal.ergo & Trebe.*

33 *Trebellianica secundum magis communem non amittitur ob non confectionem inuentarii sicut amittitur Falci.*

CONSILIVM V.

PRAESENS articulus nunquid Magnificus dominus Hypolitus Muletus potuerit ꝓhibere Trebellianicã Magnifico dño Antonio eius filio legitimo & naturali, & si tritus sit, tamen negari nõ potest quin sit notabilis & non paucis expediendus secundum Alexand.in consil.201.num.16.in fin.uolum.6.quia tantus est conflictus opinionum, ut multi adhuc dubitent, quęnam magis sit communis opinio, teste Clar.in §.testamentum.in quæst.61.uersi.difficultas est: nam ipsum disputabilem inquit Bal.in cõs.349.num.5.uol.3.& ipsius difficultate multum insudasse maiores nostros, citat Picus in l.in quartam.nu.272.ff.ad l.Falci.adeo ꝙ ait Curt.Iun.in consi.154.nu.2.quòd articulus ipse indigeret decisione Imperiali: ideo ut ueritas ipsius in lucẽ prodeat, & manifestè cognoscatur quænam sit frequẽtior sententia
1 an affirmatiua vel negatiua: Primò † arguo affirmati
2 uam ueram esse, quòd † ipsa etiã filiis primi gradus prohiberi posit, quod demonstratur, quoniã indubitati iuris est & magis recepta doctorum sentẽtia, quòd hodie testator potest Trebellianicam prohibere, per ea quæ habentur in auth.sed cum testator.C.ad.l.Fal.& in l.Marcellus.in prin.ff.ad Treb.& hanc esse cõem dixerunt Crot.in l.nemo põt.nu.17.& Ripa.nu.47.ff.de leg.1.Ruin.in conf.149.col.1.uol.3.159.nu.4.137.nu.8.& 115.nu.8.vol.eo.Alc.in li.5.paradox.c.19.Did.in c.Raynal.§.3.nu.6.de test.Castel.Cotta in memor.incip.Treb.licet posit.Bero.in consi.137.col.1.uol.2.ubi ab ipsa cõi inquit nõ esse recedendum in iudicando & cõsulendo, ex quo opinio hęc est canonizata inter doctores vtriusq. iuris, quàm ẽt sequunť cõiter Canonistæ in c.Ray.de test.Alex.de Neuo in con.75.nu.3.& freqnentiori calamo receptam inquiunt Aegid.Bella.in consil.48.in 2.dubio Ias.in con.99.in 2.dubio.uol.4.& 145.nu.6.vo.eo.Soc.Iun.in cõs.131.col.2.vo.1.136.nu.24.& 137.num.6.uol.eo.Bero.in consi.93.num.8.uol.2.Emil.in consi.127.num.8.& Port.in consi.92.nu.18.cum igitur hæc facultas prohibitionis generaliter cõcessa esse existimetur & pro regula receptum sit testatorem quadrantis deductionem prohibere posse, consequens esse uidetur, & amplius illud uerum uideri, cum pater filium sub conditione grauatum prohibet quadrãtem deducere: quia † lex gene-
3 raliter loquens generaliter intelligi debet & nõ restringi.l.1.§.generaliter.ff.de lega.præstan.cũ aliis adductis per Felyn.Dec.& alios in capit.1.in glo.in
4 uerbo, ab omnibus.de constit.maximè cũ nullibi † iu-

re cautum eſſe reperiatur filios primi gradus ab hu
ius regulæ nexu exceptos eſſe ergo comprehenſos.
5 nam qui allegat fallentiam † illam probare debet,
Bart.Bald.& Caſtren.in l.2.ff.ſi quis in ius uoca.nõ
ierit.Innoc.in cap.præterea.de dilat.Port.in cõſi.3.
6 num.31.& in conſi.156.num.3.Nam † regulæ ſtan-
dum eſt donec contrarium probetur, prout firmo
carrocio,iuxta not.in l.oĩs diſſinitio ff.de reg.iur.&
7 qui pro ſe † regulam habet,dicitur habere rem cer-
tam & intentionem ſuam benè fundatam,Bartol.in
l.quoties.ff.ſi qs caut.Dec.in l.1.in 2.no.de reg.iur.
Cur.Sen.in conſi.72.col.1.Soc.Iun.in conſ.65.col.
1.uol.1.& in conſi.182.num.5.uol.2.nec habet ob-
ſtare quia imò prohibitum eſt patri huiuſmodi de-
tractionem prohibere liberis primi gradus, per tex.
8 in l.iubemus.C.ad Trebel.ubi fructus † non imputã
tur filijs primi gradus in Trebellianicam,ita etiã iu
bente patre teſtatore. Si itaque non poteſt minuere
Trebellianicã,ergo nec in totũ tollere,vt ibi ꝑ Bal.
Saly.& Caſtren.quia reſpondetur ſecundum Cuma.
in l.cohęredi.§.cũ filiæ.ff.de uulga.& pupilla.quòd
argumentum Bald.nõ procedit.quia licet dicta l.iu
bemus.velit,quòd teſtator non poſsit facere,vt fru-
ctus computentur in Trebellianicã,non tamen vult
quòd non poſsit prohibere Trebellianicam:quia il-
9 lud erat ius commune prius inductum, ſcilicet † ꝙ
teſtator illo tẽpore nõ poſſet detractionem quartę
prohibere.l.Titia.l.quod de bonis.§.1.in fin.ff.ad l.
Fal.& ſic tex.in dicta l.iubemus.non inducit,ꝙ teſta
tor non poſsit prohibere Trebellianicam ſed indu-
ctum prężſupponit,dato quòd venit ſpecialiter teſta
torem non poſſe diſponere, quòd fructus qui alijs
computentur in quartam Trebellianicam non com
putãtur liberis primi gradus,vnde circa prohibitio
nem teſtatoris,quòd nõ detrahatur Trebellianica il
la lex non continet aliquid ſingulare; vnde ſecũdũ
eum,cum teſtator hodie poſsit prohibere Trebellia
nicam in totum,poterit etiã illam diminuere, & di
ſponere quòd fructus cõputentur in eam, & Cuma.
ſequuntur Alex.in dicta.l.Marcellus.col.5.& in cõ-
ſil.67.col.2.uol.1.& in conſi.29.uolum.5.Gozad.in
conſi.45.num.21.Ruin.in conſi.149.num.2.vol.3.
& ſubdit Cuma.quòd etiam dato quòd teſtator non
poſsit diſponere,ꝙ filij computent fructus in quar-
tam per dictam l.iubemus.tamẽ facta tali diſpoſitio
ne ipſi fructus eſſent reſtituendi per fideicõmiſſum,
argumento.l.ex facto.in prin.ad Treb.

Secundò dicitur,quòd etiam dato (ſed nõ conceſ
ſo) ꝙ lex ipſa,iubemus.de tali prohibitione nõ fien-
10 da diſponat, quòd † in totum eſt correcta: nam
quo ad expreſſam diſpoſitionẽ eius, uidelicet quòd
teſtator non poſsit iubere fructus non eſſe imputan
dos in Trebellianicam, uidetur ſatis apertum legẽ
ipſam correctam.Nam ſi hodie per dictam auth.ſed
cum teſtator.datur facultas teſtatori in totũ prohi
bendi Trebellianicam,vt iam explanatum fuit,mul-
tò magis uidetur concedi,quòd illam diminui poſ-
ſit per imputationẽ fructuum,quod minus eſt quàm
in totum prohibere Trebellianicam:nam certi iuris
11 eſt,ꝙ † cui conceditur quod eſt plus, fortius conce
ditur quod eſt minus.l.non debet cui.ff.de reg.iur.
Quòd autem ſit correcta dicta.l.iubemus. expreſsè
hoc dicunt Cyn.in dicta l.prima oppo.Cuma.in d.
§.cum filię.& in l.in fideicommiſſaria.ff.ad Trebell.
Alex.in dicta.l.Marcellus.& in conſilijs ſupra cita-
tis.Si itaque lex ipſa eſt correcta in eo quod expreſ
sè in dicta.l.continetur,conſequẽs uidetur correcta
etiam in eo quod tacitè ex ea per argumẽtum indu-
ctum uidetur,ſcilicet quòd non poſsit pater Trebel
lianicam prohibere:nam, ſi ibi hoc ſumitur ex eo
quòd nõ poteſt illam diminuere, & illud probatur
correctum,neceſſariò uidetur ſequi,quòd etiam corri
gatur in eo quòd de Trebellianica non prohibita ſu
mebatur, ſeu quòd amplius ex eo hoc ſumi non poſ
ſit, iuxta.l.primam §.hinc igitur. iuncta glo.ſuper
uerb.neceſsè.in fi.C.de Iuſt.cod.confi.

Tertiò dici uidetur, ꝙ quamuis lex, iubemus.
non corrigatur in eo quod ſtatuit,patrem nõ poſſe
imputare filijs primi gradus fructus in Trebelliani-
cam,tamen ꝙ poteſt Trebellianicam prohibere, vt
ex his quæ not.Soc.in dicta l.Marcellus.uerſic.hoc
autẽ,vbi dicit,quòd ex his duobus vnum ab altero
non prouenit:nam olim Trebellianica nullo modo
prohiberi poterat, fructus tamen etiam quod teſta-
tor non dixerit in cauſa imputabantur, & ſic fructu
um imputatio non pendebat a poteſtate prohibẽdi
Trebellianicam uel ne.Si igitur quodlibet de per ſe
conſiderandum eſt, ſequitur quòd licet dicta l.iube
mus.in eo quod de imputatione fructuum nõ faciẽ
da inducit,hodie nõ corrigatur, tamẽ ex eo non in
fertur detractionẽ Trebellianicæ, unde cum in di-
cta auth.ſed cum teſtator,ſecũdum communem Tre
bellianica ſimpliciter prohiberi poteſt,Trebelliani
ca debet etiam comprehendere cauſas filiorum pri
mi gradus, cum nullibi reperiatur cõtrarium deter
minatum.

Quartò, pro hac parte facit, quod notatur per
Dyn.Nicol.de Neap.& Moder.in l.ſi debitor.ff.ad
l.Fal.& Imol.poſt Dyn.in l.Lucius.§.maritus.ff.ad
12 Trebel.vbi dicunt,ꝙ teſtator poteſt diſponere † ꝙ
Trebellianica computetur in legitimam, & ſic per
13 iſtum modum illam filiis prohibere, ſicut † poteſt
grauare hæredem ut illud quod ſibi à teſtatore debe
tur non deducat ſed in Falcidiam imputet, dicta.l.ſi
debitor.Cum igitur ibi teſtator poſsit hoc ordinare
quòd in Falcidiam imputet qđ ille hæredi debebat,
etiã quòd aliàs Falcidia prohiberi non poſſet,ita in
propoſito debet poſſe ordinare,ꝙ legitima in Tre-
bellianicam imputetur,poſito milies quòd Trebel
lianica prohiberi non poſſet,ita Bal.in l.quoniã in
prioribus.in fi.uerſi.2.quæro.C.de inoff.teſta.Alex.
in dicta l.ſi debitor.col.1.Iaſ.in l.filium quem habẽ
tem.col.5.uerſi.3.ſingulariter.C.fam.ercíſ.

Quintò,pro hac ſententia facit:quia dato ꝙ.l.iu-
bemus.inducere velit,quòd per teſtatorem non poſ
14 ſit prohiberi filijs Trebellianica,& † ſic quòd non
ſit correcta,tamen non uidetur ꝙ procedat in termi
nis noſtris,vbi duæ quartæ detrahẽdæ ueniunt,uide
licet legitima & Trebellianica,ſed ſolum in caſu in
quo vna quarta detrahi deberet, vt in dicta.l.iube-
mus.ibi. retenta quarta pro auctoritate Trebelliani
cæ dodrãs reſtituatur: nã ſi quid ultra quartã retine
retur dodrãs nõ reſtitueretur, quem text.ad hoc ibi
ponderat Bal.in prima oppoſitione,ita in terminis
dixit Paul.de Caſtro in l.quod de bonis.§.fructus.
in fi.ff.ad l.Fal.in l.mulier.§.cũ proponeretur.col.fi.
uerſi.dico.ff.ad Treb.in l.ſcimus,in §.repletionem.
C.de inoff.teſtam.vbi dicit quòd ita cõſuluit in ciui
tate Bononiæ,& quòd ita iudicaret ſi eſſet iudex,&
in conſi.92.ſecundum antiquam impreſsionem,quã
limitationem uti peregrinam & obliuioni non tra
dendam inquit Alex.in dicto.§.cum proponeretur.
in cõſi.29.col.2.uol.5.& 165.colum.fi. uolum.eod.
Crot.in l.qui Romæ.§.duo fratres.num.41.de uerb.
oblig.Rub.Alex.in cõſil.2.colum.pen.Picus in l.in
quartam.nu.44.222.& 229.ad l.Fal.Curt.Senio.in
conſi.51.col.12.Corſe.in trac.de poteſt.reg.quæſt.
73.uerſi.his tamen,Corne.in conſi.22.litera.Q.uol.
1.Dec.in conſi.480.colum.pen.& 495.col.fi.Iaſ.in
conſi.221.col.4.uol.2.& 43.col.fi.uol.3.Gozad.in
con-

consi.45.col.pen.Bald.in consi.250.col.1. versi.sed bene dico,vol.5.Cepha.in consi.153.num.69.

Vltimò,hanc partē tenuerunt & sequuti sunt Cyn. in dicta,l.iubemus.Cuma. in dicta.l.cohæredi. §. cū filiæ.& in l.in fideicommissaria ff.ad Treb.& in consil.52.Angel.in consi.125.Hanib.in l.nemo potest. num.369.ff.de legat.1. Corne.in consi.22. volum.2. 187.volum.primo.207. colum.5.volu.3. & in consilio.17.volum.4.Rom.in sing.192.Homod.in consilio.235.in fi.Aret.in consi.37.in 5.dubio.& 67.in fi.Curt.Iun.in consi.51.colum.penult.52.colum.penult.in princip.& 120.num. 12. Truza.in commun. opin.cap.fi.in fi.Rui.in consi.149.colum. 3. volum. 3.147.colum.prima,volum eod.& 37.num.15.vol. primo,Bering.in dicta l.in quartam.nume.316. vbi etiam Hercul.& Fab.de Monte.Ias.in l.filium quem habentem,colum.5.C.Fam.hercis.Crot.in c.Raynutius.charta penul.de testam.Cassador.in dec.4.in titul.de testa.Grat.in consi.103. num.14. in secunda, part.Gozad.in consi.45.num.21. Beltran. in consil. 152.num. 12.nolum.1. Cepha.in consi.153. numero 67.Paris.in consi.17.nume.18.vol.2.consi.18.nume. 99.53.nume.52.volum.3.136.num. 36. volum. primo,& hanc esse communem testantur Soc.in dict.l. Marcellus.Paris.in consi.primo,num.83.volum. 2. Rub.Alex.in consi.2.num.26.& 43.nume.12. Vasq. in lib.primo,§.8.num.12.vbi inquit se solitum tenere hanc sententiā tam in consulendo quàm in iudicando,Corset.in trac.de potest.regū.quæstione.73. col.4.& magis communem Alex.in dicta l.Marcellus.in consi.67.num.23.vol.primo. Corset.in tract. de Treb.§.1.num.3.& 10.Rui.in consi.115. numero 24. volum. 3.119.nume. 15.volum.eod.& in consil. 173. nume.21.volum.2.Beltr. in consi.30.nume. 5. volum. 3.

Diligentius tamen & maturius animaduertendo contrariam sententiam vti probabiliorem, veriorē æquiorem & frequentiori calamo receptam ex infrascriptis amplectandam fore arbitror.Et 1.per textum in dicta l.iubemus.in versi.licet testator hoc rogauerit vel iusserit:nam si pater nō potest ordinare, quòd filij grauati hæreditatem restituere per fideicommissum non imputent fructus perceptos in Trebellianicā,vt ibi clarè dicitur,quamuis aliàs regulariter sit secus, in l.in fideicommissaria.ff.ad Trebel. & sic non potest per imputationem fructuum Trebellianicam minuere, sequitur apertissimè ꝙ multò minus eam non poterit in totum per suam prohi-
15 bitionem tollere:nam regula vulgaris est ꝙ†cui denegatur quod est minus, multò magis quòd est maius. l.nō debet cui.ff.de reg.iur.l. qui indignus.ff.de Senato.& ita ibi per illum tex.tenent Bal.Saly.Pau. de Castro,Corne.Catho Sachus & alij. Ruin.in consil.136.num.14.volum.2.20.num.8.vol. 3. Soc. Iun. in consi.131.num.5.& 20.versi. circa primum,volu. primo, 137.num.7.versi.& licet. volum.eod.& 28. nume.2.volum.2. Port.in consi.92.numer.56.vnde cum ista sit necessaria mens illius.l.licet non sit hoc expressum perinde est ac si in ea fuisset expressum.& ab illa lege debet dici inductum,iuxta.l.nominis & rei.§.verbum.ff.de verb.sign. & sic illam legē interpretabitur ac sic dicere volumus, quòd filijs institutis quarta Trebellianica nedum tolli per patris prohibitionem possit, sed nec etiam minus per imputationem fructuum, etiam si pater ita voluerit, & sine dubio si legislator huius legis de hoc fuisset interrogatus,an ita uellet, vtiq; verisimiliter ita respōdisset esse de sua intētione,quo stante sequitur, ꝙ nos ita perinde habere debemus ac si esset expressum l. tale pactū.§.fi.ff.de pact.vbi per scribētes.& ita per hanc viam istam opinionē tenuit Seisel.in l.Marcellus, in 2.colu.ff.ad Treb. quem sequitur Socin.Iun. in dicto consi.131.num.11.volum.primo. imò fortius dixit ibi Socin.num.12.ꝙ verba illius legis hoc satis apertè velle, videntur:quia cum dicit omnibus modis quartam retineri, complectitur omnes casus
16 qui considerari possunt:nam† qui omne dicit nihil excludit.l.Iulianus.de leg.3.& ad hoc allegat.l. primam iuncta gloss.ff.de alieu.mutan.causa facta, ubi
17 †verba, omnibus modis, cōprehendunt casus & modos Proconsuli possibiles. vnde cum in d. l. iubemus.sint illa uerba, quæ cum sint generalia quemlibet casum comprehendunt, & sic exponi poterunt, siue per testatorem fuerit remissa retentio quartæ, siue nihil dixerit, siue et expressè illā inhibuerit. Idē dicit Port.in consi.92.num.40.uersicul.2.vbi etiam ponderat dictionē, omnibus modis, positam in d. l.
18 iubemus. quæ† præcisam habet interpretationem, quemadmodum si lex per uerbum omnino, seu penitus, uel omnimodò cōcepta proponeretur.l. grece. §.illud.vbi Bart.ff.de fideiuss. legitimè enim hoc pacto concludi solet, cui minora conficiendi facultas denegatur, eidē multo fortius maiora exequendi denegatam potestatem intelligi, quemadmodum &
19 † qui ardua magis conficere potest, multo fortius quæ sunt minora eundem præficere posse. l. videamus. §. iurare.ff. de in lit. iur. & sic ex his constat ꝙ illa lex disponit etiam de quarta filijs nō prohiben
20 da:& † rationem quare in d.l.hoc inductum fit, esse fauore filiorum primi gradus ac in eorum prerogatiuam ac speciale priuilegium. Nam cum in l. ipsa in fi.dicatur, quòd ad alias personas eius dispositio non debeat produci, & sic velit quòd in extraneis omnibus & etiam in nepotibus non procedat illa dispositio, manifestè apparet eam in filij primi grādus priuilegium fuisse tantum specialiter inductā, argumento l.primæ, de constit.Princip.& ita ibi uolunt Salice.& Bald.

Secundò, hanc sententiam approbant patres infrascripti Bal.Saly.Paul.de Castro.Corne. Catho.facchus & Anton. de Prato. veter. in dicta.l.iubemus. Saly.in auth.sed cum testator.C.ad l.Fal. Rom.in l. Marcellus.§.quòd autē.in fi.ad Treb. vbi inquit Florentiæ ita iudicatum fuisse,& in ipsa.l.in §.res quæ. & in consil.206.Imol. in dicta l. Marcellus.Abb.in cap.Raynutius,de testa.ubi etiam Barb.col.153. Rapha.Cuma.in dicta l.Marcellus.& in consi.35.Campeg.citatus per Neuiza.in consi. 1. Soci.sibi contrarius in reg.432.ubi dicit hoc menti perpetuò tenendum,Alciat.in l.nemo potest.de legat.1.& in consi. 178.in 3.tomo.Ant.de Prato.veter in l.in quartam colum.124.versi.fallit in patre.ff.ad l.Fal.ubi etiam Torniel.num.71.& Picus. nume.273. quia in dubio debemus fauere filijs, Hercul. in l.si debitor.ff.ad l. Fal.Pet.Rauen.in suo Alphabetto iuris in verb.Trebelianica.Bal.in consi.101. colu.1.vol.2.vbi tradit filium non posse grauari in legitima nec in Trebellianica Alb. in cōs. 7.nu. 6.in fi.Ioan.Disec.in trac. de arte testan.caut.31.nu.4.Coras.in l.filiū quē habentem.nume.76. C.fam.ercis.Franc.de Rampo.inter cōsi.Cald.consi.41.in tit.de test. cui & ipse adstipulatur Fab.in auth.nouissimi num.252.C.de inoff. testa.Capra in consi.36. versi. sed his non obstantibus, Crot.in l.nemo potest.nume.33.Grat.in consi. 160.nume.25.volu.2. Dominus Anto. de Rocheta, vt citat Neuiza.in dicto consi.1.Beltran.in consi.106 columna.2.& 300. volumin.3. Caliaul. in l. centurio.num.405.uersi. 2. de uulg.& pupil.Guid.Pap.in decis.50.ubi dicit quòd ita stilatur in consi. Delphinali,& quòd ita seruatur in consulen. & iudicando

sine solemni numero testium, attento quòd præce-
dens vltima voluntas fuit rupta agnatione posthu-
mi, Ang. in l. qui iure. ff. de milit. testa. in consil. 106.
& melius. 317. vbi concludit, quòd etiam si posthu-
mus nascatur facto testamento & testator superuixe
rit & non mutauerit testamentum, si non declaret
coram quinque testibus velle in ea voluntate dece-
dere, ꝙ dicta clausula codicillaris nihil operatur,
Ias. in auth. ex causa. col. 5. versic. amplia. C. de liber.
præter. dicens quòd legata non conseruantur per di
ctam auth. quia semper præsumitur patrem prędile-
xisse filium legatarijs, & ideo si non mutauit testa-
mentum id fecit, quia sciebat quòd erat sibi prouі-
sum per remedium iuris aduersus testamētum, sicut
dicimus de creditore qui tacet, quia scit ius suū du-
rare. l. sicuti. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hy-
po. sol. Soc. in consi. 93. col. fi. vol. 4. Barb. in consi. 4.
col. 5. vol. 2. Bertran. in consi. 170. col. 3. ver. nec op-
ponat aliquis, vol. j. Soc. Iun. in consi. 154. col. fi. vol.
2, Tiraq. in repet. l. si unquam, in verbo, susceperit li-
beros, num. 214. & ibi Rip. q. 42. in fi. C. de reuocan.
dona. Ant. Gabr. in suis commu. opi. l ibr. 6. in titu. de
claus. conclus. 8. & Rub. Alex. in consi. 125. col. 2. vbi
dicit hanc partem esse communem si benè connume
rentur doctores.

Quibus tamen non obstantibus contrariam senté
tentiam veriorem esse existimo, & magis commu-
nem, videlicet quòd quando in testamento est adie
17 cta † clausula codicillaris per verba futuri temporis
concepta, quòd testamentum valet etiam quoad in-
stitutionem hæredis non iure directo sed iure fidei-
commissi: quia veniens ab intestato cēsetur esse gra
uatus de restituendo hæreditatē hæredi scripto per
fideicommissum, scribentes in l. filio præterito. ff. de
iniust. & rup. testa. in d. auth. ex causa, Bar. Bal. & alij
in l. fi. C. de codic. Nam inficiari non potest, ꝙ quan-
18 do in testamento fuit apposita dicta † clausula mo-
do quo supra, quin testator censeatur cogitasse de
posthumo & de ruptura, quæ per eius natiuitatem
sequi posset: quia cogitauit de casu quo, tempore cō
fecti testamenti esset validum sed postea efficeretur
inualidum, quod contingere non poterat nisi pro-
pter natiuitatem posthumi præteriti, & ideo nō mi
rum si doctores dant cautelam, quòd in testamento
apponatur clausula codicillaris per verba futuri tē
poris, ad hoc vt illa operetur, si contingat testamen
tum rumpi natiuitate posthumi, quod non esset si
clausula ipsa solum esset concepta per verba pręsen
tis temporis, puta si non ualet: quia tunc cum testa-
mentum esset à principio ualidum. l. 3. §. 1. versic. ex
his. ff. de iniust. testamen. deficeret conditio de præ-
senti, sub qua esset facta d. clausula, & per cōsequens
ipsa clausula codicillaris. l. cum ad præsens. ff. si cer.
peta. Propter istum ergo casum rupturæ contingen-
tis natiuitate posthumi consulunt doctor. illa verba
futuri temporis debere apponi in dicta clausula, ue
dicatur. si non ualet, uel ualebit: quia quando dictū
verbum futurum appositum est apparet testatorem
cogitasse dictum casum euenire posse, scilicet, quòd
poterit habere posthumos post factum testamentū,
qui nascendo tanquàm præteriti rumperent testa-
mentum, & censetur voluisse quòd etiam si talis ca-
sus eueniret, licet tempore testamenti de tali casu
spem nullam haberet, tamē quia erat possibilis eue-
nire, sicut accidit, licet præter cogitatum, adhuc uo
lebat quòd testamentum suū deberet seruari eo mo
do quo seruari posset, & sic institutio hæredis si non
iure directo saltem iure fideicommissi, & sic uoluit
posthumos nascituros grauare si ei ab intestato suc-
cederent, & istud tantum ualet quantum si sciuisset
de certo se habiturum posthumos. l. qui iure milita-
ri. ff. de testa. mili. quia sufficit cogitasse in genere, vt
inquit Roma. in consi. 122. col. pen. per dictam. l. qui
iure militari: quem tex. ad hoc allegat pro singulari
Ang. in dicta auth. ex causa. col. j. Dec. in consil. 490.
num. 2. in fi. Pau. de Castro in l. j. C. de posthu. hære-
di. instit. Saly. in l. fi. in 7. q. C. de codicil. Ruin. in cō-
si. 19. num. 8. uol. 3. Nec uidetur obstare quod inquit
Are. in consi. vltimo col. j. quòd licet clausula codi-
cillaris referatur ad futurum, tamen non uidetur ēt
in genere cogitatum de ruptura testamenti ex nati-
uitate posthumi: quia illa uerba, si nō ualebit, aliter
possunt uerificari, cum pluribus aliis modis testamē
tum annullari possit, uidelicet, si hæres moriatur an
te testatorem, uel si adita postea non sit hæreditas,
uel hæres institutus efficiatur incapax ex delicto,
subdens istam consequentiam non esse aliquo mo-
do bonam. uerba possunt comprehendere istum ca-
19 sum, ergo comprehendunt: quia uerba † generalia,
quæ de sui natura possunt multa comprehendere ex
mente partium uel testatoris restringuntur. l. obliga
20 tione generali. ff. de pignor. & † quia indefinita non
æquipollet uniuersali quando non est eadem ratio,
ut per Dyn. in rubrica de reg. iur. in 6. Quia respon-
detur, quòd illa clausula si non ualebit, relata in fu-
turum, licet pluribus modis uerificari possit, negari
tamen non potest quin in generalitate uerborū etiā
casus natiuitatis posthumi præteriti comprehenda-
tur: quia eius natiuitate testamentum rumpitur. l. po
sthumo, C. de contra tabul. & quia sub generalitate
omnes

21 † omnes casus comprehenduntur, licet maior sit ratio in vno quàm in alio.l.prima.§.quod autem.ff.de aleato.l.prima,§.generaliter.ff.de leg.præstan.& eo magis hoc dicedum venit, cum simus in casu in quo
22 adest dispositio negatiua, si non valebit, † quæ de proprietate sermonis æquipollet vniuersali, Fulgo. in l.iurisgentium.§.sed si fraudãdi.ff.de pact.& quia
23 † negatiua potentius negat quàm affirmatiua affirmet,glo in c.cum dilectus.de consuet. & ideo vide-
24 mus, quòd licet † oratio affirmatiua in primo actu verificetur.l.boues.§.hoc sermone. de verbo.sign.secus est in negatiua:quia trahitur in infinitum,glo.in l.hoc genus. ff.de condit.& demonstr.ita respondet Dec.in consi.490.col.2.versi. prædictæ conclusioni. Vellem enim scire ab Aret. quis spiritus sibi reuelauit, quòd testator magis cogitauerit de tribus casibus per eum expressis in dicto vltimo suo consilio, quàm de natiuitate posthumi, quæ euenire poterat: Nam istud est contra Bal.in dicta auth. ex causa.col. 4.ver.item talis posthumus.vbi inquit, quòd posthumus ab intestato habet tacitam voluntatem defuncti.l.3.ff.de iure codicil.ergo intelligitur de iuris fictione cogitatum de ipso:item inquit, quia in testamentis communiter apponitur clausula, si nõ valet vel valebit, per quam clausulam testator cogitat de ruptura testamenti & prospicit contra causas rumpentes,ergo implicitè cogitat de posthumo, qui est vna causa de causis rumpendis: quia qui cogitat de fine cogitat de modo ad finem: quapropter vbi est dicta clausula non procedit distinctio cogitauerit nec ne: sufficit enim generaliter & implicitè cogitare,argumento l.placet ff.de lib.& posthu. Crot. in consi.66.num.6.vbi inquit, quòd ex quo testator concepit clausulam codicillarem vt supra, cogitauit de natiuitate posthumi, & ideo quòd prædicta clausula operabitur effectum fideicommissi ac si in specie testator de natiuitate filiorũ cogitasset: quia
25 idem operatur generalis † cogitatio testatoris quod operatur specifica eius consideratio,dicta.l.qui iure militari.& subdit,quòd non obstat responsio Areti. in dicto consilio vltimo: quia nulla ratio suadet, ꝙ dicta clausula codicillaris concepta per verba de futuro, quæ ex vi sermonis comprehendere potest rupturam testamenti, quæ causatur natiuitate posthumi,illam non comprehendat,argumento.l.non aliter,& l.ille aut ille.§.cum in verbis. de legat.tertio, Bero.in consi.17.nu.27.vol.2.Pau.de Castro in consi.59.colum.fin.secundum antiquam impressionem, Guliel.Benedic.in capitu,Raynutius.in verbo,in eodem testamento.num.247.de testa.Roman. in consi. 122.colum.2.

Secundò, ista sententia confirmatur authoritate Bar.sibi contrarij in l.qui filiabus.in princip.in fi.de leg.primò,& in dicta authent.ex causa.in fin.Iacob. de Beluis.relatus à Bart.in d.l.j.in 6.q.Cy.in d.auth. ex causa.col.fi.ver.nisi ponerentur.Fran.de Rampo. citatus ab Imo.in l.filio præterito.col.4.ff.de iniust. & rupt.testam.& Corn.in consi.150.litera.D,vol.3. Aret.insti.de codicil.in prin.vbi dicit contra Bar.sepius consuluisse, Dyn.relatus à Bar.in d.l.j.in 6 q.& ab Ang.in d.§.j.Ange.in d.auth.ex causa.& in cons. 51.col.pen.vers.solum igitur, vbi dicit ꝙ aliàs consultus ita tenuit,& in consi.99.col.j.vbi inquit, hãc opinionem veriorem, & quòd pluries valde difusè allegando consuluit,& cum ista quæstio de facto oc currisset Perusij iudicatum fuit de consilio quasi omnium doctorum Ciuium & Forensium tunc Perusij commorantium,Fulgo.ibi in dicta auth.ex causa. & Iac.But.relatus ab Ang.in d.consil.51.Nicol.de Matharel.de quo mentionem facit Bald.in dicta authẽ. ex causa.Corn.in consi.118.litera.M, vol.2.& in cõsil.150.litera.D.vol.3.Rayne.allegatus per Bal.in l. ex ea,de testa.Bald.in dicta.l.ex ea.vbi dicit, ꝙ sæpe consulendo tenuit opinionem Dyn.& Cyn. in dicta authen.ex causa.in l.fi.col.pen.versic.sed quæro. C. de codicil.Oldra.in consi.149.& 171.Sal.in l.fin.in 7.q.C.de codicil. Imol.in l.filio præterito,col. 9.ff. de iniust.& rupt.testa.in l.ex ea.de testa. Ioan.Petrucius in d.auth.ex causa.relatus per Barba.in consi.6. col.fi.vol.3.Pau.de Castro in l.j.C.de posth. hæredi. insti.col.j.in consi.58.col.2.& in consil.seq.col.fin. Roma.in consil.122.Crauet.in consil.34.per totum Barba.in consi.6.col.fi.vol.3.& in consi.54.in 2.dubio.vol.eod.Cor.in consil.194.col.pen.vol.3.Cum. in l.j.ff.de iure codicill. & in l.si quis cum nullum. eod.titu. Abb.in duobus consilijs non impressis sed relatis per Corn.in consi.118.col.fi.vol.2.Cur.Iun. in consi.150.num.12.Rui.in consi.19.num. 8.versic. sed præmissis.volu.3.Tiraq.in repeti.l.si unquàm.in verbo donatione largitus.num.269.Capella Tolos. decis.455.Aufrer.ibi in addit.Guliel.Benedic.in ca. Raynutius.in verbo in eodem testamento.il 1.num. 247.Claud. Marc. Petrus Cornel. Thomas Pelisoni relati per Bertran.in consi.10.in j.vol.Purpu.Franc. Regius Papiensis Augustinus Molignatus Vercellẽsis nũc Episcopus, Percinal Callorus Aduocatus Casalensis vt in suis consilijs quæ vidi, quamuis nõ impressa,Gul.à Sancto Georgio.olim Præses meritissimus Senatus Montisferrati, qui in causa Ioliti sibi commissa iudicauit secundum consilia patrum proximè suprascriptorum, Ias.in consi.104.col.pe.vol. 4.Ripa in responso 128.num.18.versi.quinimò, Bertran.in consi.139.vol.3.& hanc sententiam communi calculo receptam fore attestantur doctores infrascripti,videlicet,Bald.in l.2.ff.de leg.3.Io.de mõte Sperello in auth.ex causa. de quo mentionem facit Corn.in consi.118.col.fi.vol.2.Corne.in consil. 194.col.pen.vol.3.& 118.col.pen.in fi.vol.2.Ruin. in consi 11.num.5.vol.3. Villalobos in suis commu. opin.in littera. E,num.67.Osas.Cacheranus secundus Præses Senatus Pedemontani in consil. edito in fauorem sororiæ suæ, quod subscripsi & subsignaui, Ias.in l.qui filiabus.num.33.de leg.1.Adden. ad Bar. in d.l.j.de iure codicil.Capra in consil.106.in fin.& 115.col.2.Bologn.in consil.73.Iacob.de S.Georgio in authen.ex causa.num.27.C.de liber.præter.Paris. in consi.60.col.2.& num.20.61.col.3.& 64.numer. 8.vol.2.Soci.Iun.in consi.107.nu.24.vol.j.& in consil.3.num.27.uol.4.Alcia.in consi.350.Bello.in consil.57.num.14.Grat.in responso.11..vol. Cepha.in consi.138.num.32.Crot.in consil.66.num.8.Siluan. in consi.14.num.14.Ripa in responso 128.num. 18. uers.quinimò,Prat.Papi.in forma libelli pro leg.rei. sing.in uerbo ualere. col.2.Suarez. in suo thesau.recept.senten. in verbo præteritio filiorum, Io.Baptista Casul.in subscript.consilii Soci.Iun.128.nu.257. vol.j.Hugo.Cels.in tract.clausul.num.327. Beltran. in consi.59.vol.3. Quam partem vti frequentiori calamo receptam inquiunt Corn. in dicta auth.ex causa.num.46.in cons.195.uol.2.ubi dicit quòd omnes ante Bart.tenuerunt hanc opinionem & post multi, subdens quòd ita tenuit legendo dictam authen. ex caus.& pluries consuluit,ut patet in cons.150.col.2. vol.3.& 225.col.pen.volu.2.Ripa in responso 129. uers.præterea,Bertran.in consi.10.in j.uolu.& 350. num.4.uol.eod.Bero.in consi.17.num.28.uolu.2.& in consi.12.num.4.uol.eo.Alex.in consil.30.in prin. uolu.3.ubi dicit quòd semper legendo & consulendo est sequutus hanc opinionẽ, à qua discedere non intendit, quia est magis communis,quod & repetit

in

in consil.sequenti, in consil.87.colum.2.uolmin.j. 124.uolu.eo.& in dicta authen.ex causa.col.6.uersi. sed aduerte.Deci.in consil.490.col.2.Nicel. in concor.Bart.206.Anton.Gabriel.in commun. opin.lib. 6.in tit.de clausul. conclusioue 8.Balion. in d.auth. ex causa.nu.78.

Superest modo ut respondeatur ad ea quæ in contrarium adducta fuerunt.& primò non obstat l.si unquàm. C.de reuocan. dona. quia respondetur quòd in dicta.l.si unquàm,donatio fuit inofficiosa, sed codicilli non possunt dici inofficiosi: quia præteritus omnino est habiturus legitimam,in qua non potuit grauari in codicillis:nec habet intentare aliquod remedium ad rescindendum uoluntatem codicillorum,per l.quo niam in prioribus. C.de inof.testa.ita ad dictam l.respondet Alexan.in consi.30.col.2.versic.& non obstar.uol.3.& in consi. seq.col.fi.in principio.nec non in consil.142.col.3.uersi.potest responderi,uolu.2.

Vel & secundò respondetur,ꝙ in dicta.l.si unquã disponens non prospexit ad casum donationis uel ultimæ uoluntatis rumpendæ,sed in casu nostro sic, per dictam clausulam codicillarem conceptam per uerba futuri temporis,si non ualebit,per quam uidetur saltem in genere de posthumo cogitasse,Bald.in l.fi.col.pe.uer.item non obstat.Alex.in dicto consil. 30.col.2.uersic.uel respondetur,& in consi.seq.col. pen.in fin.cum pri.seq.& in consi.142.col.3.uolu.2. Crot.in consi.66.col.3.uer.& tenendo.dum se remittit ad Alex.in d.consi.31.Bero.in consi.12.col.4.uersi. non obstat.uol.2.Corn.in consi.225.littera. Q.uersi. facit quòd ipse.

Non obstat.l.si cum in utero. quia secùndum Bal in d.l.fi.col.pen.uers.nec obstat supra,dicitur ibi,testatorem non prospexisse ad casum testamenti rumpendi,sed in casu nostro sic propter clausulam codicillarem,Sal.ibi col.fi.uer.non obstant leges allegatæ.Alex.in d.consil.31.col.fi.uersi.præterea,ubi dicit quòd d.l.non loquitur quando erat adiecta clausula codicillaris, uel quando apparebat testatorem cogitasse de filiis,Pau.de Cast.in consil.58.col.pen.uersi. præterea.Corn.in citato consil.225.col.7.uersi.facit quod ipse.uol.2.

Non obstat secundum argumentum.l.pen.C.de iure codicil.inductę ut supra:quia respondetur,ut colligitur ex glo.in l.si quis cum testamentum. in prin. in uerbo,non perinde ff.de iure codicil.quòd quando est factum testamentum separatum à codicillis, etsi codicilli pertineant ad testamentum & ab illo dependeant, siue procedat testamentum siue non, tunc rupto testamento uel natiuitate posthumi uel præteritione filij aut alterius, dicuntur etiam rupti codicilli: quia à testamento dependent tanquàm accessorij,& ita uenit intelligendus tex.in d.l.j.sed qñ non est factum testamentum separatim, à codicillis à quo dicuntur pendere codicilli,tunc ipsi codicilli non rumpuntur natiuitate posthumi. d.l.si quis cum testamentum,in fi.principij,Bart.& alii in d.l.j C.de codicil. sed in casu nostro non est factum testamentum,ergo &c.

26 Ad tertium respondetur,quòd glo.in d.authē.ex causa,communiter reprobatur,ut per docto.in d.auth.ex causa, & in l.filio præterito. ff.de iniust.& rupto testa.Bero.in consi.16.nu.26.uol.2.Alex. in consi.142.col.2.in prin.uer.non obstat glo.uolu.2.Bero, in consi.12.col.4.uer.Item pro opinione.uol.2.Cor. in consi.128.col.pen.uer.& licet.uol.2.

Non obstat quartum de dicta.l.ex facto. de uulga. & pupil. Quia respondetur, quòd lex ipsa loquitur in casu ualde diuerso, nam ibi nullo modo apparebat testatorem in genere uel in specie cogitasse de nascituro, sed in terminis nostris sic propter clausulam codicillarem conceptam per uerba futuri temporis,Alex.in consi.30.col.2.versi.quia his non obstantibus,vol.3.Pau.de Castro in consi.58.col.2.uersi.& sic cessat fundamentum,Balion.in dicta auth.ex causa.num.78.ver.nec obstat tex.in d.l.ex facto.

27 Pariter non obstat, ꝙ clausula codicillaris censetur apposita potius ex consuetudine notariorũ quã ex mente testatoris,ut dixit Bar.in dicta l.j.quæst.5. Quia respondetur, quòd imò uidetur apposita ex intentione testatoris,cum notarius censeatur rogatus ut apponat clausulas consuetas, Alex.in consi.j.col.
28 6.verficu.quinimò.uol.5. Nam non præsumitur ꝙ notarius aliquid scripserit quod sibi non fuerit iniũctum, Bald.in l.errore.col.j.C.de testa.ubi dicit, ꝙ quicquid scriptum reperitur uidetur scriptũ de uoluntate & mandato eius qui rogauit tabellionem, & in terminis nostris respondendo ad Bart. ubi supra,ita dixit Dec.in consi.490.num.10.Craue.in cõsi.75.num.4.Corn.in consi.195.col.fina.ver. nec ob
29 stat,uolu.j.& tanto magis id dicendum uenit,cum testamentum publicè lectum fuerit coram testatore & testibus,ut per Imol.in l.filio præterito. 14.colu. ff.de iniust.& rupt.testamento,ubi dicit,quòd notarii dictam clausulam apponunt de uoluntate testatoris,cum testamentum publicè legatur corã eo,Aret. in consi.ultimo.col fi.uolu.3.Alex.in consi.142.col. 3.uol.2.Bero.in consi.16.num.20.uolum. 2.ubi dicit dictum Bar.in dicta.l.j.communiter reiectum, & eò magis hoc dicendum uenit,cum generalis consuetudo notariorum sit apponere claus.codicillarem,Barba.in consi.54.col.pen.uol.3.Dec.in c.cum M.col.3. uersi.& ex supradictis de constitut.ubi inquit,etiam
30 ꝙ si talis consuetudo est generalis probatione nõ indiget,Bal.in l.j.C.ad Velleia.nec requiritur quòd sit præscripta,ut ibi per Aret.& in consi. 11.col.pen. Ex istis igitur concludendum uenit, quòd cum pro parte negatiua non sint nisi triginta sex doctores,inter quos sex attestentur de communi opinione, uidelicet Aret.in consi.4.Barba.in consi.60.uol.2.Soc. in consi.93.col.fi.uolu.4.Cagn.& Vasq. ubi supra,& quinque de magis recepta doctorum sententia. ut sunt Iasi.in auth.ex causa.Soci.Iun.in consi.153.col. j.uol.2.Clar.in §.testamentum. quæst.46.Rub.Alex. in consi.12.col.fi.& Aret.in consil.ultimo. & ex aduerso pro parte affirmatiua sint sexaginta quinque, de quibus decemnouem attestentur de communi, & nouem de magis recepta, ut uideri potest ex lectura ipsorum ubi supra, hanc partem intrepidè tenendam & ab ea non esse recedendum in iudicando & in consulendo,puto.

Et eò magis sequenda est huiusmodi sententia,cũ dictus Magnificus dominus Sigismundus post natiuitatem dicti Federici longo tempore superuixerit & non mutauerit eius testamentum cum mutare potuisset, ex his quæ scribit Paul. de Castr. in l.j.C.de posthum.hæred.insti.ubi inquit, ꝙ si in uita testatoris posthumus natus est, & testator habuerit tempus mutandi testamentum & non mutauit, ꝙ per clausulam codicillarem conseruatur fideicommissum uniuersale de tota hæreditate, cum illa sufficiat non solum ad conseruationem legatorum particulariũ sed etiam directò deuoluit totam hæreditatem in fideicommissum,& inquit ꝙ ita consuluit in quodam casu ueniēte de Bononia,& uerum dicit,ut in cõsi.58. col.3.uersi.pro confirmatione.ubi concludit,ꝙ quãdo testator superuixit per plures annos post susceptum filium, ꝙ clausula codicillaris concepta per verba futuri temporis operatur, ut non habeat locũ

opinio

opinio Bar.de qua in d.l.j.in 6.quæst. ff.de iure codicill. quia censetur de posthumo cogitasse, vt plenè not.in dicta authen.ex causa:unde cum non mutauerit testamentum censetur uoluisse decedere cum illo testamēto in ea forma in qua stat,per id quod habetur in tex.& glo.in dicta.l.athletæ. §.dat remissionem.ff.de excus.tuto.& in l.in fraudem.§.fi.cum l.sequen.vbi Bart.de mili.testa.iterum in consil.59.col. fin.ubi idem dixit, & subdit quòd dici non potest,ꝙ talis clausula & fideicommissum quod ex ea inducitur, careat voluntate defuncti, posito quòd ab ipso principio caruisset, sed iudicio nouæ voluntatis reconualuit.l.prima, §.j.de leg.3.quod & repetit in l. sicut certi.col.fi.ver.secundò nisi. C.de testa.milita. Iac.de Beluis.in sua disputatione, quam ponit post. l.tertium.C.de libe.præter.vbi concludit, quòd si testator posthumum nasciturum ignoranter præterijt adiecta in testamento clausula codicillari,distinguēdum est,an culpa aliqua aut negligentia poterit testatori ascribi, ut quia post conditum testamentum sciuit natum esse posthumum, & mutare potuit testamentum & non fecit, & tunc clausula codicillaris operatur: quia scripti hæredes directò in testamento videntur uocati per fideicommissum, allegat. ff. de leg.3.l.j.§.sciendum.vers.sed eius.& l.si ita fuerit fideicommissum.ff.de leg.3.& l.generaliter. §.ex testamento ff.de fideicom. libert. vbi deciditur casus secundum eum.& l.3.in prin.C.de inoff.testam.& l. certi.ff.de testa.milit.idem tenet Rom.in cons.122. col.2.versi.primò quia.Craue.in consi. 67.colum.2. in prin.Paris.in consi.60.num.15.uol.2.ubi concludit,quòd ex quo post natiuitatem & agnationem neptis testator superuixit per plures & plures dies & testamentum non mutauit, præsumitur voluisse decedere cum dicto testamento,& consequenter scienter præteriisse dictam neptem,& omnia disposita in testamento debere conseruari, ex quo testamentum non mutauit,in consi.seq.num.15.uol.eod.& in consi.61.num.17.uol.eod.Bero.in consi..12.nu.7.uolu. 2.ubi ait, quòd ex quo testator non mutauit testamentum,cum mutare potuisset,censetur voluisse non obstante natiuitate posthumi cum illo testamento decedere, & clausulam in ipso appositam locum habere & effectum,& consequenter quòd institutus haberet per fideicommissum bona hæreditatis, Alexand. in consi.30.col.2.versi.& subiungit, uol.3.consi.31. col.2.circa fi.uol.eod.123.col.fi.uolu.j.& in consil. 142.col.j.uol.2.repet.in consi.50.uolu.6.Curt.Iun. in consil.150.nume.12.ubi inquit,quòd ex quo Bar. in d.l.1.q.6.se fundat in defectu uoluntatis,quòd ille tollitur quando posthumus est natus, & testator adhuc perseuerat in testamento iam facto,si enim tēpore testamenti fuisset in opinione non excludendi posthumum,uerisimile est,quòd eo nato testamentū mutasset,& respondet ad l.tertiam. C.de inoffi.testamen.ut ibi per eum,rursus in authen.ex causa, Curt. Sen.in d.auth.ex causa.col.38.uer.quid autem. Cro. in d.consi.66.num.9.ubi dicit hanc esse ueram & cōmunem conclusionem.Cephal.in consil.138.nu.32. Rui.in consi.11.num.5.uolum.3.Dec. in consi.490. num.8. ubi asserit illam esse communem à qua in cōsulendo & iudicando non est recedendum. Ias.in l. si mater. C.de inoff.testamen.colum.j.cum sequent. Balion.in dicta auth.ex causa.num.80.Bertran.in cōsi.10.colum.j.in fi.uol.3.& in consi.150.num.4.uol. eod.Guliel.Benedic.in c.Raynutius.in verbo,in eodem testamento.il j.nu.247. de testa. Ripa in respō. 528.nu.19.uersi.tamen & 129.nu.14. Barb.in consi. .4.col.pen.uol.3.Corne.in consil.195.col.pen.uol. j118.colum.fi.uol.2.& 194.col.pen.uol.eod. Ang. in consi.108.colum.pen.Addentes ad Bald.in auth. ex causa. in 6.quæst. in litera. E.Pro hac parte facit quod notat Bal.in l.j.col.fi. C.de inoff.dona. ubi limitando dicta Bar.in l.Titia.§.Imperator.de lega.2. dicit,ꝙ si donator post mortē filii, cuius natiuitate erat extincta, donatio per l.si unquā.C.de reuocan. donat.superuixerit longo tempore, & non mutauit uoluntatem suam,& demum decesserit, præsumitur uoluisse donationem esse ualidam, ex quo illam nō reuocauit,sequitur Castr.in l.uxoris abortu. in fi.C. de posthu.hæred.insti.Crot.in d.consi.66.in fi.

Non obstat text.in dicta l.à filio.§.Seia. quoniam in casu illius. l.non censetur confirmatum legatum quod tacitè fuerat ademptum propter inimicitiam: quia legatum ademptum propter inimicitiam non redintegratur nisi sequuta recōciliatione inter testatorem & legatarium.l.quod si iterum.ff.de admi.lega.Cum igitur ibi non appareret de aliqua reconciliatione ideo nō mirum si durat ademptio legati,licet testator faciendo nouos codicillos illud expressè non reuocauerit,sed in casu nostro subest diuersa ratio: nam ideo clausula codicillaris non operatur effectum rupto testamēto agnatione posthumi: quia præsumit lex quòd si testator cogitasset de posthumo non fecisset tale fideicommissum, argumento.l. si unquam C.de reuocan. donat. sed ista ratio cessat quando post natiuitatem posthumi testator longo tempore superuixerit & non mutauit testamentum, quod commodè potuit mutare: quia ex hoc constat ꝙ uoluerit dispositionem sortiri effectum, esto ꝙ sit
31 sibi natus posthumus: quia actus † sequens declarat uoluntatem præcedentem fuisse à princ. l.sed Iulia-
32 nus.§.proinde. ad Maced. & una præsumpt. † tollit aliam.l.diuus.ff.de in integr.restit. ita Crot.in consi. 66.nume.14.cum seq.ad istum etiam text.respondet Dec.in consi.490.nu.9.uer.primo.

Similiter non obstat tex.in authen.ut factæ nouæ constitu.quia,secundum Crot.ubi supra, ille text.loquitur in casu in quo testator paruo tempore superuixit post promulgationem iuris noui, quod ostenditur ex uerbis quæ subsequuntur in text. dum dicit, repentè, plerunque enim inducuntur hominibus mortes auferentes ei facultatem condendi testamenta.

Vel & secundò secundum eum respōdetur, quòd aliud est quærere, nunquid testamentum factum secūdū formam l.antiquæ debeat irritū fieri per l.nouam introducentem aliam formam,& dicendum est quòd non,siue testator incontinenti decesserit post l.nouæ promulgationem siue longo tempore superuixerit, ita quòd commodè potuerit mutare testamentum prius factum,& ratio est: quia testamētum ipsum fuerat perfectum ratione formæ licet esset in pendenti ratione effectus, ideo ad illud non porriguntur uires l.nouæ,quæ respicit negotia futura nō præterita.l.leges.C.de legibus. & ita declarat Bart. in l.omnes populi.col.12.uersi.iuxta prædicta quæro.ff.de iust.& iur.& istam rationem ponit tex. in d. auth.ut nouæ factæ cōstit.dum dicit:erit namque absurdum,ut quod factum est rectè, ex eo quod tūc nō erat factum postea immutetur. Aliud est quærere nūquid testamentum factum secundum formam l.antiquæ debeat irritū fieri nō ex promulgatione l.nouæ sed ex aliqua causa superueniente, de qua testator non cogitauit,& est distinguendum, an testator statim decesserit,an ex interuallo,ita quòd potuerit dispositionem mutare & illam non mutauit:quia eam non mutando censetur uoluisse cum illa decedere. l.tractabatur.de milit.testamen. Idem in effectu uoluit Dec.respondendo ad dictum tex. in citato con-

silio

filio 49. numero nono, uersi. sed etiam. & istam limitationem sequi communiter Scribentes firmat etiam Cagnol. in authen. ex causa. colum. final. uer. retenta tamen, ubi inquit, quòd difficile esset in pratica obtinere contra hanc limitationem, cum illam communiter sequantur docto. & haue opinionem etiam ibi sequitur Gozad. nume. 33. ubi ad hoc allegat tex. in l. si mater, de inoff. testa. vbi si superuenit scientia matri, quæ poterat mutare testamentum & non fecit, dicitur filius neglectus & datur querela, ergo dicitur exclusus uoluntate matris, & sic apparet quòd uoluit legata conseruari. & licet ille text. loquatur in præteritione materna, quæ habetur pro exheredatione, secus in paterna. dicit Gozad. se fateri, quòd quoad testamēti factionem differunt, sed quoad hoc, ut præsumatur uoluntatis perseuerantia vel non, non differunt, ex quo potuit mutare & non mutauit, uidetur filius neglectus, & par uidetur ratio in utroque casu. Nec obstant rationes allegatæ per Ias. in dicta auth. ex causa: quia illis respondetur per Goza. in d. auth. ex causa. nume. 33. vbi similiter confutát dicta per Aret. in locis supra citatis: Vnde cum ista sit communis opinio, ab eâ in iudicando & consulendo non est recedendū, & si Rub. Alex. bene dinumerasset auctoritates doctorum, de quibus supra, utique ita promptè non dixisset, cōem esse in contrarium. cum pro ista limitatione sint uigintiquatuor auctoritates doctorum; & pro altera legantur tātum duodecim. Ex istis igitur, quæ supra abundè dicta fuerunt, concludendum esse arbitror, dictum Federicum uenientem ad successionem paternam ab intestato uigore clausulæ codillaris appositæ in testamēto dicti patris sui, teneri & obligatum esse ad restituēdum dño Iulio Fodro hæredi descripto in testamēto paterno per fideicommissum hæreditatem dicti eius patris dempta legitima tantum, ut per Ias. in cons. 104. col. pen. uers. sed cum in præsenti. Bero. in consi. 16. nu. 31. uol. 2. & in consi. 17. in fi. uol. eod. Curt. Iun. in consi. 150. num. 12. Ballion. in d. auth. ex causa. nu. 81. Ripa in respons. 128. num. 20. & in responso sequēti. col. fi. Bertr. in cons. 219. col. 2. uersi. possunt. uol. 3. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus requiritur in interdicto uti possidetis, fallit in possessorio summariissimo, ut in nu. 30.*

2 *Litis contestatio requiritur in interdicto vti possidetis, quod declara procedere in interdicto vero, non in summario iudicio possessorio. vt in nu. 31.*

3 *Litis contestatio requiritur in omnibus possessorijs siue adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperādæ. fallit in possessorio summaryssimo. vt in num. 32.*

4 *Sententia lata in interdicto vti possidetis est diffinitiua.*

5 *Litis contestationi non potest renuntiari de consensu partium.*

6 *Litis contestatio per iudicem tolli non potest.*

7 *Litis contestatio dicitur lapis angularis ac fundamentum iudicij. & acta dicuntur uehiculum ad sententiam.*

8 *Testes in possessorio retinendę debent examinari parte citata.*

9 *Depositionis testium substantia cōsistit in iuramēto. adeo quòd si pars nō esset citata vel aliter præsens iuramento, nihil valet testium depositio.*

10 *Testes examinati sine iuramento nihil probant.*

11 *Testes debent iurare in iudicio & non extra, & ueritatem dicere pro utraque parte.*

12 *Testis deponēs falsum sine iuramento, pœna falsi nō punitur sed extraordinaria.*

13 *Testi deponenti sine iuramento non creditur, etiam si religiosus esset.*

14 *Papa non potest dispensare vt sine iuramento, testi fides adhibeatur.*

15 *Testium reprobatio admittitur in interdicto vti possidetis. fallit in possessorio. vt in num. 34.*

16 *Possessorium est duplex vnum summarium & aliud plenarium.*

17 *Summariū possessorium dicitur quod principaliter ordinatur ad finem, ne lite pendente super proprietate, uel possessione, partes ueniant ad arma se inuicē turbando, ensemique pro libello ostendendo.*

18 *Possessorium plenarium dicitur quod ordinatur ad finem & effectum perueniendo ad sententiā diffinitiuam super petitorio, in quo principaliter disputatur & uim perpetuā obtinet ut possessor in possessione remaneat & defenditur, donec altera pars egerit & obtinuerit in petitorio.*

19 *Sententia lata in possessorio summario in multis differt à lata super plenario: quia prima interloquutoria secunda diffinitiua.*

20 *Item, quia illa tantum durat quousque durat lis super proprietate uel possessione, altera verò affert perpetuum præiudicium quousque sit cognitum & pronuntiatum super proprietate pro alia parte.*

21 *Plus, in prima sufficit summaria cognitio de possessione: quia de modico præiudicio agitur, secus in alia: quia requiritur plena causæ cognitio, cum de maiori præiudicio agatur.*

22 *Vlterius, prima expeditur officio iudicis, altera verò iure actionis uel interdicti.*

23 *Item in prima principaliter agitur ne quis turbetur: quia principaliter hoc petitur, secundariò uero uenit ut uideatur, an possideat ille qui petit ne turbetur, in alia uerò principaliter agitur de proprietate uel possessione.*

24 *Sentētia interloquutoria lata in hoc summario possessorio potest reuocari in alio iudicio, ubi constiterit de possessorio antiquiori, vel de petitorio alterius partis.*

25 *Possidere quādo utraque pars cōtendit & quælibet recusat agere & libellum offerre: iudex ex officio, vt occurrat scandalis imminentibus, absque ordine iudiciario de possessione probationes à partibus ex officio recipere potest, & illā quæ melius probabit in ea defendere, ac alteri parti ordinare ne illā turbet & inquietet, & donec plenariè agat & in iudicio ordinario obtineat.*

26 *Iudex obuiare tenetur, ne scandala armorum ueniāt, & si fuerit negligens potest puniri.*

27 *Prædo non debet amoueri à possessione sine causa cognitione & citatione.*

28 *Item, etsi fuisset solum detentator, quod est minus quam possessor.*

29 *Detinere est nuda insistentia facti, competens etiam asino.*

30 *In possessorio summario potest incipi a capitulis.*

31 *Dictū testis nō iurati in possessorio summario admittit & ab eo pōt capi informatio extraiudicialiter.*

32 *Testium reprobatio non admittitur in causa summaria cognitionis, maximè ubi agitur de praeiudicio quod possit per sententiam diffinitiuam tolli.*
33 *Appellari non potest à sententia lata in possessorio ordinario & minus in summario.*
34 *Iuris exequutio non continet iniuriam.*
35 *Supplicatio non admittitur in possessorio summario.*

CONSILIVM. VIII.

SEntentiam latam in fauorē nobilis Simonis Trōzani & contra No. Antoniū de Contis in p̄senti iudicio possessorio, prima frōte nullā esse demōstrāt sequētia. & Primò,
1 quia† in interdicto, vti possidetis
requirit libellus, Bar. in l. 1. §. interdictū. col. 2. versi. vlt. ff. vti possid. Saly. in l. j. nu. 30. C. vti possid. Ang. in §. quadrupli. col... de actio. Cag. in l. in pari. nu. 7. de reg. iur. Deci. in c. licet causam. col. 21. de proba. Soc. in consi. 146. in prin. vol. j. Neuiz. in consi. 80. in prin. Oria. in c. qm̄ contra in verb. petitiones. col. 4. de proba. Pra. Pap. in forma libelli turb. pos. in prin. in fi. sed hic nullus libellus datus reperit, ergo &c.
2 Item in† huiusmodi interdicto requiritur litis cōtestatio, Bar. in l. naturaliter. §. nihil cōe. nu. 11. versi. 3. quaero. ff. de acq. poss. vbi per omnes communiter
3 concluditur, q† in omnibus possessorijs siue adipiscendae siue retinendae, siue recuperandae requiritur litis contestatio, & de possessorio retinende est tex. in §. hodie. instit. de interdic. l. j. §. annum. vbi glo. ff. de itin. actuq; priuat. l. j. in fi. vbi glo. ff. vtrobi; ratio
4 quidem est, quia † sentētia lata super tali interdicto est diffinitiua, Bar. in l. 2. ff. de appel. recip. quę consistere non potest nisi lis contestetur. l. prolatam. vbi Bar. & alij C. de sent. & interlo. om. iud. Cagno. in l. in pari. nume. 6. de regu. iur. & hanc esse communem dicunt Fab. Acocom. in dict. §. nihil commune. nu. 161. cum seq. Maran. in suo aur. Spe. in verb. litis cō-
5 testatio. in prin. & in tm̄ hoc esse verum. q† de consensu partium illi nō potest renuntiari, glo. in c. de causis. de offi. delegat. Alex. in consi. 81. colū j. volu. 3. Bologn. in dicto. §. nihil commune. col. pen. Aret. in consi. 109. circa finem, Oria. in d. c. quoniam contra. in verb. petitiones. col. 4. versi. quęrit vlterius ne
6 que† per iudicem tolli, Alex. in citato consi. 82. per l. j. ff. de ferijs, ibi. neq; pretoris factum iuri derroga
7 ri. Soc. in consi. 16. num. 13. vol. j. Nam † litis contestatio dicitur lapis angularis iudicij, Bal. in c. cū super. in fi. de cau. pos. & propr. Purpur. in l. edita. nu. 124. C. de eden. Butigel. in l. sciendum. numero. 69. de verbo. obli. ubi inquit, q est lapis angularis fundamentum iudicij & acta dicuntur vehiculū ad sententiam, Bald. in c. j. de lit. contest. Port. in consi. 64. num. 2. Cum igitur in casu praesenti facta non fuerit litis contestatio, sequitur processum fuisse nullum, Abb. in c. dudum in 2. colum. per illum text. de elec. Alex. in consi. 2. vol. 3. & in consi. 76. in prin. volū. 5. Dec. in consi. 302. num. 7. & 403. col. j. Brun. in cōsi. 20. col. 3. versi. ij. adest, Maran. vbi supra & Ruin. in consi. 38. num. 6. vol. 4. ubi ait, quòd requiritur litis contestatio aliàs sententia est nulla.
8 Tertiò accedit, q † testes in hoc possessorio fuerūt examinati parte non citata, quae necessaria erat l. iu
9 iurandi. C. de de testib. nā † tota substātia depositionis testium consistit in iuramento, adeo q si pars nō esset citata uel aliter praesens iuramēto, nihil valet eorum depositio. cap. 2. vbi Abb. de testib. Bald. in l. si quando. C. eod. tit. Paris. in consi. 45. num. 9. volu. 4. 145. num. 10. uol. eod. & 83. num. 13. vol. 1. Crot. in consi. 122. num. 49. & 85. nu. 28. Maran. in suo aure. Spec. par. 6. in versi. sextus actus. nu. 5. Ruin. in consi. 46. nu. 2. vol. 4. ubi nec etiam facit indicium, Dec. in c. 1. nu. 18. de testib. Alex. in consi. 180. num. 7. vol. 2. Oria. in c. quoniam cōtra. in verb. testium depositiones. col. 3. versi. quaero sexto. de proba.

Praeterea, dicta ipsorum testiū redduntur nulla;
10 quia † examinati nullo eis delato iuramēto veritatis dicendae. l. iusiuran. C. de testib. l. si qñ, eod. tit. &
11 † qui debent iurare in iudicio & non extra l. 3. §. Sabino. cum gl ff. de testib. & dicere debent veritatem pro vtraque parte, glo. & Bart. in auth. sed iudex. C. de Epis. & cler. glo. Bart. & alij in l. 2. C. de eden. gl. in c. fraternitatis. de testib. Paris. in consi. 88. nu. 27. vol. 3. Oria. in c. qm̄ contra. in ver. testium depositio
12 nes. col. 2. in prin. de proba. in tm̄ quòd si testis † deponeret falsum sine iuramento non punitur poena falsi, Io. Andr. in reg. non est sine culpa, de reg. iur. in 6. Soc. in consi. 103. num. 2. volu. j. sed extraordinariè, Bal. in consi. 106. vol. j. Ang. in consi. 194. colu. 2. in fi. Maran. vbi supra in versi. sextus actus. nu. 19. cū duobus sequentibus. Paris. in consi. 83. nu. 34. volu. j.
13 vbi deponenti † sine iuramento minimè creditur, et si religiosus esset c. super, de testib. vbi Abb. col. 2. &
14 Fely. nu. j. in tantum quòd † Papa non potest dispensare, ut sine iuramento testi fides adhibeatur, Felyn. in cap. constitutus. de rescrip.
15 Vltimò facit: quia † nulla admissa fuit reprobatio testium vt requiritur, Aret. in c. veniens col. 7. cum seq. de testib. Cagnol. in d. l. in pari. nu. 7. & Didac. in trac. prat. quęst. c. 17. num. 5. in fi. versi. quid si ageret.

Sed praemissis non obstantibus contraria sententia in casu pręsenti est de iure verior, ut luce clarius ex infrascriptis apparebit. sed prius praemittendum vnum esse duxi quod ab omnibus approbatur. vide-
16 licet q † duplex est possessorium, unum summariū,
17 & aliud plenarium, summarium dicitur † q principaliter ordinat ad finem ne lite pendente super proprietate vel possessione partes veniat ad arma se inuicem turbando ensemq; pro libello ostendēdo, vt inquit Bal. in l. quisquis. C. quo. appel. nō recip. cum quęlibet pars possidere p̄tendat, vt sciatur qs reus & quis actor esse debeat. l. ordinarij. C. de rei uin. & dr̄ iudicium summarium: quia natura negotij exigit vt summariè procedatur, cognoscat & ordinet, & solum affert praeiuditium lite pēdente & donec fuerit plenius cognitum uel aliter ordinatum; estq; tm̄ praeparatorium ad finem alterius iudicij statutū & momentaneum aptitudine. Ideo non requiritur plena p̄batio sed summaria sufficit, neq; exigit libellus litis contestatio nec snia diffinitiua sed interlocu
18 toria. Plenariū † n. possessoriū, sine plenum dr̄, qđ ordinatur ad finem & effectū perueniendi ad sniam diffinitiuam super petitorio in quo principaliter disputat de iure partiū siue de p̄prietate, & vim perpetuam obtinet, ut possessor in possessione remaneat & defendat, donec altera pars egerit & obtinuerit i petitorio. l. exitus. ff. de acq. pos. & quia istud est perpetuum & affert damnū & praeiudicium donec pro altera parte fuerit cognitum & pronūtiatum super p̄prietate, dr̄ plenarium iudiciū, in quo exigitur libellus, litis cōtestatio & snia diffinitiua ac ordo iudicij. Ita Cag. in l. in pari. de regu. iur. Ploc. in l. si qñ. num. 107. & 114. C. vnde vi. nam s̄m Paul. de Castr. in consi. 5. s̄m antiquam impressionē, in multis dif-
19 ferunt † snia lata in hoc possessorio summarijssimo ab illa quę fertur super plenario: quia interloquuto
20 ria, secūda diffinitiua: itē † qa illa tm̄ durat quo ụ̄q durat lis super p̄prietate vel possessione, altera ue-

eo affert

rò affert perpetuum præiudicium quousq; sit cogni-
tum & pronũtiatum super proprietate, pro alia par
21 te. Plus † in prima sufficit summaria cognitio de pos
sessione: quia de modico pįudicio agitur, in alia ve
rò requiritur plenaria cãę cognitio: quia de maiori
22 præiudicio agitur. Vlterius † illa expedit officio iu-
23 dicis, altera iure actionis uel interdicti: Vltimò † in
prima principaliter agitur ne quis turbetur: qa prin
cipaliter hoc petitur, secundariò vero venit ut vi-
deat an possideat ille qui petit ne turbetur, in alia
verò principaliter agitur de ꝓprietate vel possessio
ne, & in cõsequentiam venit ne possessor turbetur.
Stante igitur hoc præmisso tanq̃ ab oĩbus approba-
to, intrepidè dico sñiam ipsam interloquutoriã la-
24 tam in fauorem prędicti no. Simonis, quę † põt reuo
cari & debet in alio iudicio, vbi constiterit de pos-
sessorio antiquiori uel petitorio alterius partis, &
quę dr ordinatio & sententia, per modum prouisio
nis, donec pendet lis super possessorio plenario vel
in petitorio, Bal. in l. ordinarij. col. 3. versic. sed hic
quero. vbi etiã Cast. & alij. C. de rei vind. Plot. in d.
l. si qñ. nu. 107. in fi. omnino obseruandã esse aiunt
& exequutioni demãdandam, & quæ si nõ esset lata
de nouo ferri debet ex communi calculo doctorũ,
25 qui habet ꝙ † quando vtraque pars contendit pos-
sidere & quælibet recusat agere & libellum offerre,
iudex ex officio, ut occurrat scandalis imminenti-
bus, absq; ordine iudiciario dẽt de possessione pro
bationes à partibus ex officio recipere, & illam quę
melius probabit in ea defendere, ac alteri parti or-
dinare, ne illã turbet nec inquietet, donec plenariè
agat & in iudicio ordinario obtineat, ita Pau. vbi su
pra. Alc. in consi. 386. in prin. Didac. in trac. pratic.
quæst. c. 17. Neuiz. in consi. 80. nu. 7. Rui. in consi. 28.
col. 2. in prin. vol. 4. Felyn. in rub. de treug. & pac. §.
qui timet. circa fin. Capic. in decis. 13. Mars. in l. 1. §.
præterea. col. 18. de quæst. sed in casu de quo agitur
ita actum fuit per iudicem, qui prędictã tulit inter-
loquutoriam. Nam primò dicti Simon & Antonius
contendebant de possessione bonorum sitorum in
contrata ad Arbizolã, & utraq; pars recusabat age-
re & libellum porrigere, imò loco libelli porrigere
26 gladios: vnde † Iudex vt occurreret scandalis armo-
rũ, quæ iam erant in esse, quibus obuiare tenebatur,
per l. æquissimũ. ff. de vsufruc. & qui de negligentia
potuisset puniri, si eis nõ occurrisset, teste Parid. de
put. in trac. find. in verbo, negligentia. col. 4. imò ab
officio deponi, vt ibi per Paridẽ vbi suprà. colu. 7. in
vers. officialis. Aret. in c. in præsentia. col. j. de prob.
Cassa. in consi. 1. nume. 19. quos sequitur Neuizan. in
consi. 81. nu. 3. Bal. in l. i. §. quies. in fin. ff. de offi. pręf.
vrb. quod inquit menti tenendum, quẽ sequitur Ias.
in l. eum qui, col. 2. C. de procur. vbi multa allegat
ad premissorũ cõfirmationem. sumptis informatio-
nibus de possessione dicti Simonis, quæ necessaria
erat in hoc remedio sumarijssimo: quia lex solũ tue
tur possessionem presentem, Barba. in consi. 25. col.
j. vol. 4. Alcia. in consi. 386. nu. j. Didac. in tract. pra
tic. quęst. c. 17. num. 3. & Neuiz. in consi. 80. num. 7. &
consi. seq. num. 3. ac Cagnol. in d. l. in pari. interlo-
quendo declarauit dictum Nobilem Simonẽ nõ es-
se turbandũ neq; inquietandũ in possessione dicto-
rũ bonorũ, donec Antonius egerit in plenario pos-
27 sessorio & obtinuerit. Imò plus dicitur ꝙ † si dictus
no. Simon fuisset ẽt prędo ab illa possessione nõ de
buisset amoueri sine cãę cognitione & citatione, c.
in literis, in fi. de rest. spol. c. licèt Episcopus. de præ
ben. in 6. Pau. de Cast. in l. Attilius regulus. in fi. ff. de
28 dona. Item † & si solùm fuisset detentator, quod est
minus q̃ possessor, Bal. in l. 2. in fi. ff. vbi pup. educa
deb. Arch. in c. quia res. 11. quæstione. j. vbi etiam
29 Card. nu. 15. quia detinere † est nuda insistentia fa-
cti competens ẽt asino. Alex. in l. j. col. 17. de acquir.
poss. Ceph. in consi. 19. col. fi. in prin. vbi inquit, ꝙ in
hoc possessorio extraordinario is obtinere dẽt qui
ẽt iniustè possidet tpe moti iudicij, Dec. in c. cum te
neamur. in 4. notabili. de appella. adeo ẽt vti prædo
tenẽdus sit in sua detẽtione, Soc. in consi. 32. col. fi.
volu. j. latè Gui. Pap. in decis. 366. Mars. in sing. 406.
Non obstant modo quæ ex aduerso allegata fue-
runt, & deueniendo ad primum argumentũ dicitur,
ꝙ in hoc summarijssimo iudicio nõ requirit libel-
lus, Bal. Sal. Alex. Ias. & Dec. in l. si sup possessione.
circa fi. C. de transa. Bart. in l. fi. nu. 3. per illum text.
ff. quod met. cau. Felyn. in c. in presentia. col. fi. vers.
postremò, post Imol. ibi de proba. Abba. in c. j. col. fi.
de libel. oblat. etiam Soc. col. 18. versi. 54. fallit. Bal.
in l. nec quicq̃. §. ubi decretum. ff. de offic. procon. &
lega. quem sequitur Afflic. in constitut. dilationes.
nu. 8. versi. 5. fallit. Bal. in l. i. §. quies quoq;. ff. de offi.
præfec. vrb. Castren. in l. ordinarij. col. 2. versi. & ad-
de. C. de rei vind. Imò dicunt Abb. & Socin. vbi su-
30 pra, ꝙ † in hoc remedio incipi potest a capitulis, Ne
uiza. in consi. 80. nu. 5. Ruin. in consi. 28. colum. 2. in
prin. vol. 4. Plot. in dicta l. si quando. nu. 108. & 112.
Roma. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. in fi.
ff. de acq. poss. Felyn. in rub. de treug. & pac. in fi. Ca-
gnol. in d. l. in pari. num. 5.

Nõ obstat quoq;, ꝙ in interdicto Vti possidetis,
requiritur litis cõtestatio: quia respõdetur argumẽ-
tum procedere & sibi locũ vindicare in interdicto
vti possidetis vero & ordinario nõ in summario iu
dicio possessorio: quia in eo nõ est de substantia ip-
sa litis contestatio, Paul. de Cast. in citato consil. 5.
col. 2. Neuiz. in prallegato consi. 80. num. 7. Rui. in
consi. 28. col. 2. vol. j. id etiam sentit dum dicit, ꝙ in
hoc remedio non requiritur libellus nec ordo iudi
ciarius, Bal. in l. quisquis. versi. quero. C. quor. ap. nõ
recip. Cagn. in d. l. in pari. nume. 7. Cepol. caut. 110.

Similiter nõ obstat tertiũ de testib. examinatis par
te nõ citata: qa dr, ꝙ & si regulariter istud habeat lo
cũ in ordinario iudicio, non tñ in isto, Ceph. in cõs.
19. col. fi. in pri. Alex. in cõs. 147. in prin. vol. 6. Dec.
in cõs. 559. nu. 8. Neui. in cõs. iã sepius alleg. 80. nu. 7
31 Ad quartũ rñdetur, ꝙ † in possessorio summario ad
ducitur dictum testis nõ iurati, & ab eo potest capi
informatio extraiudicialiter, Bald. in c. j. § si duo. de
pac. tenẽ. Alc. in cons. 386. circa primũ, Dec. in cõs.
559. nu. 8. Neuiz. in cons. 80. nu. 7. cir. fi. Curt. Sen. in
cõs. 60. in addi. Catel. Cotta in memor. suo in verbo
testi non iurato. in versi. notandus tñ est vnus casus.
vbi ad propositum adducit scripta per Bal. in l. qui
testamento. §. per contrarium. ubi glo. ff. de testa. vbi
dicit, ꝙ ibi colligitur argumentum in singulare di-
ctum Innoc. in cap. cum in tua. de sponsa. conclu-
dentis, ꝙ iudex potest ad informationem suam pro-
cedere sine ordine iudiciario & sine testibus in for-
ma iudicij receptis, & multò fortius per testes inha
biles, quod inquit memoria est dignum. quod dictũ
secundum eum etiam approbat Barb. in rub. C. qui
admitti. colum. 34.

Vltimò non obstat, ꝙ non fuerit admissa repro-
batio testium; nam respondetur, quòd in hoc reme-
dio non admittuntur defectus aduersus testes pro-
ductos, saltem ut fiat eorundem defectuum et obie-
ctionum probatio, ita Capic. in decis. 65. vbi dicit
vnum valdè notandum, videlicet, ita fuisse in supre-
mo illius regni Tribunali pronuntiatũ, cũ quo per
transit Didac. in dicto lib. prati. quæst. cap. 17. nu. 7.
adducens ad hoc quod not. Ioã. Andr. Abb. Imol. et

32 Fely.in capi.ueniens.il 2.dè testib.dicens quòd † in
causa summariæ cognitionis, maximè ubi agitur de
præiudicio, quòd possit per sententiam diffinitiuã
tolli, non admittitur reprobatio testium, nec est ad
mittendus quis ad probandum defectus contra te-
stes ab eodem obiectos, & ut ibi latius per eum.

Ex his igitur cõcludendum uenit, sententiam præ
dictam tanquam secundum ueros terminos iuris la-
33 tam executioni demandandam à quà † non potest
appellari, ut per docto.in l.1.C.si de momen.poss.
fue.appel.Dec.in consi.28.vbi à possessorio ordina
rio non appellatur. ergo nec ab isto summario, ut
per Alcia.in citato consil.386.Paris de Put.In loco
supra citato Ias.in l.quod iussit.nu.29.de re iud.quo
34 niam † iuris exequutio non continet iniuriam.ff.de
iust.& iure.l.po. imo inquit Didac.ubi supra uersic.
octauo, quòd in supremo Regio tribunali praxis ob
35 seruat quòd † non conceditur supplicatio.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus restituere hæreditatem sub cõditione, si de cesserit sine filiis, quartas duas detrahere põt secũdum crebriorem doctorum sententiam, scilicet legitimam & Trebellianicam.*
2 *Testator prohibens filio alienationem bonorum suorum censetur Trebellianicam prohibere. & nu.8.*
3 *Testator hodie potest prohibere Trebellianicam.*
4 *Quod ampliatur etiam procedere in filiis primi gradus.*
5 *Testator prohibẽs alienationem censetur etiam prohibere Falcidiam.*
6 *Auth.sed in ea.C.ad l.Falci.extenditur ad Trebellianicam.*
7 *Falcidiæ appellatione uenit & Trebellianica.*
8 *Dispositio auth.sed ea.locum habet in uniuersali uel generali prohibitione.*
9 *Testator si prohibet omnia bona sua alienari, hæres non poterit illa etiam alienare respectu quartæ & Trebellianicæ.*
10 *Genus idem operatur in suo genere quòd species in sua specie.*
11 *Dispositio auth.sed in ea.locum nõ habet in filijs primi gradus.*
12 *Tacitum plus non operatur quàm expressum.*
13 *Testator non potest expresse secundum magis communem prohibere detractionem trebellianicæ filijs primi gradus.*
14 *Falcidia & Trebellianica detrahi nõ põt de re prohibita alienari per legatarium uel fideicommissariũ, secus si de uniuersali alienatione bonorum agatur.*
15 *Prohibitio alienationis ubi est facta per testatorem de re particulari probibita alienari, de ea non detrahitur Trebellianica.*
16 *Filius prohibitus alienare, licet possit alienare usq; ad legitimã & Trebellianicã, tamen id locũ nõ habet quãdo filius particulariter esset prohibitus alienare aliqua bona: quia tunc ubi posset habere legitimã & Trebellianicam in aliis bonis non prohibitis alienari, nõ debent bona prohibita pro legitima & Treb.alienari.*
17 *Conditio in l.apposita inducit formam à qua recedere non licet.*
18 *Titulus legati prorsus distinguitur ab institutione.*
19 *Declaratio ad auth.sed in ea.C.ad l.Falci.*
20 *Mutanda non sunt quæ certam interpretationem habuerunt.*

CONSILIVM IX.

1 ET SI clarissimi Iuris sit, quòd Magnificus dominus Aurelius Scotta sim-
plicitet † grauatus à patre sub con
ditione, si decesserit sine filiis, pos
sit duas quartas detrahere, uideli-
cet trebellianicam & legitimã, ut
est cõmunis sententia Canonistarum in cap. Raynu
tius, & in c.Raynaldus.per illa iura.de testa. & per
glo.Bar.Bal.Ang.Paul.& alios in l.Papinianus.§.me
minisse.ff.de inof.testa.ubi Cagnolus inquit ex ge-
nerali cõsuetudine etiã in terris imperii per totum
mũdum illam seruari.Soci.Iun.in consi.115.in fin.
uolum.3.vbi ait, quòd quando diuerso tempore de-
trahuntur dictæ quartæ, primò detrahitur ab initio
legitima per filium, in qua onus non cõsistit, & quæ
dicitur tertia pars.auth.nouissima.vbi per scribẽtes
C.de inoff.testa.deinde adueniente conditione fi-
deicommissi detrahitur Trebellianica, quæ dicitur
quarta bonorum, & sic simul important dimidiã
totius hæreditatis.rursus in consil.83.num.5.volu.
primo, & in consi.131.nu.59.volum.eo.ubi dicit,
quòd per totum mundum hæc sententia seruatur
sicut euangelium, & latissimè in consi.170.num.12.
volum.2.ubi est communis & quòd seruatur in pra-
tica, Crot.in consi.66.nume.27.Alb. in consi.7.nu.
6.Ruin.in l.in quartam num.22.ad l.Fal.& in cõsil.
130.nume.16.volum.3.Port.in consi.38.nu. primo,
cum duobus sequentibus.Ias.in l.filium quem habẽ
tem.num.8.& Coras.nu.45.Pet.de Barbo.in consi.
138.num.13.inter consi.ultim.uolunt.vbi etiam as-
serit hanc esse communem & consuetedine appro-
batam.Petr.de Vbal.ibi in consi.29.num.13.Chri-
stof.de Castel.etiam inter dicta cõs.in consi.58.nu.
5.vbi tradit hanc sententiã teneri in foro ciuili, &
quòd communis cõsuetudo mundi illam approbat.
Campeg.etiam ibi in consi.157.in princip.Paris.in
consi.primo, num.78.volum.3.& in consi.55. num.
56.volum.1.Craue.in consil.50.& ita aliàs dixi in
consi.12.vol.primo, ubi ultra has auctoritates mul-
tas aliàs allegaui, quæ non transcribo, cum uideri
possint.Attamen quia in casu de quo agitur quondã
Magnificus dominus Ioan.Petrus testator eius pater
prohibuit alienationem bonorũ suorum dicto Ma-
gnifico domino Aurelio eius filio, ideo in dubiũ re
2 fricatur † an per dictam prohibitionem prædicto fi
lio facta intelligitur prohibita trebellianica.Prima
etenim facie uidetur quòd sic, præsupposita cõmuni
3 opinione, quæ habet quòd † hodie testator potest
Trebellianicã prohibere de qua per Crot.in l.nemo
potest.nume.17.& Ripam nume.47.de lega.primo,
Ruin.in consi.149.colum.1.volum.3.159. nume.4.
237.nume.8.& 115.num.8.volum.eod. Didac.in c.
Raynaldus.§.3.nume.6.de testa.Bero.in consi.137.
colum.2.vol.2.vbi ab hac opinione tanquam com-
muni inquit non esse recedendum in iudicando &
cõsulendo, ex quo huiusmodi opinio est canoniza
ta inter doctores utriusque iuris, Alex.de Neuo in
consi.75.nume.3.& frequentiori calamo receptam
tradunt Aegid.Bellam.in consi.48.in 2.dubio.Ias.in
consi.99.in 2.dubio volum.4.& 146.nu.6.uol.eod.
Soci.Iun.in consi.131. colum.2, uolum.primo.134.
numer.24.& 137.num.6.uolum.eod.Bero.in consi.
93.num.8.uol.2.Emil.in consi.127.num.8.& Port.
4 in consi.92.nu.18.dixi in citato consi.12.† quæ am
pliatur etiam procedere in filiis primi gradus secun
dum

dum Cyn.in l.iubemus.in 1.oppositione.C.ad Tre-
bel.Cuma.in l.in fideicommissaria.ad trebel.& in l.
cohæredi §.cum filiæ.ff.de vulg.& pupil.Ang.in cõ
silio,125.Corne.in consi.22. volum:1.187.volum.
primo,207.colum.5.volum.3.& in cons.17.volum.
4.Roma.in sing.192.Ruin.in cons.149.colum.3.vo
lum.3.147.colum.1.volum. eod.& 57.numer.15.
volum.primo,Berenga.in l.in quartam.nume.316.
ff.ad l.Falc.Ias.in l.filium quem habentem. colum.
5.C.fami.ercis.Crot.in c.Raynutius.charta penult.
de testa.Curt.Iun.in consi.51.colum.penult.52.co-
lum. penult.in princip.& 120.nume.22. Truza,in
suis commu.opin.cap.51.in fi.Aret.in consil.37.in
5.dubio & 67.in fi.Annib.in dicta.l.nemo potest.
nume.369.Cassad.in decis.4.in tit.de testa.Grat.in
consi.103.nume.14.in 2.par.Gozad.in consi.45.nu
me.21.Beltran. in consi.152.numer.12.uolum.pri-
mo,Ceph.in consi.153.nume.67.Paris.in consi.17.
nume.8.volum.2.18.nume.99.53.nume.52.volu.3.
136.nume.36.volum.primo, & hanc esse commu-
nem dixerunt Soci.in l.Marcellus, in princip.ad
Treb.Paris.in consi.primo,nume.83.volum.2.Rub.
Alex.in consi.2.nume.26.& 43.nume.12.Corset.in
trac.de pot.reg.quæst.73.colum.4.& magis commu
nem Alex.in d.l.Marcellus.in con.67.nume.23.vo-
lum.primo,Corset.in tract.de Treb.§.primo, num.
3.& 10.Ruin. in consi.115.nume.24.volum.3.119.
num.5.volum.eod.& in consi.173.num.21.uolum.
2.Beltran.in consi.30.nume.5.uolum.31.quoniam
5 ambigui iuris non est,quòd † vbi testator prohibet
alienationem censetur prohibita Falcidia, auth.sed
6 in ea.C.ad l.Fal.ergo † & Trebellianica, prout illũ
text.ad Trebellianicam ibi.Bald.extendit, nec mi-
7 rum,cũ uideamus quòd† appellatione Falcidiæ ue-
niat & Trebellianica,glo.in auth.unde si parens.C.
de inof.testa.l.iubemus.C.ad Trebel.ubi tex.loqui-
tur de Trebellianica,& tamen sępius appellat Falci
diam:nam cum idẽtitas rationis militet in utroque
casu eadem debet esse iuris cẽsura.clem.1.in verbo
dignantur,de elec.quam Imol.ibi dicit esse singula-
rem, Bart.& alij in l.Marcellus.§.quod autem.ff.ad
Trebel.vbi dicũt,quòd in quibuscunque casibus ces
sat Falc.dr̃ ẽt cessare Trebellianica, saltem quando
cessat Falcidia uigore testamenti, sed indubitati iu-
ris est Falcidiam cessare in prohibitis alienari, ut in
dicta auth.sed in ea.& quidem uigore ipsius testa-
menti continentis prohibitionem alienationis, er-
go & idẽ in Trebellianica,ut detrahi nõ possit per
prohibitionẽ alienationis,Ruin.in consi.126.num.
3.vol.2.Ang.in §.si uerò expressim,de hære.& Fal.
Bereng.in l.in quartam nu.243. ff.ad l.Fal.Paris.in
consi.93.num.48.vol.2.vbi ait cõem esse opinionẽ,
quòd dispositio dictæ auth.locum habeat etiam in
Trebel.in consi.53.num.52.vol.2.in cons.9. nu.19.
52.nu.31.vol.eod.Curt.Iun.in consi.160.col.2.uer.
accedit ad confirmationem,Rub.Alex.in cõsil.143.
colum.3.quod etiã in filiis primi gradus locum ha-
bere dicunt Alex.in addit.ad Bal.in d.authen.sed in
ea. Picus in l.in quartam . dicens eam sequendam
in actu pratico & iudicando , Paris.in consi.93.nu.
49.volum.2.Ruin.in cons.173.nume. 21.volum.2.
130.num.17.uolum.3.
8 Nec habet obstare si dicatur, q † prædicta senten-
tia non habet locum nisi quando est prohibita alie-
natio rei particularis & non uniuersalis uel gene-
ralis,ut in specie loquitur tex.in dicta auth.sed in
ea & in corpore vnde sumitur.Quia respondetur,q
imò etiam stante uniuersali uel generali prohibitio
ne omnium bonorum nõ detrahitur Trebellianica ,
ut expresse dicunt Paris.in consi.9.num.4.volum.
2.consi.93.num.47.volum.eod.quæst.21.nume.36.
vol.3.in consi.18.nu.28.& in consi.130.nu.17.uol.
3.Rub.Alex.in consi.143.col.3.in princ.quod & cõ
probatur ex sequentibus.
Secundò pro hac parte facit quod inquit Cro.in
l.filiusfamil.§.diui.nu.21.uersi.2.fit cõclusio,de le-
9 ga.primò , ubi inquit † quòd si testator prohibeat
omnia bona sua alienari,non potest hæres etiam il-
la alienare respectu quartæ Trebellianicæ , & ratio
est : quia de re prohibita alienari Falcidia detrahi
non potest,d.auth.sed in ea.ergo & per consequens
nec Trebellianica , arguendo de uno ad alium , &
istud expresse firmat Bal.ibi qui(vt dictum est)extẽ
dit illum tex.ad Trebellianicam.si ergo de re prohi
bita alienari,quarta non potest detrahi, quia cense
tur prohibita,ita etiam facta prohibitione omnium
bonorum censetur ipsa prohibita . & sic nihil pote-
rit alienari pro Trebellianica cum dicatur prohibi-
10 ta,vt † idẽ operetur genus in suo genere quod spe-
cies in sua specie.l.si duo.ff.de adm.tut.l.si chorus,
de lega.3.& Crot.ibi sequitur Ferd.Loaz.num.204.
idem tenent Ripa ibi num.30.& Bereng.in dicta.l.
in quartam.
Veruntamen maturius considerando contrarium
11 de iure uerius esse arbitror , quòd imò † dispositio
dictæ authen.sed in ea.locum non habeat in filiis
12 primi gradus , quoniam tritum est in iure,q † plus
non operatur tacitum quàm expressum l.cum quid
ff.si cert.petat.l.qui ad certum.ff.loca.Soci. Iun.in
consi.170.nume.51.volum.2.sed nulli dubium est ,
13 quòd† testator non potest expresse prohibere de-
tractionem Trebellanicæ filiis primi gradus , ergo
nec tacitè.qđ patet per tex.in l.iubemus.C.ad Tre-
bel.vbi Bal.Saly.Fulgos. Castren. Corne.Catho Sa-
chus & Ant.de Prato ueteri ita concludunt,Saly.in
auth.sed cum testator.C.ad l.Fal.Roma.in l.Marcel
lus.§.quod autem.in fin.ad Trebel.ubi ait Florentię
ita iudicatum,& in ipsa.l.in §.resque.ac in cõs.206.
colum.penult.Imol.& Cuma.in dicta l.Marcellus.
Abb.in c.Raynutius.de testa.ubi etiam Barba.col.
253.Campeg.citatus per Neuiza.in consi.primo, So
ci.sibi contrarius in reg.432.vbi dicit hoc mẽti per
petuò tenendum , Alc.in l.nemo potest.de leg.1.&
in cõs.178.in 3.tomo.Ant.de Prato uet.in l.in quar
tã col.134.uersi.fallit in patre.ff.ad l.Fal.ubi etiam
Torniel.num.71.& Picus nu. quia in dubio debe-
mus fauere filiis,Hercul.in l.si debitor.ff.ad l.Falci.
Petr.Rauen.in Alphabeto suo iuris in uers.Trebel-
lianica.Bal.in consi.101.col.1.volum.2. ubi tradit
filium non posse grauari in legitima nec in Trebel-
lianica , Alb. in consi. 7.nu.6.in fi.Io.Dilec.in trac.
de arte testan.caut.31.nu.4.Coras.in l.filiũ quẽ ha-
bentem.nu.76.C.fa.ercis.Fran.de Ramp.inter cons.
Calder. consi.41.in tit.de testa.cui etiam ipse adsti
pulatur. Fabia.in aut.nouissima.nu.252.C.de inoff.
testa.Capra in consi.36.uersi.sed his non obstanti-
bus,Crot.in dicta. l.nemo potest.nume.33.Grat.in
consi.162.num.25.volum.3.Dominus Anto.de Ro
chetta ut citat Neuiza.in dicto consi.primo,Bertrã.
in consil.106.colum.2.& 300.volumi.3. Galiaul.
in l.Marcellus.nu.405.uers.2.de vulg.& pup.Guid.
Pap.in decis.50.vbi dicit,quòd ita stilatur in consi.
Delphinali,& quòd ita seruatur in cõsulendo & iu
dicando,in consi.122.133.137.& 140.Corn.in con
silio.180.in 10.dubio uolumin.4.Alexand.in cons.
201.num.16.volum.6.& in consi.5.cir.fi.uolum.5.
Ruin.in consi.21.num.9.volum.3.135.nume.5.vol.
eod.in consi.59.nu.8.volum.2.ac in cons.163.num.
54.volum.eod.& in dicta.l.Marcellus,ut citat Soci.
Iun.in consi.137.nu.7.volum.primo.Dec.in consi.

218.colū.2.vbi ait hanc ueriorem,& in consil.495. num.23.Benedi.de Plumb.in consi.62.nume.23.inter cōs.vltim.volunt.& Andr.de Bisigna.ibi in cōs. 152.nume.6.& ibidem etiam Butigel.in consi.154. nume.28.Gozad.in consi.48.in fi.Iacob.Emilia. in consi.39.nume.54.& ibi in subscriptione Dominus Anton.Fran.de Doctoribus,quam communem attestantur Corne.in dicta.l.iubemus.Paris.in consi.36. num.23.volum.2.vbi etiam inquit ipsam ęquam & ueriorem,& Seysel.in d.l.Marcellus.Gozad.in cōsi. 81.num.15.92.in princip.& 97.colum.penult.in fi. Mantua in consi.110.nume.2.& in consi.248.Rub. Alex.in cons.104.colum.1.143.nu.6.Ripa in dicta l.nemo potest.num.52.Natta in consi.145.& 528. nume.35.Soc.Iun.in consi.28.colum.2. volu.2.vbi etiam subdit ita aliàs iudicatum fuisse Veronę,& in consi. 131.colum.2.uolumin.1.etiam ueriorem & æquiorem,imò frequētiori calamo receptā firmant Cathel.Cotta in memor.incip.Trebellianica.Cagn. in l.Papinianus.§.meminisse,num.11.de inof.testa. vbi etiam ait illam magis æquam & ueriorem,Didac.in cap.Raynutius.nu.7.de testa.Cepha.in consi. 188.nu.23.Clar.in §.testamentum. quæst.61.Curt. Iun.in consi.21.num.3.& 70.num.16.Port.in cons. 55.num.47.& in consi.92.num.56.ubi subiungit nuper ita iudicatū fuisse Ferrariæ & in Ciuitate Regii. & 126.in princip.& ueriorem & ęquiorem in lib.1. com.opin.reg.42.Fallen.13. Neuiza in consi.1.vbi quoque dicit,quòd ita solet iudicare magnū Consilium Pedemontanum Ducis Sabaudiæ.Ias.in l.Marcellus,in princip.colum.11.uers.quid tenendum.in consi.99.nu.2.dubio volum.4.vbi ait ab illa non esse recedendum in iudicando & consulendo , & quòd semper legendo & consulendo sequutus est hāc partem,& in cónsi.146.colum.4.volum.eod.Ripa.in l. centurio.nu.65.in fi.ff.de uulga.& pup.in l.in fideicommissaria.num.28.ad Treb.Bero.in cons.79.nu. 43. volum.2. 95.num.65.137.num. 8.138.colum.2. 145.colum.fi.uolum. eod. 86.num.23. volum.2. in cap.in præsentia.num.445.de proba.& in cap.Raynutius.numc.150.de testa.Dec.in consi.81.colum. 2.Paris.in consi.43.num.26.vol.3.Soc.Iun.in cōsi. 132.in princip.volu.primo, ubi etiam tradit ipsam ueriorem,& quòd pluries hāc sequutus est tam legēdo quàm consulendo,nec immerito cum sit fulcita optimis auctoritatibus, iuribus & rationibus 137. colum.2.vol.eod.112.cir.fi.volum.3.consi.50.num. 18.uolum.4.& in consi.88.num.3.volum.eod.& ita aliàs tenui.in consi.12.num.6.vol.primo,& in cōsi. 31.num.29.uolum.eod.Si ergo non potest prohiberi per patrē expressè multò minus tacitè per prohibitionem alienationis , cum fortius sit ius expressi quàm taciti, & tacitum regulariter minus operetur quàm expressum l.cum ex filio.§.filio.ff.de vulg.& pupil.l.precibus.C.de impub.& alijs substit.

Secūdò moueor ex alia cōmuni cōclusione, quæ
14 habet,quòd † de re prohibita alienari per legatariū uel fideicommissarium non potest detrahi Falcidia & Trebellanica , secus si de uniuersali alienatione bonorū,ita vult.tex in dicta auth.sed in ea.quem ita ibi intelligit Bal.dicens ibi esse casum ualde notabilem & quotidianum, & ad quem cōmuniter docto. non aduertunt,& in isto casu etiam intelligit illum tex.Odofr.ibi,Bart.in §.fi.in auth.ut sponsa.larg.Paris.in consi.43.num.22.uolum.3.quia legatarius uel fideicommissarius non possunt detrahere Falcidiam vel Trebellianicam; ut in l.lex Falcid. §.nūquam.ff. ad l.Fal.l.1.§.deniq;.& in l.mulier.§.fi.ad Treb.Soc. Iun.in consi.49.nume.21.volum.3.& in consi.170. num.41.volum.2.Ratio etenim,quia detrahere non potest,est, quia tunc videretur alienari quodāmodo pars fundi per legatarium contra prohibitionem testatoris.quia prohibito pars auferretur per nō prohibitum,ita Soci. in dicto consi.170.num.40.& seq. ubi dicit, ꝙ ita procedit dispositio dictæ auth.sed in ea.quòd.Bal.ibi loquitur in his terminis,ergo dicendum videtur,quòd si dicta prohibitio nō fuit facta legatariis,nō militat conclusio tenētium , quòd per prohibionem simpliciter factam non possit detrahi Trebellianica per filium grauatum.

15 Tertiò facit alia conclusio , quæ habet † quòd vbi prohibitio alienationis facta per testatorem est de re particulari prohibita alienari,de ea non detrahitur Trebellianica. p tex.in dicta auth.sed in ea. Are. in consi.19.col.pen.uer.amplius.& in consi.37.col. penult.in fi.uersi.maximè quia , Guid.Pap.in quæst. 51.cir.fi.Catel.Cotta in memor.Trebellianica non detrahitur.vbi refert ita iudicatū fuisse in Collegio Mediolani per Dominum Azo.Reinam , Corset.in trac.de Trebel.in 6.col. uersi.4.pondero.Rub.Alex. in consi.43.num.11.uersi.præmissis tamen non obstantibus, Corne.in consi.22.littera.N,cum tribus sequentibus, vol.2.& in littera.X,Coras.in l.filium quem habentem. nu.28.C.fam.erc.Alb.in consi.7. num.754.in fi.& in consi.93.in fine.Paris.in consilio 43.numero uigesimoquarto , volum.2.Galiaul. in l.centurio.nu.404.ff.de vulg.& pupil.secus si prohibitio est facta de omnib.bonis:quia tunc per prohibitionem alienationis non impeditur detractio Trebellianicæ sicut nec Falcidia,ita Catel.Cotta in dicto memor.licèt dicat in fine super hoc cogitandū, sed clarius hoc decidit Bero.in consi.95.nu.15.vol. 2.vbi ait ꝙ textus in dicta auth.sed in ea.loquitur quando res particularis quæ fuit legata prohibetur alienari: quia ex hac re nō poterit hæres Falcidiam detrahere in casu in quo de hæreditate sit detrahenda, vt quia legata facta excluderēt dodrātem:quia nō negat ille tex.quin ex aliis legatis integra Falcidia possit detrahi,sicuti dicimus de Falcidia quæ nō potest detrahi de legatis piis, & tamē de alijs sic:secus quādo esset prohibita generaliter alienatio omnium bonorum:quia tunc non reperitur quòd dicatur prohibita detractio Falcidiæ.ideo standum erit regulæ,quòd tunc Falcidia poterit detrahi,& ratio diuersitatis est secundum eum,nam quando res particularis fuit legata & prohibita alienari, quamuis non possit Falcidia ex illa detrahi,tamen poterit ex aliis legatis deduci;at quādo est facta prohibitio generaliter omnium bonorum,si nō posset detrahi Falcidia,contingeret quòd hæres,sciens se nō posse aliquod commodum consequi, nollet adire hæreditatem,& isto modo periret testamētū & testator intestatus decederet,instit.ad l.Fal.in princi.si ergo nō prohibetur Falcidia ergo nec Trebellianica, Paris. in cons.43.volum.2.uer.& si dicta iura, ubi inquit , ꝙ si quis vult intelligere d.auth.sed in ea.& in corpore vnde sumitur,vt loquātur etiam quādo hæres uniuersalis est prohibitus alienari,tamen adhuc potest dici,quòd illa procedūt, ut super rebus prohibitis alienari non possit detrahi quando adsunt alia bona super quibus non fuit facta prohibitio alienandi , & in quibus Falcidia seu Trebellianica detrahi possit,secus si nō extarēt, Curt.Iun.in cōs.117.col. 2.ubi etiam pro expedito habet,quòd dicta auth.locum nō habeat in fideicommissis uniuersalibus sed in particularibus tātum,& pro cōfirmatione huius sententiæ facit,quod voluit Pau.de Castro in cons.
16 17.secundum antiquam impressionē, dicit † quòd licet filius ꝓhibitus alienare possit alienare uiq; ad legitimā & Trebellianicā,ut cōiter cōcluditur in l.

filius-

filiusfa.§.diui.ff.de lega.primò, tamen illa communis sententia locum non habet quando filius particulariter esset prohibitus alienari aliqua bona, quia tunc ubi posset habere legitimam & Trebellianicã in alijs bonis non prohibitis alienari,non debet bona prohibita alienari pro legitima & Trebellianica & Castren.sequitur Picus in l.in quartam.nu.115.ff. ad l.Fal.ubi inquit ita etiam tenuisse in dicto.§.diui subdẽs quòd licet Are.in cõsi.18.& sequenti uideatur indistinctè tenere, q̃ bona p̃hibita alienari possint alienari usque ad legitimam & Trebellianicã & etiam pro Falcidia, tamẽ illa conclusio debet restringi vt procedat in prohibitione uniuersali uel generali,secus in prohibitione particulari, quando aliàs esset cõsultum hæredi,hanc quoque partem amplectitur Galiaul.in l.cẽturio.nu.404.ff.de vulga.& pupil.vbi ait,q̃ tex.in dicta auth.sed in ea.loquitur de una re legata prohibita alienari, Cepha.in consi.272.nu.46.cum igitur in casu,de quo agitur,prohibitio alienationis fuerit generalis omnium bonorum & non rerum particularium,clara resultat conclusio,quòd non obstante huiusmodi alienatione locus sit detractioni Trebellianicæ, prout etiam sentire uidetur Emilia.in consi.39.nu.54.& Vinc.de Ocha.in illius subscriptione.nu.79.

Istis igitur sic firmiter manẽtibus, deuenio ad resolutionẽ eorum quæ in cõtrarium allegata fuerũt & ad primum argumentum respondetur,quòd licet testator possit secundum communem prohibere detractionem Trebellianicę,non tamen in filiis primi gradus,cum ista sit magis communis opinio scribentium,ut latè supra demonstratum fuit.

Ad secundum respondetur,quòd text.in dicto.§.fi.vbi sumitur dicta auth.sed in ea.non meretur in terminis nostris allegari,si bene põderetur: quia in eo præcisè dicitur non esse locum deductioni Falcidiæ, si testator legati nomine reliquit. & sic lex ipsa requirit manifestã qualitatẽ,quòd legati nomine sit relictum:unde cum uerba dictæ.l.nõ militant in casu nostro,in quo legati noĩe nõ fuit relictum, nec eius dispositio locũ habere debet.l.4.§.toties. ff.de damn.infec.aliàs illa qualitas legati nomine &c.esset superflua in dicta.l.quod nõ est dicẽdũ l. si quãdo.de lega.primò.imò,quod plus est, obscuraret sensum Iustiniani,qui temerè legẽ suam restrinxisset ad legatũ,si etiam in institutione procederet, quod minimè est credendum,maximè cũ lex conditionaliter loquatur,si testator legati nomine relin-

17 queret † quæ conditio in lege apposita inducit formã à qua recedere nõ licet.l.prætor.in princip.de colla.bono.& licet aliquando Falcidia accipiatur pro Trebellianica,tamen illa uerba legati nomine

18 non possunt accipi pro institutione,cũ † titulus legati sit prorsus distinctus ab institutione seu eius titulo l.legatum est.de lega.primò,l.his uerbis.vbi Bar. ff.de hæred.instit.ita in specie respondet Alcia.in cõs.113.lib.9.& tomo 3.in princip.

Tertiò respondetur,quòd ille tex.nihil etiam facit in casu nostro.cum ille loquatur de re prohibita alienari per legatarium,vel fideicommissarium, de qua non põt detrahi Falcidia & Trebellianica:quia legatarius permittendo Falcidiam ab hærede detrahi censeretur alienare quodammodo partem fundi l.alienationis uerbũ.de uerb.sign.Cyn.& Alber.in dicta auth.sed in ea.Iacob.de Beluil.in §.fi.in auth. vt sponsal.largita. Soci.Iun.in dicto consi.170.nu.40.volum.2.& Alcia.in allegato consi.113. num.8. quæ ratio cessat,quando hæres ipse sibi deducit illã quartam:quia nõ potest uideri alienare quod sibi retinet.Nec obstat si dicatur quòd legatarij uel fideicommissarij censerentur alienare relinquendo penes hæredem.Quia respondetur,quòd in casu præsenti nulla est facta expressa prohibitio alienationis legatariis uel fideicõmissarijs. Præterea,ratio dicti §.fi.est,quia testator alienationem prohibuit, vt ibi dicitur,non fauorę hæredum, aut successorum, ad quos uoluit peruenire,sed ideo facta est mentio hæredum & successorum:quia aliàs prohibitio alienationis nõ ualuisset tanquã sine cã,& quia fuisset pręceptum nudum l.filiusfamilias.§. diui.de lega.primò,Paul.de Castro.in dicta auth.sed in ea.quæ sententia comprobatur etiam ex manifesta ratione differentię quę adduci potest inter legatarium prohibitum alienare & heredem : quia heres retinendo Trebellianicam retinet id quod est in hereditate,& in quo semper habiturus est directa iura.l.1.in prin. ad Trebellian.sed qui retinet Falcidiã illud retinet quòd testator ab hereditate separauit, dicta.l.legatũ.& in quo nec directa,nec utilia iura habet: quia in legatarium statim secundum mentem testatoris transiuerit l.à Titio.ff.de furt.ergo nimirum si hoc casu facilius impeditur deductio,ut per Alcia.in allegato consi.113.ubi etiam multa allegat quę cõferunt ad terminos nostros.

19 Item respondetur, quòd † dispositio dicti.§.fi.& in auth.sed in ea.habet locũ in prohibitione alienationis uniuersali vel generali omnium bonorum,vt satis demonstratum fuit supra in 3.conclusione, & ex dictis per Alcia.in iam dicto consi.113.colum.2. in uersi.4.confirmatur hęc opinio.

Preterea dicitur, quòd dispositio dictę auth.locum non habet in prohibitione generali facta filiis primi gradus,cum Trebellianica eis prohiberi non possit,ut in specie per Roma.in consi.206.col.pen. uersi.ceterum, Ripa in citato.§.diui. num.30.Paris. in allegato consi.43.nume.25.Cepha.in consi.272. nume.46.& Picus in l.in quartã.nu.224.iunctis.no. per eum in char.fi.col.pe.vbi concludit,testatorem. nõ posse p̃hibere filiis primi gradus Trebellianicã,

Non obstant denique notata per Crot.& sequaces in dicto.§.diui,quia respõdetur, eos malè loqui: cum constet ex supradictis contrariam partem ueriorem, & rationem Crot.non ualere per rationes deductas per Bero.in dictis consiliis 79.num.46.& 93.num.15.ac alios supra citatos.

Vltimò, nec similiter facit dictum Ripæ, in dicto.§.diui.quia allegat pro eius dicto Bald. in dicta authen.sed in ea.qui non loquitur in terminis suis sed multum diuersis, ut iam dictum fuit.vnde concludendo sermonem nostrum indubitati iuris est,per dictam prohibitionem generalem nõ impediri detractionem Trebellianicę, & tanto magis id dicendum uenit,cum ista opinio uideatur etiã in pratica seruari,teste Soci,in alleg.consi.170.col.fi. & Alcia.in dicto consi.113.num.15.versic.& videtur,ubi inquit,quòd ita consuetum fuit seruari Veronę,vt apparet ex sententijs aliàs in similibus casibus latis:vnde mutanda non sunt,quę certam hactenus habuerunt interpretationẽ.l.minimè.ff.de legibus.Imò plus dico ex rationib.& auctoritatibus supra allegatis, q̃ nõ tãtum hoc habet locum in filiis primi gradus sed in ulterioribus heredibus uniuersaliter institutis & simpliciter prohibitis alienare in generali bona testatoris. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Minor,ut restituatur in integrum debet probare se minorem.*

2 *Minor, ut restituatur in integrũ aduersus lapsum tẽporis probatory, sufficit ut alleget se læsum absque alia probatione læsionis & num. 7. sed contra secũdum communem.*
3 *Ecclesia fungitur iure minoris.*
4 *Minor dicitur læsus eo ipso quòd causam compromittit. & num. 21.*
5 *Minor in dubio admittitur ad appellandum ex solo lapsu temporis, sed contra secundum communem num. 18.*
6 *Minor absque alia probatione læsionis consequitur restitutionem in integrum aduersus lapsum tempus confectionis inuentarij sed contra num. 17.*
7 *Minor, si est reus, consequitur restitutionem in integrum ex solo lapsu tẽporis, quod secus est in actore.*
8 *Fundamentum intentionis suæ unusquisque probare tenetur.*
9 *Læsio in dubio non præsumitur.*
10 *Minor petens se restitui aduersus aliquem actum iudicialẽ uel extraiudicialem tenetur necessario probare se minorem & læsum.*
11 *Fundans se in aliqua qualitate tenetur illam uerificare.*
12 *Qualitas deducta in libello si non est legitimè probata Iudex reum absoluere debet.*
13 *Qualitas in statuto posita probari debet.*
14 *Lex ubi unum disponit & aliud præsupponit, nunquam locum habet dispositio legis nisi præsuppositum uerificetur.*
15 *Statutum disponens, quòd turbans aliquem in possessione puniatur certa pœna & restituat possessionem, locum non habebit nisi casu quo restitutio fieri possit.*
16 *Statutum unum declaratur per aliud.*
17 *Declaratio ad tex. in cap. auditis. & in ca. suscitata. eod. titu. de restit. in integr.*
18 *Actor dicitur qui primò prouocat aliquem ad iudicium.*

CONSILIVM X.

RESTITVTIONE in integrũ aduersus lapsum temporis probatorij pnstulata per dominum Hieronymum Muzetum minorem uiginti annis, primo quidem aspectu suadẽt infrascripta, & Primò: quia ipse probauit se minnrem, quod probare tenebatur docto. communiter in l. nam & pnstea. §. si minor. ff. de iureiur. tex. est apertus in l. si minorem C. de in in
1 tegr. restit. vbi † minor qui vult restitui in integrum debet probare minorem ętatem, & ibi Bart. & Alex. Gozad. in consi. 22. nu. 13.
2 Secũdò, quia † allegauit se læsum ex lapsu dicti tpis, quæ allegatio sufficit absque probatione lęsionis, vt est text. in cap. auditis. de restit. in integr. vbi ex sola assertione procuratoris dicentis se omisisse allegationẽ vel probationem necessariam cõceditur restitutin. Nec obstat si dicatur quòd ille tex. loquitur in ecclesia & nõ in minore, quia cõfundit hæc obiectio per dictum tex. vbi summus Pontifex in concedendo ibi restitutionem ecclesię fundat se in hoc:
3 quia † ecclesia fungitur iure minoris, & sic patet q̃ idem est in minore quod in ecclesia, cum ęquipararentur cap. primo, de restit. in integr. Cepha. in consi. 7. col. 1. Maran. in suo trac. de ord. iud. in 6. par. in §. secundus actus num. 83. Bero. in consi. 25. num. 30. volum. primo.

Tertiò, probatnr hęc opin per text. in c. suscitata. de rest. in integr. vbi ad allegationẽ partis dicẽtis se omisisse probatinnem etiam post sententiam fuit concessa restitutio.

Quartò allegatur tex. in l. si minor uiginti quin-
4 que annis filiofa. vbi etiã glos. ff. de mino. vbi † minor dicitur lęsus ex eo q̃ causam compromittit. l. si dictum. §. primo, ff. de euictio. l. cum lege. in fi. ff. de arbitr. Corne. in consi. 178. litera F, nolum. tertio, dixi in consilio 53. nume. 43. uolum. 2. Paris. in consilio 89. nume. 46. uol. primo.

Quintò, pro hac sententia facit quod uoluit glos. & Bart. in l. fi. C. in quibus. cau. restit. in integr. vbi di
5 cit Bart. quòd † si minori non expedit appellare nõ datur restitutio, quia non læsus, si certũ est quòd expediat appellare cõceditur restitutio, si uerò dubitatur an expediat appellare uel nõ, in dubio pręsumitur lęsus eo ipso quòd passus est perdere tempus ad appellandum.
6 Sextò accedit. Nam † minor absque alia probatione lęsionis admittitur per uiam restitntionis in integrum aduersus tempus lapsum confectionis inuẽtarii. §. penult. in auth. de hered. & Fal. Alex. in consil. 124. colum. 3. nolum. 4. Bal. in l. ait prętor. ff. de mino. Bart. in l. etiam. colum. 2. eod. titu. Ias. in l. properandum. §. fi. in tertio notabili. C. de iud. Paul. de Castro. in consi. 86. in fi. uolnm. 2. Bero. in consi. 37. nu. 7. vol. 2. & in cõs. 68. nu. 83. vol. 1. Barba. in cons. 64. vol. 2. Pari. in cons. 65. nu. 55. vol. 3. Aufrer. in additione ad Capel. Tholosa. 55. in fin.

Septimò, Iuuatur hęc sentẽtia auctoritate Spe. in titul. de restit. in integr. §. 1. in prin. & in uersi. illud pręmittendum est. vbi tenet, quòd ex sola allegatione partis vel procuratoris, q̃ omissę sint probationes, restituitur minor, quem sequitur Ias. in dicto. §. si minor, colum. penult. uersic. sed tu aduerte. Rebuf. in titul. de restit. cap. primo, glo. 3. nume. 10. Maran. in suo trac. de ord. iud. in 6. par. in §. secundus actus. num. 83. vbi dicit hoc notandum. Aret. in consi. 66. colum. antepenul. uersicu. sed tamen, ubi concludit, quod ad petendum restitutionem aduersus probationem omissam debet allegari causa colorata, quę si uera esset in toto uel in parte retractaret sententiã, & hoc allegato, ẽt si nihil probet, debet restitui ad probationem omissam. Nec obstat secũdum enim text. in dicta. l. nam & postea. §. si minor. per quem Bar. ibi tenet oppositum: quia respondet, quòd quãdo minor petit restitutionem aduersus factum suum legitimè & cum auctoritate tutoris, maior est pręsumptio contra minorem, & ideo difficilius restituitur minor; quia non est uerisimile, quòd si tutor habuisset probationem promptam detulisset iuramentum parti aduersę, unde requiritur summaria probatio, sed quando minor petit se restitui non cõtra factum suum cũ auctoritate tutoris sed contra omissum, quòd erat sibi utile uel necessarium nõ omittere: quia hoc de facili in minoribus cõtingit & in eorum administratoribus, propterea facilius concedit tunc lex restitutionem in integrum. Anto. de Butr. in cap. cum uenissent. de restit. in integr. quem sequitur Abb. in dicto. cap. auditis. in 5. notabili. ubi etiã
7 Butr. & tanto magis hoc dicendum uenit cum † ipse minor sit reus & non actor, vt uoluerunt Fulgos. in dicto. §. si minor. ubi inquit in reo minore non esse opus ut probet aliquam lęsionem ad obtinendum restitutionem in integrum aduersus tempus lapsum datum ad appellandum. iterum in l. fin. C. in quibus cau. in integr. restit. vbi etiam Castren. Alex. in cons.

115.colum.fi.volum.5.& in consil.90.colum.2.vol.
7.Iacob.de Sancto Georgio in d.l.fi.in fi.Rui.in con
fi.68.volu.j.Port.in suis com. conclus.conclusione.
6.Curt.in Apostil.ad Castren.in d.l.fi.sub.nu.5.Ant.
Gabr.in suis com.opin.lib.2.in tit.de mino.conclu-
sione secunda,in fi.

Sed præmissis non obstantibus contraria senten
tia est de iure verior,quòd dictus minor non debeat
restitui in integrum aduersus lapsum temporis pro
batorij nisi probata læsione,& ad sic dicendum mo-
8 ueor ex infrascriptis.& Primò,quoniam †vnusquis-
que debet probare id quod est fundamentum suæ in
tentionis.l.qui accusare.C.de eden. l.ei qui dicit.ff.
de proba.l.actor quod asseuerat C.eod.tit.Soci.Iun.
in consi.137.num.5.uol.3.Port.in consi.55.nu.106.
136.num.8.& in consi.169.num.6. vbi est probanda
cuiuscunque intentio siue agat siue excipiat, siue
asserat siue abnegat,Parpal.in l.si quis maior.in pri-
mo,notabili. C.de trans.Dec.in l.si emancipati.col.
2.C.de colla. sed hic minor læsionem aliquam non
probauit pro obtinenda restitutione integrum peti
ta, quod erat fundamentum intentionis suæ, cum
9 † in dubio non præsumatur læsio. Gozadi.in consil.
44.num.8.Ceph.in consi.3.in fi.& in consi.152.col.
fi.Port.in consi.169.num.6.ergo ei concedenda non
uenit ex defectu dictæ probationis.l.minoribus. C.
de in integr.restitu.Dec.in l.fi.in 2.notab. C.de tran
sac.ubi inquit, quòd minori non datur restitutio in
integrum simpliciter sed tunc demum si sit lęsus,Ce
pha.in citato consi.3.in fi.Port.in consil.134.nume.
30.& in dicto consi.169.nume.6.Deci.in consi.616.
in fi.Nicol.Arelaten.in additione incip.& propter-
ea.ad Alcia.in trac.de Præsump. in prima regu.præ-
sumpt.42.Viuius in suis com.opi.in verbo minor.il
10 2.vbi ait, quòd † minor petens se restitui contra &
aduersus aliquem actum iudicialem uel extraindi-
cialem tenetur necessariò probare se minorem læ-
sumque ad causam, quam quippe si defendisset fone
ret bonam causam, subdens hanc esse receptam do-
ctorum sententiam.Bero.in consi.122.nu. 10.uol.3.
11 Secundò moueor ex alio fundamento, nam†fun-
dans se in aliqua qualitate tenetur illam uerificare.
Bart.in l.denunciasse.& in l.qui uxori. §.quid tamen
12 ff.de adulte.ubi Ange.& Bal.notant,quòd†si quali-
tas deducta in libello nō est legitime probata,iudex
reum absoluere debet.Port.in consil.19.nume.60.&
in consi.134.num.9.ac in consi.147.num.31.ubi qua
litates omnes consistentes in facto probari debent
13 & ideo uidemus, quòd † si in statuto est posita ali-
qua qualitas,ea probari debet,Bar.in l.j.in §.ait præ
tor.ff.ne quid in flum.publ.Dec.in consi.354.nume.
14.& 550.num.4.Port.in cons.64.num.4.ubi tradit,
quòd siue in tempore siue in loco siue in qualitate
consistat intentio alicuius aut quælibet alia semper
probari debet,aliàs conuentus absolui debet: sed in
casu nostro & si minor dixerit se fore læsum pro-
pter lapsum dicti temporis probatorij, tamen læsio-
nem ipsam non probauit, ergo ex defectu dictæ qua
litatis non probatæ non debet consequi restitutio-
nem in integrum postulatam.
14 Tertiò,confirmatur hæc sententia,ubicunq; † lex
vnum disponit & aliud præsupponit, nunquam ha-
bet locum dispositio legis,nisi præsuppositum veri-
ficetur.glo.singularis in l.mancipia. in verbo aduo-
candum,quam ibi sequuntur Fulgos.Castren.& Sal.
C.de seru.fugit.Roma.in consi.489. vbi inferunt ad
15 statutum,quòd†turbans aliquem in possessione pu-
niatur certa poena & restituat possessionem,quoniā
non habebit locum statutum nisi in casu quo restitu
tio fieri possit,Soc.Iun.in consi.114.nume.22.uolu.
3.Ruin.in consi.83.num.5.uolum.5. sed in terminis nostris lex mandat concedi restitutionem aduersus probationem omissam, ut in l.minor uigintiquinq; annis.ff.de min. ergo præsupponit quòd habeat probationem: quia alias dici nō posset quòd omissa fuerit.unde opus est uerificare quòd illam habeat, hoc enim argumento utitur Natta,aliàs collega meus,in consi.343.nu.2.

Quartò facit,nam clari iuris est, ꝙ minor qui nō confecit inuentarium in tempore statuto a lege de quo in l.fi.C.de iure delib.aduersus lapsum dicti tēporis restituitur.§.pen.in auth.de hæred.& Fal.Bart. in l.etiam,col.pen.de mino.Bal.in l.ait prætor. eo. titu.Alex.in consi.21.col.2.uol.j.& in consi.124.colum.3.uol.4.Ias.in l.properandum. §.fin.col.j.C.de iud.Barba.in consi.64.uol.2.Castren.in consi. 36.in fi.uol.2.Aufrer.in addit.ad Capel.Tolosa. 55.in fin. Bero.in consi.68.num.83.uol.j.& in consil.37.num. 7.uol. 2.quod sanè intelligitur locum habere si probet se læsum:quia hæreditas sit damnosa. Guid.Pap. in decis.141. ubi dicit ita uidisse determinari in Curia Parlamenti Delphinalis,quod & repetit in deci. sequenti & in consi.161.in fi.Alex.in dicto cons.21. colum.2.& Ioan.Maur.in tracta. de restitu.in integ. capitu.127.

Quintò,accedit communis conclusio Bar.de qua in l.nam & postea.§.si minor.ff.de iureiurā.ubi concludit, quòd si minor non appellauit in tēpore non restituitur in integrum aduersus dictum tempus,nisi doceat de læsione,uidelicet, quòd habeat tale qd propter quod in causa appellationis posset obtinere,per tex.in dicto §.si minor.ubi Ange. colum.fina. uersic.in glo.in uerbo captus. dicit non ualere consequentiam, minor non appellauit, ergo est læsus, quam sententiam etiam ibi sequuti sunt Salyce.col. j.uer.& ex ista glo.Alex.col.4.uersic. in glo.2.Alex. in consi.55.col.fi.uol.5.Abb.in consil. 77.col.4.uol. 2.Dec.in consi.436.colum.4.uolu.2.Deci. in consil. 436.colum.2.uersicu.& primo,dixi in consil.53.nu. 42.uolu.2.quibus dictis addo & Bero. in consi.102. num.31.uolum.3.ubi dicit, quòd si sententia adiudicationis lata fuit contra minorem à qua non fuit intra debita tempora appellatum, ex hoc solo cursu temporis læsio non probatur propter gestum quod præcessit,hoc est,propter sententiam latam, quæ lapsum temporis præcessit, nam ex tali cursu temporis læsio non probatur.Sal.in l.fi.C.in quibus.cau.in integr.restit.Anto.Gabr.in suis com.opin. lib.2.in tit. de min.conclusione secunda, & hanc esse ueriorem & communem opinionem tradit Decis. Pedemont. 158.colum.secunda,nume 13.Ioan.de Maur. in tractat.de rest.in integ.ca.278.ergo idem dicendum in casu nostro.

Sextò,in terminis nostris ita uoluit Bart.in dicto. §.si minor, dicens ꝙ si minor infra debitum terminum non probauit, non statim tanquam lęsus debet restitui ad terminum,nisi ostendat se habere probationē,& eodem modo si petit restitui aduersus omissam allegationem non restituitur,nisi doceat se illā habere,& ita dicit debere intelligi. text. in l.minor vigintiquinque annis.Ang.ibi colum. fi.Saly.& Bal. colum.fi.Pau.de Castro.in consi.181.uol.j. Alber.in d.l.minor uigintiquinque annis.Decis. Pedemonta. 158.num.13.ubi asserit hanc partem ueriorem & cōmunem.Ang.in §.appellantur:col.3. Instit. de excep.ubi dicit hoc menti tenendum:quia multi errant in actu pratico.Imol.in cap. auditis.in pen.chart.de restit.in integ.ubi ait,quòd ille tex.qui uult restitutionem concedendam esse aduersus omissam probationem,debet intelligi & suppleri per text. in d.§.si minor.

minor.cum glo.dummodo minor prius præsumptiuè doceat de læsione, quod & uoluit Cardi.ibi.glos. Imo.Card.& Ancha.in clem.j per illam tex. de resti tu.in integ.Natta in consi.343.col.pen. Anto. Gabr. in suis com.opi.libr.2.in titu.de mino. conclusione secunda.Marl.in l.j.§.prætcrea.col.10.de quæst. Aufr.in consi.196.nume.2.uolu.2.Rimin.in consi.404. nume.14.Petr.de Benintend.in decis.Rotæ Bononi. ii.in tract. de restitu.in integr.85.num.7.Ioan.Maur c.166.Bero.in consi.122.nu.11.uol.3.quam partem communem esse attestatur Anst.in additione. ad Capel.Tholos.55.

Superest modo ut deueniatur ad respõsionem eorum quæ in contrarium adducta fuerunt. & Primò non obstat tex.in c.auditis,de resti.in integr.quia respondetur, q dispositio dicti capituli debet intelligi & suppleri per tex.in l.nam & postea. §.si minor. de iureiurã.iuncta glo. dummodo minor prius præsumptiuè doceat de læsione,ut iura iurib. concordẽtur c.cum expediat.de elec.in 6.& l.j.C.de inof.do. ita Imol.in dicto cap.auditis.in pen.notabili. quem sequitur Ias.in dicto.§.si minor.colum. penul. versi. tenendo tamen,Card.in dicto capi.auditis. nec hoc
16 est nouum cum videamus etiam quòd† unum statutum declaratur per aliud,Bartol.in l.omnes populi, in secunda,q.sextæ.q.princi.de Iust.& Iur.Soc.Iuni. in consi.primo,num.42.vol.j.7.nu.6.& 8.nu. 21.uolu.eod. & cum ista responsione etiam transit Natta.
17 in consi.343.col.peu. vbi etiam dicit quòd †text.in d.c.auditis.in verbo,vt asserit,debet intelligi de assertione quæ probatur.glo.in l.j.in princi.in verbo, dicatur.si quoad pauper.fecis.dica.& in l.si cuius,in verbo.docere.de appel.recip.

Similiter non obstat tex.in d.c.suscitata. quia secundum Nat.ubi supra,ille tex.debet intelligi secundum tex.in d.§.si minor.

Tertiò,non obstat tex. iuncta gl.in d.l.si minor.§. j.quia respondetur, q minor compromittendo dicitur se obligare ad pareudum sententiæ etiã iniquæ. l.diem.§.stari.ff.de arbi.ex qua obligatione læditur, quod nõ est in casu nostro. ita Alex.in d.§.si minor, col.4.ver.non obstat.

Quartò,ad notata per gl.& Bar.in d.l.si.C.in quibus cau.in integ.rest.est necessaria, dicitur communem opin.esse contra illam glo.& Bart.vt latè supra dictum fuit,in ver.5.accedit.

Ad Quintum de confectione inuentarij, quòd aduersus eam minor restituitur:respõdetur, vt dictum fuit supra in ver.4.facit.quòd illa conclusio intelligi debet probata læsione: quia hæreditas damnosa, vt etiam voluerunt idem Guid. Pap. decis.571.Mysinge.in cent.quarta,obseruatione.16.Franci.Marc. in q.249.vbi inquit Curiam Delphinalem præfixisse tempus pupillo seu eius tutori, ut obuietur fraudibus, ad faciendum citari tutores & legatarios dictu ros causam cur in integrum restitui non debent. Port.in consi.169.nu.5.Natta in consil.214.nu.9.

Pariter non obstat vltimum, quòd in reo non requiritur probatio læsionis secus in actore, quia respondetur; quòd, posita illa opinione pro vera, ea nihil facit ad terminos nostros: quia dominus Hieronymus Muzetus in causa præsenti non est reus sed
18 actor si bene inspiciatur libellus,quia† ipse est ille, qui dominum Vincentium Guarenam primò prouocauit ad iudicium, ergo dicitur actor. l.in tribus.ff. de Iud.Barto.in l.libertus.ff.de in ius vocan.Deci.in consil.43.in princip.487.colum.3.& 686.in fin.Afflict.in decis.268.in fin. Ex his igitur de quibus latè supra scriptum fuit omnino concludendum esse arbitror,prædictam restitutionem in integrum nullatenus esse concedendam prædicto domino Hieron. sed per eum procedendum esse ad vlteriora in meritis causæ.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio una tollit aliam.*
2 *Assertio mariti & uxoris, q talis non sit eius filius concurrente fama Ciuitatis uel uiciniæ operatur, q talis sit spurius & natus ex adulterio.*
3 *Filius natus ex uxore in domo mariti & cum ea habitantis regulariter præsumitur natus ex marito. & nu.7.*
4 *Filiationis probatio ex parte patris difficilis reputatur.*
5 *Probatio nedum uera sed etiam præsumptiua admittitur contra præsumptionem resultantem, q filius natus ex uxore in domo mariti præsumitur natus ex marito.*
6 *Filius natus in domo ex uxore uicinis scientibus præsumitur mariti.*
7 *Quod amplia procedere etiam si uxor fuisset sterilis per longum tempus cum marito.*
8 *Item & si probaretur habuisse alium conuersationẽ cum uxore.*
9 *Honestum possibile potius præsumitur quàm possibile inhonestum.*
10 *Assertioni matris, q filius sit adulteri, non statur, in præiudicium filiationis.*
11 *Pater uel mater si dicunt talem nõ esse filium, qui natus est ex matrimonio, eius dicto non creditur.*
12 *Præsumptio quæ surgit ex natiuitate in domo potentior est quàm nominatio & tractatus.*
13 *Fama ut probetur, requiritur q testes deponãt à quibus dicere audiuerint.*
14 *Testes deponentes super fama etiam non interrogati debent exprimere personas à quibus audiuerint.*
15 *Ratio reddita à teste quando non est sufficiens infringit & diminuit dictum.*
16 *Fama probata ex uana uoce populi non est attendenda.*
17 *Testibus deponentibus secundum ius commune magis creditur.*
18 *Verisimile quod non est, imago dicitur falsitatis.*
19 *Probationes contra uerisimile non admittuntur.*
20 *Testes deponentes de impotentia alicuius debent deponere, q tempore conceptionis erat impotens.*
21 *Tempus ubi est de substantia probari debet.*
22 *Filius natus ex uxore non præsumitur mariti quando tempore conceptionis erat impotens ad generandum.*
23 *Quilibet præsumitur habilis ad generandum, nisi contrarium probetur.*

CONSILIVM XL.

EX pluribus simul concurrentibus videtur prima facie dicendum, q Ioannes non sit filius quondã Magnifici Leonardi de Ralpis, quoniam etsi in domo natus sit uicinis scientibus ex domina Argentida eius uxore, ex quibus regulariter solet probari filiatio. l.filium diffinimus. ff.de his qui sunt sui. iur.& alie.l.si uicinis. C.de nupt.& quidem prætumptiuè,

cum

cũ filiationis probatio ex parte patris difficilis repu
tetur.l.Lucius.ff.de condi.& demon.Alex. in l.licet
Imperator.de legat.j.Dec.in c.per tuas. in 3.notabi
li de proba.Soc.Iun.in consi.86.nu.39.uol.2.Gozad.
in cons.13.col.j.vers.7. Paris.in consi.10.nume.39.
vol.j.Aui.in consi.93.in prin.vol.5.R imin. in consi.
289.col.2.in prin.tamen contra dictam præsumpti-
uam probationem admittitur probatio nedum vera
in contrarium,dicta.l. filium. sed etiam præsumpti-
1 ua,cum vna præsumptio tollat†aliam. l.diuus. ff.de
integr.restit.cap.literas.vbi docto.de præsumpt.Pa-
ris.in consi.10.col.j.vol.j.doctor.communiter in.d.
capit.per tuas. vbi à dicta prȩsumptione receditur si
ex indicijs & coniecturis potest apparere de contra
rio.Paris.in consil.14.num.243.volu.j.Duen.in reg.
344.in 2.ampliatione,Barba.in consi.68.col.2.& 3.
vol.4.Rui.in d.consi.53.col.j.Alex.in consi.78.col.
pen.vol.7.Quod autem sint coniecturȩ & indicia,q
dictus Ioannes non sit filius dicti domini Leonardi
demonstratur: quoniam adest primò assertio tam di
cti Leonardi quàm dominȩ Argentinȩ eius uxoris
2 quòd†Ioannes non est filius ipsius Leonardi, sed cu
iusdam Scipionis iam famuli ipsorũ iugalium de Ra
spis, cum qua cõcurrit fama in Ciuitate propria vel
in uicinia dictorum iugalium, q Ioannes natus est
ex adultero, quȩ duo sufficere videntur ad proban-
dum, q dictus Ioannes sit spurius.ut dixit Bald.in di
cta.l.filium.ubi ait q licet non stetur dicto parentũ,
q filius non sit legitimus.l.fina.in fin.ff.de prob. vbi
tex.loquitur in muliere nupta quȩ dicebat filium ex
se natum non esse legitimum sed spurium, & dicat
litera q non stetur dicto suo, tamen secundum Bal,
fallit nisi cum eo concurreret fama: quia ipsa multũ
operatur.cum communiter se adaptet reb. ueris uel
uero proximis, sequitur Alexã.in consi. 78.col.pen.
versi.preterea.vol.7.Paris.in cõsil.10.num.45.volu.
2.Paul.de Castro in consi.175.col.fina.ver.& maxi-
mè.Alc.in trac.prȩsump.in 3.reg.prȩsump.37.num.
9.Anto.Gabr.in suis com.opin.libr.j.in titu.de prȩ-
sump.conclusione 14.num.14.& sequenti. Quòd au
tem dicti Iugales hoc affirmauerint,probare viden-
tur testes infrascripti.& Primò, primus testis Lucre
tia de Verona,quȩ dicit audiuisse à domina Argenti
na se esse grauidam cuiusdam Scipionis, pariterque
audiuit dicere à predicto domino Leonardo,q Ioã-
nes non erat eius filius sed dicti Scipionis: domina
Maria dicit se pluries audiuisse à domina Argentina
verba sequentia,(Che riogratiaua il Saluatore è Sci
pione, perche lei haueua quel figliuolo) loquendo
de Ioanne,& quòd dominus Leonardus dicebat, vt
audiuit,(portate via quel mulazzo de Giouãni, che
è figliuolo d'un'asino) Baldesar de Mede quintus te
stis audiuit dominum Leonardum multoties dicen-
tem,q Ioannes non erat eius filius sed Scipionis.De
fama quoque probatur per Lucium de Trotis, Ioan
num de Orto & Beltramum Asinatum. Item de alia
coniectura, quòd dominus Leonardus non poterat
coire cum domina Argentina eius vxore, vt audiuit
dicere ab ea Margarita de Tara, & idem dicebant ip
si iugales, vt deponit quintus testis. Portia de Scalis
deponit, quòd dominus Leonardus pluries tentauit
eam cognoscere carnaliter,quȩ ei blandiebatur, sed
nunquam potuit: Blasina de Gatis dicit,quòd domi-
nus Leonardus se accinxit ad actum venereum cum
ea per plures uices diuersis temporibus, sed nun-
quàm potuit eam cognoscere,& quòd nõ potuit se-
cum rem veneream habere,& q est possibile,q alijs
se coniunxerit, quòd tamen non credit,cum secum
tunc non potuerit:quia erat multum Iuuenis & non
deformis.Idem dixit vltimus testis dominus Hercu-
les della Volta, q dominus Leonardus eidem dixit,
q non erat potens ad coeundum, & similiter idem
sibi dixit domina Alasina Cortesia, quȩ coniectura
est sufficiens ad demonstrandum,quòd dictus Ioan-
nes non poterat esse filius prȩdicti domini Leonar-
di,ut probatur per Paris.in consi.10.num.36.volu.j.
vbi inquit, q licet in d.l.filium diffinimus. & l.mi-
les.§.defuncto. de adult.caueatur filium prȩsumi ge
nitum ex semine mariti cohabitãtis cum vxore,esto
quòd eodem tempore adulter dictam vxorem suba-
gitasset & cum ea rem veneream habuisset, tamen il
lud procedit quando tunc temporis maritus habilis
& potens fuisset ad coeundum, secus quando infir-
mitate detentus vel alia ex causa consuetudinem cũ
vxore habere non potuisset: quia tunc filius præsu-
meretur conceptus ex semine adulteri & non mari-
ti,etiã si adulter in illa domo non habitasset,vt vult
Abb.in c.per tuas col.2.in prin.ver. & not. de prob.
quod & probat tex.expressus in d.l.filium. in fi.ergo
multo fortius si in domo habitabat, vt in casu no-
stro.rursus in consi.14.num.242.volu.eod. Duen.in
regu.344.in j.limi.Bero.in consil.161.num.20.volu.
2.& in consi.sequenti num.9.volu.eo.Didac.in trac.
variar.resol.in 1.par.chart.293.col.2.in pri. Boer.in
decis.299.nu.3.Ruin.in consi.53.col.2.ver. sed præ-
missis,vol.5.& col.fi.Ex istis igitur coniecturis & in
dicijs videtur dicendum,dominum Ioannem nõ es-
se filium dictorum iugalium sed Scipionis adulteri,
& per consequens tanquàm spurium repellendum
esse à successione ipsius domini Leonardi, & ad il-
lam admittendum fore dominum Albericum Ton-
sum hæredem testamentarium prædicti domini Leo
nardi.

Quibus tamen non obstantibus contrariam sen-
tentiam amplectendam fore arbitror, q dictus Ioan
nes dicatur filius legitimus dicti domini Leonardi,
& ad id dicendum moueor ex communi conclusio-
3 ne doctorum quæ habet,q†natus ex vxore in domo
mariti præsumitur filius mariti, vt attestantur doct.
communiter in d.l.filium.& in l.si vicinis. C.de nu-
4 ptiarum licet,vt dictũ fuit,probatio†filiationis quo-
ad patrem difficilis iudicetur. d.l.Lucius. & in alijs
5 locis supra citatis quæ non repeto. Tamen† quando
constat aliquem natum in constantia matrimonij &
ab vxorata & coniugata in domo mariti vicinis vel
alijs scientibus, lex & ius in dictis coniecturis & in-
dicijs præsumptam probationé assumit, vt talis ita
natus dicatur filius mariti & ex eius semine genera-
tus,Bal.in consi.74.volu.j.Barba.in consil.58.col 2.
vol.2.Alex in consi.88.num.3.vol.7.Paris. in consil.
10.col.j.vol.2.consi.16.num.13.& 12.num.233.volu.
eod.Pau.de Cast.in consil.175.col.2.Alcia.in tracta.
præsump.in 3.reg.præsump.37.Dec.in consi.288.in
prin.& in consi.657.per totum,Ruin.in consi.53.co
lum.2.vol.5.Iasi.in consi.125.col.j.vol.4.Bero. in cõ
si.161.num.7.volu.2.& in consil.sequenti,volu.eod.
Duen.in regula 344.in 1.sed in casu, de quo agitur,
6 dictus Ioannes natus†est in domo dicti domini Leo
nardi ex domina Argentina eius vxore, vt ex testib.
vtriusque partis satis comprobatum esse demonstra
tur, ergo iuris præsumptione præsumitur filius ip-
sius domini Leonardi,& in tantum vera est huiusmo
7 di sententia, vt†etiam illa procedat si vxor fuisset
sterilis per longum tempus cum marito. Abb.in d.c.
per tuas.Alcia.in tracta.præsumpt.in dicta præsum-
ption.37.num.8.Bero.in consi.162.num.3.& 12.vol.
2.Duen.in dicta regula 354.nume.6.Ruin.in consil.
53.col.2.& 4.vol.5.Anto.Gabr. in suis commu.opi.
8 in lib.j.in tit.de præsum.conclus.14.nu.8.Item†& si
probaretur tunc temporis alium habuisse conuersa-
tionem

tionem cum dicta domina Argentina & cum ea rem venerеam habuisse l.miles.§ defuncto.de adult. quē tex.pro singulari allegat Bal.in rub.C.de proba.col. fi.in d.l.si vicinis.& in l.filium diffinimus. Docto.in d.ca.per tuas. & ratio fundamentalis dicti.§.defuncto.est propter benignam præsumptionem, per quā pręsumitur in meliorem partem,ut filius potius pręsumatur natus ex legitimo matrimonio quàm ex adulterio,argumento l.meritò.ff.pro soc. Bald.in l.si viua matre. C.de bon.mat.& in d.c.per tuas.colum.
9 1.Nam potius præsumitur † honestū possibile quàm possibile inhonestum,Bald.in d.l.filium diffinimus. col.3.Item in illo text.honesta coniectura inhonestam pręsumptionem fauore innocentis prolis excludit.Bal.in l.j.col.15.versi. quoad secundum articulum.C.qui accusa.non poss.Ias.in citato consi.125. col.2.Didac.in tracta.var.resol.charta.292.col.4.in princ.cum pri.sequentis.Riminal. in consi.289.col. 2.Ruin.in allegato consi.53.col.2.vol.5.Bal.in consi.74.col.j.volu.j.Barba.in consi.27.col.2.volu.j. Bero.in dicto consil.162.in prin.vol.2.Alcia. vbi supra & Dec.in d.cap.per tuas.num.4. Cepha.in consi.82. num.59.vbi dicit, quòd non tantum fauore filiationis sed etiam matrimonii pręsumitur natus legitimus.Gozad.in consi.13.col.j.Soci.Iun.in consi.138. num.11.vol.2.Neuiz.in consil.38.num.9.& Duen.in dicta regu.344.in j.ampliatione, & adeo à iure recipitur conclusio, de qua supra vt ea etiam sibi locum arroget si vxor non habitaret cum marito sed cum eo,qui carnaliter illam cognosceret, si tamen ad eā facultatem haberet maritus accedendi pro arbitrio suo & ad liberam eius voluntatem,licet non habitaret cum marito.Barba.in consi.58.vol.2.quia pręsumitur filius legitimus mariti fauore filiationis & matrimonij.quod dictum non arbitror uerum, cum contrarium teneant Ias.in consil.125.volu.4.vbi reprobat Barb.vbi supra,Bero.in consi.162.vol.2.Deci.in consi.657.in fin.Soc.Iun.in consi.86.nume.44. vol.2.Barba.in consi.27.col.2.versic. modo his præmissis. volu.j.vbi omnes vnò ore concludunt huiusmodi pręsumptionem sibi locum vindicare quando filius natus est in domo, per iura ibi per eos citata. Nec obstare videtur si dicatur,quòd pręmissa docto. recepta sententia locum non habeat ubi adest assertio matris in contrarium, asserentis dictum Ioānem non esse filium mariti sed adulteri: cū probatio melior & efficacior esse non possit quàm sit confessio uxoris & sic eius matris negantis illum esse filiū mariti,tum quia confessio dicitur esse superlatiua probatio.Bal.in rub.C.de probat. & ideo dicitur facere rem notoriam capitu.primo,de accusa.in sexto,tum quia nō est uerisimile quòd mater uelit filio suo pręiudicare negando illum esse filium sui mariti: quoniam credendum non est,quòd materna pietas contra filium mota esset,si verè ille filius esset,cap.afferte.de pręsumptio.glo.in uerbo mota. in c.transmissę,qui filii sint legit. Nulla enim charitas vincit paternam seu maternam.glo.in cap.per tuas.de proba.
10 Quia respondetur, quòd † huiusmodi assertio seu cōfessio non pręiudicat filiationi nec aufert ius quæsitum filio l.fi.ff.de proba.Fely.& alii in d.ca.per tuas. Pau.de Cast.in consi.73.col 2.in fin.Abb.in cap.officij.num.3.de pœni. & re. communem ait Alex.in l. nec professio.C.de testam.Grat.in responso 140.columm.5.uolu.j.Anto.Gabr.ubi supra nume.13.Alex.in consi.88.col.2.volu.7.Ias.in consil.125.col.j.uol.4. Socin.Iun.in consi.128.num.21.uolu.2.Duen.in dicta regula 344.num.4.Didac.ubi supra.Bald.in con-
11 sil.74.uolum.j.ubi dicit, quòd † si pater uel mater dicant talem non esse filium qui natus sit ex matrimonio,quòd eis non est credendum, ut dicit Io.de Raue.quia ista est legis pręsumptio cui standum est nisi aliter in cōtrarium probetur, & subdit quòd fatuus fuit quidam Rex natus in matrimonio, qui credidit matri suę dicenti sibi tempore quo uetula decesserit,ꝙ non erat filius Regis & renuntiauit Regno:nā matri credere non debuit sed potius legi & secundum legem conscientiam suam informare, ut in §. oportet.in auth.de iud.& inquit, idem dicendum esse ècontra si qua mulier extranea quam cognouisti dicat tibi,talis est filius tuus non debes illi credere: quia lex hoc nō credit nisi de eo qui nascitur ex matrimonio,nam sicut potest esse ex te potest etiam esse de alio & sic patrem non habet. & inquit Bald.ꝙ sic bene credidit unus sapiens Bononiensis pro quo (vt fertur)quidā factus per Dei gratiam Pontifex misit eū uocatū & in secretis ei dixit tu es filius meus quem genui ex matre tua, cum tali tempore fuissem scolaris Romę,unde cum nunc ego sim dominus uolo te promouere ad maximos honores, qui respondit non placeat Deo,ego sum filius cuius mater mea fuit uxor,& bona domina. Pontifex (ut utar uerbis suis)dixit ei, recede cum domino, iste credidit legi sed non fuit sapiens,utinam(dicit Bald.) sic dixisset cuidam amico nostro.Bero in consi.161. nu.11.uol. 2.Barb.in cōsi.58.col.2.in fi.vol.2.Alcia.vbi supra. rursus Bero.in cōsi.162.vol.2.Dec.in c.per uestras
12 nume.4.nam illa † præsumptio quæ insurgit ex natiuitate in domo potentior est quàm nominatio & tractatus.vt per Abb.in d.cap.per tuas. quia in natiuitate agitur de proprietate filiationis, in nominatione & tractatu agitur de quasi possessione, & proprietas præualet.c.cū dilectus.de cau.poss.& propr. Dec.vbi supra.& tanto magis prædicta confirmantur,cum dictus dominus Leonardus prædictum Ioānem tradiderit impensis suis nutriendum, baptizari fecerit,& compatres uocauerit & assumpserit, & quidem uiros nobilissimos,qui eum leuarunt de sacro fonte, quæ omnia arguunt tractatum paternum ipsius Ioannis.Docto.in c.transmissæ.qui filij sint legit.& in c.per tuas.de proba.Bero.in consi.162.nu. 9.uersi.præterea & 3.vol.2.Alex.in consi.88.col.fi. in prin.in verb.Item tractatus.vol.7.vbi inquit,ꝙ si maritus tractauit quē vt filium,ꝙ assertio matris & factum ipsius non potest præiudicare filio in iure filiationis sibi quæsito. Goz.in consi.13.num.17.vbi dicit,ꝙ filius pręsumitur mariti si eum fecit leuare à sacro Fon.Ex his igitur cōcluditur, ꝙ cum inter dictam dominam Argentinam & prędictum dñm Leonardum cōtractum fuerit matrimonium, & semper habitauerint simul & steterint tanquàm cōiuges,& dictus Ioānes natus sit in domo,in qua dicti iugales habitabant uicinis scientibus,ꝙ filiatio ipsius Ioannis iuris præsumptione probetur.dicta.l.filium.& l. si vicinis.C.de nupt.

Non obstant modo quę in contrariū allegata fuerunt,videlicet, ꝙ à dicta præsumptione receditur, quando cōcurrit assertio matris, dicentis illum nō esse filium suum.& fama simul cum dicta assertione. Quia respōdetur,quòd in casu præsenti licet sit assertio matris & patris,cui regulariter non statur,vt abundè dictū fuit,tñ nulla reperitur probatio legitimè facta de dicta fama:quoniā ista est clara & indu-
13 bitata iuris cōclusio,ꝙ † ad esse probationis ipsius Famæ requiritur, ꝙ testes deponāt à quibus dicere audiuerint,ut sic liquere possit an à fide dignis fama processerit,vt notabiliter declarat.Bar.in l.de minore.§.si plurium.in uers.quæro si testis interrogetur. ff.de mino.Butr.& Imol.in c.cum oporteat.de accusa.saltem quādo non deponunt se audiuisse à maiori parte

ri parte populi. Alex. in consil. 153. col. fi. volu. 5. vbi
14 etiam dicit, quod † non interrogati debent exprimere
personas, à quibus audiuerunt. per not. per Ang. in l.
quid ergo. §. quæsitum. ff. de his qui not. infam. Rur-
sus in consi. 150. num. 16. vers. quinimò. volu. eo. Ias.
in consi. 73. col. pen. ver. 2. quia. vol. 3. Soc. Iun. in cō
si. 86. num. 30. volu. 2. Bero. in consi. 170. num. 12. uo
lu. 3. Ruin. in consil. 51. nu. 14. vol. 5. & in consi. 158.
num. 23. uolu. eod. vbi inquit, quòd ad probationem
famæ non sufficit testes dicere esse publicam uocē,
& famam apud maiorem partem populi vel in tali
Castro uel Ciuitate, nisi reddant rationem dicti sui
etiam non interrogati per alium sensum corporeū,
puta: quia audiuerunt à maiori parte populi, & di-
cant à quibus traxit originem, & exprimant causas
ex quibus populus fuit inductus ad sic credendum:
ut per Bartol. ubi supra, & alios ibi per eum citatos;
quia cognoscere qualitatem famæ nō est tale quod
capiatur ex communi omnium intelligentia absque
discursu modico, cum & apud peritos difficilè co-
gnoscatur in terminis iuris, iuxta notata per glos. in
lege, stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de uerb. obliga.
propterea testis isto casu non probat si etiam nō in-
terrogatus rationem non reddat. Iterum in cōsil. 52.
num. 7. uol. eod. sed in terminis nostris testes depo-
nentes de fama huiusmodi rationem non reddunt,
quæ conueniat prædictæ depositioni super fama, er
go non probant famam de qua deposuerunt, ex quo
non reddiderunt causam pertinentem ad illam, &
ideo dicit Bald. in l. conuenticulam. col. 4. C. de epi.
15 & cleric. quòd † ratio reddita à teste quando non est
sufficiens infringit & diminuit dictum: quia in teste
est illa quæ præstat essentiam dicto. Ruin. in consil.
16 158. col. pen. vol. 5. Vnde † cum dicta fama sit solum
probata ex uana uoce populi, & non probatur ali-
qua præsumptio ex qua dicta opinio & fama origi-
nem traxerit, non probat: quia magis dicitur uana
uox populi, quæ non est audienda. Bal. in l. propric-
tatis. C. de proba. Ias. in consi. 73. col. 4. uersic. tertiò,
quando. vol. 3.

Vlterius dicitur, quod dictis testibus examinatis ex
parte domini Alberici nulla est danda fides, cū sint
testes examinati pro parte Ioannis, qui aduersantur
17 aliis testibus, & † quibus magis credendum uenit, cū
probent secundum ius commune. Bald. in auth. om-
nes peregrini. C. com. de succes. & uerisimiliora de-
18 ponant. l. ob carmen. §. final. de testibus. Nam † illud
quod nō est uerisimile dicitur imago falsitatis. Bal.
in l. j. C. de serui. fugi. & in l. fi. C. de edic. diui Adria.
19 tollen. ubi ait, probationes † contra uerisimile non
admittendas, & dicuntur uerisimiliora deponere
quando consonant iuri communi & rationi. Bald. in
l. testium. C. de testibus, sed testes domini Alberici
deponunt contra ius commune, plus contra ratio-
nem. Nam non est uerisimile, quòd si dictus Ioan-
nes non fuisset eius filius, quòd leuasset eum à sacro
fonte & compatres assumpsisset notabilissimos vi-
ros. Item nec cū tractasset ut filium, ut supra dictum
fuit, igitur &c.

Non obstant depositiones testium asserentium, quod
Dominus Leonardus erat impotens ad coeundum.
20 Quia respondetur, quod † testib. ipsis nulla fides adhibē
da uenit, quoniam non deponunt quod tempore conce
ptionis ille esset impotēs, de quo tempore erat pro-
bandum, cum sit de substantia, & ad illud tempus de
21 buerit se restringere testis: nam ubi tempus † est de
substantia illud debet probari l. eum actum ubi not.
ff. de nego. gest. l. matrem. C. de probat. Bart. in l. non
solum. §. sed ut probari ff. de ope. noui nuncia. Ruin.
in consi. 92. num. 8. uol. 5. Alex. in consi. 97. nume. 4.
uol. 7. & in consi. 198. col. j. in fi. uol. eod. & in con si.
150. num. 10. uol. 6. Boer. decis. 36. col. pen. & in ter
minis nostris ita concludit Ruin. in consi. 53. col. fi.
22 uolu. 5. ubi determinat dè substantia esse, quod † probe-
tur, quod maritus esset impotens tempore conceptio-
nis: quia nihil referret si postea superuenisset impo-
tentia, & ideo dicit, quòd Medicus qui deposuit in
casu suo, quòd tempore quo cœpit uidere ser Ioan-
nem, eius uxor erat prope partum, & quòd ille erat
tunc impotens ad coeundum, & sic deponit de im-
potentia quæ aderat post conceptionem ex interual
lo & nō de tēpore cōceptionis, ideo nō probat, quia
ad tempus conceptionis ipse debebat se restringere:
quia est de substantia, & tanto magis hoc dicēdum
23 uenit, cum † quilibet præsumatur habilis ad generā-
dum nisi contrarium probetur Bar. in d. l. filium diffi
nimus. & sumus etiam in casu in quo una ex testibus
examinatis ad instantiam domini Alberici, quæ no-
catur Aurelia, deponit quod Dominus Leonardus quan
do iacebat secum in lecto sine indumentis, quod facie-
bat negotium carnaliter semel tantum qualibet no
cte, secus de die quando erat indutus, cui testi stan-
dum uenit, cum sit approbatus à parte producente,
quæ contra eius dicta nihil opposuit. l. si quis testi-
bus. C. de testibus. & pro hac sentētia adducitur tex.
expressus in d. l. filium. ubi receditur à præsumptio-
ne illius. l. quando tempore conceptionis fuisset ab
sens maritus, uel si præsens infirmus uel inhabilis
ad generandum: quia tunc non præsumitur natus ex
matrimonio, & sic considerat tempus cōceptionis,
an esset maritus potens uel impotens. Gozad. in con
si. 13. nu. 46. & 47. Paris. in consi. 10. col. j. uol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio obtenta per obreptionem non ualet.*
2 *Obreptio magis uitiat quàm subreptio.*
3 *Obreptio committitur tacendo uerum.*
4 *Obreptio quamuis modica, nullam reddit legitimatio nem.*
5 *Quòd amplia procedere etiamsi in legitimatione adsit clausula, citatis & non citatis, & inuitis, & illa, supplentes &c.*
6 *Incestuosus dicitur natus ex constituto in sacris & soluta; sed secundum aliquos non dicuntur incestuosi sed spurij.*
7 *Rescriptum Principis non extenditur ad defectus tacitos & suppressos.*
8 *Legitimatio uitio obreptionis redditur nulla, si in illius impetratione narratum fuit, filium esse naturalem cum esset spurius.*
9 *Dispensatio difficilius cōceditur incestuoso quàm spurio & difficilius spurio quàm naturali.*
10 *Taciturnitas operatur subreptionem.*
11 *Comiti Palatino si non fit mentio de eo, quo expresso non faciliter concessisset legitimationem, gratia non ualet.*
12 *Legitimatio in cuius impetratione non fuit facta mentio de agnatis non ualet, si eorum consensus non interuenit.*
13 *Legitimatio facta per comitem Palatinum de filijs sacerdotum non ualet, si eius auctoritas ad hoc non extendatur.*
14 *Priuilegia & rescripta recipiunt uires ex mente rescribentis.*
15 *Sacerdotes sunt Dij.*

Sacer-

16 *Sacerdotes præferuntur Imperatori.*

17 *Sacerdotes dicuntur Reges.*

18 *Imperator, qui est filius ecclesiæ nullo modo censetur ei præiudicare.*

19 *Comes Palatinus non potest legitimare filios sacerdotum.*

20 *Potestas generalis legitimandi spurios non includit filios spurios sacerdotum.*

21 *Adoptio & emancipatio filij sacerdotis sicut debet fieri coram iudice patris & sic iudice ecclesiastico, ita & legitimatio.*

22 *Argumentum de emancipatione ad legitimationem valet. declara ut in nu. 66.*

23 *Laicus nullam habet iurisdictionem in clericum.*

24 *Quod amplia procedere etiam si clericus vellet.*

25 *Potestas in quocunque actu requiritur.*

26 *Potestas Comitis legitimantis dependet à priuilegio suo.*

27 *Legitimatio facta de illo, qui natus fuit ex his inter quos matrimonium esse non potuit lege diuina prohibente, non est propriè legitimatio sed dispensatio. declara ut in num. 65.*

28 *Legitimatio si non ualet, nec institutio facta in testamento de filio legitimato.*

29 *Rescriptum qui habet suæ legitimationis dicitur habere fundatam intentionem.*

30 *Habilitas personarum præsumitur ad ualiditatem actus.*

31 *Instrumentum publicum legitimationis unà cum priuilegio legitimantis dicitur ueritas apparēs, & probatio fori disceptatione non indigens.*

32 *Legitimatio etsi sit de reseruatis supremis Principibus, tamen illam alteri communicare possunt.*

33 *Omnia nostra facimus, quibus nostra impartitur auctoritas.*

34 *Princeps secularis sicut potest, secūdum communem, filium natum ex constituto in sacris legitimare, ita & facultatem ipsam alteri concedere.*

35 *Princeps in generali potestate concessa Comiti Palatino legitimandi natos ex quocunque coitu dānatos censetur ei dedisse facultatem legitimandi filios natos ex constituto in sacris.*

36 *Verba generaliter sunt intelligenda.*

36 *Qui omne dicit nihil excludit.*

38 *Dictio quoscunque, geminata, extenditur ad maiora ex enumeratis.*

39 *Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque comprehendit etiam hæredem extraneum, qui largo modo dicitur hæres.*

40 *Verba quocunque modo, uniuersalia sunt, quæ important quomodocunque.*

41 *Verba quouis modo, sunt uniuersalia.*

42 *Verba duplicata & fortius triplicata, magis augēt.*

43 *Filius præsumitur natus antequam pater esset in sacris constitutus.*

43 *Legitimans quando intendit super omni defectu dispēsare, legitimatio ualet, quamuis omnes defectus non sint expressè specificati.*

45 *Legitimans quando uult aliquem fore & esse legitimatum, nedum attentis defectibus expressis sed ēt si maiores pateretur, perinde est ac si expressè & specialiter mentio facta fuisset de qualitate prædicta & defectu, in quo ille talis esse reperiebatur.*

45 *Subreptio & obreptio tollitur, quādo Princeps si sciuisset etiam concessisset.*

47 *Legitimatio interpretationem recipit à precibus porrectis.*

48 *Verba in omnibus & per omnia, apposita in legitimatione operantur effectum, quòd censeatur legitimatio facta eo modo sicut continetur in priuilegijs.*

49 *Verba in omnibus & per omnia, denotant omnimodam perfectionem legitimationis.*

50 *Statutum si disponit, quòd scolares habeantur in omnibus & per omnia pro ciuibus, ista uerba faciunt, quòd habeantur tanquàm ueri ciues quoad omnia tam actiuè quàm passiuè, & tam ad commoda quā ad damna.*

51 *Studio Tolosano si est concessum, quòd gaudeat priuilegijs Studij Parisiensis, & si de nouo concedantur priuilegia Studio Parisiensi quæ non competunt Tolosano, tamen si in concessione dicatur, quòd gaudeat per omnia, tunc Studium Tolosanum gaudebit priuilegijs concessis Parisiensi post dictam adæquationem.*

52 *Testator si fecit alicui legata, & deinde talem instituat in omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus in omnibus & per omnia: ista uerba uniuersalia uidentur importare omnia & quæcunque bona testatoris, & etiam illa quæ alijs legata erant.*

53 *Filius si legitimatur patre uiuente ualet legitimatio, licet de agnatis, qui erant successiri ab intestato, nulla sit facta mentio.*

54 *Dictio taxatiua solum, excipit comprehensa sub illa, in alijsque omnibus firmat regulam & dictum.*

55 *Exceptio si facta sit de aliquo casu, in quo speciale mādatū requiratur, ampliatur regula, ut locum etiā habeat in alijs casibus requirentibus speciale mandatum.*

36 *Princeps in concessione facta alicui excipit unum casum, in quo reseruauit ius tertij, illa reseruatio particularis facit, quòd in alijs uidetur noluisse tertio præiudicare.*

57 *Princeps si in concessione meri, mixti Imperij et omnimodæ iurisdictionis excipit aliquos, quidam exprimuntur qui sunt de reseruatis Principi, in ceteris casibus etiam Principi reseruatis concessio facta uidetur.*

58 *Papa Principi seculari aut alteri inferiori conferre potest potestatem & iurisdictionem in clericos saltem uoluntariam.*

59 *Mandatum generale si est datum alicui, saluo quòd non possit peti restitutio in integrum, sub tali generali mandato comprehenduntur alij casus requirentes speciale mandatum.*

60 *Imperator si legitimat filium constituti in sacris, ualet legitimatio quoad patrimonialia.*

61 *Clericorum bona licet gaudeant eodem priuilegio cū bonis ecclesiarum, tamen mortuo clerico sine testamento bona eiusdem spectant ad suos consanguineos.*

62 *Princeps potest legitimare filium natum ex soluto & monacha.*

63 *Princeps potest legitimare natum ex filia spirituali quam quis leuauit ex sacro fonte.*

Comes

64 *Comes Palatinus potest legitimare quoad bona temporalia patris.*

65 *Ecclesia etsi abhorreat, ut spurii etiam legitimati ad bona ecclesiastica admittantur, tamen si expressè Pontifex hoc dicat, ualet legitimatio quoad bona ecclesiastica.*

66 *Moderator & arbiter est unusquisque in rebus suis.*

CONSILIVM XII.

LEGITIMATIONEM Domini Ioan. Baptistæ de Morandis factam ad instantiam domini Zachariæ eius patris per multum Reuerendum dominum Philippummariam Campegium coadiutorē Feltrensem Comitem Palatinum fuisse nullam, & inef-
1 ficacem demonstrant sequentia. Primò † quia obten-
2 ta fuit per obreptionē quæ † magis uitiat quàm sub-
3 reptio, & quæ † solum committitur tacendo uerum, ut colligitur ex not. per Inno. in cap. cum dilecta, de rescrip. & Anto. de But. in cap. ex parte. de capel. Monaco. Rui. in consil. 73. in prin. uol. 3. 88. num. 10. 93. num. 14. uol. 4. & in consi. 158. num. 10. uolu. j. Bero. in consi. 146. num. 33. uol. 3. quod ampliatur locum
4 habere † etiam si sit modica, Bal. in l. præscriptione. uer. nunc redeo ad quartum. C. si contra ius uel util. publ. Ang. & Mod. per illum tex. in l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius uocan. Cur. Sen. in consil. 16. col. fi. Parif. in consi. 12. num. 222. uol. 2. & in consi. 9. nume. 86. uol. eo. Port. in consi. 106. num. 48. ubi etiam dicit post Cur. ubi supra, istud etiam procedere si in
5 priuilegio adsit clausula, † Citatis uel non citatis & inuitis, ac etiam clausula, Supplentes: ꝙ autem obreptitiè fuerit obtenta patet: quia in impetratione ipsius legitimationis fuit narratum, prædictum D. Ioā. Baptist. fuisse naturalem, quia natum ex soluto & so-
6 luta, & tamen hoc est falsum: quia † incestuosus, cum natus fuerit ex constituto in sacris & soluta, glos. in l. 2. in uerbo filij. C. de epi. & cler. Barb. in consil. 58. col. 12. uersi. & adhuc dico uol. 2. Ias. in consil. 11. colum. 3. in princ. uolu. 3. Cum dicta legitimatio fuerit
7 obreptitia ergo nulla: quia † rescriptū Principis non extenditur ad defectus tacitos & suppressos, Rui. in citato consi. 73. col. j. & in consi. 88. num. 8. uolu. eo.
8 & ideo dixit Alex. in consil. 60. num. 40. uolu. 2. ꝙ † si in impetratione legitimationis narratum fuit filiū esse naturalem cum esset spurius redditur legitimatio nulla propter uitiū obreptionis, sequuntur Rui. in d. consi. 73. colum. j. Soc. Iun. in consi. 100. num. 8. uol. 2. Port. in consi. 106. nume. 45. Gozad. in consil. 26. num. 20. 48. num. 4. & 85. num. 3. Socin. in consil. 47. num. 26. uol. 4. si ergo in supradicto casu uitiatur legitimatio, ergo multò magis quando non fuit ex-
9 pressum, ꝙ filius erat incestuosus: quia † difficilius dispensatur cum incestuoso quam cum spurio, & difficilius cum spurio quam cum naturali, Butr. in c. per uenerabilem. col. 15. uersic. nunc uenio. qui filii sint legit. Dec. in consi. 338. num. 7. Ruin. in consi. 81. nu. 7. uol. 3. 88. num. 8. & 158. num. 9. uol. j. Port. in consi. 106. nu. 51. ubi asserit hanc esse communem.

Secūdò, est etiam nulla: quia etiam expressum nō fuit legitimanti, ꝙ dominus Zacharias qui fecit legitimare dominum Ioā. Baptistam eius filium esset in
10 sacris constitutus, quæ † taciturnitas operatur subre-
11 ptionem, nam nulli dubium est, ꝙ † Comiti Palatino debebat exprimi hæc qualitas quæ forsitā ipsum retrahere potuisset à cōcessione ipsa, uel difficilius reddidisset eum ad legitimationem requisitam. c. super literis. de rescrip. faciunt notata per Ian. & Abb. in cap. ueniens. de præscrip. ubi dicunt, quòd ubicunque non fit mentio de eo, quo expresso præsumatur, quòd Princeps ita faciliter nō concessisset, vel minorem concessionē fecisset, nō ualet gratia. Soci. in cōs. 246. col. 2. uer. 4. & vltimò. So. Iun. in cōs. 99. nu. 37. vol. 2. Goz. in consi. 92. nu. 19. & in terminis nostris ita dixit Emilia. in consi. 96. in prin. vbi Didac. in primo lib. fo. 315. nu. 2.

12 Tertiò, ꝙ sit nulla uitio subreptionis patet: q̄a † nulla facta fuit mētio Comiti Palatino, ꝙ dominus Zacharias haberet agnatos, de quib. erat facienda mentio: licet eorum citatio & consensus non requiratur secūdum Bar. & alios cōiter in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Cuman. in cons. 98. Barba. in cōs. 94. in prin. uol. 2. & Alex. in cons. 188. col. 3. vol. 5. sed legitimationem forte nō concessisset uel difficilius, ita Ioan. Andr. in §. 1. in ultima additione ad Spec. in tit. de succes. ab intesta. in uerbo itē scias. Prępos. post Vbert. de Bobio per eum relatū in ca. per uenerabilē. col. 13. uer. ex his igitur tū. qui filii sint legit. Socin. in d. §. & quid si tantū. col. 8. in 3. conclus. Alex. in consil. 57. col. pen. uol. 1. Bero. in consi. 176. nu. 35. vol. 2. & 177. nu. 35. vol. eod. Aret. in consi. 167. col. fin. & Socin. Iun. in consi. 9. nu. 40. vol. 2. Emilia. in conc. 96. col. 1.

Quartò, dicitur, ꝙ nō ualeat etiam si facta fuisset mentio, ꝙ dictus dominus Zacharias esset in sacris
13 constitutus; quia † dictus Comes non habet auctoritatem neque facultatē legitimandi filios sacerdotum, si bene considerentur eius priuilegia tam Cęsarea quàm Apostolica à quibus dependet omnis eius potestas c. porrò. de priuil. l. ad probationem la. 1. C. de proba. Barba. in cons. 58. col. 3. vol. 2. Port. in cōsi. 106. nu. 98. sed uerba priuilegij hoc non dicunt, sed in eo tātum sunt descripta uerba infrascripta, uidelicet, quoscūq; naturales, spurios, incestuosos, nepharios, manseres, nothos, bastardos & quoscunq; natalium defectus, copulatiuè, aut disiunctiuè quocunq; modo patientes, siue masculos, siue fœminas quocunque nomine censeantur & quouis modo illegitimè natos, & quocunq; alio defectu laborantes: per quæ uerba non censetur data facultas Comiti Palatino legitimādi filios sacerdotum, ut per Barb. in citato consi. 58. col. 3. vol. 2. & tāto magis id suadetur quia ubi lex Imperialis vult clericum in aliqua dispositione comprehēdere eo, casu quo potest, illum verbis expressis exprimit. Ita ergo Barba. ibi col. 5. in fin. versi. Item vbi: vnde cum Comiti hoc non expresserit, dicendum uidetur quòd non potuit per dictum Comitem fieri huiusmodi legitimatio.

14 Quintò, ex alio demostratur, nā priuilegia, † rescripta & similia recipiunt uires ex mente rescribētis, Iun. in c. cum ecclesiæ. de excep. c. cū dilecti c. cū adeo. de rescrip. sed mens Cæsaris & Pontificis cōcedentium potestatem legitimādi nō fuit, ꝙ legitimaret filios sacerdotum, vt cōstat ex dicto priuilegio, in quo excipit filios Baronum, Principum, Ducum, & Comitum, quo casu sequitur, ꝙ multò fortius ui-
15 detur excepisse filios sacerdotum, † qui sunt Dij. ca. cum ex iniuncto. de hære. ubi Butr. arguit contra laicos qui uolunt præferri clericis: præferuntur enim
16 † sacerdotes Imperatori c. nouit. de iud. si ergo Imperator excipit filios Baronū & aliorum, de quibus
17 supra, ergo multò fortius filios sacerdotū † qui dicuntur Reges cap. duo sunt genera 12. q. 1. Barba. in dicto consi. 58. col. 5. uersi. Item ex alio.

Sexto aduertendum est, ꝙ si nos diceremus, quòd Princeps concesserit huic Comiti potestatem legitimādi filios sacerdotum, sequeretur absurdum ꝙ uoluisset

luisset præiudicare ecclesiæ quę est successura sacer
doti vel clerico suo, vt in cap. j. de succes. ab intesta-
18 to. quo casu videtur, ꝙ † Imperator qui est filius ec-
clesiæ nullo modo ei pręiudicare uoluerit, ut in spe
cie dixit Barb. in d. consi. 58. colum. 4. versi. præterea
etiam.

19 Penultimò dicitur, ꝙ † Comes Palatinus non po-
test legitimare filios sacerdotum, vt probatur aucto-
ritate Barba. in d. consi. 58. per totum, quem sequitur
20 Dec. in consi. 338. nu. 6. vbi dicit, ꝙ † in generali po-
testate legitimandi spurios non videtur, ꝙ filij spu-
rii sacerdotum includantur, pro qua sententia facit
quod uoluit Dom. in cap. si annum. §. si verò. colum.
2. de iud. ubi concludit, ꝙ Comes Palatinus Impera-
toris non potest legitimare filium sacerdotis; quia
21 † sicut adoptio & emancipatio filii debet fieri corã
iudice patris, & sic iudice ecclesiastico, ut uoluerũe
Domini de Rota relati per Dominic. ubi supra, ita
22 & legitimatio: quia † de emancipatione ad legitima
tionem valet argumentum l. iubemus. C. de eman.
lib. Paris. in consil. 2. nume. 24. volum. 2. Benedic. de
Plumb. in disputatione statut. Pisano. Soci. in con-
si. 65. in 3. volumi. Vasq. in lib. 3. in §. 10. numer. 643.
versic. infero.

Præterea dicitur, quòd etiam dato quòd valeret
legitimatio prædicta facta per dictum Comitem Pa
latinũ vigore facultatis sibi concessæ a Cæsarea Ma
iestate, tamen dictus Dominus Ioan. Baptista non
posset succedere in bonis dicti domini Zachariæ
23 existentis in sacris; quia † laicus nullam habet iu-
risdictionem in clericum ca. quòd clericis. cum ibi
24 notatis de for. cumpet. adeo quòd † etiam clericus si
vult non potest consentire in iurisdictionem laici.
vt not. in cap. significasti. eod. titu. igitur laicus non
potest habilitare aliquem vt clerico succedat. ita So
ci. in consil. 65. in 3. volu. quem sequitur Curt. Iuni.
in consi. 84. col. fi.

Vltimò dicitur, quòd legitimatio ipsa non valuit
25 ex defectu potestatis quæ † in quocunque actu requi
ritur. l. cum te. C. de dona. ante nup. c. super. de offic.
deleg. quia Comes ipse non potuit legitimare dictũ
26 D. Io. Baptistam, quod probatur: nam † qualis fuerit
potestas Comitis dependet ex tenore priuilegii ca.
si cui, de extraor. cap. Corra. in versic. vim verborum
& tenorem inspicientis. Bald. in lege, ex hoc iure. ff.
de iustit. & iure. sed ex tenore priuilegii non habet
Comes potestatem legitimandi spurios sacerdotũ,
vt constat ex verbis dicti priuilegii de quibus supra.
27 modo sic, legitimatio † facta de illo, qui natus fuit
ex his inter quos matrimonium esse non potuit, le-
ge diuina prohibente, non est propriè legitimatio,
nec restitutio natalium, sed dispensatio: quia cum a
prin. non potuerit ibi esse matrimonium seu ueritas
ipsius, nec Imago fingi potest. l. j. C. de lat. liber. tol.
doct. communiter in d. ca. per uenerabilem: & sic ex
28 his resultare videtur, quòd † sicut non valet legiti-
matio dicti domini Io. Baptistæ, ita non valet insti-
tutio de eo facta in testamento prædicti domini Za
chariæ. Pau. de Castr. in l. eam quam. C. de fideicom.
quem ibi sequitur Ias. col. 2. Dec. in consil. 453. in fi.
288. colum. 2. Paris. in consil. 12. numer. 227. volu. 2.
Socin. Iun. in consi. 99. nume. 34. volum. 2. & 210. nu
me. 25. volum. eod. Port. in consi. 95. nume. 45. & 96.
num. 70. & 75.

His tamen non obstantibus, & quæ verè in termi
nis de quibus agitur non obstant, sententiam cõtra-
riam vti magis amicam legibus amplectendam fore
arbitror; & pro fundamento dicti Domini Io. Bapti
29 stæ, Primò deducitur, quòd † qui habet rescriptum
suæ legitimationis, dicitur habere fundatam inten-
tionem pro ualiditate suæ legitimationis, adeo ꝙ
qui vult dicere contrarium debet illud probare Go-
zad. in consil. 48. num. 11. per notat. per Abb. & alios
in ca. in præsentia, de probat. per illum tex. in uerbo
30 cõnstet. vbi dicunt, quòd † habilitas personarũ præ-
sumitur ad ualiditatem actus, & qui dicunt actũ ua-
lidum non habent necessè probare se fuisse habiles
ad hoc vt actus valeat, vt probatur per tex. ubi Bald.
in l. cum te minorem. C. de probatio. & per not. per
Imo. in cap. fin. in verb. idoneus. de præsumpt. Socin.
31 Iun. in consi. 93. num. 16. uol. 3. ubi ait, quòd † publi-
cum instrumentum legitimationis vnà cum instru-
mento publico de priuilegio Comitis legitimantis
dicitur veritas apparens, & probatio probata disce-
ptatione fori non indigens. Dixi, in consi. 61. nume.
28. cum seq. vol. j. & in consi. 96. nume. 16. uol. 3. ubi
alios citaui. Bero. in consi. 37. num. 12. uolu. 2. sed di
ctus dominus Ioan. Baptista habet dicta instrumenta
publica & authentica pro se, ergo &c.

32 Secundò dicitur, quòd licet † legitimatio sit de re
seruatis supremis Principibus, Butr. in cap. per vene
rabilem. col. 4. ver. 2. per illum tex. in verbo insuper
vbi etiam Abb. col. 3. & 6. qui fil. sint legit. §. si. in au-
th. quib. mod. nat. effi. sui. Bal. in l. j. C. de iure aur. an-
nu. Socin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ubi etiam
Crot. num. 86. de libe. & posthum. Dec. in consi. 150.
col. 2. Soc. Iun. in consi. 110. nu. 30. uol. 2. & in consi.
95. num. 83. vol. 3. Pau. de Cast. in consi. 227. in prin.
secundum antiquam impressionem. Paris. in consi. 2.
num. 73. versic. 8. uol. 2. Corne. in consi. j. in prin. uo-
lu. 3. & Port. in consi. 105. num. 15. tamen illam Im-
perator uel Pontifex alteri communicare põt, Bal.
in l. j. ff. de tuto. vel cura. dat. ab his. in l. cum filius ff.
de milit. testa. Docto. in d. c. per venerabilem, Ias. in
consi. 68. col. 5. in prin. uol. 3. Dec. in consi. 288. col.
2. circa prin. Paris. in consi. 2. num. 2. volu. 2. consi. 9.
num. 83. & 14. num. 35. uol. eod. Gorad. in consil. 85.
num. 7. & in consil. 92. num. 14. Ceph. in consi. 23. nu.
18. adeo quòd legitimatus à Comite Palatino habẽ
te auctoritatem dicitur legitimatus à supremo Prin
cipe dante potestatem, cum Comes id faciat auctori
33 tate Imperiali vel Pontificia, nam † omnia nostra fa
cimus quibus nostra impartitur auctoritas. l. j. §. om
nia. C. de ueter. iur. enucl. Curt. Seni. in consi. 16. col.
9. in fi. ver. fortius, Paris. in consil. j. num. 3. uolu. 2. 4.
num. 3. & 5. nu. 3. uol. eod. Soc. Iun. in consil. 121. nu-
me. 3. uol. 2.

34 Tertiò facit, quia sicut † Princeps secularis potest,
secundum communem, filium natum ex constituto
in sacris legitimare. glo. in §. fin. in auth. quib. mod.
nat. effi. sui. Ioã. Andr. in d. cap. per uenerabilem. ubi
Abb. col. 7. uersi. in glo. in verb. adulterinis. Præpos.
char. 3. col. 2. & 11. col. 4. & Iacob. de Zochis, ubi di
cit etiam tenuisse Petr. de Bellapert. in auth. quibus
mod. nat. eff. legit. §. illud. in uerbo, vbi ad sacerdo-
tium. in auth. quib. mod. nat. effi. legit. Cald. in consi.
3. in titu. qui filii sine legit. Paul. de Castr. in l. si quis
posthumus. ff. de libe. & posthu. & in consi. 225. col.
2. in versi. breuiter. ibi maximè per Papam, quòd de-
monstrat idem in alijs quàm in Papa, Soci. in l. Gal-
lus in §. forsitan. col. fi. de libe. & posthu. Bald. in l. at
qui contra. uersi. sed nunquid. C. de nup. & consi. in-
cip. Imperator. & Petr. eius frater in consil. incip. ui-
so Imperiali. Ias. in consi. 11. col. 3. circ. med. volu. 3.
Homod. in consi. 127. Rui. in consi. 67. nu. 4. uol. 3. &
167. in 4. dubio. uol. 5. Soc. in consi. 65. col. j. uolu. 3.
ubi asserit hanc esse communem à qua in iudicando
non est recedendum, & similiter in consil. 47. uol. 4.
Didac. in j. tomo char. 314. col. 2. versic. 3. conclusio.
Pau. de Cast. in consi. 225. col. 2. & Cur. Iun. in consi.

84.in fi.dicit magis cõem, ita & facultatem ipsam alteri committere,ut supra dictum fuit . & in specie ꝙ etiam Comes possit, id uolunt Calde.in d.consi.3. quem sequitur Rui.in allegat.consi.67.nu.4.Signo. de Homo.in citato cons.24.quem etiam refert & sequitur Ias.in d.cons.11.Soci.in iam d.cons.65.col.1. & in cons.47.col.6.in fi.vol.4.Paris.in consi.8.col.fi. uol.2.& Cur.Iun.in consi.84.col.fi.

35 Tertiò dicitur, ꝙ † in generali potestate concessa Comiti Palatino legitimadi natos ex quocunque coitu damnato censetur data facultas legitimandi filios natos ex constituto in sacris.ita Pau.de Castr.in consil.225.col.2.uers.secundum est.ubi dicit non uidere quare nõ:quia non magis illicitus est iste quàm adulterinus,arg.32.q.7.c.quid in omnibus adulterio grauius est?iuncto eo quod habetur in d.c.per uenerabi-
36 lem.super uerbo,adulterinis. Itẽ † & quia uerba sunt generaliter intelligenda.l.prima,§.generaliter.ff.de
37 leg.præstã.& † qui omne dicit nihil excludit.l.Iul.ff. de leg.3.Lapus antiquus docto.in §.illud.in authen. quib.mod.nat.effi.legit.ut refert Soc.in cons.47.col. 7.in prin.vbi et ipse concludit cũ Paul.de Cas.ubi supra:dicẽs quòd quando post enumeratiõẽ specierũ spuriorũ dicitur,& quoscunque ex illicito coitu procreatos,non uideri inconueniens,quòd sub dicta cõcessione comprehendatur facultas & potestas legitimandi filios constituti in sacris,cum concurrant uoluntas Principis & potestas.c.cũ super.de offi.deleg. Bero.in consi.168.col.1.vol.2.si igitur in dicto casu censetur esse data facultas legitimandi filios sacerdotum, quanto magis in casu præsenti ubi datur facultas legitimãdi quoscunque,etiam nobiles naturales spurios,incestuosos,nepharios,manseres,nothos,bastardos,& quoscunque natalium defectus copulatiuè aut disiunctiuè quocunque modo patientes, quocunque nomine censeantur & quouismodo illegitimè natos,& quocunque alio defectu laborantes,etiamsi plures uel omnes defectus natiuitatis in legitimãda persona simul cõcurrerẽt, natis Illustrium Principũ, Comitum & Baronum duntaxat exceptis.Nam pon-
38 deranda sunt illa uerba , uidelicet,quoscunque † de cuius dicti geminatione est extẽdi ad alia maiora enumeratis,ut per Bar.& alios in l.balista.ff.ad Treb. glo.no.in l.cum seruum.ff.de arbitr.Bald.in rub.ff.de
39 rer.diuis.quæstione 34.dum dixit, ꝙ † concessio in feudum pro se & suis hæredibus quibuscunque, comprehendit etiam hæredẽ extraneum & legatariũ, qui largo modo dicitur hæres.l.id tempus.§.1.ff.de usucap.quos simplex illud uerbum, hæredibus,non comprehenderet.c.1.§.& si clientulus.de alie.feud.Alex. in l.si patroni.ff.ad Treb.dixi in consi.3.num.65.vol. 1.& in pluribus alijs locis, qđ uerbũ geminatum ad terminos nostros bene considerat Soc.in citato consil.47.col.6.in fi.Item quoque ponderanda sunt alia
40 † uerba,quocunque modo patiẽtes,que etiam uniuersalia sunt & important quomodocunque.l.his solis. ff.de cond.indeb.l.ubi autem non apparet.in fi.ff.de
41 uerb.oblig.& † quouis modo , quæ etiam sunt uniuersalia.Clem.fi.in uerb.quouis alio modo.de sent. excom.Rui.in consi.189.nume.7.uolumi.1.quæ cum non sint tantum duplicata sed triplicata magis demõstrant uerba ipsa etiam comprehendere facultatem
42 legitimandi filios sacerdotum, nam † triplicata magis augent quàm duplicata,ut de tertio matrimonio loquitur Barba.in consil.43.vol.2.Dec.in consi.504. col.fin.in prin.& Crauet.in consi.54.col.2.Vnde ex his infertur,ꝙ cum huiusmodi legitimatio facta fuerit ab habente potestatem.de qua constat publicis instrumẽtis,quòd ualida fuerit dicta legitimatio,& ipsa inconcussè uenit obseruanda,& tanto magis id dicendum uenit, cum dictus Comes non tantum eum legitimauerit uigore potestatis Imperialis sed etiam Pontificiæ uno & eodem tempore, de qua potestate Sedis Apostolicæ nullatenus apud scribentes dubitatur,cum latas habeat habenas, vt decidunt Paul.de Castr.in consi.225.in 2.col.Corne.in cons.220.col. 4.uol.4.Paris.in consi.8 col.fina. vol.2.Curt.Iun. in consi.84.col.fi.Hostien.in sum.in tit.qui filii sint legit.§.fi.uersi.nunquid ergo.& Rui.in consi.ult.num. 4.vol.5.

Restat modò ut resoluantur quæ in contrarium allegata fuerunt. & deueniendo ad primum argumentum respondetur,& dicitur ꝙ dicti filii nati ex constituto in sacris secundum aliquos non dicuntur incestuosi sed spurii, ut per Betr.Cy.Saly.Raph.& Castren.in dicta l.secunda,& Bald.in l.si quis.C.de incest.nupt.per gloss.in l.uulgo.ff.de stat.hom.& ita illos spurios uocat Rui.in consi.vltim.numero quarto,volum.5.Cacialup.in l.si qua Illustris.numer.15. uersificul. sed utrum. C.ad Orphicia.& si spurij facilius legitimantur quàm incestuosi , ut supra dictum fuit.Vnde hoc stante dico , quòd non obstat dictum uitium obreptionis allegatum,etiam quòd dictus dominus Ioan.Baptista esset incestuosus : quia aut uo-
43 lumus dicere quòd † fuit natus ex ipso domino Zacharia antequàm esset in sacris constitutus, ut præsumitur,per text.in capitulo secundo, de filiis presbit. & in capitulo.ueniens.de accusa.& Didac.qui alia allegat in libro primo, fol.291.in princip.& isto casu cessat uitium obreptionis , quia uerum est, dictum Dominum Ioan.Baptistam fuisse naturalem, quia natum ex soluto & soluta: aut uolumus dicere quòd sit natus & conceptus tempore quo iam erat in sacris constitutus, & similiter non militat ratio dictæ obreptionis,quia si linceis oculis inspiciantur uerba supplicationis porrectæ Comiti Palatino & priuilegium legitimationis dicti domini Ioannis Baptistæ, secundum eius formam regulatur legitimatio , teste Socin.Iuniore in consilio 93.numero 43.volumine tertio.clarè apparet Comitem legitimantem habuisse notitiam , ipsum fuisse natum ex patre constituto in sacris.quod demonstratur, nam in dicta supplicatione requiritur à prædicto legitimante , vt uelit dictum Ioan.Paptistam sic,ut supra,uel aliter genitum auctoritate Apostolica & Imperiali eo meliori modo quo fieri possit legitimare & ad iura legitimorum reducere,primæuisque natalibus ac antiquæ naturæ restituere & integrare , omnemque & quamlibet ipsius domini Ioan.Baptistæ conceptionis & geniture rubiginem, maculamque & defectum undequaque prouenientem , etiamsi maior foret expresso,ac aliàs qualiscunque fuerit, delere,cessare , abolere & annullare ; cui quidem supplicationi annuens ipse Comes eosdem Zachariam & Ioan.Baptistam specialibus gratiis prosequens , adhibita in præmissis & circa præmissa diligenti inquisitione,necnon & præuia causæ cognitione , maturaque & solemni deliberatione præhabita , interuenientibus insuper omnibus & quibuscunque solemnitatibus tam iuris quàm facti in similibus quomodolibet requisitis, legitimauit &c. Cum igitur dictus Comes adhibuerit diligentem inquisitionem circa supplicata, ac maturam & solemnem deliberationem eorum quæ fuerunt necessaria ad ipsam legitimationem , ut ipse asserit, & sic notitiam habuerit,quòd dictus dominus Ioan. Baptista fuerit natus ex constituto in sacris , meritò uidetur cessare allegata obreptio , vt in simili determinat Rui.in consilio 104. columna

tertia,in fin.cum princip.sequentis.volumine tertio,
ubi concludit,quòd quamuis in impetratione legiti-
mationis non fuerit expressum,quòd dominus Augu
stinus,de quo in casu suo,fuisset côiugatus,sed quòd
filius natus erat ex ipso & soluta,quòd uitium subre-
ptionis tollitur ex uerbis legitimantis, dum dixit,ac
habita omnium & quorumcunque ad hoc necessario
rum perfecta cognitione:quia ex his apparet Comi-
tem habuisse notitiam qualitatis spurietatis,subdens
quòd in hoc creditur dicto Comiti sic affirmanti se-
cundum Paulum de Castro in l.cum hi.§.si prætor.ff.
de transac.& alios per eum ibi citatos.

Secundò respondetur tritissimum esse in iure ,
44 quòd † quando legitimans intêdit super omni defe-
ctu dispensare, legitimatio ualet, quamuis omnes de
fectus non sint expressè specificati.secundum Pau.de
Castro.in consil. 225.in fin.quem sequitur Bero.in
45 consi.168.nume.5.volum.2.vbi inquit, quòd † quan
do legitimãs vult aliquem fore & esse legitimatum,
nedum attentis defectibus expressis sed etiam si ma-
iores defectus pateretur,prout in impetratione legi-
timationis côtinetur,perinde est ac si expressè & spe
cialiter facta fuisset mentio de qualitate prædicta &
defectu,in quo ille talis esse reperiebatur.argu.capit.
qui ad agendum,cum ibi not.de procur.in sexto.ite-
rum in consi.172.nume.18.volum.eod.Ruin.in con-
silio 104.nume.13.volum.3.& in consi.73.nume.12.
uersi.tertius est casus.volum. eod.ubi ait, quòd quan
do per illum qui vult legitimari defectus illegitimi-
tatis exprimitur,& per legitimationê in specie tolli
tur illud impedimentum specificum adiecta clausula
generali , & alio quocunque defectu non obstante,
quòd per talia uerba generalia & uniuersalia non po
test dici,quòd legitimans tantummodo habuerit re-
spectum ad defectum natalium in precibus expres-
sum,quia aliàs dicta verba generalia & vniuersalia ni
hil operarêtur,contra l.si quando.ff.de lega.primo ,
sed dicitur habuisse respectum ad illum in specie &
ad alios in genere,& non modo cumulatiuè sed etiã
disiunctiuè & alternatiuè , & sic uoluit legitimari si-
ue defectus expressus adsit & concurrat cum alijs ,
siue non adsit alius.l.si hæredi plures.ff.de cond.in
stit.rursus in consil.126. numer.8.uolumi.5.Gozad.
46 in consi.85.numer.23.vbi dicit quòd † quotiens un
que apparet ex uerbis Comitis quòd etiam si sciuis-
set defectum eodem modo legitimasset,tunc non ui-
tiatur legitimatio,& tollitur omnis surreptio & ob-
reptio.& ideo uidemus,quòd si in impetratione be-
neficii narratur esse minoris ualoris, & tamê sit mul-
to pluris, quo casu per regulam Cancellariæ uitiatur
gratia & dicitur obreptitia , ut per Card.in cle.si. de
præben.si tamen ex clausula gratiæ colligitur inten-
tio Papæ , quòd etiam si sciuisset beneficium multo
maioris ualoris utique concessisset , tunc non uitia-
tur.Ancha.in consili.295.sed in terminis de quibus
agitur dominus Zacharias constituit procuratorem
legitimum pro impetranda dicta legitimatione , quê
constituere potuit secundum ueram receptam scri-
bentium sententiam , Bart.& alij in l.Gallus,in §.for
sitan.ff.de libe.& posthum.Ruin.in consi.73.in fin.
volumi.3.Dec.in consil.55.numer.6.& 338.colum.
penult.in fi.ac.Paris.in consil.primo , numer.18.vo-
lum.2.ad supplicandum dicto Comiti, ut uellet præ
dictum Io.Baptistam naturalem & genitum per eum
prius solutum & ex quadam soluta laica , seu aliter
gentium auctoritate Apostolica & imperiali,qua fun
gitur , omni meliori modo, & ut supra dictum fuit,
ne idem repetam , legitimare.quibus precibus atten-
47 tis & secundum quas † legitimatio interpretatio-
nem recipit,Bald.in cap.dilectos,de fide instru.Dec.
in consil.403.numer.15.Paris.in consil.nume.42.vo
lumi.2.& 11.numer.167.volum.eod.Comes Palati-
nus merè,simpliciter,omnique causa,qualitate & cô
ditione cessantibus legitimauit legitimumque fore
& esse decreuit & declarauit , prædictumque domi-
num Io.Baptistam ad iura primeuæ naturæ & quosli
bet legitimos actus tenore præsentium restituit & re
integrauit in omnibus & per omnia , iuxta tenorem
& continentiam supradictorum priuilegiorum , sibi
(ut prefertur) Apostolica & imperiali auctoritate
concessorum . vnde cum ex eis , in quibus dependet
tota sua auctoritas , Bald.in consil.129.volum.Paris.
in consil.primo , numer.97.volumi.2.doct.in l.Gal-
lus.§.& quid si tantum , de lib.& posth.Ruin.in con
sil.104.num.6.volum.3.Cepha.in consil.23.numer.
21.Soci.Iun.in consi.93.nume.10.volum.3.& in con
sil.75.numer.22.volum.3.satis constet de intentione
ipsius Comitis,quòd uoluerit non obstante omni de-
fectu eum legitimare,quãuis suppressi fuissent plures
defectus,& illa conferre iuxta formam petitionis,ac
in omnibus & per omnia prout continetur in priuile
gijs suis,dicendum uenit legitimationem ipsam non
peccare dicto uitio obreptionis : nam ponderanda
sunt omnia uerba supradicta , & maximè illa in om-
48 nibus & per omnia , per † quæ uerba censetur facta
legitimatio eodem modo sicut continetur in priuile
giis:quia inter ista duo subiecta nulla esse debet dif-
ferentia,Gozad.in consi.85.nume.17.& in consi.76.
uersic.9.conclusio.Ias.in consil.40.colum . secunda ,
49 uersic.4 dicitur,uolum.3.ubi dicit, quòd † ista uer-
ba denotant omnimodam perfectionem legitimatio
ne & quoad omnium successionem. Nam dicta uer-
ba maxime sunt importantiæ , ut constat ex his quæ
scribit Ang.in l.secunda.§.furiosus . per illum tex.ff.
50 de iure codil.vbi dicit, quòd † si statutum disponat ,
quòd scolares habeantur in omnibus & per omnia
pro Ciuibus , ista uerba faciunt quòd habeantur tan-
quam ueri Ciues quoad omnia tam actiuè quàm passi
uè,& tam ad commoda quàm ad damna , quæ ad eos
spectarent . & dicit Ang.quòd non meminit alibi le-
gisse similê modum loquendi , quam decisionem se-
quuntur Roma.in l.adoptiuum.§. patronum.ff.de in
ius uocan.Alex.& Ias.in l.si Ruffinus.C.de testa.mi-
lit.Paris.in consi.71.colum.secunda,uolumi.primo ,
Crot.in consil.103.colu.tertia,quia secundum Ang.
dicta uerba sunt tãtæ efficaciæ,quòd ex illis fit,quod
inter duo subiecta non debet esse aliquod discrimê ,
rursus Crot.in consil.124. numer. 13.facit quoque
quod scribit Bald.in l.omnia.C.de epis.& cler.vbi di
51 cit,quòd † si est concessum studio Tolosano quòd
gaudeat priuilegijs studij Parisiensis,& de nouo con
cedantur priuilegia studio Parisiensi , quòd illa non
competunt studio Tolosano . per l.si ita ff.de aur.&
arg.lega.vbi attenditur tempus præsens , nisi secun-
dum Bald.dicatur in concessione,& per omnia,quia
tunc studium Tolosanum gaudebit priuilegiis con-
cessis etiam post dictam adequationem , quod di-
ctum referunt & sequuntur Abb.in capit.fin.ne cler.
uel monac.& Ruin.in consil.54.numer.8.volum.3.
accedunt notata per Soci.Iun.in consil.124.nume.8.
52 uolum.primo,ubi dicitur concludere,quòd † si testa
tor alicui fecit aliqua legata , & deinde in suo te-
stamento instituat aliquem in omnibus bonis suis
mobilibus & immobilibus in omnibus & per omnia,
quòd ista uerba uniuersalia uidêtur importare om-
nia & quæcunque bona testatoris , & consequen-
ter etiam quæ aliis legata erant: quia qui omne dicit
nihil excludit l.à procuratore . C.mand.& tanto
magis

magis hoc dicendum uenit: quia nõ dicitur in omni-
bus aliis &c. vt communiter dici solet, sed simplici-
ter in omnibus, & subditur, pleno iure in omnibus &
per omnia, per quæ uerba uidetur probari. quòd testa
tor noluerit hæredem omnia bona sua uniuersaliter
habere absque aliqua diminutione & omni respectu.
ita enim sonant illa uerba in omnibus & per omnia,
iuxta. l. secundam. §. 2. ff. de iure codicil.

Similiter ad secundum de taciturnitate, quòd do
minus Zacharias tempore natiuitatis & legitimatio-
nis domini Ioan. Baptistæ erat in sacris; respõdetur,
quòd huiusmodi taciturnitas non potuisset retrahe-
re dictum Comitem ad legitimandum dictum Domi
num Baptistam, uel eum reddere difficilem ad illam
concedendam: quoniam si noluit uigore dictæ suæ
potestatis eum legitimare non obstantibus omnibus
defectibus suppressis etiam maioribus, quia nepha-
rius, uel incestuosus, uel copulatiuè, quod est magis,
multo fortius uoluit eum legitimare non obstãte hac
taciturnitate allegata, per regulam, quæ habet q cui
conceditur quod est plus, multo magis quod est mi-
nus, reg. cui licet, de reg. iur. Ruin. in consi. 67. col. se-
cunda, uolum. 3. & Soci. Iun. in consili. 93. nume. 11.
uolum. 3.

Ad tertium quoque respondetur ex dictis Bart. in
l. Gallus §. & quid si tantum, cum quo transeunt alii
53 ff. de liber. & posthum. ubi dicit, quòd † si legitima-
tur patre uiuente, q ualet legitimatio, licet de agna-
tis, qui erant successuri ab intestato, nulla sit facta mẽ
tio, quia licet per legitimatum excludantur, non ta-
men dicuntur agnati pati damnum, cum sit in potesta
te patris etiam alios instituendo excludere, Ruin. in
consil. 126. nume. 3. volumi. 5. Paul. de Castro, Aret. &
Ruin. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. colum. 66. in
uerbo, quinimo. ff. de lib. & posthum. Soci. Iun. in con
si. 142. numero. 12. volumin. primo, ubi inquit, opi-
nionem contrariam in iure non ueram & magis com
muniter reprobatam, & in consili. 93. numer. 18. vo-
lumin. 3. Socin. in dicto. §. & quid si tãtum, ubi tradit
in tertia conclusione, quòd licet dicta in contrarium
soleant allegari, tamen sibi hoc non dicunt quia qua
tenus uolunt, quòd fiat mentio de agnatis, uolunt
ad istum effectum, ut agnoscantur non solum patri
sed alijs agnatis, ita quòd aliis succedere possint, nõ
autem ad effectum ut illis præiudicet in successione
paterna, & quòd aliàs in quæst. de facto ita consu-
luit. Nec obstat, quòd si de agnatis facta fuisset men-
tio, quòd fortè Comes non concessisset, saltem ita
de facili; Quia respondetur, quod hoc est omnino
alienum à ueritate neque credi debet, quia iura con-
cedunt legitimationem filiorum nõ in defectum suc
cedentium ab intestato sed in defectum aliorum filio
rum legitimorum & propter eorum carentiam. §. ge-
neraliter. in auth. quibus mod. nat. effi. sui. & in §. præ
cedenti. & in §. si quis non habens filios. in auth. qui-
bus mod. nat. effi. legit. uenientes autem ab intestato
nunquam reperiuntur considerati & merito: quia pa-
ter respectu aliorũ habet liberam bonorum suorum
dispositionem, ut iam dictum fuit, alioquin dicere-
mus, quòd regulariter & quasi nunquàm concedere-
tur legitimatio, cum rarò eueniat, quòd quis sibi non
habeat successorem ab intestato, quod esset contra
mentem Imperatoris in dictis titulis, quib. mod. nat.
effi. legit. & sui. Vnde dicitur, quòd si Comiti milies
diceretur, quòd petenti filium legitimari, extant ta-
les & tales agnati uel cognati ab intestato successuri
non propter hoc minus legitimationem concederet
quia sicut iura hoc non considerant ita nec Comes
ipse considerare habet, ita ad literam Soci. Iun. in cõ
silio. 142. nume. 19. volum. primò. Item respondetur
& hæc est uera responsio & concordia, quod de ue-
nientibus ab intestato non est facienda mentio in le
gitimatione quando ius aliquod non esset cum effe-
ctu ipsis acquisitum in re sed solum in spe & ad rem,
secus si ipsis uenientibus ab intestato iam esset ius quæ
situm in re: quia iam adiuissent hæreditatem, item et
apprehendissent possessionem & consequenter ipsis
fuisset acquisitum dominium de iure gentium, quod
tolli & auferri non potest ita de facili a Principe nisi
in impetratione fieret mẽtio de ipsis agnatis, quibus
esset iam ius quæsitum, ita Bero. in consi. 177. nu. 48.
uersi. 2. respondeo.

Pariter non obstat quartum. Quia respondetur,
quòd imò uigore potestatis imperialis potuit Co-
mes legitimare dictum dominum Ioan. Baptistam
quamuis natum ex constituto in sacris, ut supra se-
cundum communem opinionem demonstratum fuit
in tertia conclusione, & multo magis ex ui faculta-
tis Apostolicæ ipsi Comiti concessæ, in qua Leo Pon
tifex Maximus eidem omnia concessa per Imperia-
le culmẽ approbauit, atque illa motu proprio indul
sit & concessit, cum potestate ut spurios & illegiti-
mè natos quocunque nomine nuncupatos legitima
re possit, natis Illustrum Principum, Comitum, Ba-
ronum duntaxat exceptis. & per consequens omnes
cuiuscunque conditionis alterius & dignitatis homi-
54 nes, & sic natos ex constitutis in sacris, cum † illa di
ctio taxatiua, solum, excipiat comprehẽsa sub illa, &
in omnibus alijs firmet regulam & dictum. iuxta tra-
dita per glo. in rub. de reg. iur. l. nam quod liquide. in
55 fi. ff. de penu. lega. Hinc etiam uidemus, q † si exce-
ptio facta sit de aliquo casu, in quo speciale manda-
tum requiratur, ampliatur regula, ut etiam locum ha
beat in aliis casibus requirentibus speciale manda-
tum. ut per Dom. post Lapum in cap. qui ad agẽdum.
§. primo, de procur. in 6. Alex. in l. fin. ff. quod quis-
que iur. & ideo dixit Alex. in consil. 215. col. 9. uersic.
56 decimo volum. 2. q † si Princeps in concessione sua
facta alicui excipiat unum casum, in quo reseruatur
ius tertij, illa particularis exceptio facit q in alijs ui-
detur noluisse tertio præiudicare, quẽ sequitur Dec.
57 in cons. 197. num. 3. ubi ex his concludit, q † si Prin-
ceps in concessione meri, mixti imperij & omnimo-
dæ iurisdictionis excipit aliquos casus, in quibus nõ
vult iurisdictionem esse apud potestatem loci, inter
quos quidam exprimuntur qui sint de reseruatis Prin
cipi, de quibus in ca. j. quæ sint regal. q in cæteris ca-
sibus etiã Principi reseruatis concessio facta uidetur.
l. in his. cum gloss. ff. de legib. latè de his per Deci. in
capi. cum dilecta. colum. secunda, de confir. utili. uel
inutili. & ideo ex his consuluit Bero. in cons. 169. co
lum. prima, cum sequen. volumi. 2. q uigore huius
facultatis concessæ per Maximilianum Imperatorem
dicto Comiti & approbatæ per summum Pontificem
potuisset ipse Comes etiam legitimare clericos: quia
licet Imperator, qui hanc amplam potestatem ei tri-
buit, nõ potuerit quoad clericos & ecclesiasticas per
sonas facere, q gratia sua sortiretur effectum & exe-
quutionem, arg. capit. decernimus. de iud. & in cap.
primo, cum glo. de oper. no. nunt. tamen istæ gratię
defectus suppletur ex cõfirmatione Apostolica, arg.
not. in rub. & in cap. primo, de confir. util. uel inutil.
& in cap. cum accessissent. in glos. in uerbo, confirma
tum. de constit. iunctis not. per glo. in dicto cap. de-
58 cernimus. ubi per plura iura dicit † Papam Principi
aut alteri inferiori seculari in clericos cõferre posse
potestatem & iurisdictionem saltem uoluntariam. §.
generaliter. in authen. quibus mod. nat. effi. sui. Butr.

Abb.& alij in cap.per venerabilem.qui filij sint legi. faciunt etiam scripta per Paris. in consi.8.colum.fin. volumi.2.vbi concludit, filium constituti in sacris in stante patre, ut in casu præsenti, potuisse legitimari per Comitem Palatinum, præsertim cum illam fecerit non solum auctoritate Imperiali sed etiam Apostolica, quo casu nulla resultat dubitatio quin valuerit & teneat, esto quòd legitimatus fuerit filius sacerdotis. in quam sententiam etiam inclinat Curt.Iuni. in consil.84.colum.fi.vbi inquit, cautissimum esse vt filius sacerdotis possit legitimari ad effectum succedendi patri, ꝙ eodem tpe impetret legitimatio à duobus, quæ simul concurrunt in prædicto Comite, qui legitimauit prædictum dominum Ioan.Baptistam.

Non obstat quoque,& quintum: quia ad illud satis apertè responsum esse videtur ex his quæ supra dicta sunt retorquendo fundamentum Barba. contra eum quia nulli dubium est, quòd dicta exceptio filiorum Comitum, Baronum, Ducum &c. operatur respectu aliorum quorumcunque quòd permissa sit Comiti potestas legitimandi filios sacerdotum, quod & com-
59 probatur ex not.per Ruin.in consi.190.num.14.vol. 2. vbi dicit, quòd † si sit datum mandatum generale alicui, saluo quòd non possit peti restitutio in integrum: quòd sub tali generali mandato comprehenduntur alij casus requirentes speciale mandatum.Bero.in consi.suo 169.colum.prima,volumin.2.vbi loquendo de priuilegio cõcesso per Maximilianum Imperatorem omnibus Comitibus de Campegio, vt quilibet spurios illegitimè natos quocunq; nomine nuncupatos legitimare possit, natis Illustrium Principũ & Comitum ac Baronum dumtaxat exceptis, & approbato in omnibus per summum Pontificem, concludit dictum Comitem, de quo in casu suo, vigore dictæ exceptionis taxatiuæ potuisse legitimare omnes cuiuscũque alterius conditionis & dignitatis homines, & sic etiam clericos.

Sextum etiam non obstat: quia non est uerum, ꝙ si clericus existens in sacris moriatur non existẽte legitimatione filij, quòd ecclesia deberet succedere ipsi Clerico quoad bona temporalia, imo quia consanguinei sui debent succedere, ut in terminis decidit Soci.in consili.47.num.36.vol.4.ubi consuluit quòd
60 †si Imperator legitimat filium constituti in sacris, va
61 let legitimatio quoad patrimonialia: qa licet†bona Clericorum gaudeant eodem priuilegio cum bonis ecclesiarum cap.ecclesiarum 12.quæst. secunda.tamẽ mortuo clerico sine testamento bona eiusdem spectant ad suos consanguineos, qui sunt subditi Imperatori. & ideo cum per talem legitimationem non præiudicetur ecclesiæ sed laicis subditis imperatori, meritò dicendum videtur ipsam valere,& præsertim concurrente auctoritate Apostolica. Plus dicitur, ꝙ Comes ipse virtute dicti priuilegij Apostolici possit etiam legitimare quoad bona ecclesiastica, ut clarè cantant uerba ipsius priuilegij.

Non obstat etiam quòd non potuerit legitimare, cum inter dictũ Zachariã,& dictã solutã non poterat esse matrimonium inter eos lege diuina prohibente. quia pluribus modis respondetur.& Primò, quòd omnes doctores, qui ponunt hanc quæstionem, loquuntur per verbum legittimare, ut constat ex auctoritatibus supra relatis tam pro parte affirmatiua quàm negatiua, & tamen communis est opinio, ut dictũ fuit, quòd potest legitimari, ergo datur legitimatio. item
62 si datur† legitimatio de filio nato ex soluto & monacha, vt per Bald.in cap.super literis. colum.secunda, de rescrip.Bero.in consi.168.colum.secunda,volu.2. Ias.in consi.11.colum.3. in princip.volum.3.Deci.in
63 consil.55.numero.4.Plus†potest dari legitimatio de filio nato ex filia spirituali, quam quis leuauit ex sacro fonte, teste Ias.in citato consi.11.col.3.in princ. inter quos non potest esse matrimonium, & vt in casu præsenti.

Secundò responderi potest, quòd opinio contraria posset locum sibi vindicare, vbi lex diuina inter aliquos prohiberet matrimonium, secus si lex canonica: quia tunc legitimatio fit, maxime per habẽtem potestatem à summo Pontifice, ut in terminis nostris decidit Alex.in consi.2.num.23.volumi.primo, vbi post Hostien.in summa, qui filij sint legit.§.fin.versic. nunquid ergo, concludit. quòd filij nati ex constituto in sacris possunt auctoritate summi Pontificis legitimari: quia tales in sacris constituti non lege diuina sed lege canonica matrimonium contrahere prohibentur, vnde videmus, quòd Papa potest dispẽsare, quòd constituti in sacris possint matrimonium contrahere ca.cum olim. de cler.coniug.subdens hanc opinionem probari in gloss.in uer.adulterinis.in cap.per venerabilem. qui filij sint legit.Paul. de Castro.in consil.225.colum.secunda,& Ruin.in consil. vltimo nume.4.volum.5.& Ias.in consi.40.colum. tertia in fin. cum princip.sequentis.volum.3.vbi dicit sufficere, ꝙ in genere potuerit esse matrimonium ante tẽpus conceptionis uel post, ad hoc vt quis possit legitimari per rationes ibi per eum citatas.

Tertiò respondetur, ꝙ licèt dictus dominus Ioan. Baptista sit natus ex his inter quos non poterat esse matrimonium, tamen dicta legitimatio fuit iuridica & valida, quoniam & si Princeps secularis non possit aliquem legitimare tanquam natum ex legitimo matrimonio, cum non possit super radice matrimonij, dispensare, dicto c.per venerabilem; tamẽ quem legitimum facere potest remouendo ab eo differentiam legitimitatis & illegitimitatis,& sic reducendo eum ad primæuum statum naturæ.ut in authẽ. quibus mod.nat.effi.sui.§. si quis ergo.in ver. antiquæ ingenuitati.& in ver.ad ipsam deducentes naturam: quia per istum modum non dispensatur super matrimonio nec super aliquo impedimento ad matrimonium & sic nulla fit dispẽsatio super iure spirituali, ita Ias. in citato consi.11.colum. penul.vbi concludit in cestuosum natum ex filia spirituali posse per Comitem Palatinum legitimari modo quo super, non obstante ꝙ sit natus ex his inter quos matrimonium esse non poterat. iterum in consil.40.colum.tertia in princi. volum.eod.Ruin.in consil.76.colum.secunda versic. vel secun.dici potest.volum. 3.vbi ait, quòd & si Comes Palatinus nõ possit legitimare natum ex moniali tanquam natum ex legitimo matrimonio seu per medium matrimonij validando vel fingendo illud: quia super tali impedimẽto canonico dispensare non potest. tamen stante tali impedimento potuit eum legitimare, non haben. respectum ad matrimonium sed sine illo, remouendo differẽtiam legitimitatis, & illegitimitatis, cum talis differentia fuerit inuenta de iure ciuili: qa prius oẽs nascebant liberi.§.liceat. in auth.quibus mod.nat.effi.sui.Aret.in l.ex facto. in princip. de vulg. & pupil. colum.10.vbi dicit, quòd Imperator legitimando simpliciter filium non dicitur illum legitimare per aliquod medium facti sed simpliciter tollendo ius positiuum & restituendo ad pristinum ius naturæ, vnde tantum dicitur dispensare circa ius: propterea filius efficitur uerè legitimus, secus si legitimatur per medium facti fingendo matrimonium.Rosel.in trac.de legit.dum tractat de legitimo effectu, colum.secunda, ubi tradit, quòd ad inducendam veram legitimationem medium matrimo

nij

ni non esse necessarium, sed sicut ille modus fuit inuentus à iure ciuili sic, & alius modus potuit induci à Principe, scilicet legitimatio, quemadmodum inducitur legitimatio absque matrimonio, videlicet per adoptionem vel arrogationem, glo. instit. de adop. in princi. rursus Ruin. in consi. 75. num. 14. 76. nume. 14. versicu. non obstat ratio. 79. nume. 3. 86. colum. 5. in princip. & 94. colum. 7. versic. & insuper, volum. 3. Gozad. in consi. 6. nume. 63. & 29. numer. 32. Capic. in decis. 193. colum. quinta, & ita aliàs dixi in consi. 61. nu. 5. cum sequenti volum. primo, Soci. Iun. in consil. 93. num. 33. volum. 3.

Quartò, respondetur secundum Soc. Iun. in consil. 93. num. 52. volum. 3. quòd illud procedit, nisi clarè in contrarium constaret de voluntate Principis priuilegium concedentis & Comitis legitimantis prout in casu nostro, vbi dicitur de spurijs incestuosis, nepharijs, &c. & de alijs quocunque modo illegitimè natis, & quando legitimatio est facta totaliter & in plenissima forma & in qua omnis macula geniture dicitur ablata & totaliter sublata: quia tunc nõ est disputandum de potestate Principis, utrum possit legitimare & facultatem legitimandi alteri concedere etiam spurios, cum vbique & per totum orbem seruetur, dummodo de voluntate constet; nam dicere contrarium esset infinitas destruere legitimationes, quæ pro ualidis & firmis seruantur, & (vt aliàs dicebat Bald. in simili) esset restringere quodãmodo mundum, quod non est faciendum l. minimè. ff. de ll. nam à communi pratica non est recedendum, Alexan. in consi. 27. vol. primo, & eo magis id fatendum venit, cum etiam legitimatio ipsa (vt iam dictum fuit) facta fuerit auctoritate summi Pontificis, ut liquet ex priuilegio per eum concesso dicto legitimanti.

Non obstat quoque, quòd legitimatio filij constituti in sacris debet fieri coram iudice dicti constituti in sacris petentis legitimationem, sicut emancipatio, & non coram seculari: qui nullam in eo habet iurisdictionem. quia Primò respondetur, quòd ea facta fuit vigore facultatis concessæ prædicto Comiti per sedem Apostolicam, & sic cessat obiectũ. Sed vlterius etiam dici potest, quòd quamuis etiam facta fuisset per habentem tantum authoritatem à culmine Imperiali, quòd illa valet, vt cõcludunt docto. cõmuniter supra relati, quia in casu, de quo agitur, non valet argumentum de emancipatione ad legitimationem, quia in legitimatione pater nihil agit sed solũ legitimanti consentit, secundum Barto. & alios in l. Gallus. §. forsitan, de lib. & posthum. secus in emancipatione, in qua dicitur pater agere. nam actus legitimationis celebratur inter legitimantem, qui est persona agens, & legitimatum, qui est persona patiens. unde satis est quòd legitimans sit superior legitimato, quamuis non sit superior patris, & ideo legitimatio põt peti à solo filio patre absente & ignorãte, dũ modo postea illam ratam habeat, Ang. in consili. 87. vnde filius debet illam petere à suo superiore: quia per assensum patris clerici non prorogatur iurisdictio iudicis laici, qui in clericum non exercet iurisdictionem: quia ille nihil agit nec contra eum agitur, sed solum voluntatem suam declarat circa actum gestum in laicum per iudicem secularem, quod facere potuit. per not. per Bal. in l. testamenta C. de testa. ita Soci. in dicto §. forsitan. in fin. vbi inquit, post longã altercationẽ ita fuisse decissum Florentiæ per tres solemnes doctores, Ruin. in consi. ultimo. nume. 4. volum. 5. Vlterius dicitur, quòd communis est opinio contra Dom. vt refert. Soci. in consil. 47. nu. 36. volu. 4. vel quòd dictum eius saluari potest quoad bona ex reditibus ecclesiasticis acquisita, Didac. in dicto libr. primo, §. nono, colum. penult. versi. 8. conclusio.

64 Vltimò non obstat, quod † dato quod huiusmodi legitimatio fieri potuerit per Comitem Palatinum habentem, auctoritatem à Cesarea Maiestate, non tamen quoad bona temporalia patris; quia respondetur, quod contrarium tenuerunt Cald. in dicto cap. per venerabilem. ubi per plura ostendit, quod filius clerici constituti in sacris potest legitimari per Imperatorẽ quoad successionem paternam & quoad bona temporalia, quem sequitur ibi Præpos. in §. quod autem. col. 78. cum sequenti. Ruin. in consi. 167. column. tertia in prin. volum. 5. Ioan. Andr. & Abb. in d. c. per venerabilem. Soci. in citato consi. 47. num. 36. quia licèt bona clericorum gaudeat eodem priuilegio cum bonis ecclesiarum 12. quæst. secunda, c. ecclesiarum cap. ex literis, de pigno. tamen hoc non debet in eorum læsionem torqueri, regu. quod ob gratiam, de regu. iur. in 6. Didac. in dicto §. 9. in 8. conclus. vbi etiam dicit ita tenere Cesar. Lamber. in tract. de iure patro. libr. primo, in secunda part. quæstion. secunda, articulo 29. numer. 17. & præsertim ita tenendum est, cum dicta legitimatio facta fuerit à dicto Comite habente nedum authoritatem legitimandi dictum dominum Ioann. Baptistam à Cæsarea Maiestate ad bona patrimonialia sed etiam ecclesiastica, vt constat ex priuilegio Leonis Pontificis Maximi, quam dare potuit, vt per Bero. in consi. 169. nume. 4. volu. 2. & in consil.
65 175. numer. 21. volum. eod. ubi dicit, quòd † quamuis ecclesia abhorreat, vt spurij etiam legitimati ad bona ecclesiastica admittantur, vt volunt Docto. communiter in l. ex facto §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. tamen si expressè Papa hoc dicit, valet etiam legitimatio quo ad ecclesiastica, & pro hac sententia adducitur quod voluit Curt. Iun. in consi. 48. colum. fi. vbi dicit bonam esse cautelam, quòd quãdo tractatur de succedendo patri sacerdoti, vt impetretur legitimatio ab habente auctoritatem & potestatem à Cæsarea Maiestate & à summo Põtifice eodem tempore, quod in casu nostro actum esse reperitur: Vnde ex his quæ abunde dicta fuerunt, concludendum esse arbitror, stante priuilegio Imperiali concesso prædicto Comiti in amplissima forma & cum facultate, quòd legitimatus possit succedere patri & agnatis nõ obstantibus aliqua lege, constitutione, statuto, ordinamento, reformatione, extrauaganti, prouisione, priuilegio, rescripto, decreto uel decretali aut consuetudine uetustissima in contrarium loquentib. aut decretis, uel alijs quibuscunque tam præsentibus, quàm futuris. specialibus uel generalibus in contrarium facientibus & specialiter legibus sub rub. in auth quib. mod. nat. effi. legit. per totum. & nõ obstantibus. l. prima, & toto titu. C. de nat. liber. & maximè. auth. licet eod. tit. c. naturales. §. de. feud. fue. contro. inter dom. & agna. & C. de incest. nup. l. incesti. auth. ex complexu, eod titu. & auth. de incest. & nepha. nup. per totũ. §. sit ergo licentia. cum glos. in uer. non permittemus & auth. quibus mod. nat. effi. legit. column. 6. l. prima, secunda, & toto illo titul. C. vnde cogna. & instit. ad orph. & l. generaliter. C. de instit. & substit. l. ex facto §. si quis rogatus. ad Trebel. & l. si qua Illustris. C. ad orphicia. & c. tanta. & cap. per uenerabilem. qui filij sint legit. quibus omnibus & singulis in quantum huic gratiæ, concessioni, edicto cõstit. decreto obstarent, quantum ad hanc concessionem ex certa scientia, & motu proprio, auctoritate Imperiali & de nostræ potestatis plenitudine derogams, & derogatum esse volumus ac si singulariter, specialiter & expressè & in omnibus eius capitulis & patribus enumerata essent,

sent, cum his omnibus radicibus intendimus & nolumus ex certa scientia derogare, nunc specialiter, singulariter & expressè derogamus, ac si de illis & illorũ quolibet uel qualibet in hoc indulto facta esset métio & derogatio specialis de uerbo ad uerbum, et si expressio & derogatio eorum de uerbo ad uerbum simpliciter requireretur: approbato per summum Põtificem Leonem non obstantibus præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis etiam municipalibus, reformationibus, decretis & consuetudinibus, nec non priuilegiis & indultis tam Apostolicis quàm imperialibus in contrarium quomodolibet forsan pro tempore concessis, quibus omnibus illorum omnium tenores ac si de uerbo ad uerbum inserti forent præsentibus pro expressis habitis, illis aliàs in suo robore permãsuris, hac uice duntaxat motu, scientia & potestate prædictis simpliciter & expressè derogamus, nec nõ omnibus illis quę olim Maximilianus in Imperatorem electus in dictis suis literis uoluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque, dictam legitimationem nõ obstãtibus obiectis validam esse & inconcussè obseruandam, & per consequens quòd licitè potuit dictus dominus Zacharias instituere prędictum dominum Ioan. Baptistam eius filium legitimatum in bonis suis,
69 in quibus † unus quisque est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. l. prima, C. de sacrosan. eccl. Paris. in consi. 72. num. 3. uol. primo.

SVMMARIVM.

1 *Mensura loci contractus secundum crebriorem doctorum sententiam attendi debet, & non mensura loci ubi res sitæ sunt.*
2 *Nisi consuetudine aliud cautum esse reperiatur.*
3 *Consuetudo uim legis habet seu lex non scripta dicit.*
4 *Consuetudo est eiusdem potentiæ cuius lex.*
5 *Consuetudo æquipollet ueritati.*
6 *Consuetudo fungitur uice Principis, & priuilegij.*
7 *Consuetudo facit licitum quod aliàs est illicitum.*
8 *Consuetudo est facti, quæ non præsumitur nisi probetur.*
9 *Consuetudo probari debet per ueras probationes & non per præsumptiones & coniecturas.*
10 *Consuetudo formiter probanda est.*
11 *Probatio consuetudinis difficilis est.*
12 *Testes super consuetudine probanda debent deponere de uisu actus, actuum frequentia, de temporis taciturnitate, & tales actus factos fuisse ita & taliter, quòd appareat de tacito consensu populi.*
13 *Testes deponentes super consuetudine debent esse contestes & non singulares in actibus & tẽpore, aliàs secundum communem non probant.*
14 *Testes super consuetudine etiam non interrogati debent reddere rationem congruam dicti sui.*
15 *Consuetudo debet esse præscripta.*
16 *Consuetudinis ad esse requiritur quòd fuerit inducta & obseruata a sciente & patiente populo.*
17 *Consuetudo vt inducatur actus fieri debet ea intentione, ut consuetudo inducatur.*
18 *Consuetudo quando non est uniformis sed uaria seruandum est ius commune.*
19 *Instrumenta, si diuersimodè conficiuntur in Ciuitate ob talem diuersitatem redimus ad ius commune.*
20 *Consuetudo non debet esse incerta & obscura sed certa & clara ad exemplum legis quam imitatur.*
21 *Iudicis dicto non est standum nisi quatenus constat ex actis coram eo agitatis.*
22 *Dictum unius, dictum nullius.*
23 *Vox unius non condemnat, nec iustificat.*
24 *Iudex ueritatem præ oculis habere debet, & eã amplecti.*
25 *Veritati semper locus esse debet.*
26 *Veritati omnia consonant.*
27 *Pactum debet seruari.*
28 *Humanæ fidei nihil magis conuenit quàm pacta seruare.*
29 *Ratio naturalis à cuius nexu & supercilio nemo eximitur, pacta iubet seruari.*
30 *Verba in omni casu, nullum alium excludunt.*
31 *Res uænales licet non ueniant in legato generali, secus tamen est quando in eo dictum fuisset de omnibus bonis.*
32 *Immunitas concessa ab omnibus oneribus complectitur & onera belli.*
33 *Substitutio facta filio decedenti sine filijs, de Titio & eius hæredibus, licet nõ cõprehẽdat extraneum, limitatur locum non habere quando in substitutione esset facta mentio de omnibus hæredibus.*
34 *Feudum hæreditarium & si de sui natura non transeat ad hæredes extraneos, tamen id fallit si in cõcessione feudali dictum sit de omnibus hæredibus.*
35 *Statuto si caueatur, quòd uxore præmoriente sine liberis maritus in omni casu lucretur dotem, huiusmodi statutum excludit filios primi matrimonii.*
36 *Aequalitas debet esse iusta, & æqua arbitrio boni uiri.*

CONSILIVM XIII.

ALIAS consulendo in fauorem Magnifici Dom. Iacobi de Curte & cõtra Magnificum dominum Petrum Odescalcum, dixi in ipso consilio. quod nunc impressum reperitur in consil. ultim. in 3. uolumi. quòd vbi
1 agitur de mensura prædiorum attendi debet † mensura loci vbi contractus est celebratus non autem loci ubi res sitæ sunt, demonstrando hanc esse nedũ cõem doctorum sententiam, ut per Cagn. in l. semper in stipulationibus. de reg. iur. sed etiam crebriorem, ut in ipso consi. legitur, cui sententiæ nũc etiam adhęreo, quia si aliter diceretur, esset sub clarissimo sole mortale lumen afferre. Nunc uero per dominum iudicare debentem motiuum eleuatur, quòd & si huiusmodi sententia possit procedere inspecta dispositione iuris communis, tamen ea locum uindicare nõ potest
2 stante consuetudine in contrarium, quòd † attendatur mensura loci vbi res sitæ sunt, cui consuetudini standum est, teste Bart. in dicta. l. semper in stipulatio
3 nibus. quem cæteri ibi sequuntur † cum vim legis habeat, seu lex non scripta dicatur. l. de quibus. ff. de legibus. §. ex non scripto. institu. de iure nat. gent. & ciuil. Bald. in l. prima, colum. 14. C. de sum. trin. & fide
4 catho. vbi dicit consuetudinem † esse eiusdem potentiæ cuius est lex. Soci. Iun. in consi. 54. nume. 11. uolu.
5 primo. 55. nume. 5. & 53. nume. 3. vol. eod. Nam † consuetudo æquipollet ueritati, Dec. in consi. 586. colu.
6 prima, in fi. & † fungitur uice Principis & priuilegij capit. super quibusdam. §. præterea. de uerb. sign. item
7 † facit licitũ quod aliàs esset illicitum, glo. communiter

niter approbata in cap. tuam nobis. de simonia. Cui
8 motiuo responden. dicitur, quòd † cum consuetudo sit facti, quæ non præsumitur, quòd asserenti ipsam extare incũbit onus probandi, glo. in uerbo probatis in l. prima, ubi etiã Bal. in primo notabili. C. quæ sit long. consuet. Alex. in consil. 67. volum. 7. Corne. in consil. 83. littera O, uolum. 4. Dec. in consil. 402. num. 11. Curt. Iun. in consi. 184. colum. penult. in princip. Soci. Iun. in consi. 65. numer. 36. volum. primo, & in consi. 68. nume. 116. uolum. 3. & illud in tantum ue-
9 rum est, quòd † ea probari debet per ueras probationes & non per præsumptiones, & coniecturas, textus est in dicta. l. prima, Dec. in consili. 538. numer. 8. &
10 † quidem formiter, Paris. in consi. 47. nume. 67. volu. primo, & in consi. 66. nume. 11. volumin. 4. sed si perscrutantur & diligenter considerentur dicta testium examinatorum pro uerificanda ipsa consuetudine,
11 cuius † probatio est difficilis, Fulgo. in consi. 6. Dec. in consi. 215. num. 2. in fi. & Curt. Iun. ubi supra, utique apparebit qualitates requisitas ad esse consuetudinis non fuisse probatas, de quibus per Cyn. in l. secunda, colum. 12. C. quæ sit long. consuet. ¶ Nam pri-
12 mò requiritur, quòd † testes deposuissent de uisu actus, cuius consuetudo allegatur, de actuum frequẽtia, de temporis diuturnitate, & tales actus fuisse factos ita & taliter, quòd apparuisset de tacito consensu populi, Alex. in consil. 45. 131. 136. & 196. volum. 2. & in consi. 173. colum. secunda, uolum. 6. Paris. in consi. 10. num. 16. volum. 4. Craue. in consi. 134. num. 6. Dec. in consi. 215. nu. 4. 402. col. pen. & 538. col. secunda. Port. in consi. 106. nu. 63.
13 Secundò requiritur, quòd † testes sint contestes, & non singulares in actibus, & tempore, quia aliàs non probant. Butr. in c. licet ex quadã, de testibus & Alex. in consilijs supracitatis, quæ sententia consensu omnium recepta est, ut inquit Dec. in allegato consi. 402. colum. fi.
14 Tertiò requiritur, quòd † reddidissent rationem cõgruam nõ interrogati, ut per Bar. in l. de quibus col. 9. uersi. sed si qui testes. ff. de legibus. Dec. in allegato consi. 215. & etiam in consi. 359. ubi allegat rationẽ: quia effectus consuetudinis consistit in iure sicut dominium, & ideo testes etiam non interrogati debent rationem adducere sui dicti, ut inquit Inno. in capi. cum causam. de testibus. cuius dictum approbat Bal. in l. cum res. in 3. notabili. C de proba. & in l. solam. C. de testibus.
15 Quartò requiritur, quòd † sit præscripta capit. Cumana. de elec.
16 Quintò, ꝙ fuisset probatũ, talem † consuetudinem fuisse inductam & obseruatam sciente & patiene populo, aliàs non debet obseruari Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in titu. de feudo, super rub. uersi. non omittã. Curt. Iun. in trac. feu. in 4. part. in 30. quæst. in uersic. sublimitandum col. 2.
17 Sextò, ad inducendum talem cõsuetudinem † actus debent fieri eo modo & intentione, ut induceretur consuetudo c. consuetudo. prima distinctione. Abb. in cap. fi. in vlt. chart. versic. 7. requiritur. de consuet. Dec. in consi. 215. colum. pen. & 402. colum. fi. sed in terminis nostris huiusmodi requisita probata non reperiuntur. ergo motiuum redditur nullum, ut in simili aliàs dixi in consi. 2. numero 118. usque ad numerum 126. Inclusiuè. uolumine primo.

Secundò respondet, ꝙ ẽt dato sed non concesso ꝙ fuisset probata aliqua cõsuetudo, tñ quòd illa alio mõ obseruata fuit, vt probatum & demonstratũ fuit,
18 quo casu qñ † cõsuetudo nõ est uniformis sed uaria seruandum est ius commune, Bart. in l. secunda, in fi. principij. ff. solut. matr. per. l. nemo §. temporales. de reg. iur. & ideo dixit ibi Bart. esse notandum, quòd
19 † si in Ciuitate conficiuntur Instrumenta diuersimodè, quòd propter tales diuersitates redimus ad ius commune, Alex. in consi. 5. colum. 3. uolum. 5. & in consil. 127. in fi. volum. 2. Dec. in consi. 8. nume. 4. 11. nume. 12. & 215. colum. secunda, versic. hoc idem. & in l. cum quid. in 4. notabili. ff. si cert. petat. Neuiza in consi. 28. nu. 2. Craue. in consi. 96. nu. 5. Port. in consi. 109. nu. 59. Natta in cons. 106. num. 10. 300. nu. 9. 332. col. penult. in fi. Igne. in l. necessarios. in §. non alias. num. 140. ff. ad sille. Afflic. in decis. 280. colum. fi. ubi inquit, quòd si est probata consuetudo mercatorum conformis iuri communi in l. prima, ff. de actio. emp. uidelicet, quòd si res uendita non tradatur in tempore conuento, agatur ad interesse, & contraria consuetudo pretendatur approbata tunc debet iudicari secũdum consuetudinem conformem iuri communi. & ideo dixit Corne. in cons. 226. colum. fina. volum. 4. quòd quando quidam soluerunt, & quidam non, nõ deprehenditur determinatus & præcisus consensus populi, qui requiritur in consuetudine c. fi. de consuet. Dec. in consi. 215. colum. secunda, dixi in consi. 87. num. 55. volum. 2. facit tex. in l. quæsitum. §. si quis eodem. ff. de fund. instruc. vbi ex difformi usu testatoris nõn colligitur eius intẽtio. & ideo dixit Hostien. relatus per Nattam vbi supra in titul. de consuet. §. fi.
20 in fi. quòd † consuetudo nõ debet esse incerta & obscura sed certa & clara ad exemplum legis quam imitatur, capi. erit autem lex. quarta distin. quem sequitur etiam ipse Natta in consi. 575. num. 27. cum igitur ex processu satis constet de consuetudine ipsa uaria & difformi resultat conclusio à nemine improbata, quòd standum est iuri communi, quod disponit, vt iam dictum fuit, mensuram loci contractus attendendam esse & non mensuram loci ubi res site sunt.

Nec habet obstare quòd aliàs ita fuerat obtentum in cõtradictorio iudicio inter Ciuitatem Mediolani & alias Ciuitates illius status in causa æstimi generalis, ut attestatur Dominus Ludouicus Bergaminus, quia duobus modis respondetur; Primò, quòd
21 † non est standum dicto iudicis nisi quatenus constet ex actis coram eo agitatis, ut not. in cap. quoniam contra. de proba. Soci. Iun. in consil. 6. in fi. uolum. primo, Tiraque. in trac. de retrac. in. §. 8. glo. in princip. ergo multo minus assertioni unius priuati
22 quoniam † dictum unius dictum nullius ca. veniens. il primo, de testibus l. iusiurandi. ubi docto. C. eod. titul. Soci. Iun. in consi. 37. num. 18. uolum. 2. Afflic. de
23 cis. 12. num. 2. nam † uox unius non condemnat nec iustificat. capi. admonere 32. quæst. secunda, cap. licet ex quadam, de testibus.

Secundò respondetur, quòd in contrarium constat de veritate & per sententias, quemadmodum aliàs uertente lite coram Illustrissim. Domino Simoneta inter quondam dominum Annibalem Curtium & Illustres dominos fratres Comites Borromeos super qualitate mensuræ aquarum: quia contractus celebratus fuerat Mediolani, & aquæ erant in territorio Papiẽsi, fuit per eum declaratum modulum debere apponi iuxta mensuram Mediolanensem, & sic secundum mensuram loci contractus, quæ sententia demum comprobata & confirmata fuit per Illustr. Dominum Montium Senatorem iudicem in causa appellationis, quib. sententiis omnino standum uenit, iuxta not. in dicto ca. quoniã cõtra. Vnde
24 cum hæc sit mera ueritas † quam iudex præ oculis habere debet, ea amplectenda uenit & sequenda cap.

Iudicantem 30.quæst.quinta.l.secunda , C.de eden.
25 Soci.Iun.in consi.117.in fi.volum.primo,vbi † ueri-
tati semper locus esse debet l.fi.in fin.de proba.quæ
erroribus gestorum falsaque asseueratione nunquam
tollitur aut uitiatur,rursus Soc.Iun.in cons.55.circa
26 fi.vol.3.& 144.in princ.vol.eod.ueritati † enim om-
nia consonant,Craue.in consi.6.num.47.

Præterea in fauorem dicti Magnifi.domini Iaco-
bi facit aliàs quoque ita fuisse iudicatum & obserua-
tum , ut constat ex proclamationibus aliàs factis de
mandato Illustrissimi Ducis Suessę aliàs Gubernato-
ris & locumtenentis Regiæ Catholicæ Maiestatis in
dominio Mediolani,quibus omnino standum uenit,
cum sit ordo uniuersalis iam positus in statu Medio-
lani, qui omnes ligat,arg.not.in l.fi.de legibus.stan-
tibus igitur firmis supradictis,quòd mensura loci cō
tractus attendi debeat & non locus vbi prędia sita
sunt, nō obstante asserta cōsuetudine ex aduerso op-
posita tanquam formiter non probata , & quòd plus
est uario etiam modo obseruata,per quam diformita
tem attenditur consuetudo conformis iuri commu-
ni.videtur dicendum quòd respectu aliorum bono-
rum diuisorum seruari debeat ęqualitas inter ipsos
uigore pacti inter eos initi, quòd ipsa æqualitas ser-
27 uetur,quod equidem pactum † debet seruari:cum ni
28 hil magis fidei humanæ conueniat † quàm pacta ser-
uare.l.prima,ff.de pac.l.iurisgentium.§. prætor ait.
eod.titu.Soci.Iun.in consi.139.in princi.uolumin.2.
125.numer.14.uolum.3.& 146.numer.2.& 32.nu.6.
29 uolum.eod.nam † ratio naturalis à cuius nexu & su-
percilio nemo eximitur , iubet pacta seruari Port.in
consil.3.numer.5.Constitutio enim pacta seruabo ;
processit ab ore Dei,Bal.in rub.de constit.in princ.
& prouerbio hoc dicitur,Filii si spopondisti illaquea
tus es uerbis oris tui . Neuiza,in consi.1 f.num.10.&
eo magis illud seruari debet quando stipulatione ual
latum est,Port.in consi.201.colum.prima, & præci-
puè cum in contractu societatis inter ipsas partes ce
lebrato dicatur,quòd æqualitas seruari debeat in om
30 nem casum. Nam ponderanda sunt illa uerba † quæ
nullum alium excludunt.l.Iulianus,de lega.3.Maxi-
ma enim est uirtus dictæ dictionis uniuersalis,omnē
ut constat,Primò ex his quæ dixit Bart.in l.generali
31 §.uxori,de usufruc. legat. vbi dicit,quod † licet in lega-
to generali res uænales non ueniant,dicto.§.uxori.
secus tamen quando in legato esset dictum de omni-
bus rebus:quia tunc propter illam dictionem uniuer
salem omnibus,includātur etiam & uęnalia,Deci.in
cons.394.colum. secunda,357.colum.secunda.in fi.
& 666.colum.prima,Ruin. in consil.78.colum. pe-
nult.in princip.volum.primo.

Secundò , ex his quæ scripsit Alex.in l.si ex toto.
colum.secunda,uersi.sit tamen cautus.ff.de lega.pri-
mò,& in consil.30.colum.fi.volum.5.Barba.in cons.
26.colum.tertia & 13.uersicu.quia respondeo,vbi in
32 quit † cautū esse illū debere cui conceditur immuni-
tas,ut in ea dicatur , ab oibus oneribus ordinarijs &
extraordinarijs.quoniam uigore dictæ dictionis uni
uersalis uenit & onus belli, quod aliàs non include-
retur.

Tertiò accedit quod tradit Dec.in consil.194.co-
33 lum.secunda ; ubi substitutio † facta filio decedenti
sine filiis de Titio & eius hæredibus , quæ secundum
communem intelligitur descendentibus & non ex-
traneis , locum non habet quando fuit facta mentio
in substitutione de omnibus hæredibus : quia uirtute
illius uniuersalis dictionis omnibus, ueniunt & ex-
tranei.

Quartò facit quod scribit Bald.in c.in præsentia,
34 colū.7.de probatio.vbi ait,quòd † licet feudum hæ-
reditarium de sui natura non transeat ad extraneos
hæredes,ut per docto.in l.etiam.ff.solut.matr.tamen
id fallit si in concessione feudali dictum sit de omni
bus hæredibus.quia tunc ueniunt & extranei,& cum
Bal.pertranseunt Alex.in cons.3.colum.fi.volum.5.
& 195.colum.sexta,volum.6.Gozad.in consi.59.co-
lum.tertia.

Vltimò faciunt not.per Roma.in consi.44.vbi con
35 suluit , quòd † stante statuto quòd uxore præmorien-
te sine liberis maritus in omni casu lucretur dotem ,
quod tale statutum excludit filios primi matrimonij
& derrogat dispositioni.l.hac edictali.C.de secund.
nup.& quia latè de hac quæstione dixi in trac.de lu-
cro dotis quæst.29.ideo ad ibi scripta me remitto.
36 Cum igitur † æqualitas ipsa fieri debeat,ista æqua-
que esse debet arbitrio boni uiri l.quod enim.§.pri-
mo,l. in proposita.l.tertia,in fin.ff.pro socio, cōclu
dendum uenit , quòd primò inter ipsos socios debet
fieri mensura prædiorum tam sitorum in territorio
Mediolanensi quàm Laudensi secundum mensuram
loci Ciuitatis Mediolani , & exinde quod dominus
Curtius teneatur supplere pro æqualitate & coadę-
quatione bonorum pro illo pluri pretio seu fictu qđ
ad eum peruenerit in portione sibi obuenta . & ita hoc
modo æqualitas erit inter eos seruata & euitabitur
societas Leonina, quę reprobatur.Paris.in consil.90.
num.44.uolum.primo.

SVMMARIVM.

1 *Bal.secundum Iasonem nihil ignorauit.*

2 *Bal.fuit lucerna & pater omnium legistarum.*

3 *Mandatarius potest esse testis cōtra mandantem quo ad instructionem processus.*

4 *Mandatarius qui acceptauit mandatum non facit indicium contra mandantem ad torturam.*

5 *Mandatarius qui non acceptauit mādatum facit indicium ad torturam contra mandantem.*

6 *Testis qui dixit se delictum commisisse mandato domini à delicto non excusatur , & si excusatur,testis non est idoneus ad probandum mandatum.*

7 *Deponere quis non potest in re propria.*

8 *Mandatarius solus non facit indicium ad torturam .*

9 *Testis omni exceptione maior solus nō facit indicium ad torturam.*

10 *Testes duo requiruntur ad faciendum indicium ad torturam super remotis a maleficio.*

11 *Absurditas fugienda & euitanda est.*

12 *Dictum mandatarii in causa assasinij facit indicium ad torturam.*

13 *Assasinus dicitur cui datæ sunt pecuniæ pro delicto perpetrando.*

14 *Delictum assasinij est enorme & atrox.*

15 *Probationes plenæ non requiruntur in crimine assasinij propter enormitatem delicti.*

16 *Crimen læsæ Maiestatis committitur etiam contra inferiorem,à supremo domino.*

17 *Funiculus duplex magis operatur quàm simplex.*

18 *Crimen assasinij talis est naturæ ut in ea etiam proceditur non sequuto effectu.*

19. *Mendacium solum non est sufficiens indicium ad torturam.*

20 *Venditio bonorum omnium facta per delinquētem ante crimen commissum, secundum communem præsumitur*

simitur facta in fraudem.
21 *Inimicitia capitalis facit præsumptionem contra delinquentem.*
22 *Tortura adhiberi debet cum moderamine.*

CONSILIVM XIIII.

PRAESENS consultatio in uno tantum capite consistere videtur, videlicet an dictum Iulii Conarii Papiensis, qui deposuisse videtur se mandatum habuisse à Ioanne de Guarena de occidendo Illustrem Comitem Vitiæ, indicium faciat ad torturam contra ipsum man-
1 dantem. Bald. qui† nihil ignorauit, ut inquit Ias. in §. sed istæ. colum. 9 instit. de actio. in l. si quis arbitratu. col. 5. ff. de verbo. obliga. & 14. colum. ubi dixit quòd
2 †fuit lucerna & pater omnium legistarum, & in l. in pupillari. ff. de uulg. & pup. in consi. suo 429. in 5. uol. inquit, quòd si quærimus an mandatarius criminis possit esse testis super illo crimine contra mandan-
3 tem, quòd distinguẽdum est: quia †aut hoc quærimus quoad instructionem & potest l. qui ultimo. ff. de pe. aut quoad probationem, & tunc refert an acceptaue-
4 rit mandatum † & non potest esse plenus testis: quia socius criminis. l. fi. C. de accusa. l. quoniam liberi. C. de testibus. quia mandans & mandatarius unum perpetrant delictum, ut plenè per Cy. in l. j. C. si reus uel accusa. aut non acceptauit mandatum sed solummodo fuit requisitus & tentatus de delicto, & tunc propriè non dicitur criminosus: quia innocenti animo, & facto perseuerauit, imò ualdè laudandus est: quia non consensit sed potius reuelauit. l. si quis seruo. C.
5 de furt. & tunc † tanquàm integerrimus testis facit indicium ad torturam. l. si quis, in prin. in ultima gl. C. ad l. Iul. Maiest. & Bal. sequitur Bos. in pratic. sua crimin. in tit. de indic. num. 154. inquiens ita obseruari, Mars. in consi. 22. num. 28. Paris. in consil. 151. nu. 50. uol. 4. Carer. in prac. crim. in §. cir. nume. 101. Gramma. in decis. 28. nu. 9. Istud quoque tenuit Corn. in consi. 172. col. 3. uol. 3. & in consi. 41. in princ. uol. 4. ubi di-
6 cit quòd † testis qui dicit se fecisse de mandato domini non excusatur à delicto, etsi excusatur non est idoneus testis ad probandum mandatum: quia de eius in-
7 teresse tractatur. & †quia deponeret in re propria, ꝙ non liceret. l. in omnibus. C. de testib. Verũ quia opinio ista communiter impugnatur: quia nullo modo
8 †mandatarius solus facit indicium ad torturam teste Mar. in prac. sua in §. diligenter. num. 73. ubi ait dictũ Bal. sibi non placere, & quòd uellet ab eo scire quomodo probatur, quòd mandatarius nõ susceperit mãdatum, cum non sufficiat aliquid dicere nisi & dictũ probetur. l. qui accusare. C. de eden. Item & quia man-
9 datarius non est idoneus testis, ut patet: quia †si testis omni exceptione maior non facit indicium ad torturam per se, ergo nec mandatarius; Plus, quia talis mãdatarius deponit super remotis à maleficio & nõ immediatè de ipso maleficio consummato, ergo nõ pro-
10 bat: quia†in remotis à maleficio requiruntur duo testes ad faciendum indicium sufficiens ad torturam, glo. not. in l. fi. C. fam. ercis. Vltimò, quia si diceremus dictum mandatarii sufficere ad torturam contra mãdantem, sequeretur absurdum & inconueniens, ꝙ uolens nocere alicui posset eum destruere & lacerare; nam si tacitè haberet aliquem odiosum posset dicere quòd talis dedit sibi mandatum ad aliquem occidendum uel uulnerandum, & quòd ipse uoluit acceptare, quod non est dicendum nec etiam tollerandum,
11 cum†absurditas semper fugienda sit & euitanda. l. nã absurdum. ff. de bon. liber. rursus in l. j. §. diuus Antonius. ff. de quæstion. & 22. Paris de Put. in tracta. sind. in uersicul. tortura. il 3. Signo. de Hemod. in consil. 209. Gram. in consi. 1. num. 12. cum seq. Foler. in trac. crim. in uer. ad defensam. nume. 86. & hanc esse communem doctorum sententiam inquit Clar. in pra. crimin. in §. fi. q. 21. uersicu. & ex hac. ubi inquit quòd ita uidit seruari.

Ideo in terminis nostris uidẽdum erit, an dictum mandatarij faciat huiusmodi indicium ad torturam, & concludẽdum uenit quòd sic ex infrascriptis. Quoniam etsi tale dictum simplex & nudum non faciat indicium, tamen fallit quando sumus in causa assasinii,
12 ut in casu præsenti, quoniam†dictum mandatarii in dicto crimine facit indicium ad torturam, ita singulariter inquit Bertach. in repert. suo in uerbo, mandatarius. col. fi. quem sequitur Paris. in consi. 151. col. 2. cir. fi. uolu. 4. ubi fortius loquitur in mandatario qui accepit mandatum, sed in casu præsenti sumus in assasinio, ut patet: quia huic mandatario fuerunt datæ pecuniæ & ultra datas aliæ promissæ ut occideret dictum Comitem, ergo assasinus dicitur tam mandans quam mandatarius, ut inquit Bal. in consi. 383. uol. 5.
13 ubi †assasinus dicitur qui pretio uel promissione accepta aliquem interfecit, Salyc. in l. non ideo minus. col. fi. C. de accusa. Bos. in trac. crim. in titu. de mandato ad homicidium. nume. 14. Item & qui pretio dato uel promisso facit aliquem occidi, Bald. ubi supra, & Bos. in titu. de foro competen. nume. 141. Cum igitur
14 simus in tali delicto†quod est enorme & atrox. Mar. in consi. 19. num. 18. Arim. in addi. ad Ange. in tracta. malef. in uersi. & Sempronium. num. 4. & in quo pro-
15 pter enormitatem† delicti non requiritur plena probatio sed sufficiunt probabilia argumenta, Mars. in l. j. num. 127. C. de rapt. Virg. in consi. 127. num. 17. & in prac. crimin. in §. examinanda. num. 27. Carer. in pra sua cri. in §. circa ubi enumerat plura quæ permittunt in tali crimine, quæ aliàs non permitterentur, & Clar. in prac. crimi. in uerbo assasinium. uersi. præterea. nimirum si mandatarius in tali crimine quamuis acceperit mandatum faciat indicium ad torturam. & licet Carer. in prac. crimi. in §. circa. num. 101. & Gram. uoto 34. aliter senserint si alia non concurrant, tamẽ id negari non potest quin concurrente in casu nostro crimine læsæ Maiestatis commisso per dictum Ioannem, qui tale delictum mandauit contra dictum Co-
16 mitem, cuius est homo fidelitatis, aduersus†quem cõmissum fuit crimen læsæ Maiestatis quamuis sit inferior à supremo domino & eum recognoscat, Alex. in consi. 13. col. j. uolu. 6. Brun. in consi. 28. col. 2. in princip. Barba. in consi. 70. col. 13. uolu. 4. Crauet. in cons. 224. col. 3. in fin. Rub. Alex. in consi. 154. in primo dubio. nam ista duo simul iuncta saltem debent operari
17 indicium ad torturam: quia†duplex funiculus magis operari debet quàm simplex, auth. itaque. C. com. de succes. Nec habet obstare ꝙ delictum aliquod nõ fuit sequutum: quia dictus mandatarius illud reuelauit di-
18 cto Comiti. Quia respondetur, ꝙ†in assasinio proceditur etiam non sequuto effectu, ut per Carrer. in d. §. circa. num. 8. & Clar. in prac. crimin. in uerbo assasinium. uer. scias etiam.

Vlterius dicitur, quòd dictum istius mandatarii facit indicium ad torturam: quia plura alia concurrũt cum eius dicto, quod sufficere uidetur, Bal in d. consi. 429. ubi præsertim si alia adminicula suffragentur, ut fuga, Mars. in dicto §. diligenter. nu. 46. in fi. ubi concludit, quòd non concurrentibus aliis indiciis, præsumptionibus uel coniecturis contra mandantem, di-

dum

ctum mandatarii non facit ſufficiens indicium ad tor
turam, quod inquit menti tenendum: quia ſæpe de fa
cto contingit, ergo à contrario ſenſu ſecus cócurren
tibus aliis, Clarus ubi ſupra. Foler. etiam ubi ſupr. nu.
num. 86. Gram. in conſil. 21. nu. 12. Boſ. in loco ſupra
citato. nu. 155. Pariſ. in conſil. 151. nume. 7. volum. 4.
Quod autem hic concurrant alia adminicula ſatis a-
pertè demonſtratur, & Primò, quia iſte Ioannes deté
tus conuictus fuit nedum de uno mẽdacio ſed de plu
19 ribus, ut liquet apertiſſimè ex proceſſu, quod † quidé
mendacium facit magnam præſumptionem contra
mendacem, ut per Barto. in l. fin. colum. 2. ff. de quæſt.
Marſ. in prac. crimi. in §. diligenter. num. 74. cum ſe-
quenti. Bald. in l. preſbyter. C. de epiſ. & cleri. Ang. ab
Arim. in addit. ad Ang. in tract. malefi. in verbo fama
publica, in verſic. nono quæro. Gram. uoto 30. nu. 15.
Affli. poſt Iſer. in conſti. ſi damna. not. 14. num. 45. Ca
rer. fol. 95. num. 119. vbi aſſerit hanc eſſe communem
Fely. in c. literas col. 2. in prin. de præſumpt. Alexã. in
conſi. 77. num. 3. uolum. j. Io. de Amicis in conſi. 134.
num. 3. Clar. in prac. crimi. §. fi. quæſt. 21. in verſi. men
dacium Horat. Luc. in conſil. 160. numer. 35. vbi poſt
Gram. ibi per eum citatum tenet hanc eſſe receptam
doct. ſententiam, quamuis multi ſint qui dicant ꝙ fa-
ciat indicium ad torturam, Rom. in conſi. 8. in princ.
Boer. deciſ. 163. colum. fi. Paris de Puteo in tracta. de
ſindic. fo. 141. num. 4. Boſ. in tract. crimi. in tit. de ind.
nu. 36. vbi practica ita ſeruat & doct. communiter ita
concludere inquit Foler. in pract. in verbo ad defen-
ſam. poſt num. 5. Ang. Aret. in tract. malefi. in uerbo fa
ma public. verſi. 9. quæro. Marſi. in conſil. 50. num. 67.
& 71. Gram. in conſi. 17. num. 19. Curt. Sen. in cõſi. 41.
in fi. & Soc. in conſi. 54. nu. 13. vol. 3. Concurrit † quo-
20 que venditio omnium bonorum facta per ipſum de-
tentum, quæ quidem facta ante crimen commiſſum
præſumitur facta in fraudem, teſte Bar. in l. poſt con-
tractum. col. 2. ff. de donat. Cuius ſententia conſenſu
omnium recepta eſt, ut ibi per alios. Foler. in prac. cri
mi. in verbo ad defenſam. nume. 112. concurrente ta-
men inimicitia capitali, ut ibi per Bart. & alios ac Fo
21 ler. ubi ſupra. quæ † quidem inimicitia capitalis facit
præſumptionem contra delinquentem, Gram. in vo-
to 30. num. 20. Bald. in conſi. 98. col. fi. in prin. uolu. j.
Marſ. in d. §. diligenter. nu. 69. cum aliquibus ſequen-
tibus. Gram. in conſi. 3. num. 16. & Clar. abundè in di-
cta quæſt. 21. verſic. inimicitia. vbi dicit inimicitiam
capitalem vigere inter offenſum & eum qui de deli-
cto eſt ſuſpectus orta ex graui cauſa, & ſi non facit in
dicium ad torturam ſecundum communem, tamẽ fa-
cit aliud indicium: Quòd autem hic concurrat & ſit
inimicitia capitalis inter ipſum detentum & dictum
Comitem Vitiæ ſatis clarè demonſtratur ex dictis te
ſtium, qui deponunt de inimicitia ipſa in ſpecie, ut
requiritur ſecundum Bald. in l. ſi quis teſtibus. in fin.
C. de teſtib. Imol. in cap. Raynutius. de teſta. Gram. in
conſil. 43. numer. 7. Ex his igitur ſaltem ſimul iunctis
concludendum eſſe arbitror, confirmandam eſſe pro
nuntiationem contra dictum detentum factam de
22 torquendo, dummodo † tamen tortura adhibeatur
cum moderamine, iuxta. l. quæſtionis modum. ff. de
quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus committens delictum de directo in perſonã domini, feudum quamuis antiquum perdit & reuertitur ad dominum, quamuis nõnulli aliter ſenſerint, ut in nu. 3.*

2 *Ratio quare feudum tali caſu reuertatur ad dominum hic ponitur.*

3 *Feudum non amittitur ex delicto in perſonam domini quoties conſtat ex tenore inueſtituræ concedentem noluiſſe, ut per delictum unius alteri præiudicetur.*

4 *Feudum non domino ſed filijs uel agnatis applicatur ſi ſententia criminis læſæ Maieſtatis lata fuit in cótumacia feudatarij.*

5 *Crimen læſæ Maieſtatis committitur cõtra dominum inferiorem, habentem merum & mixtum imperium etſi recognoſcentem ſuperiorem.*

6 *Pœna l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. nedum habet locum contra delinquentem ſed etiam eius filios maſculos, licet filiabus dos dari debeat de bonis confiſcatis.*

7 *Crimen læſæ Maieſtatis non committitur per non ſubditum.*

8 *Bona habens in dominio alicuius Principis non dicitur propriè eius ſubditus ſed impropriè.*

9 *Subditus ratione contractus uel delicti non eſt propriè ſubditus.*

10 *Feudatarius, qui iurauit fidelitatem domino, ſi ei non ſit ſubditus aliter quàm ratione feudi non committit crimen læſæ Maieſtatis.*

11 *Superiorem ſuum offendens ex priuata inimicitia non committit crimen læſæ Maieſtatis.*

12 *Rebellàns ſe officiali non propter ipſum ſed propter Principem tunc dicitur ſe Principi rebellare, ſecus ſi quis ſe rebellat rectori propter factum ipſius: quia tunc non dicitur hoſtis Principis.*

13 *Occidens conſiliarium Regis odio particulari licet Rex eo careat, pœna criminis læſæ Maieſtatis non afficitur.*

14 *Prodiens patriam non odio Principis ſed ob alium finem in crimen læſæ Maieſtatis non incurrit.*

15 *Principẽ decet ſubditos amare, & eos iniurijs non afficere.*

16 *Princeps dicitur communis omnium pater.*

17 *Principis officium eſt caſtitatem amare, & unicuique iuſtitiam facere, aliàs non dicitur Princeps.*

18 *Princeps cauere debet ne opera mala faciat; quia tũc non dicitur miniſter Dei, ſed Diaboli in illo actu.*

19 *Intentio principalis attenditur.*

20 *Statutum puniens turbantes ſtatum Principis locum habet quando principaliter turbat & non ſecundario.*

21 *Vaſallus committens crimen læſæ Maieſtatis contra inferiorem à domino ſupremo, etſi puniri poſſit pœna capitali, tamen eius filij priuari non poſſunt bonis paternis.*

CONSILIVM XV.

DVO ſunt dubia, quæ ex iuribus ad me tranſmiſſis reſultare uidentur, quorum primũ eſt, an feudum vallis Vlinæ, de quo fuit priuatus per ſententiam Antonius de Stroppinis, eo quia Illuſtrẽ Dominũ ſuum directum in perſonam offendit, reuertatur ad dominum, uel applicetur agnatis. Secundum uerò eſt, an Nicolaus de Aicellis, qui vulnerauit prædictum Illu

ſtrem

ſtrem Dominum dicatur commiſiſſe crimen læſæ Ma
ieſtatis, in tantum quod nedum ipſe veniat puniedus
pœna capitali ſed etiam in conſiſcatione bonorum,
quæ officiat etiam filiabus ſuis. ¶ Circa primum dicē
dum uidetur, veram eſſe concluſionem ſcribentium,
1 quòd † quando vaſallus committit aliquod delictum,
quod de directo offendat perſonam domini, feudum
quamuis antiquum ad dominum reuertitur, glo. in c.
primo. §. ſi. quæ ſit cau. benef. amit. glo. in cap. j. §. fina.
de pace iur. fir. Iacob. de Beluiſ. Nicol. de Neap. in d. §.
ſi. quæ ſit prima cau. benef. amit. vbi etiam Præpoſ. co
2 lum. 4. ver. aut propter crimen; vbi inquit tale † feudū
reuerti ad dominum in vltionem ſuæ iniuriæ, excluſ-
ſis omnibus deſcendentibus & agnatis Iaco. de Aret.
& Odofr. vt ait Bal. in c. j. ſi Vaſal. feud. priue. Affli. in
deciſ. 385. num. 4. & hanc eſſe receptam doct. ſenten-
tiam inquit Alua. in conſi. 32. col. j. verſi. cir. ſecundū,
Dec. in conſi. 344. num. 30. 252. col. pen. verſicu. & in
propoſito noſtro. Grat. in conſi. 2. num. 15. volu. j. Pa-
riſ. in conſi. 21. num. 52. vol. j. Rub. Alex. in conſil. 70.
col. ſi. vbi aſſerit ab iſta ſententia non eſſe recedendū
in iudicando. Alex. in conſi. 30. col. 6. vol. 1. Gozad. in
conſi. 84. Boſ. in pract. crimi. in titu. de bono. publ. nu.
55. Iacob. de S. Georg. in inueſtitura ſua in verbo, di-
ctiq; vaſalli promiſerunt Feloniam non committe-
re. col. 16. verſi. videamus nunc. vbi tradit, quod etſi
opinio contraria ſit verior & humanior, tamen quòd ab
hac ſententia in iudicando non eſt recedendum. Zaſ.
in tract. feud. in 5. par. princ. col. j. in fin. & in 3. à qua
in iudicando non eſt diſcedendum, dicens non ſine
ratione à lege feudali hoc introductum eſſe; quoniā
tale feudū quū cōceditur, id datū eſſe cenſetur cū qua-
litate & conditione, vt ſi ingratitudo committatur
contra dominum reuertatur ad ipſum & agnati non
poſſunt conqueri, ex quo à principio feudum affectū
fuit cum hac qualitate & conditione, ita Curt. Iuni.
Pariſ. vbi ſupra. & Afflic. in deciſ. 292. col. ſi. verſi. ego
dicebam.

His tamen non obſtantibus, ſententiam contrariā
in terminis noſtris veriorem fore arbitror. & quan-
uis ſupradictam concluſionem multi improbare vi-
deantur, vt primò tenuerunt glo. in c. 2. ſi vaſal. feud.
priue. & in c. j. §. j. de ſucceſ. feud. Iſer. in ca. j. §. firmi-
ter, de prohi. feud. alie. per Fede. in c. j. §. ſi. quæ ſit pri-
ma cau. benef. amit. & in c. j. ſi vaſal. feud. priu. Hoſtiē.
in ſumma de feud. Afflic. in c. j. §. hoc quoque. de ſuc-
ceſ. feud. in c. j. ſi vaſal. feudo priue. in c. j. §. denique.
in prin. quæ ſit prima cau. benef. amit. & in c. j. in ver
bo, & bona committentium. num. 5. quæ ſint regal. Gi
gas in tract. de crimine læſæ Maieſt. lib. 2. q. 5. vbi in
quit non applicari domino feudum antiquum quo-
ad proprietatem. Tamen non recedendo a communi
ſchola doctorum, vt decet conſulentes. dico quòd in
caſu noſtro ſtante forma inueſtituræ & conceſſionis
factæ primo acquirenti per anteceſſores præſentis Il-
luſtris domini directi propter dictam priuationē feu
di, de quo ſupra, illud omnino applicari debere Ma-
gnifico domino Antonio Stroppino agnato dicti de
linquentis: quoniam receptiſſima eſt doctorum ſen-
3 tentia, quòd † quoties conſtat ex tenore inueſtituræ
concedentem voluiſſe vt per delictum vnius alteri
præiudicetur, tunc talis offenſa facta in dominū, per
quam condemnatus fuit vaſallus, non præiudicat ne-
dum agnatis ſed nec etiam filiis delinquētis, ſed for-
ma inueſtituræ obſeruari debet. ita Aluarot. in ca. j. §.
denique col. 4. verſic. 7. concluſio. quæ ſit prima, cau.
benef. amit. vbi dicit quod poteſt eſſe inueſtitura tali-
ter concepta, quòd agnati non priuarētur feudo pro
pter delictum commiſſum in perſonam domini, vt ſi
inueſtitura dicit, concedo feudum de vno in alium,
vel omnibus principaliter, vel attentis meritis ſingu-
lorum: quia ex iſtis verbis conſtare videtur de mente
concedentis, quòd perſonam vniuſ eiuſque deſcen-
dentis de per ſe principaliter conſiderauerit, non tā-
quàm omnes deſcendant a primo ſed tanquàm ſint
primi ſucceſſores. Idem dixit Bal. in c. j. col. 3. verſic.
ego. ſi vaſal. feud. priue. in c. j. col. 2. de vaſal. qui con-
tra conſtit. Lotha. vbi quando in conceſſione dicitur
quòd de vno in alterum reuertatur, tunc ſecundū te-
norem inueſtituræ feudum non domino ſed agnatis
acquiritur. ſequitur Alex. in conſil. 103. col. ſi. volu. 1.
Præpoſ. in d. §. denique, Iacob. de Sancto Geor. vbi ſu
pra. col. 17. ver. 4. limitatur. Dec. in conſi. 252. col. pe.
544. col. pen. & 606. col. pen. circa finem. Alc. in con-
ſi. 81. in ſi. Boſ. in tract. crimi. in titu. de bono. publ. nu.
54. in ſi. Cur. Iun. vbi ſupra. col. 2. verſicu. limitate. ſed
in caſu noſtro feudum prædictum fuit conceſſum ge-
neri, quo caſu per delictum vaſalli nō acquiritur do
mino in præiudicium agnatorum & illorum de gene
re, ita in terminis Bal. in d. c. 1. §. denique. col. j. verſi.
& nota. dicēs quòd illud, quod ibi dicitur, quòd propter
illatam iniuriam domino feudum ſibi applicatur in
vltionem ſuæ iniuriæ procedit, niſi feudum ſit cō ceſ-
ſum generi: quia tunc ſolum ius delinquentis ad do-
minum reuertitur & nō ius reliquorum, quod ex pri
ma perſona illud habent quodam ordine mortalita-
tis non per viam hæreditatis. l. 3. de interdic. & rele-
ga. quod & voluit ibi Alua. Dec. in conſi. 544. col. pe.
in ſi. & 606. col. pen. in ſi. Iacob. de Sancto Georg. vbi
ſupra col. 17. ver. limitabitis.

Secundò dicitur, quòd cum huiuſmodi ſententia
4 fuerit lata in contumaciam ipſius Antonii, quòd † feudū
non applicatur domino quamuis etiam ſupremo ſed
filijs vel agnatis, vt in terminis voluit Boſ. in titu. de
bono. publ. nume. 56. vbi inquit aduertendum eſſe, quòd
licet quando delictum eſt commiſſum contra perſo-
nam domini, ſiue feudum ſit nouum ſiue antiquū ap-
plicetur domino, tamen id locum non habet ſi in cō
tumaciam vigore ſtatutorum, vt contumaces habean
tur pro confeſſis & conuictis, feudatarius damnare-
tur: quia dicta condemnatio non noceret filijs vel a-
gnatis, cum probatio facta per contumaciā non egre
diatur perſonam contumacis. Idem tenuit Alc. in cō
ſi. 184. in ſi. Ex his igitur ſatis aperte concluditur feu
dum de quo agitur omnino applicandum eſſe & ap-
plicari debere dicto domino Antonio agnato & non
domino: non obſtantibus in cōtrarium adductis, quæ
ſibi ſolum locum vindicant ubi Inueſtitura & cōceſ-
ſio facta fuiſſet ſimpliciter per dominum acquirenti
& non generi ipſius, vel quando offenſa facta fuiſſet
in perſonam domini & ſententia ſubſequuta fuiſſet,
atque contra vaſallum delinquentem præſentem &
non contumacem.

Venio ad ſecundum caput, in quo prima facie di-
cendum videtur, quòd dictus Nicolaus veniat puniē-
dus pœna criminis læſæ Maieſtatis. l. quiſquis. C. ad
5 l. Iul. Maieſt. quod † crimen etiam committitur cōtra
dominum inferiorem habentem merum & mixtum
Imperium licet recognoſcentem ſuperiorem. Alexā.
in conſi. 13. col. j. vol. 6. ubi inquit, quòd crimen læſæ
Maieſtatis dicitur committi nedum contra Principē
ſed etiam contra inferiorem, ut concludunt commu
niter Pau. de Eleaz. & alii in cle. paſtoralis. de re iudi.
Brun. in conſi. 29. col. 2. in princip. Barba. in conſi. 70.
col. 13. uol. 4. poſt Bal. Ancha. & alios per eum ibi re-
latos, ubi loquit in ſubditis Ducis, Comitis uel Mar-
chionis, qui ſuperiorem recognoſcunt, Rub. Alex. in
conſi. 154. in primo dubio. Cuman. in conſi. 158. Pau.
de

de Cast. in l.3. C. de Episc. aud. Gigas in tract. de crimi. læsæ Maiesta. libr. j. ubi loquitur in inferiore à supremo Principe eũ recognoscente, qui tamen habet alia plena regalia. Craue. in consil. 224. col. 3. in fi. & in tã
6 tum hoc est uerum, quòd pœna † dictæ. l. nedum officit delinquẽti sed etiam filiis masculis, licet filiabus dos dari debeat de bonis confiscatis. ut per Bal. in l. si patri, col. 3. C. de dot. promis. ubi dicit, quòd si bona patris fuerunt confiscata, fiscus tenetur dotare filiam de bonis confiscatis, quam decis. refert Afflic. in ca. j. §. præterea uasallus. glo. 3. num. 80. si de feud. fue. controu. inter dom. & agna. & in c. j. in uerbo, & bona cõmittentium. in princ. quæ sint regal. vbi dicit ꝙ tempore suo Ferdinandus Rex Neapolis cum fuisset damnatus de crimine læsæ Maiestatis Princeps Rosani maritauit honorificè filias dicti Principis easque ex bonis paternis fisco addictis dotauit, quem actum dignum memoria tradit Afflictus ipse, quem sequuntur Bos. in d. trac. crim. in tit. de crim. læsæ Maiest. nume. 134. Gigas in trac. de crim. læsæ Maiest. li. 3. q. 15. Bereng. in l. in quartam. nu. 206. ad l. Fal.

Sed præmissis non obstantibus altera pars in casu præsenti omnino est amplectenda, quòd imò dictus Nicolaus nullatenus puniri potest pœna criminis læsæ Maiestatis. quòd ex infrascriptis demonstratur, &
7 Primò quia consensu omnium receptum est non † subditum non posse committere crimen læsæ Maie. Bal. in l. 2. C. de falsa moneta, ubi ait quòd si subditus Ciuitatis falsificat monetam ipsius incidit in crimen læsæ Maiestatis, & quòd dixit subditus: quia non subditus non incidit in crimen læsę Maiestatis, & subdit, proditorem populi incidere in crimen læsæ Maiestatis, si est subditus alias secus, dixi in consi. 4. in princ. uolu. j. sed ultra ibi dicta adduntur decisiones infrascriptæ, Alex. in consi. 13. col. j. uol. 6. Corn. in consil. 96. col. 2. uol. 4. Paris. in cons. 101. nu. 33. uol. j. Gram. in uoto 10. nume. 32. Craue. in consi. 224. col. antepe. Bos. in tract. crim. in ti. de for. compet. num. 137. & in tit. de crim. læsæ Maiesta. nu. 106. Cepha. in consi. 75. num. 56. uolu. j. Luc. de Penna in l. j. colum. 2. uersi. an scilicet. C. de conduct. & procur. li. 10. sed dictus Nicolaus non est subditus dicti Illustris domini neque ratione originis neque ratione domicilii, ergo crimen læsæ Maiest. committere non potuit.

Nec habet obstare si dicatur, quòd etsi domicilium non habeat in loco directi domini, tamen habet facultates & prędia quę possidet in territorio suo: quia
8 † respondetur, quòd talis non est uerè & propriè sub
9 ditus, sed largè & impropriè, sicut † ille qui dicĩ subditus ratione cõtractus uel delicti, qui est impropriè subditus, ut est glos. communiter approbata in cle. j. in uerbo subditos, de foro compe. Alex. in l. pen. col. fi. de iurisd. om. iud. & in addi. ad Bart. in l. assumptio. in §. filius. ff. ad municip. hinc uidemus, ꝙ si aliquis sit uasallus Principis rõne alicuius feudi & consequenter subditus ex illa tantum ratione iuxta capitulũ. ceterum, de iudic. non dicitur committere crimen lęsę Maiestatis aduersus dominum suum, cum is propriè subditus non dicatur, ex quo subditus non est ratione domicilii sed tantum ratione rei. tex. est notabilis in clem. pastoralis. §. denique. & ibi gl. in uerbo non subfuit. ubi Card. Imo. & alii de re iud. Bos. in d. tit. de crim. lęsę Maiest. num. 106. ubi dicit, quòd communiter tenetur per Card. & alios in dicto §. deniq;, quòd
10 † licet feudatarius iuret fidelitatem domino iuxta antiquam & nouam formam fidelitatis, sine quo iuramento non solet fieri infeudatio, tamen si non sit subditus aliter quàm ratione dicti iuramenti non cõmittit crimen lęsę Maiestatis, subdens; ita declarandum esse Soc. in consi. 172. col. pen. uer. 2. dum dixit, quòd feudatarius dicitur subditus: quia est subditus ratione feudi, ut possit agi contra eum ad priuationem feudi non aliter, ut tenuit etiam ipse Soc. in consi. 27. colũ. j. uol. 3. Spec. in tit. de feudo. §. quoniam. uer. 17. queritur. quem sequitur Alcia. in consi. 451. num. 3. ubi inquit, quòd dici nõ potest quòd Dux Vldricus, de quo in casu suo, qui erat solum subditus Regi ratione feudi non autem ratione originis uel aliter, commiserit crimen lęsę Maiestatis contra Regem. Afflic. in ca. 1. in princ. qual. uasal. iurar. deb. fidel. dom. ubi inquit, non esse bonam consequentiam; sum vasallus, ergo subditus. per notata in dicta clem. pastoralis: quas decisiones supra citaui in consil. primo, nu. 29. cum duobus seq. quibus etiam nunc addo Old. in consil. 43. in 6. q. quem sequitur Ariminen. in addit. ad Ang. in tracta. malef. in ver. che hai tradito la tua patria. in versi. quæro aliquis congregat. col. 3. in fi. & Bero. in cons. 165. col. 2. vol. 3.

Secundò, quòd non dicatur commisisse crimen læsæ Maiestatis, posito etiam quòd esset subditus, quod tamen negatur, demonstratur, quoniam clara est do-
11 ctorum sententia; quòd † offendens superiorem suũ ex priuata inimicitia non committit crimen lęsę Maiestatis. ut uoluit Bart. in l. hostes. ff. de capt. & postli-
12 min. reuers. vbi inquit, quòd † quãdo quis rebellat officiali non propter officialem sed propter Principẽ: quia non vult obedire Principi, tunc videtur Principi rebellare & sic indicere bellum, sed si quis rebellaret rectori propter factum ipsius: quia eum malè tractat, ut faciunt Ciuitates Ducatus Marchiæ, tunc nõ diceretur hostis Principis uel summ. Pontificis sed ipsius rectoris. Afflic. in capitu. primo, in uerbo, & bona
13 committ. numer. 11. ubi inquit, quòd † si quis occidat Consiliarium Regis uel eius cancellarium odio particulari, licet Rex eo careat, in crimen læsæ Maiestatis non incidit. Mart. de Laud. in tracta. de crimi. læsæ Maiest. quæst. 21. Gigas in trac. de crim. læsæ Maiesta. lib. j. quæsti. 14. & in q. 26. nu. 8. Bos. in pract. crimi. in tit. de crimine læsæ Maiestatis. nu. 14. Saly. in l. falaci
14 ter C. de abolitio. ubi dicit, ꝙ † prodiens patriam nõ odio Principis principaliter, ut ei Ciuitas auferatur, sed ob alium finem non incidit in crimen læsæ Maiestatis, sequuntur Ang. & alii relati per Craue. in cõsi. 6. numero 79. Afflic. vbi supra numer. 57. quod inquit menti tenendum, & num. 63. dixi in consi. j. supra eodem nume. 33. cum nonnullis seq. sed in casu, de quo agitur, dictus Nicolaus intulit uulnus in personam ipsius Illustris domini ex odio particulari: quia deflorauit sororẽ committẽdo raptum, et quib. satis cognoscitur, ꝙ hoc prouenit & inimicitia ex odio particulari, quam animo committendi crimen læsæ Ma
15 iestatis. Decet † enim Principem subditos amare & eos iniuriis non afficere. Nam sciendum est, quòd
16 † Princeps dr̃ cõis oium pater, Luc. de Pẽna in l. qui conditioni. col. 3. C. de his qui spont. mune. publ. lib. 10. Afflic. in c. 1. col. 2. de prohibit. feud. alien. per Lo
18 tha. & † officium eius est castitatem amare, & unicuique iustitiam facere, alias non diceretur Princeps Item & commodis priuatorum uacare Afflic. in c. 1. de prohibit. feud. alie. per Fede. nu. 8. sed, cui est dubiũ quòd hic Princeps committendo raptus & deflorando mulierem non dicitur hæc obseruasse sed contra officium paternum fecisse, ergo &c. & Ideo dicit Afflic. in c. 1. nu. 156. cum sequenti quæ sint regal. ꝙ licet de eius peccato soli Deo rationẽ reddere debeat
19 c. totam de pœnit. distin. 3. Cauere † tamen debet ne opera mala faciat, quia non dicitur minister Dei sed Diaboli in illo actu, ut inquit Iser. in loco ibi per eũ citato,

citato, etsi hæc dicuntur de supremis Principibus, quanto magis dicendũ est de inferioribus ab eis; Istis igitur sic statibus, ab omni iure alienum esse videtur, ꝙ hic Nicolaus dictum crimen læsæ Maiestatis com
19 misisse dicatur, cum principalis eius intentio † quę attendi debet, l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. nõ fuerit tale scelus committere, & ideo dixit Bal. in l. j.
20 §. j. col. 2. de. iust. & iur. ꝙ † statutum puniens turbantes uel turbare uolẽtes statum Principis, intelligitur principaliter non secundariò, & ideo ꝙ si quis alium aggressus fuerit ex causa inimicitiæ & propter hoc factus sit tumultus, ꝙ iste non incidit in pœnam statuti; quia actus illius nõ fuerit ad hoc principaliter ordinatus. Ideo nõ debet attendi id quod sequutum est in consequentiam. l. rogasti. si cert. petat. Rui. in cons. 145. nu. 21. vol. 5. & Gigas latè in trac. de crim. læsæ Maiest. lib. 1. quę. 17.

Tertiò dicitur, ꝙ etiã ex alio capite, dato (sed non permisso) ꝙ potuisset cõdemnari dictus Nicolaus de crimine læsæ Maiestatis, tamen sententia ipsa respectu bonorum paternorum nõ põt officere filiis dicti cõdemnati. Quoniam recepissimi iuris est quòd
23 † etsi uasallus qui commisit crimen læsæ Maiestatis contra inferiorem dominum recognoscentem superiorem possit puniri pœna capitali, non tamen debet aliquid operari respectu filiorum, ut priuetur bonis paternis: quia dispositio l. quisquis §. sed & filii. C. ad l. Iul. Maiest. habet locum contra committenté crimen læsæ Maiestatis cõtra personã supremi Principis & non inferioris, quamuis habentis merum & mixtum Imperium, vt per Alexan. in consi. 13. col. 1. vol. 7. Bald. in l. data opera. col. 5. qui accusa. nõ pos. Craue. in consi. 224. col. 4. in prin. ubi dicit, ꝙ si quis committit contra dominum inferiorem contra iuramentum fidelitatis præstitum, licet quoad puniendum ipsum delinquentem dicatur commisisset crimẽ læsæ Maiestatis, non tamen ut sit locus omnibus alis pœnis respectu filiorum, per decisiones ibi per eum citatas, quod & voluit Afflic. in titu. quæ sint regal. in princ. num. 112. vbi tradit, ꝙ si uasalli Baronum Regem recognoscentium se rebellant contra Baronem mutando Regem non incidunt in crimen læsæ Maiestatis, ut uoluit Oldra. in cons. 43. sed alia pœna sunt puniendi, si iniustè se rebellarunt, quod sanè dicit intelligendum esse quando Baro nõ habeat merum & mixtum Imperium, secus si illud à Rege haberet & offenderetur in personam: quia tũc licet tale delictum sit crimen læsæ Maiestatis, tamen non puniuntur filii, Bos. in tract. cri. in tit. de crim. læsæ Maiest. nu. 53. Pau. de Cast. in l. 3. ver. Item nota tex. C. de Epi. & cleri. Gigas in trac. de crim. læsæ Maie. in j. li. q 29. nu. 2. & in 3. li. q. j. c. fi.

Vltimò, ꝙ dicta sententia non officiat filiis, facit quod supra dictum est in præcedenti quæst. de sententia lata contra contumacem, ex not. per Bos. in tit. de bono. publ. nu. 56. & Alc. in cons. 182. in fi. Vnde cum hæc sententia lata fuerit cõtra dictum Nicolaum merè contumacem, succedere debet, ꝙ ipsa nõ habet nocere filiis dicti Nicolai, ex iuribus & auctoritatibus supra citatis.

SVMMARIVM.

1 *Pater est usufructuarius bonorum maternorum filij.*
2 *Pater consequi non debet usufructum bonorum maternorum existente filio clerico.*
3 *Clerici etiam in patria potestate constituti licitè possint disponere, & testari de bonis aduentitiis.*
4 *Dispositio l. pen. C. de bon. mater. & l. cum oportet C. de bon. quæ lib. locum non habet in filio clerico.*
5 *Pater si emit libros filio studẽti, qui non efficiatur doctor uiuente patre, libri non efficiuntur præcipui filij, secus si emit filio clerico studenti & tradidit.*
6 *Filiusfamilias clericus quicquid consequitur, à patre vel aliunde, censetur quasi castrense peculium.*
7 *Clerici primæ tonsuræ quamuis remaneant in potestate patris, tamen gaudent priuilegio clericorum beneficiatorum.*
8 *Dispositio capit. quia nos. de testa. locum habet in omnibus clericis cuiuscunque ordinis.*
9 *Clericus in minoribus lato sumpto uocabulo dicitur esse in ordinibus sacris.*
10 *Clericorum appellatione in materia fauorabili ueniũt & constituti in minoribus.*
12 *Dispositio capituli, Odoardus, de solut. locum etiam habet in simplici clerico.*
12 *Clerici primæ tonsuræ gaudent priuilegio fori.*
13 *Clericus primæ tonsuræ distringi non potest uel condemnari à Iudice laico, aliàs censura excommunicationis plectendus est.*
14 *Laicus qui procedit contra clericum priuatur sua iurisdictione & actor sua causa.*
15 *Filii licet ex crimine læsæ Maiestatis paterno puniantur secundum formam l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. tamen illa locum non habet in filio clerico.*
16 *Filius quando vult testari inuito patre cautela est ut accipiat primam tonsuram.*
17 *Clerici simplices gaudent omnibus priuilegijs & Immunitatibus, dummodo clericaliter uiuant, etiam in aliter acquisitis quàm ex clericatu.*

CONSILIVM XVI.

ETSI Clarissimi iuris sit ꝙ Magnificus dominus Frãciscus de Georgiis
1 † usufructuarius sit bonorum maternorum dominorum Alberti, Galeatij & Federici eius filiorum, ut est text. in l. j. C. de bon. mater. necnon & aliorum bonorum aduentitiorum filiis quæsitorũ. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. §. j. per quas personas nobis acquiritur. Soc. Iun. in cons. 20. in princi. uol. 2. Bero. in consi. 139. in pri. uol. 2. & in cons. 140. in prin. uol. eod. etiam si filii moriantur ante patrem. l. 3. C. de vsu. & habit. l. si quis uel si qua. §. fi. C. ad Tertul. ibi, pater usumfructum donec uiuit teneat incorruptum, ubi etiam Bald. & Saly. Nam usufructus dicitur personalis seruitus. l. prima, ff. de serui. Ideo cum persona perdurat & ea extincta finitur, Instit. de vsufr. tradunt glo. & doct. in dicta. l. prima, Paris. in cons. 74. num. 77. uol. 3. & Soci. Iun. in cõs. 124. col. 1. uolu. 2. adeo ꝙ pater de dicto usufructu æs alienum filiorum soluere non tenetur. l. fi. §. sin autem. C. de bon. quę lib. Alex. in l. usufructu. ff. ad l. Fal. Bero. in cons. 38. in fi. uol. 1. vbi asserit hanc esse communem contra Bar. in l. fi. ff. de usufruc. legat. Tamen in terminis
2 nostris nunquid dictus Dominus Franciscus † usufructum consequi debeat portionis bonorum maternorum dño Vincẽtio eius filio clerico spectandorum, Res satis aperta & manifesta uidetur ꝙ nõ, ut in terminis decidere uidetur Barb. in cap. quia nos. 2. no
3 tabili de testa. post Hostien. ibi, vbi dicit, ꝙ † clerici etiam

etiam in patria potestate constituti licitè possuot di-
sponere & testari de omnibus bonis aduentitiis,& ꝙ
usus fructus illorũ bonorum non acquiritur patri,qd
4 †dictum inquit mirabile ad limitationem. l.pe.C.de
bon.mater. & l.cum oportet , & similium. C.de bon.
quæ libe. ut illæ locum oon habeant in filio clerico.
& ideo subdit , quòd si mater uel extraneus instituat
filium familias clericum patri oon acquiritur usus-
fructus,quod est mirabile in fauorem clericorũ, quã
partem etiam sequitur ibi Cardi.quod & uoluit Ioã.
Dile.in tracta.de arte testan. in princi.in j.cautela in
fin. Nam io fauorem filiorum clericorum multa per-
mittuntur quæ aliàs non permitterentur , & ideo ui-
5 demus,quòd † si pater emit libros filio studenti & il-
le uon efficitur doctor uiuente patre , non efficiũtur
præcipuè filii,ut per Bar.& alios in l.filiæ licet.C.de
culla.tamen si emit filio clerico studenti , & tradidit
6 statim efficiũtur sui,& ratio est quia†quicquid filius-
familias clericus consequitur à patre , uel aliuode ,
censetur quasi castrense peculium.l.cum lege Leoni-
na.auth.presbyteros.& l.sacrosanctæ.C.de Episco.&
cleric.Ita Alberi.de Rosa. in d.l.filiæ licet . cum quo
ibi pertransit Ias.col.2.in prin.Petr. Girard. in singu.
54.& Mars.in rubrica de fideiusso.num.147.uersic.&
adde etiam.

Nec habet obstare si dicatur ,ꝙ præmissa sibi locũ
uindicarent in clericis beneficiatis non autem in cle
7 ricis simplicibus primæ tonsuræ:quia respondetur ꝙ
7 †quamuis huiusmodi clerici primæ tonsuræ rema-
oeant io potestate patris,iuxta glo. fi.in cap.cum uo-
luntate.de sent.excõ. tamen gaudent priuilegio quo
clerici beneficiati,teste Car.in d.c.quia nos. ex gene
ralitate dicti cap.quem sequitur ibi Anto. de Butr.di
8 cens † illum text. habere locum io omnibus clericis
cuiuscunque ordinis,& sic nedum in præsbyteris sed
etiam si clericus habeat primam tonsuram duntaxat,
quod inquit bene notandum Barba.ibi . Nec mirum:
9 quia † clericus in minoribus lato sumpto uocabulo
dicitur esse in gradu sacro, idest,in ordinibus sacris,
ut est glo.sing.32.distin. in summa.Gram. in uoto 33.
num.3.& in 1.addit. & ideo in materia fauorabili ap
10 pellatione†clericorum ueniunt etiam in minoribus
constituti,Abb.in rub.de uita & honest. cler.c.cleri-
11 cos 22.disti.Hinc etiam à iure cauetur , ꝙ†dispositio
cap.Odoardus.de solut. quæ uult quòd clericus non
possit conueniri ultra quam facere possit,locum etiã
habeat in simplici clerico , quia appellatione clerici
uenit etiam clericus primæ tonsuræ. ca.cum contin-
gat.in fi.de ætat.& qualit.Ita Neuiza.in consil.59.nu.
12 5.Item etiam à lege dispooitur,ꝙ†clerici primę ton
suræ gaudent priuilegio fori,c.2.de foro comp.Dec.
io c.clerici.in fi.de Iud.Alex.in consi.8.col.j.uolu.1.
13 & in consi.149.col.1.uol.6.ubi† oullus clericus etiã
si non sit in sacris sed solum primam habeat tonsurã
oon potest distringi , uel condemnari à iudice laico,
aliàs censura excommunicationis plectendus est,Io.
And.Bouo.in consi.2.oum.11.inter consi.crim.& ibi
Luchin.de Curte.in consi.60.in fin.dixi in consi.4.in
14 1.uolu.Imò de iure ciuili laicus† qui procedit cõtra
clericum priuatur sua Iurisdictione & actor sua cau-
sa,auth.statuimus.C.de Episco.& cler.Aod.ubi supra
& ideo dixit Parpa.io repet.l.placet. oume.21.& 23.
cir.fi.uer.præmittatis.C.de sacrosan.eccle. quòd pro
priè omoia Iura , quæ loquuntur de clericis, intelli-
guntur semper in clericis primæ tonsuræ, & ut ibi la
tius per eum, ubi ponit plura exempla quæ noo trans
scribo . Accedit quoque singularis & ootabilis deci-
15 sio quæ habet,quòd †licet filii ex crimine læsæ Maie
statis commisso per patrem puniaotur & patiãtur pę
nam: quia priuantur omnibus boois paternis tã ex te
stamẽto quàm ab intestato & perpetuò suot infames
& ab omnibus honoribus & officijs exclusi,& suppli
cantes pro eis Principi efficiãtur infames l.quisquis.
C.ad l.Iul.Maiest.tamen ista locum oon habent in fi-
lio clerico.glos.sing.in ca.satis peruersum.56.distin.
quam sequitur Alexan.in addit.ad Barto.in d.l.quis-
quis.Archid.in c.si quis 6.q.1.Mars.in rub. de fideius.
num.143.ubi inquit,hoc ualde notan.ad limitationẽ
dictæ.l.quisquis.Ruin.in consi.4.col.j.& oum.17.uo
lumi.5.& ideo tradit Ias.in d.l.filiæ licet.col.2.quòd
id , quod dictum est de libris emptis per patrem filio
clerico & traditis locũ hẽt ẽt in filio clerico simpli
ci primæ tonsuræ, ut patet.nam simplex clericus pri-
mæ tonsuræ potest facere testamentum etsi sit in po-
testate patris quamuis aliàs secus . l.senium,in fin.C.
qui testam. fac.poss. eo quia illud quod habet cense-
tur quasi castrense peculium , de quo potest filius te-
stari l.fi.ff.de inoffi.testamen.quoniam io eo habetur
pro patrefamilias.l.2.ff.ad Maced.Cano.in d.ca.quia
nos.Hinc scribit Veronen.in caut.123. quòd quando
16 †filius uult testari inuito patre cautela est,quòd acci
piat primam tonsuram, quod reputat ualde notabile
& notatu dignum : quia per hanc uiam eludentur iu-
ra disponentia , quòd filiusfamilias non possit testa-
ri,quam quidem sententiam amplectuotur Ioan. Di-
lec.ubi supra,& Pet.Girard.in dicto sing.54.quæ om
oia notanda inquit Ias.ubi supra: quia simplicibus le
gistis uidebuntur noua,& eo magis hoc dicẽdum ue-
nit in casu de qoo agitur,ubi dictus dominus Vincen
tius Cericus clericaliter uiuit per ea quæ dicit Inno.
17 in ca.j.extra de apostatis.ubi † clerici simplices gau-
dent omnibus priuilegiis & immunitatibus, dummo
do clericaliter uiuant non seculariter oegotiando ,
uel tabernas intrando uel tonsuram dimittendo,quẽ
sequitur Parpal.ubi supra nu.21.

Nec obstat etiã si dicatur, præmissa procedere quo
ad acquisita per clericum ex clericatura & oõ aliter,
per Bar.in l.sacrosanctæ.C.de epis.& cle. & Capram
in sua reg.102.num.100.per tex.in auth. presbyteros.
C.de epis.& cler.Quia respondetur secundum Barba.
in d.c. quia nos.col.3.in princ.quòd imò tex.in dicta
auth.præsbyteros.opponit gladium ad dictum Barto.
malè loquentis,ponderando illum tex.ibi dum dicit.
Res quomodolibet ad eorum dominium ueoiẽtes ha
bere sub sua potestate præcipimus.& in dicta.l.sacro
sanctæ. in uerbo quæcunque bona,quo tempore fra-
tribus non conferant.quę dicta(inquit Barba.)menti
commendanda, quam sententiam etiam approbat Ia
so.in dicta.l.filię licet.colum.2.& in l.fina. colum.fi.
uersicul. hinc & secunda C.qui testa. face. poss.dum
se remittit ad dicta per eum in dicta l.filię licet . &
Parpal. ubi supra , cum declaratione tamen supra re-
lata.

S V M M A R I V M.

1 *Retentio dotis non cõpetit filijs contra matrem à qua redditio rationis tutelæ administratæ petitur.*
2 *Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet.*
3 *Retentio est quadam compensatio.*
4 *Compensatio non admittitur de liquido ad non liquidum.*
5 *Retentio dotis fieri potest à filio donec per matrẽ fuerit reddita ratio, si in assumptione tutelæ obligauit bona sua.*
6 *Hypotheca tacita oritur ex administratione.*

Cui

7 *Cui damus actionem multò magis exceptionem.*
8 *Retentio fauorabilior est quàm petitio.*
9 *Dispositio l.pen.§.taceat. locum non habet ubi mulier obligauit bona sua.*
10 *Item & ubi in instrumento est apposita clausula, omni iuri & legum auxilio.*
11 *L.de his.ff.de trāsac.derogatum esse censetur per clausulam, omni iuri & legum auxilio.*
12 *Plus beneficio excussionis.*
13 *L.plerique.ff.de in ius uocan.*
14 *Beneficio ordinis.*
15 *Beneficio cedendarum actionum.*
16 *Beneficio Inuentarij.*
17 *Beneficio diuisionis.*
18 *Beneficio incarcerandi.*
19 *Exceptioni simulationis.*
20 *Necnon & praescriptioni.*
21 *Et legibus municipalibus.*
22 *Clausula, omni iuris & legum auxilio, qualecunq; auxilium comprehendit.*
23 *Fauori suo quilibet renuntiare potest.*
24 *Effuso sermone quis uti non debet.*

CONSILIVM XVII.

MAGNIFICA domina Hysabella
de Arcellis, quę fuit tutrix domino
rum Hyppoliti, Leandri & Ascanii
filiorum suorũ, petiit dotè ipsius
à prędictis eius filiis, qui contra di
ctam petitionem se opponunt asse-
rentes non teneri ad huiusmodi restitutionè, sed uel
le eã tenere donec per ipsam reddita fuerit ratio ad
ministratę tutelę ipsorum filiorũ. Vnde quęritur, an
possint dicti filii dotem ipsam retinere quousque ra-
tio ipsa reddita fuerit. Prima facie dicendum uidere-
1 tur ꝙ†retẽtio ipsa fieri nõ possit, per text. in §.taceat.
uers. sed nec retentio, in fin. C. de rei uxo. acti. ibi, Vt
sit omnium retentionum expeditus tractatus & ex sti
pulatu actio merito secundum sui naturam nullã ac-
2 cipiat retẽtionem. cum ergo ex ui. d. l. generaliter† sit
prohibita retentio, generaliter ea debet intelligi. l. j.
§.generaliter. ff. de leg. pręst. & sic etiã in casu in quo
dos esset oblig.

Secundò aduertendum est, quòd text. in §.taceat.
ponderat quòd ubi competit alia actio retentio do-
tis dari non potest, & ideo cum pro tutela actio tute
lę competat recurri non debet ad retẽtionem dotis,
ut per prędicta uult Negusan. in tract. de pigno. chart.
mihi 86. colũ. 3, ubi etiam alio modo hoc confirmat,
dicens quòd permissio redditionis rationis cum re-
stitutione reliquorum quę fit in tutela non potest re
parari, nec aliqua certa quantitas quę forte esset ap-
posita in inuentario potest de se per se peti sed insi-
mul tota ratio reuideri debet: cum possit contingere
quòd tutor plus ostẽdat in redditione rationis se im
pendisse in rem pupilli quàm ipse habuit. l. 1. §. prę-
terea. ff. de contra. iud. tute. ut per plura concludit A-
lex. in consi. 192. in 7. uol. ex quo secundum eum etiã
infertur, quòd cum debitum dictę tutelę non sit liqui
dum, sed incertum: donec tutelę ratio integra nõ sit
3 reuisa, ꝙ pro eo non debet dari retentio† quę est quę
dam compensatio, ut habetur per Bar. & alios in l. di
4 uortio. §. ob donationes. ff. solu. mat. & † de debito li-
quido ad non liquidum non datur compensatio, Bar
to. in l. qui aufertur. §. compensationem. ff. de iur. fisc.
& Alex. in consil. 94. in 4. uolu. Nec obstat secundum
eum quòd Soc. aliter tenuerit in consi. 126. duplicato
in consi. 180. quia respondet, quòd Soci. non bene re-
spondet ad. §. taceat. dum intelligit illum procedere
quando dos reperit obligata & hypothecata per mu-
lierem, prout est quando mater assumpsit tutelam fi-
liorum, pro qua tacitè ueniũt bona obligata l. pro of
ficio. C. de adm. tut. & fortius si fuissent per ipsam ma
trem expresè hypothecata; quia ista responsio est cõ
tra tex. in d. §. sed nec retentio. qui (ut iam dictũ fuit)
loquitur generaliter & non uult ꝙ retentio detur in
dote, & subdit Negus. ꝙ secũdum istam partẽ pluries
iudicauit & iudicatum uidit.

Sed praemissis non obstantibus contraria sentẽtia
in casu de quo agitur est de iure uerior, ꝙ dictę do-
minę Hysabellę iam tutrici filiorum suorũ repetenti
dotem, ab ipsis potest opponi exceptio non redditę
5 rõnis administrationis, & † dos ualeat retineri donec
ratio administrationis reddita fuerit, & hoc propter
expressam hypothecam bonorum suorum factam tẽ-
pore assumptae tutelae, ut in ipsius instrumento conti
6 netur, & † tacitam resultantem ex dispositione iuris
communis l. pro officio. C. de admi. tuto. quia cum fi
lii ratione hypothecae habeant ius in re, possunt do-
tem retinere, per not. in l. quamuis. C. de distr. pign. l.
j. & in rub. C. etiam ob chirog. pec. nam si datur actio
7 †hypothecaria ad auocandum possesionem, Insti. de
actio. §. Item seruiana. ergo multo magis exceptio, ut
8 in regula, cui damus. de regul. iur. & sic retentio† quae
est fauorabilior quàm petitio, per l. retentionem. C.
de usu. Cepha. in consi. 229. num. 5. 151. numer. 7. 189.
num. 5. & 299. num. 34. & 229. num. 5. & ita in termi-
nis nostris consuluit Soci. in consil. 180. col. 2. quem
sequitur Dec. in consi. 349. col. fi. Bero. in cons. 37. nu
me. 8. uol. 2. ubi inquit, quòd licet in actione de dote
non habeat locum retentio secundum communẽ opi
nionem, ut habetur in d. §. taceat; tamen si mater quae
fuit tutrix transiuit ad secunda uota non reddita ra-
tione administrationis, tunc quia lex ipsam odio ha-
bet & punit, poterit dos retineri, sicut & tunc ratio-
ne promissionis in assumptione tutelae poterit carce
rari secundum Socin. ubi supra. ¶Non obstant modo
quae ex aduerso adducta fuerunt per Negus. ubi supra.
Quia respondetur, ꝙ dictus §. taceat. limitatur locum
9 non habere† ubi dos reperitur obligata & hypotheca
ta expresè per mulierem, prout requiritur secũdum
Boer. decis. 23. numer. 100. & Capic. decis. 50. uersi. 6.
prout in casu nostro, ut uoluerunt Soci. ubi supra &
alii sequentes superius citati: ulterius dictus. §.
10 taceat. locum sibi non uindicat, ubi† in instrumẽto
tutelae sit apposita clausula, omni iuri & legum auxi-
lio. quae clausula est maximi ponderis & momẽti, cũ
11 uideamus ꝙ † per ipsam derogatur dispositioni, l. de
his. ff. de transa. ut per Ias. ibi Alex. in consi. 11. col. 4.
uolu. 2. Goza. in consi. 69. col. 3. in fi. Dec. in cõsi. 452.
col. pen. Soc. Iun. in consi. 116. col. antepen. uolum. 1.
12 Cro. in consil. 34. in fi. nec non† & beneficio excussio
nis, Bald. in l. j. col. 3. C. de conuen. fisci debito. li. 10.
quem sequitur Aret. in consi. 33. col. 3. in prin. Alexã.
in consi. 32. col. 3. uol. 4. & 34. uol. eo. Dec. in l. fi. col.
13 col. 4. ff. si cer. pet. & in consil 27. colum. pe. † Pariter-
que. l. plerique. ff. de in ius uocan. ut per Ias. ibi col. 4.
uersi. 13. limita. quod etiam non obscurè uidentur in
14 tellexisse Rom. Alexã. & Soci. ibi. necnon† beneficio
ordinis, Guid. Pap. decis. 67. Tiraq. in l. si unquàm. in
15 prin. num. 121. C. de reuo. dona. atque etiam †benefi-
cio cedendarum actionum, Ange. in l. 2. C. de fideiuss.
Dec. in consi. 27. col. 2. 452. col. pen. & in d. l. fi. col. 4.
16 uers. illud. Tiraq. ubi supra item† & beneficio inuen-
tarii,

tarii , nc quis conueniatur nisi in quantum face-
re possit, ac ne conductor petere possit remissionem
17 mercedis propter sterilitatem.beneficio †diuisionis,
facultati reuocandi donationem ob insinuationé nó
18 factam. beneficio †non incarcerandi . & †exceptioni
19 simulationis.ut de his omnibus dixi in cõsi. meo 13.
num.13.usque ad uigesimum.uol.3.& in tracta.de lu-
20 cro dotis.q.42.similiterq; †præsumptioni. Rui.in cõ
si.111 nu.6.uolu.1.quem sequitur Ceph. in consi.40.
21 numer.11.Item †& legib.municipalibus.ut per Bald.
Angel.& Cuman.in l.sed si quis.§. quæsitum.ff.si quis
cautio.Roman.in consil.251.Ruin. in consili.51.co-
lum.7.uolumi.primo,Socin.Iuni.in consil.180.num.
24.uolum.3.Tiraq.ubi supra.& in dicto tract.meo de
lucro dotis ubi supra . Si ergo in dictis casibus dero-
gatum esse uidetur dictis iuribus & legibus munici-
palibus,utique dicendum uidetur, quod per dictam clau
sulam etiam renuntiatum fuerit dispositinni dicti. §.
taceat,quæ est iuris communis . quod & maxime di-
cendum uidetur , cum clausula ipsa posita fuerit post
nonnullas renuntiationes præcedétes,per ea quę tra
22 dit Cepha.in consil.25.nume. 41.nam †dicta clausu-
la qualecunque auxilium comprehédit, ita quòd;qui
omnia dicit nihil excludit.l·à procuratore. C.mand.
Socin.Iun.in dicto consi.180.numer.18.& Tiraquel.
ubi supra.Nec facit quod dicit Negusan.quod per Socin.
non uidetur bene responsum ad §.taceat . in quo re-
tentio dotis generaliter & indistinctè prohibetur, ut
est text. ibi in §.sed nec retentio.in fine ibi.ut sit om-
nium &c.nnde cum dicta.l.generaliter loquatur, ge-
neraliter debet intelligi.l.prima,§.generaliter . ff.de
leg.præstan. & ubi lex non distinguit nec nos distin-
guere debemns.l.de pretio . ff.de publicia . & sic non
debet restringi.d.§.taceat . ad casum in quo dos esset
obligata.Quia respondetur , quod argumétum Negusan.
posset locnm habere,nisi illi esset renuntiatum, pro-
ut rennntiatum uidetur per dictam clausulam;nam si
aliter diceremus sequerentur multa inconuenientia.
Primò,quod cum sit regula generalis,quòd transactio fa
cta non uisis uerbis testamenti non ualeat. l.de his.ff.
de transa.quæ generaliter intelligi debet , quod illi non
diceretur renuntiatum per talem clausulam, & tamé
23 hoc est falsum,ut supra dictum fuit. Nam †quilibet fa
uori suo renuntiare potest l.si quis in conscribendo.
C.de pact. plus sequeretur etiam , quòd cum disposi-
tio dictæ.l.plerique,quæ etiam est generalis , & quæ
generaliter esset intelligenda,illi non derogetur per
dictam clausulam,& tamen hoc est ab omni iure alie
num,ut etiam supra ostensum fuit. Multa alia similia
possent colligi ex supradictis , quæ breuitatis causa
omittuntur . Pariter non obstat , quòd Fmperator in
dicto.§.taceat. uult quòd ubi competat alia actio,re-
tentio dotis dari non debet . & ideo cum pro tutela
competat actio tutelæ non debet recurri ad retentio
nem prohibitam . & ideo quòd debitum dotis ex na-
tura non patiatur retentionem , non debet mutari e-
ius natura propter tutelam assumptam & expressam
uel tacitam hypothecam;quia respondetur , quòd in
cõtrarium est communis doctorum Schola de qua su
pra , & quòd ratio sua non potest procedere etiam
stante dicta renuntiatione ex rationibus & auctorita
tibus supra citatis, nam si uolebat quod filii possent con
tra eam uti huiusmodi retentione non debebat se
obligare & renuntiare dictæ dispositioni . §.taceat.
Vnde cum renũtiauerit sibi imputandum uenit. lege,
ueteribus.ff.de pact.cum similibus ; cauere enim quis
24 debet,ne sic †effuso sermone utatur.l.final. C.de dot.
promis.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Grauare non possum quem non bonoro.*
2 *Testatorem ita uoluisse non sufficit , nisi eius uoluntas transeat in dispositionem.quod declara ut in nu.20.*
3 *Propositum in mente retentum nibil operatur.*
4 *Testator quod non loquitur uelle non præsumitur.*
5 *Fideicommissum est onus.*
6 *Fideicommissum est facti , quod non præsumitur nisi probetur.*
7 *Regula solet dari, quod in substitutionibus seu fideicommissis,illa substitutio uel fideicommissum locum non babet,quæ uel quod non reperitur in testamento.*
8 *Interpretatio in dubio fieri debet , ut non subsit fideicommissum.*
9 *Filij positi in conditione & grauati non censentur secundum ueriorem & magis communem . ut in numero 11.*
10 *Opiniones quando duæ sunt contrariæ , semper præsumitur uerior & firma illa pro qua consuluit collegium.*
11 *Ius accrescendi post agnitam portionem locum non babet in proprietate.*
12 *Interpretatio in dubio sumenda non est, quòd testatoris dispositio aliquid exorbitans à iure communi inducat.*
13 *Ius accrescendi non est propriè substitutio.*
14 *Fideicommissum tacitè non inducitur ex sola probibitione alienationis.*
15 *Opiniones quando sunt duæ illa tenenda est,quæ testamentum & uoluntatem testatoris defendit.*
16 *Quod amplia procedere , etiam si sit opinio unius singularis doctoris.*
17 *Coniectura in dubio illa capienda est per quam actus conualidatur,cum sit fortior quibuscunque alijs.*
18 *Declaratio ad l.ab eo.C.de fideicom.*
19 *Fideicommissum inducitur ex coniecturis & indicijs.*
20 *Consequens qui uult etiam antecedens uelle uidetur. sine quo illud esse non potest.*
21 *Dispositio licet non inducatur ex eo quod conditionaliter profertur , inducitur tamen in antecedenti uel consequenti, quando illud potest induci nuda uoluntate testatoris.*
22 *Differentia constituitur inter dantem & recipiẽtem.*
23 *Declaratio ad l.si ita stipulatio.ff.de oper.libe.*
24 *Declaratio ad l.sed & sic.§.si de leg.3.*
25 *Declaratio ad l.bæreditas ad Statium . ff.de bær.insti.*

CONSILIVM XVIII.

AB hoc seculo migrauit quondã Magnificus Dominus Centonius de Saluciis sno prius condito testamento,in quo uniuersalem hæredem instituit dominum Trayanum eius filium , & casu quo hæres ipse decederet sine filiis,uel filii ipsius hæredis decederent,eis sic decedentibus subtituit Magnificum Dominũ Herculem de Salnciis . Modo insurgere uidetur dubitatio , an ista substitutio in filiis filii hæredis , qui sunt domini Gaspar & Aloisius ualeat iure fideicommissi eis decedentibus sine liberis.quęstio ista ualde ardua

&

& difficilis est, ut inquiunt Ias. in consil. 25. in princi. uol. 3. in l. centurio. col. 29. versi. circa illam quæstionem. ff. de uulga. & pup. & Boer. in l. cum filio. numer. 49. ff. de lega. primo. in qua diligenter procedendum est, & ideo ut illius ueritas habeatur, primò arguam non fuisse ex uerbis ipsius testamenti inductum fidei
2 commissum. Et in primis moueor; quia † quem non ho
noro grauare non possum. l. ab eo. C. de fideicommis. l. plane, la secunda, §. fin. de lega. primò, l. Imperator. in prin. ff. de lega. 2. sed domini Gaspar & Aloisius ne potes non reperiuntur honorati, ergo grauari nô po tuerunt, ut etiam dicunt scriben. in l. centurio. ff. de vulg. & pup.
2 Secundò dicitur, quòd † non sufficit ita uoluisse te
statorem nisi uoluntas ipsa trâseat in dispositionem l. quidam cum filium. ubi Bald. & Imo. ff. de hæredi. instit. Soci. in l. in ambiguo. per illum text. in ult. not. ff. de reb. dub. Dec. in consi. 15. num. 1. & 477. num. 4. So
3 ci. Iun. consi. primo, nume. 7. uolu. 3. nam † propositum
in mente retentum nihil operatur. l. si repetendi. C. de cond. ob cau. Soc. Iun. in dicto consi. primo, nume. 6. consi. 78. nume. 32. volum. eod. Ruin. in cousil. 177. num. 13. uolum. 2. Dec. in consi. 465. num. 8. sed in casu de quo agitur testator non disposuit de facto fidei commisso in personam dictorum nepotum, quod vti que ei facile erat disponere si uoluisset, unde cû non fecerit censendum est illum uoluisse inducere, tale fideicommissum, argu. l. primæ. §. si autem ad deficiêtis. C. de cad. tollê. c. ad audientiam. de decimis, nam
4 † testator quod non loquitur uelle non præsumitur,
Bal. in d. §. si autem ad deficientis. Dec. in consi. 514. colum. j.
5 Tertiò facit, nam † fideicommissum est facti & res
onerosa. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupil. Soc. Iun. in consi. 95. nu. 19. vol. j. in consi. 168. num. 11.
6 vol. j. & 180. numer. 7. vol. eod. quod † non præsumitur
nisi probetur, Soc. Iun. in consi. 102. nume. 23. volumi. primo. vbi dicit, quòd in substitutionibus seu fidei-
7 commissis solet dari pro regula, quòd † illa substitu-
tio seu fideicommissum locum non habet, quæ uel quod non reperitur in testamento, Dec. in cousi. 465. num. 14. Socin. Iun. in consi. j. num. 4. vol. 3. Cepha. in consi. 67. nume. 27. sed ex verbis dicti testamenti non
8 apparet de aliquo fideicommisso, ergo † in dubio in-
terpretatio fieri debet, vt non subsit aliquod fideicommissum, cum hoc fauorabilius sit. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Alcia. in consi. 525. nume. 12. & in consil. sequen. num. 6.

Quartò dicitur, quòd & si Barto. in l. centurio, col. 9. versi. vlterius quæro. ff. de vulga. & pupil. teneat, quod
9 illis duobus concurrentibus, videlicet, quòd † positi
in conditione & grauati, censeantur honorati, & per dictum grauamen eis reliquisse, per l. denique. §. interdum. ff. de penu. lega. & l. si ita stipulatio. ff. de ope. libert. tamen quòd dicta iura non probant intentionem Bartol. quia in casu dicti. §. interdum. secundum Imol. & Alex. in dicta. l. centurio. quos sequitur Soci. in l. cum filio. ff. de legat. primò, peculium intelligitur relictum seruo propter onus illi impositum: quia quando datur libertis seruo inter viuos peculium et illi concessum esse videtur, & sic de facili seruum sequitur tanquam accessorium. l. prima, C. de pecul. eius qui lib. merue. & quamuis sit secus, ut ibi dicitur quando libertas datur in ultima voluntate, tamen secundum prædictos patres, si etiam grauetur seruus aliquid de peculio dare, peculium etiam isto casu dicitur sequi seruum, & præsumitur illi relictum: quia sequitur de facili dationem libertatis, nam si esset verum quod inquit Bartol. sequeretur secundum Imol. ibi & in cap. Raynutius. de testa. quòd nunquam haberet locum regula dictę. l. ab eo. C. de fideicom. ubi testator non potest grauare quem nô honorat, Alex. in dicta. l. centurio. in consi. 105. colum. tertia, uolum. primo, 218. col. j. uol. 3.

Similiter respondetur ad text. in l. si ita stipulatus, secundum. Alex. in dicta. l. centurio, quòd ibi ponitur casus specialis, in quo illud, quod exprimitur in uim conditionis, uidetur dispositum simpliciter, seu dispositionem inducit, & hoc ideo ibi est; quia illud quod erat ibi positum in dispositione non poterat peti nisi quodam speciali iure, tanquam positum in causa onerandæ libertatis. iuxta. l. prima. §. quæ onerandæ. ff. qua. rer. act. non datur. Vnde excepto casu posito in dicta. l. si ita. illud quod est positum in conditione non inducit dispositionem. in l. si quis sub côditione. ff. si quis omis. cau. testa. cum ergo filii filiorum fuerint nominati per modum conditionis in casu de quo supra: sequitur quòd non debent uideri uocati per modum dispositionis ad hereditatem. iuxta. l. ex facto. ad Trebel.

Sed ulterius dicitur, quod contra Bart. uidetur tex. in l. hæreditas ad Statium. ff. de hered. instit. ubi testator adijciendo onus non per hoc uidetur tacitè relinquere, quem tex. contra Bart. notant ibi Bal. & Cuma. Imol. Alex. & alij in dicta. l. centurio.

Allegatur & text. in l. sed si sic. §. fi. de lega. 3. ubi si Stichus sit damnatus dare, si factus fuerit heres heredis testatoris, relictum non ualet; quia dictus Stichus iudicio testatoris nihil habet, & tamen hoc falsum esset si in antecedenti tacitè dispositum fuisset. puta, si heres testatoris intelligeretur grauatus instituere Stichum heredem, ut grauari possit. l. ex facto, in princi. ff. ad Trebel.

Vltimò, contra sententiam Bart. tenuerunt Bart. sibimet contrarius in consili. suo incip. Andreas. vbi expressè concludit, quòd quando facta est substitutio fideicommissaria filiis filiorum non aliter institutis, talis substitutio inualida redditur, Bald. in l. ab eo C. de fideicom. in l. sed si sic. §. primo, per illum text. ff. de lega. 3. & in consi. 385. uolum. 5. Roma. in l. Lutius. ff. de heredi. institu. Ioan. de Imol. in dicta l. centurio. char. antepenult. in cap. cum tibi. colum. 9. de de testa. & in cap. Raynutius. in materia compendiosę substitutionis. eod. titu. Oldra. in dicta. l. ab eo. Alber. de Rosa. in rub de vulg. & pupil. colum. 123. in materia compendiosæ substitutionis. in uersicu. sed quia testatores, referens hanc quæstionem aliàs fuisse de facto in Ciuitate Cesenę, & quòd Iacob. de Beluis. consuluit tale fideicommissum ualere, sed quòd Ricard. Malumbr. & Raynaldus de Forliuio consuluerunt contrarium. Benedic. de Perus. in cap. si pater, de testa. in 6. Paul. de Castro in consil. 36. secundum antiquam impressionem. Ancha. in consi. 136. Mantua in consi. 275. Alex. in consi. 91. colum. quinta, volum. primo, dup. in consi. 111. uolum. 3. 185. nume. 27. volum. 2. consi. 219. 184. colum. tertia. volum. eod. 22. in fi. volumi. 3. 24. column. tertia. volum. eod. consi. 13. colum. penult. volum. 4. 105. colum. tertia, volum. primo, & 91. num. 9. volum. eod. Soc. in cons. 140. numer. 3. in primo uol. dup. in consi. 218. Claud. in l. cum filio. ff. de lega. primo, Soci. Iun. in consili. 176. nume. 20. volum. 2. Bertran. in consi. 182. colum. secunda, volum. 3. 236. colum. secunda. 251. volum. eod. & consil. 31. uolum. 2. & hanc esse receptam doctorum sententiam firmant patres infrascripti. Ias. in l. prima, colum. quinta, uersi. 2. modo limitatur C. de pac. in dicta. l. centurio. vbi dicit quòd sentêtia Bart. dânatur tam in scholis quàm in palatijs. in cons. 89.

colum.prima,volum.primo, & 143.colum.quinta, in fi.uerſi.non obſtat tertium.volum.2.Ruin.in conſilio 89.colum.quarta,uol.2.505.num.2.114.numer.4.130.num.7.169.colum.ſecunda,in princip.volum.eod.conſi.128.numer.50.volum.3.& 136.numer.16.215.num.3.& 129.volum.eod.Pariſ.in conſ.31.num.4.nolum.2.44 num.6.& 87.num.53.uol.eod Claud.Seyſel.in dicta.l.centurio.Dec.in conſi.270. colum.ſecunda.291.in fi.422.colum.prima,465.columm.3.in fi.uerſi.s.poteſt reſponderi.Soci.Iun.in conſi.112.num.24.volum.primo.& 118.numer.22.volum.eod.Bertran.in conſi.82.colum.fi.volum.primo,& quam ſenrentiam nti crebriorem amplectuntur Soc.in conſi.62.colum.penult.uolum.3.& 68.colum.7. uolum.eod.Cur.Sen.in conſi.42.colum.9.uerſic. ſiue etiam, Pariſ.in conſ.86.nume.13.volum.2.& 89.numer.31.volum.eod.Rub.Alex.in conſi.144.col.prima,Ruin.in conſi.100.colum.penult.in princip.volum.2.101.num.4.171.colum.ſecunda.in fi.uol.eod.& 134 nu.18.volum 3.Cur.Iun.in conſi.11.num.2.Alexa.in dicta.l.centurio.Cepha.in conſ.17.num.17.& 268.nu.19.Didac.in c.Raynutius.§.3.num.3.de teſta. Zanch.in repetitione. l.hęredes mei. §.cum ita.numer.730.ad Treb.Gerard.Mazo.in conſi.2.onme.24.Clar.in §.teſtamentum.quæſt.79.& Collegium Papienſe inter conſil.Curtij.Sen.45.quod conſilium ſequendum eſſet iuxta not.per Abba.in cap.prudentiam.in 3.nota

20 bili.de offi.deleg.ubi dicit,quòd † quando ſunt duæ opiniones contrarię,ſemper præſumitur uerior & firma,pro qua cõſuluit unum collegium, maximè ſi eſt famoſiſſimum ſapientiſſimorum uirorum, prout eſt Papienſe, quam doctrinam refert & ſequitur Curt.Sen.in conſi.46.colnm.tertia, in fi.Port.in conſi.91.nume.7.vbi quod plurium concurrente uoto conſtituitur,maximè rectum cenſeri debet.

Verum maturius & diligentius conſiderando contrariam ſenrentiam uti ueriorem,& æquiorem tãquã tendenrem ad ſeruiendum menti teſtatoris, & frequentiorem,amplectendam fore arbitror,& Primo. quia quando filij ſeu nepotes, qui poſiti ſunt in conditione,reperiuntur grauati,tunc cenſentur honorati & inuitati,ad effectum ut grauamen illis iniũctum ualeat; quoniam quamuis filii & nepotes in conditione poſiti regulariter uocati non dicantur, ut eſt glo.communiter approbata in l.Lucius.ff.de hæred.inſti.ut latè dixi in conſil.51.numer.5.volumi.3.tamen quando poſiti in conditione expreſsè & ſpecificè grauati reperiuntur,his duobus ſimul & copulatiuè concurrentibus cenſentur honorati ad effectum ut fideicommiſſum illis iniunctum ualeat, ut uoluit Bart.in dicta l.centurio.col.9.uerſic.vlterius quæro, quam partem etiam tenent Iacob. de Beluiſ.relatus ab Alber.vbi ſupra.Dyn.in l.Titia Seio.§.Seia libertis.de lega.2.Aret.io §.fi.inſtit.de uulg.& pupil.Corne.in dicta.l.ab eo.vbi etiam Iacob.de Aret. & Ioan.de Monte ſperello & Ioan.Petrucius.Dec.ſibi aduerſarius in l.prima, numer.15.C.de pac.& in conſil.382.colum.fi.in conſil.635.nume.4.& 637.numer.8.Ripa etiam in dicta.l.prima,uumer.11.Aret.in dicta.l.centurio. & in l.cum filio.ff.de lega.primo.Imol.ſibi inconſtans in l.filiusfamilias.§.cum quis.de lega.primò,ubi etiam Cuma.& in l.hæreditas ad Statium.& in l.Lucius.de hæred.inſtit. Alex.ſibi contrarius in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebel.& in conſi.64.colum.quarta,volum.5.Curt.Iun.in conſil.139.numer.20.ubi ſequitur Bart.dicens quòd ſolitus eſt ibi defendere Bart.ab impugnationibus aliorum.& in conſi.87.colnm.fi.Anch.in ca.ſi pater.de teſta.in 6.Aret.in trac.de teſta.in uerbo,ſi deceſſerit ſine liberis.colum.tertia.uerſicu.quid ſi teſtator. Oldra.& Bal.in l.prima.C.de cond.inſert.Ferd.Loaz.in addit.ad Galiaul.in dicta.l.centurio. Gozad.in conſil.26.numer.23.& 104.colum.prima, Corne.in conſi.146.colum.quinta,volum.2.97.litera D,volum.primo,conſi.20.litera. I,volum.4.101.litera.C,uerſicu.tamen ſimul.& 573.litera.F,volum.eo.ubi inquit, quod comperit Celeberrimum dominum Ioan.Petrucium cum aliis uiris excelſis conſulendo hoc firmaſſe, & quòd etiam uidit ab alijs ita conſultum fuiſſe dum Piſis legeret, & quòd ita ſibi ſemper uiſum fuit,Bertran.in conſil.141.numer.2.volum.3.& 173.volum.eod.Barba.in conſili.57.colnm.16.uerſicu.& plus dico.uolum.primo,& in conſi.57.volum.2.Bald.in trac.ſubſtit.in ultima charta.colum.prima,Soci.Iun.in conſil.158.numer.73.uerſicu.& uoluit.uolum.2.174.numer.22.uerſicul.& uoluit.& in conſi.168.uumer.75.uolum.eod. Prac.Papien.in for.libel.quomodo agitur ex ſubſtit.in uerſi.compendioſæ.col.3.in primo, Ang.de Peruſ.in quibuſdam lecturis in l.prima, C.de cond.inſert.& in l.legatis.C.de lega.quem refert Cur.Sen.in conſi.51.colum.10.uerſicu.ſed ita eſt.Crauet.in conſil.10.colum.ſecunda, in fi.uerſi.2.cenſeri debet.Paul.de Caſtro in conſili.263.colum.ſecunda, in fi.volum.2.Bero.in conſil.106.numer.5.uolum.2.Caſſan.in conſi.67.nu.43.Soci.in l.cum auus. in fin.colum.de cond.& demon.& in conſili.11.colum.ſecunda, uerſicu.confirmant prædicta.uolum.3.Guid.Pa.in quæſt.184. Bald.& Sali.in l precibus.colum.penult.uerſicu:quæro ſextò.C.de impub.& aliis ſubſtit.vbi dicit Sali.Rayn.ultimare ita tenuiſſe in materia compendioſæ.Guliel.Benedi.in repet.cap.Raynutius.in uerbo,ſi abſque liberis.il 2.numer.52.Ant.Gabr.in ſuis com.opin.lib.4.in titu.de fideicom.concluſ.quarta.numer.18.in fin.Ruin.in conſi.109.numer.16.volum.2.123.colum.3.124.numer.4.uolum.eod..140.numer.9.uolum.3.ubi dicit ita conſultum fuiſſe per Clariſsimos uiros.& in conſil.142.colum.quinta, in princip.uolum.eod.& 139.colum.tertia, volumi.eod.Polit.in trac.compendioſæ ſubſtit.colum.penult. & cum hac parte uti communiter recepta pertranſeunt Paul.de Caſtro in dicta.l.ab eo.in lectura antiqua,ubi dicit quòd uidit communiter teneri opinionem Bart.quicquid ibi dixerit Bald.Corne.in conſi.primo,82.numer.6.& litera.R, volum.3.& in conſi.22.lirera F,volum.2.Bero.in conſ.104.numer.12. volum.2. 106.numer.5. uolum. eod.Aret.& Ripa.in dicta.l.centurio.Soci.in l.cum filio ff.de lega.primò. ubi dicit hanc opinionem tenendam in conſulendo, & à multo tempore citra, à doctoribus Peruſinis canonizatam, & etiam alios doctores infinitos Italiæ in ardua quæſtione conſuluiſſe.Bertran.in conſil.129.colum.ſecunda, volum.2.Crauet.in conſil.155.colum.ſecunda, ubi refert quòd hanc opinionem in iudicando ſolet curia ſequi,ut audiuit Guid.Pap.in quæſt.39. & ita iudicare ſolet Curia Delphinalis.Mantua in conſ.92.ubi ita tenere ait tã in iudicando quàm in conſulendo.Soci.Iun.in conſ.100 numer.21.uolum.3.ubi impugnat dicta per eum in alijs conſiliis,ſubdens quoque uidiſſe ita conſultum per Soci.patruum in quodam conſilio non impreſſo incip.Viſo teſtamento.Ruin.in conſi.131.nume.7.volum.2.in conſi.111.colum. quarta, uolum.eod.in conſi 128.colum.tertia, in princip.volumine tertio,& in conſilio 139.columna tertia, uolumine eod.Celſus in conſilio uigeſimo, numero.35.uerſic.ſed ubi.Ponta.Iun.in dicta.l.cum filio.vbi ait iſtam opinionem canonizatam, quam quidem opinionem tanquam frequentiori calamo receptam amplectuntur

tur.Soci.Iun.in consi.114.nume.28. uolum.3. Ruin.
in consi.127.nume.4.& 167.colum.tertia, uolumi.3.
Socin.in consi.249.nume.5.ubi etiam dicit, quòd ita
aliàs consultum uidit per dominium Ioann.de Monte
sperello & Benedictum Capri, & quòd sæpius ita cō
sulnit & consultum uidit per doctissimos uiros Peru
sinos & Senenses.Bero.in consi.110.num.34.uolum.
2.Curt.Sen.in consi.51.colum.10.uersicu. sed ita est.
Cepha.in consilio 93.colu.2.& Galiaul.in d.l.centu-
rio.num.458.ubi dicit, quòd semper tenuit hanc opi
nionem non solum de æquitate sed etiam in puncto
iuris propter expressam uoluntatem testatoris. & in
nu.475.uer.7.in fi.& ita aliàs tenuit Collegium Peru
sinum,ut citat Ceph.in consi.93.col.2. & Collegium
Mediolani,ut refert Clarus in d.§.testamentum,quæ
stio.78.

Et pro opinione Bart.facere uidetur tex. in l.Titia
Seio.§.Seia libertis. ff.de legat.2.ubi si testator leget
prædium libertis suis, & grauet ultimum decedētem
restituere prædium alteri,per hoc grauamen intelli-
gere eum substituere in partibus alterum, & hoc non
alia ratione nisi quia aliàs ultimus moriens non pos-
set adimplere grauamen. Nec obstat si dicatur, quòd
ibi ultimus uenit per iùs accrescendi:quia responde-
21 tur, quod hoc esset contra regulam, quòd † in pro-
prietate non habet locum ius accrescendi post agni-
tam portionem.l.j.§.fi.de usufru. accresc.Item in du-
22 bio est interpretandum, quòd † dispositio testato-
ris non inducat aliquod exorbitans a iure commu-
ni,etiam quod possit. l. uxori. §. primo, de legat. 3.
ubi Barto.gloss.fin.in l.talis scriptura. de leg. primo,
item ibi tex.dicit,testatricem uideri gradus duos sub
23 stitutionis fecisse.ius † enim accrescendi non est pro
priè substitutio.l.si Titio.§.Iulianus,de lega.2. & uer
ba præcipuà iureconsulti capi debent propriè.l.pri-
ma,§.si is qui nauem. ff. de exercito.item non est di-
cendum, quòd ibi fideicommissum sit inductum de
primo moriente ad ultimum propter prohibitionem
alienationis: quia ut dicit Bartol. in dicto.§.Seia. &
24 Aret.in l.Centurio. colum.20. per solam † prohibi-
tionem alienationis non inducitur fideicommissum
tacitè inter prohibitos alienare,Bartol. in l. qui Ro-
mæ.§.cohęredes.de uerb.obl.& in l.si ita quis.§.ea le
ge.eod.titu.& hoc probatur in d.§.Seia. ubi tex.dicit,
quod in prima parte testamenti,in qua erat facta pro
hibitio alienationis, non erat tale fideicommissum
iniunctum.item non obstat quod dicit Imo. in dicta.
l.Centurio.& Alex.quod ibi primus qui censetur gra
uatus restituere ultimo,erat in parte restituenda gra-
uatus expressè,in præsenti autem quæstione non,un-
de eo ipso quòd ultimus moriens grauatus censetur,
etiam primus moriens grauatus restituere ultimò fun
dum alteri.unde in necessarium antecedens debet pri
mus censeri grauatus restituere morienti, quia ut di-
cit Aret.in dicta.l.Centurio. tex. non se fundat super
hoc,sed ex eo quia ultimus erat grauatus restituere,&
ut ultimus possit totum restituere prout grauatus est
& dicere quòd primus potest censeri grauatus, quia
erat honoratus. Dicitur similiter & è contra, quòd
hic debent esse honorati filii ex quo erant grauati,
nec etiam est dicendum, ut inquit Ias. ibi in dicta. l.
Centurio.quod ibi censeatur inductum propter duo
copulatiuè:primò,quia testator iniūxit onus ultimo
morienti,quod totum restitueret.ut per Bart.in l.uel
singulis.de unlg.subst.quia dato,quòd hec intelligen
tia sit uera ad illum tex.non facit quin ille textus nō
faciat pro Bar.in d.l. Centurio. quia etiam hic liberi
ultimo loco morientes fuerunt grauati in tota hære-
ditate.& si fortassis diceretur, quòd hic non dixit de
tota hęreditate sed simpliciter hęreditatem uel bo-
na:dicitur,quòd similiter in dicto. §. Seia. non dixit
totum fundum sed eum fundum &c. Item similiter
non obstat si diceretur.quòd ibi ista duo simul iuncta
scilicet, prohibitio alienationis & grauamen imposi
tum ultimo operatur illud tacitum fideicommissum,
ut vr uelle gl.in §.uel singulis.inst.de pup. subst.Quia
respondetur ꝙ ēt in casu nostro ista duo debent ope-
rari ipsum tacitum fideicommissum,scilicet mētio fa
cta de liberis in uerbis conditionalibus & grauamen
eis iniunctum, ita formaliter ut supra dixit Galiau.in
d.l.Centurio.nu.478. & quem tex.etiam pro opinio-
ne Bartol. adducit Bertran. in dicto consi. 173. nu-
me.24.

Item pro Bar.etiam facit regula, quę habet, quod
25 † quando sunt duæ opiniones, illa est tenenda, quę
defendit testamentum & uoluntatem testatoris. l. si
16 pars.ff.de inoffi.test.quod procedit etiam † si sit opi-
nio unius singularis doctoris,Host. & Abb. in cap.2.
27 de coniug.lepro.item in dubio capiēda est illa † con
iectura per quam actus conualidatur quæ fortior est
quibuscunque aliis,Castren.in l.ex imperfecto.C. de
testa.Dec.in consi.11.col.fi.Soc.Iun. in consi.179.nu.
23.cum duobus sequentibus.uol.2.Ceph.in consi.93.
num.5.& 10.

Restat ut argumentis in contrarium adductis re-
28 spondeatur,& ad primum dicitur, quòd † dispositio
dictæ.l.ab eo.procedit quando quis simpliciter gra-
uatur,quia hoc tantum non sufficit, sed quando filij
uel nepotes sunt in conditione,cogitauit & uoluit te
stator hereditatem ad filios uel nepotes peruenire. l.
Lucius.ff.de hæred.inst.in uerbo. prudens consilium
testatoris &c.nimirum si eos etiam grauando ex hac
uoluntate iuncta cum prima, & sic ex istis duobus cō
currentibus & simul iunctis inducitur fideicommis-
sum,ita Ruin.in consi.139.colum secunda,in fin.uo-
lum.3.& in consil.111.colum.tertia, uersicu.& non
obstat uolum.2. ubi dicit post Aret. ibi per eum cita-
tum,quòd negatur in casu nostro, quòd aliquid non
sit relictum quando quis in re propria testatoris est
grauatus.

Non obstat & secundum:quia respondetur,quod al
legata in contrarium procedunt & locum habent in
uoluntate omnino tacita,secus si ex eo quod est ex-
pressum in testamēto uolūtas tacita colligatur,ut no
tat Bal.in l.prima,C.de his qui ante aper. tab.Dec. in
in consil.514.in fi.465.colum.3.in princip. & in con
sil.186.colum.tertia,uersicu. non obstat quod testa-
tor. quam doctrinam Bald. sequuntur communiter
scribentes,ut per Soci.in l.hæredes mei.§.cum ita,co
lum.quinta,ff.ad Trebel.& Curt.Iun. in consi.121.co
lum.tertia,circa.fi.uersic. postea considerando. Soc.
Iun.in consi.42.num.26.uol.primo,ubi inquit, quòd
licet aliàs soleat dici, quòd non sufficit testatorem
aliquid uelle nisi & illud disponat,quod illud proce
dit quando de uoluntate non constat iuridice, secus
quando de ea constat per coniecturas: quia tunc dici
29 tur testator satis disposuisse,cum † semper in fideicō
missis,ut sciamus quid disposuerit testator, mentem
eius etiam per coniecturas & inditia perquiramus. l.
in conditionibus.ubi doc.ff de cond.& demon. & in
l.tertia,C.de libe.præter.iterum in consil.111.nume.
26.uolum.cod.in consi.78. nume.32.uolum.3.sed in
terminis de quibus agitur,inficiari non potest, quin
appareat de uoluntate dicti testatoris, & quòd di-
sposuerit ponendo nepotes in conditione & grauan
do ergo &c.& ita respōdet in casu præsenti Galiaul.
in dicta.l.Centurio.nu.467.

Ad tertium similiter respondetur, quòd satis con-

ftat de dicto fideicommiffo,fi non exprefsè faltem ta citè, quòd fufficere uidetur,ut conftat ex fcriptis per Soc.Iun.in citato confi. 111. & in confi. 158. nu. 65. uolum.2.& ex aliis fupra allegatis in præcedenti refponfione.

Non obftat, quòd opinio Barto. non bene fundatur in iuribus per eum allegatis, quia refpondetur, quòd imò opinio fua bene probatur in d.§.interdum. ut per illum tex.ita tenet Are.ibi.nam fecundum eum aliquando quis grauatur præftare certam quantitatem in genere uel rem quæ non eft in patrimonio teftatoris,& ex hoc onere quis non intelligitur honoratus,& hoc cafu habet locum l.ab eo.C.de fideicom mif.qui allegatur contra Bartol.aliquando quis grauatur præftare rem uel partem rei quæ eft in patrimonio teftatoris, & quia tunc impofsibile eft quod præftetur agnato nifi fit legatarius uel hęres, ideo
20 honoratus intelligitur, quia qui uult † confequens uidetur uelle antecedens fine quo illud effe non poteft l.illud,in princip.ff. de acquir.hæred. ¶Nec facit quòd Imo.& Alex. in dicta. l. Centurio. cum quibus tranfit Soc.in l.cum filio,de leg.primò, dicant quod in illo cafu peculium intelligitur feruo relictum propter onus illi impofitum: quia quando datur libertas feruo inter uiuos peculium illi effe conceffum cenfetur,& fic de facili feruum fequitur tanquam neceffarium fi non adimatur. lege prima, C. de pecu. eius qui liber. merue. & quamuis fit fecus ut ibi dicitur quando datur libertas in ultima uoluntate, tamen fecundum prædictos fi etiam grauatur feruus aliquid de peculio dare, peculium etiam ifto cafu fequitur feruum,& præfumitur illi relictum, quia fequitur de facili dationem libertatis. Quia refpondetur, quod huiufmodi refponfio ex duobus non uidetur uera, & primò,quòd ex hoc fequeretur, quod quando feruus de peculio effet grauatus dare nedum hæredi fed etiam tertio,quòd uideretur peculium feruo relictũ & tamen Imo.in l.ex hac fcriptura.ff.de don.& Alex. in confi.24.in 3.uolum.dicunt,quòd dictus. §. interdum.non habet locum fi feruus fit damnatus dare tertio,per l.tertiam.§.fi.cum glo.in uerb. dare.ff.de condi.ob cau.

Secundò dicta refponfio non ualet:quia,ut dicit Are. in dicta.l.Centurio,alia ratio afsignatur in dicto §. interdum, uidelicet quia feruus non poffet aliàs de peculio dare nifi peculium diceretur relictum, & ꝙ ifta fit ratio illius tex.uoluit Bar.in dicta.l.ex hac fcriptura.quem prædicti non allegant in uer. fed quæro.
21 prædicta.ubi dicit quòd † licet difpofitio non inducatur ex eo quod conditionaliter profertur, inducitur tamen in antecedenti uel confequenti quando il lud poterat induci nuda uoluntate teftatoris, per l. Proculus,allegatam per eum.& dictum. §. interdum. & quamuis Soc.in dicta.l.cum filio. uideatur hanc rationem ad illum tex.impugnare, quamuis de Bart. in dicta.l.ex hac fcriptura.nullam faciat mentionem,nihilominus parum urgere uidetur quod per eum in contrarium allegatur.Primò enim dicit, quòd in dicto.§.interdum. non eft antecedens neceffarium ad ualiditatem oneris iniuncti feruo quòd peculium ei uideatur relictum: quia cum feruus haberet peculij adminiftrationem, dictum onus non cenfetur fibi iniunctum fed hæredi. l. peto.§.mater.de lega. 2. quod ultimum fanè eft falfum, cum per feruum illo cafu damnum fit hæredi, ideo eidem hoc onus fuiffe impofitum non poteft dici,dicto. §. mater.in fin. & quia
22 † inter dantem & recipientem differentia conftitui debet.l.fecunda,ubi Barto.ff.de ftipu. feruo. loquitur ergo.d.§.mater, quando adminiftrator alteri & non hæredi fimpliciter grauatur dare per modum difpofitionis & non quando ei relinquitur fub conditione dandi,ut loquitur dictus. §.interdum. ita formaliter refpondet Dominus meus Ruin.in confi.139. col. 3. uol.3.& in confi.111.nu.3.cum pluribus fequentibus uolum.3.

23 Ad l.fi ita ftipulat. † dicitur, quòd dictum Imo. in d. l. centurio, quòd illa. l. loquatur in contractu & etiam fpeciale ibi fit cõtra regulam iuris.l.fi quis fub, conditione dandorum decem.ff. fi quis omif.non eft uerum,quamuis Alex.ibi & Iaf. eũ fequantur:quia ratio illa,ne quis includatur in totum,fuper qua fe fundat ille tex.uidetur militare etiam in cafu noftro. & fi dicis,ex quo non de iure communi fed fpeciali fauore libertatis excluditur ibi patronus à pecunia deducta in difpofitionẽ, ideo uifum fuit prætori, quòd faltem haberet patronus operas deductas in condi tione, prout confiderat Alex. dicitur,quòd non minus debet effe æquum in cafu noftro,ut uoluntas teftatoris expreffa habeat fuum effectum.ita Galiaul.in dicta.l.centurio.nu.470.

Refpondetur & quoque ad tex. in d. l. hæreditas. quòd in cafu dictæ.l.fumus in hæredis Inftitutione, quæ induci non poteft ex tacita uoluntate teftatoris, quia requirit quòd exprefsè & nominatim inftituatur hæres.l.quoties.§.fi quis nomen.ff. de hæred.inft. l.iubemus.C.de tefta.nos uerò loquimur in fideicom miffo, quod inducitur ex tacita uoluntate teftatoris. Dyn.& Bal.in l.unica.§.primo,colum. tertia,uerficu. & hæc faciũt.C.de cad.tol.ubi propriè facit hãc differentiam inter inftitutionem directam, & fubftitutionem ex una, & fideicommiffum ex alia. Galiaul. in dicta l.Centurio.nume.467. ubi etiam allegat Caftren.Roma.& Socin. Ruin.in confil. 139. nume. 11. uolum.3.

Secundò refpondetur,uerum effe quòd ex folo grauamine non cenfetur honoratus,& ita procedit contrarium,fecus quando cum grauamine funt pofiti in conditione ad exclufionem fubftituti, quia tũc refultat difpofitio. Corne. in dicta.l.ab eo. quem fequitur Ripa,in dicta.l.centurio. num. 166. uerficu. quid tenendum.

24 Ad l.fed & fic.§.fi.de leg.3.refpondetur † quod nihil obftat:quia ut dicit Bar.in dicta. l. ex hac fcriptura.oportet,quòd antecedens dependeat à nuda teftatoris uoluntate. quamuis ergo pofsit teftator hæredem grauare,ut Stichum hæredem inftituat, per hoc tamen hæres fic grauatus ad hoc non cogitur, fed folum per fideicommiffum reftituere hæreditatem teftatoris grauatus intelligitur. l. ex facto. ad Trebel.
25 & l.filiusfamilias.§.ut fi quis † hæredem.de leg.1. & quod fideicommiffum non poteft dici antecedens ad ualiditatem legati relicti à Sticho:quia per illud non fucceditur hæredi fed teftatori.l.cohęredi. §. cum filiæ.de uulg.& pupil. & per confequens non eft adimpleta illa conditio, fi Stichus erit hæres hæredis ipfius teftatoris,ita refpondet Rui.in confi. 139.nu.10. uolum.3.& in confi.111.nu. 11. uerficu. non obftat. 3.dum fe remittit ad Aret. & idem uult Galiaul.in dicta.l.Centurio.nume. 462. uerficu. 2. non obftat. ubi dicit,quòd refpondet ẽt uerbis Aret.& clarius quàm ipfe faciat,quod in dicto.§.fin.nec tacitè nec exprefsè poterat grauatus cenferi honoratus, ex quo teftator exprefsè dixerat, fi Stichus feu hæres factus iuffu eius adiuerit hæreditatem, & fic teftator exprefsè ponebat in uoluntate hæredis, an inftitueret Stichum quem ipfe grauauerat uel ne: cum ergo non confequatur hæreditatem neceffariò ex difpofitione teftatoris,ergo grauari non potuit: hoc autem dici non

poteft

potest in casu nostro, in quo non constat ex uerbis testatoris, quòd posuerit in potestate instituti, quòd hæreditas ipsius testatotis perueniat uel non ad eius instituti liberos, unde ut ualeat grauamè iniunctum ipsis liberis, debemus dicere, quòd voluerit institutum grauatum restituere ipsis liberis.

Vltimò non obstat, quòd in contrarium est communis opinio & magis tecepta doctorum senreotia: quia respondetur, contrarium constare ex enumeratione doctorum, nam contra Bart. sunt triginta doctores & pro eo sunt quadraginta duo. Nec facit, quod contra Bart. consuluit Collegium Papiense: quia & pro Bar. consuluerunt omnes Perusini & omnes Florentini, ut refert Barba. in consi. 57. uol. 2. & Cepha. in dicto. consi. 93. col. 2. nec non iudicauit Collegiũ Mediolani teste Clar. ubi supra.

SVMMARIVM.

1 *Feudum fœmineum potest in dotem dari.*
2 *Non tamen æstimatum nec cum pacto de lucrando.*
3 *Donatio propter nuptias constitui potest feudo inæstimato & sine pacto lucrandi.*
4 *Feudum æstimatum quando datur in dotem, dicitur alienatio.*
5 *Feudum fœmineum datum in dotem per mortem uxoris reuertitur ad uocatos in concessione feudali.*
6 *Bona subiecta restitutioni fideicommissi possunt dari in dotem per patrem filiæ si non habet aliàs vnde dotem constituat.*
7 *Auth. res quæ. C. com. de lega. locum etiam habet quãdo est probibita alienatio bonorum.*
8 *Item nedum pro dote constituenda sed etiam pro aliis sumptibus nuptialibus.*
9 *Alleganti patrem habere alia bona pro constitutione dotis filiæ quàm subiecta fideicommißo incumbit onus probandi.*
10 *Bona omnia subiecta fideicommisso dari possint in dotem pro filia, si aliàs honestè non posset se nubere.*
11 *Auth. res quæ. nedum locum habet quãdo dos præcessit fideicommissum sed etiam si post.*

CONSILIVM XIX.

QVOD Magnifica Dom. Isabella de Castello possit feudum Ottolini
1 † & fœmineum à se tentum & possessum & in quo nullum ius habec Dominus Iulius eius frater absque consensu domini directi futuro suo coniugi in dotem dare, seruata tamen forma infrascripta & non aliter, probatur ex infrascriptis. Et primò ex decisione Bal. in cons. 108. volum. primo, & in consil. 346. volum. 2. & in capi. primo. an maritus succed. uxor. per text. in capit. primo, de inuest. quam Titius accepit à Sempronio. Zas. in usib. feud. alie. numer. 7. quod tamen sanè intelligendum esse arbitror,
2 dummodo † non det æstimatum, neque aliquod pactum de lucrando apponat. Iacob. de Ardizo. in sum. in titu. quib. mod. feud. amit. sub Rubricella, mulier habens. Alua. & Prepos. in cap. primo, §. donare. qual. olim feud. pote. alie. post Iser. & Bal. ibi, ubi Alua. rationem adducit: quia cum talis alienatio sit sincera & sine fraude facta & dominium suum utile feudale
quoddam iure naturali remaneat apud eam. l. in rebus. C. de iure dot. neque ipsum feudum abdicauit a se imò usufructu utitur ad suam substentationem, iuxta. l. ubi adhuc C. de iure dot. uidetur hoc satis iuri consonum. & subijcit, quòd ista opinio uidetur sibi multum æqua, ne mulier se ipsam dotando de facili feudo suo priuetur, præsertim cum dominus ipse non sit passurus aliquod damnum ex hoc. Iacob. de Sancto Georgio in inuest. sua, in uerbo ita etiam colum. fi. Felin. in c. quæ in ecclesiarum. columna. 30. versicu. in ea glo. ibi, de constituti. Curt. Sen. in consi. 27. colum. 8. uersic. & quia tertio. Afflic. in dicto. §. donare. numer. 17. versicu. istud procedere potest. & in capit. Imperialem. in princip. in 13. notabili. numer. 86. versic. 1. fallit. de prohi. feud. alie. per Feder. Marc. de Laud. in dicto. §. donare. colum. secunda, uersic. ex prædictis nota. & in dicto cap. Imperialem. in princ. colum. secunda, uersicu. in ea glossa. Frider. Schenc. in Comentarijs suis feudalibus, in parte 15. numer. 79. vbi reprehendit Iacob. de Beluis. qui simpliciter tenuit, mulierem nunquam posse dare feudum in dotem siue æstimatum siue inæstimatum sine consensu domini. Ias. in auth. res quæ. colum. 7. uersicu. 2. limita. C. com. de lega. Petr. Loriot. in usib. feud. charta, 91. in princip. uersicu. idem in dote. Zas. in trac. feud. in titu. de succes. feud. numer. 69. Petr. de Rauen. in consuet. feud. in §. donare; Dixi in trac. de lucro dotis quæst. 54. numer. 18. Io. Lupi in repetitione rubricæ, de don. inter uir. & uxo. §. 12. colum. prima, & hanc esse communem doctorum sententiam attestantur Curt. Iun. in trac. feud. in quarta. par. in uersicu. 4. quæro principaliter. colum secunda. Clar. in §. feudum. q. 26. & Frider. Schench. in dicto capitu. Imperialem. charta mihi. 664. uersicu. secunda conclusio. nec mirum, quia etiam uidemus idem esse in donatione pro
3 pter nuptias, quam † constituere potest maritus in feudo dummodo inæstimato, ita Bald. Laud. Alua. & alij in dicto. §. donare. Curt. Iun. ubi supra in uersic. ex præmissis. & Frider. Schen. ubi supra. Ioan. Lupi in repet. rubricæ, de dona. inter uir. & uxor. §. 21. colum. prima. Nec habet obstare si dicatur, quòd imò uideretur dicendum contrarium, quia quando mulier dat in dotem feudum, transfertur dominium in maritum. l. doce ancillam. C. de rei uindica. & sic datur alienatio, quæ est prohibita sine consensu domini
4 dicto capit. Imperialem. quia respondetur, quòd † quando datur feudum æstimatum in dotem tunc propriè dicitur alienatio, quia dicitur quædam emptio, & sic transfertur feudum irreuocabiliter in maritum, quæ ratio cessat quando feudum non est æstima-
5 tum: quia † soluto matrimonio per mortem uxoris feudum reuertitur ad uocatos in concessione feudali, & sic non remanet dominium penes maritum, ut in cap. primo, an marit. succedat uxori, ita docto. communiter in dicto. §. donare. & in alijs locis supra citatis: Similiter non obstat quòd Iser. in dicto capit. primo, an maritus &c. quem sequitur ibi Afflic. in 5. notabili. uelit, quòd mulier non possit se de suo feudo dotare sine consensu domini; Quia respondetur, quòd communis opinio est in contrarium, ut supra dictum fuit: à qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. uel ipsius sententia possit saluari, ubi feudum esset nouum in persona mulieris: quia tunc uerum est, si uellet illud dare in dotem & transferre dominium requiritur consensus domini, cum tunc tantum tractetur de eius præiudicio & non alterius, iuxta scripta per Curt. Iun. in consi. 2. num. 15.

Circa aliud caput, non conterendo tempus ubi nõ

 expedit,

expedit, dico dominum Iulium patrem dominæ Isabellæ non habentem bona sufficientia ad constitu-
6 tionem dotis filię, posse † de bonis quondam Magnifici Domini Angeli eius patris subiectis fideicommisso dotem ipsam constituere secundum conditionem ipsius & uiri. tex. est in §. quamobrem. in authen. de restit. & ea quæ parit. ubi Bar. & Ang. in auth. quæ
7 res. C. com. de lega. ubi sic ait legislator. Res † quidē fideicommissarias, restitutioni subiectas prohibemus alienari uel obligari, si tamen legitima portio nō sufficiat ad dotis uel donationis propter nuptias constitutionem, in eam causam res prædictas alienari uel obligari permittimus. & ita ibi tenent Iacob. de Aret. Bart. Bal. Fulgos. Ang. Alex. Ias. & alii Iacob. de Are. & Saly. in l. uoluntas. C. de fideic. Alex. in consilio 56. colum. secunda. uolum. primo dup. in consi. 22. volum. 2. dixi in cons. 85. in princi. uolum. primo, sed ultra ibi scripta addo Bero. in consi. 113. numer. 44. volum. 2. vbi concludit, quòd si bona ascendentia ad legitimam & Trebellianicam ad dotis constitutionem filiæ non sufficiunt, eo casu de bonis subiectis fideicommisso potest pater illam dotare secundum cōditionem patris, & uiri per tex. cum ibi notatis in dicta auth. res quæ. & per docto. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. iterum in consi. 116. numer. 14. vol. eod. & in consi. 57. num. 35. volum. 3. Cepha. in consi. 117. num. 3. 253. num. 39. Crot. in consi. 144. num. 19. Catel. Cotta in memor. incip. dos. in versicu. 2. nota Curt. Sen. in consi. 27. colum. octaua, uersicu. sed contra & 63. colum. fi. in princip. vbi dicit ꝙ sæpenumero ita consuluit dum casus occurrit. Ana. in consil. 61. colum. secunda, vbi etiam Bolognin. in addit. in fi. colum. Roma. in consil. 457. colum. secunda, Port. in consi. 38. nume. 14. vbi ait, ꝙ quando dos congrua ex bonis liberis uel filiabus constitui non pōt, consequens esse ut fideicommissum diminui possit, quod quidem bonus uir, idest, iudex censere debet. l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. vbi dotis quantitas pro modo facultatum & dignitate natalium constitui debet, & in l. quæro. eod. tit. ubi modus ex facultate mulieris atque mariti statuendus & quousque ratio patitur, rursus in consi. 61. num. 34. Ruin. in cons. 57. nu. 5. volum. 5. consi. 137. colum. pen. volum. 2. in consi. 199. nume. 5. cum seq. volum. eod. Paris. in consil. 81. nume. 46. volum. 2. quam dispositionem amplia procedere etiam si per fideicommittentem esset prohibita alienatio bonorum. & hanc esse communem opinionem attestatur Ias. in dicta authen. res quę. colum. sexta, in princip. contra Bart. in cap. primo, §. donare. qual. feud. olim pote. alie. omnes in l. filiusfamilias. §. diui. de lega. primo, Paris. in consi. 63. num. 36. volum. 2. & in consi. 81. num. 48. volum. eod. ubi asserit hanc esse receptam doctorum sententiam. Roma. in consi. 457. colum. secunda, & Curt. Sen. in consi. 27 colum. 7. in fi. Bero. in consi. 33. num. 35. volum. 2. ubi etiam ipse asserit hanc esse communem. Item amplia etiam dispositionem dictæ. l. habere locum nedū pro dote cōstituenda † sed etiam pro aliis sumptibus & appa-
8 ratis nuptialibus, secundum glo. & scriben. in dicta authen. res quæ. & Bero. in citato consil. 113. num. 44. sed in casu de quo agitur & si domina Isabella habeat feudū Ottolinum, de quo supra in præcedenti dubio, quod quidem est paruum & modicum, tamen certissimum est, quòd non reperiret maritum qui illud caperet in dotem, cum non possit dari æstimatum & cum pacto de lucrando, & cum trāslatione dominij, ut dictum fuit, unde cum in dicto feudo fundamentum substantiale fieri non possit dicendum uenit, quòd cum dominus Iulius pater ipsius dominæ Isabellę non habeat modum constituendi dotem congruam filiæ, quòd possit de dictis bonis subiectis restitutioni fideicommissi supplere dotem congruam dictæ dominæ Isabellæ, cum pro se stet præsumptio,
9 quòd non habeat, adeo quòd asserenti † in contrarium incumbit onus probandi, teste Curt. Sen. in citato consi. 27. colum. octaua. imò fortius dicitur, quòd
10 † si domina Isabella non posset honestè se nubere nisi omnia bona subiecta fideicommisso constituerentur in dotem, ꝙ illa dari possunt, secundum Bal. Paul. de Castro & Ias. in dicta auth. res, quæ. quos sequutus sum in citato consi. 85. colum. 1. Nec habet obstare si
11 dicatur, ꝙ dispositio ipsius † auth. res quæ, locum nō habet, nisi quando dos præcessit grauamen fideicommissi, secus autem quando dos cōstituta fuit post grauamē, ut uoluit Ang. in auth. de restit. & ea quę parit. quem sequitur Ias. in dicta auth. res quæ, col. 7. uersi. ex 2. habetis. & in consi. 231. col. 3. in princip. volu. 1. vbi mordet Ana. aliter sentientem in consi. 61. Ruin. in consi. 137. col. fi. vol. 2. Paris. in cons. 51. nu. 32. vol. 2. & in consi. 63. nume. 46. vol. eod. quia respondetur, quòd in contrarium est communis opinio, ut latè apparet in dicto consi. 85. nume. 31. ubi confutaui dicta per Ang. & eius sequaces, quæ non transcribo cū uideri possunt. & pro confirmatione ibi allegatorum adduco etiam Catel. Cottam in dicto suo memor. incip. dos, necnon & Cepha. in consil. 177. nu. 17. attestantem hanc esse communem, & Port. in consi. 61. nu. 35. firmantem hanc partem frequentiori calamo receptam. quia semper uiget ratio necessarii oneris dotem constituendi l. qui liberos. ff. de ritu. nup. & in dicto. §. quamobrem. ibi. ne fideicommissi ignorantia mulieres defraudentur.

SVMMARIVM.

1 *Auth. res quæ. C. com. de lega. ita habet locum in dote restituenda sicut in constituenda.*

2 *Priuilegia concessa doti dandæ censentur quoque concessa doti restituendæ.*

3 *Auth. res quæ. etiam habet locum si mulier recepit fideiussionem pro dote restituenda.*

4 *Ius, quod habet mulier consequendi dotem in bonis subiectis fideicommisso, competit etiam suis hæredibus quamuis extraneis.*

5 *Dispositio dictæ auth. res quæ. habet locum etiam quā do dos non uenit restituenda, vel restituenda post grauamen fideicommissi.*

6 *Dispositio dictæ auth. res quæ. locum non habet dote confessata. sed contra num. 14. quando lapsum est tēpus opponendi exceptionem non numeratæ dotis.*

7 *Ius quæsitum fideicommissario in spe ei auferri non potest.*

8 *Dos fictitia & non uera sed confessata non gaudet priuilegiis dotalibus, nec meretur habere nomen dotis.*

9 *Confessio dotis facta per maritum constante matrimonio uim donationis habere uidetur.*

10 *Bona subiecta fideicommisso deducuntur ut æs alienum, & fideicommissarius dicitur creditor.*

11 *Exceptio non numeratæ dotis non potest opponi per mulierem, nec creditores, lapso tempore statuto à lege ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis.*

12 *Priuilegium prælationis in actione hypothecaria tantum mulieri competit, ubi dos est realiter tradita.*

Confessio

13 *Confessio solum probat inter easdem personas non autem in praeiudicium tertij.*

14 *Confessio dotis facta per maritũ lapso tempore opponendi exceptionem non numeratæ dotis, tantum operatur quantum operatur uera & realis solutio dotis, quę praeiudicat marito & omnibus creditoribus.*

15 *Dos confessata lapso tempore, de quo supra, habet omnia priuilegia dotis numeratæ.*

16 *Declaratio ad tex. in l. si quis post hac. C. de bon. proscrip.*

17 *Declaratio ad l. si cui. C. de non nume. pecun.*

18 *Confessio mariti de dote recepta post promissionem dotis, officit marito ac creditoribus, ut exceptionem nõ numeratæ dotis opponere non possint.*

CONSILIVM XX.

LEGITVR in instrumẽto celebrato de anno 1540. inter dominum Antonium Bertolacium, & dominum Gabrielem de Accursis, quemadmodum ipse dominus Gabriel confitetur, se habuisse, & recepisse pro dote seu dotis nomine dominæ Laniniæ eius coniugis & filiæ prędicti domini Aotonii scuta tria milia, quę promisit reddere & restituere in omnem casum & euentum dotis restituendæ per mortem ipsius domini Gabrielis, qui casus euenit: propter quod de duobus hæsitari contingit, quorum Primum est, an D. Gabriel potuerit obligare bona pro restitutione dotis, quæ subiecta reperiuntur fideicommisso auito ita quòd in ipsis bonis possit fieri executio ad commodum dictæ dominæ Lauiniæ occasione dictæ dotis. Secundum est, posito ꝙ sic, an ea fieri possit pro dote confessata, cum sint lapsa omnia tempora statuta à lege ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis.

Circa primum difficultas uersari uidetur, quia in auth. res quæ C. com. de leg. & in corpore vnde sumitur, disponitur, ꝙ pro dote constituenda possunt obligari & alienari bona restitutioni fideicommissi subiecta, quando pater aliunde non habet in quibus filiam dotare possit. vt not. ibi Bart. Bal. Fulgos. Ang. Alex. & alii: & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. de Treb. Alex. in consi. 57. colum. secunda ool. primo, dup. in consi. 23. volum. 2. Bero. in consi. 113. numer. 44. volumi. 2. & 116. nume. 14. volum. eod. Port. in consi. 38. numer. 23. & 67. numer. 7. & per alios à me citatos in consil. 85. in princip. vol. primo, ac in aliis locis, an authen. ipsa etiam sibi locum uindicet in dote restituenda, quãdo obligatio dotis facta fuit post grauamen fidei commissi. Breuiter deueniendo ad scopum, conclu-
1 dendum uidetur dispositionem dictæ auth. ita † locum habere in restitutione dotis sicut in constitutione & post onus fideicommissi, ut de primo est text. in §. quamobrem. in auth. de restit. & ea quæ parit. glo. & communiter doctores in dicta auth. res quæ. Petr. de Bellaper. Cyn. & alij in auth. contra cum co-
2 gatus. C. ad Trebell. quia † priuilegia concessa doti dandæ censentur quoque concessa doti restituendæ. l. prima. §. & ut plenius. ibi, utroque latere. C. de rei uxo. actio. Bal. nouel. in trac. dot. in sexta par. 11. speciali prope finem. Ripa. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 77. de lega. primo, Alex. in dicto consi. 57. colum. secunda, Ias. in consi. 157. uolum. 2. Paris. in consil. 52. num. 4. volumine secundo, & numer. 33. & io consil. 63. num. 35. uolum. eod. Port. in dicto consi. 61. num. 35. Ceph. in consi. 177. num. 10. in consi. 261. numer. 22. & 272. nume. 43. Opizo, in dicto. §. diui. nume. 57. Craue. in consi. 19. in fi. & in consi. 291. in fi. Ruin. in consi. 137. num. 18. uolum. 2. 57. nume. 5. uolum. 5. & 199. nume. 11. volum. 2. ubi fortius uolui post Paul.
3 de Castro in consi. 130. quòd † si mulier recepit fideiussionem pro dote restituenda, ꝙ etiam tunc de bonis subiectis fideicommisso poterit per hæredes mariti dos restitui, quamnis uxor agere posset contra fideiussorem ad dotis restitutionem, quem sequuntur Ioan. Lupus in repe. rubricæ. de dona. inter uir. & uxo. §. 14. col. 2. ubi allegat etiam Cast. in alijs locis Gozad. in consi. 97. nu. 10. vbi etiam concludit cum Croto io dicto. §. diui. col. 49. uersi. 8. quæritur: mulierem pro dote sua consequenda habere hypothe-
4 cariam in bonis subiectis fideicommisso, & ꝙ † istud ius competit nedum mulieri sed etiã hæredibus eius quamuis extraneis, per decisiones ibi per eũ citatas, quas & ego amplexus sum in allegato consil. 85. nu. 33. & hanc esse communem attestantur Gozad. in d. consi. 97. nume. 10. & Rub. Alexan. in consil. 78. col. 2.
5 Quo uerò ad aliud, an † dispositio ipsa locum habeat quando dos nõ pręcessit grauamen fideicõmissi sed postea, quamuis Ang. in auth. de restitu. & ea quę parit. uideatur uelle ꝙ nõ, argumẽ. glo. ibi quę incipit, sed nonne dum dicitur iam accepit. per quam dictionem, iam, patet, quòd ad hoc, ut de dote danda uel restituenda res subiecta restitutioni fideicommissi pos-
6 sit alienari, necesse est ꝙ † obligatio dotis uel donationis propter nuptias pręcesserit fideicommissum aliàs secus: quod dicit probari in §. cum igitur. in auth. de resti. & ea quę par. & in d. auth. res quę. quæ iura dicit ita esse intelligenda, quem sequuntur Angel. in tracta. de testa. in glo. super uerbo, & fideicommissum. Ias. in auth. res quę. col. 7. uersi. & ea secunda habetis, in consi. 231. col. 3. in j. uolu. ubi dicit hanc esse ueritatem, quicquid dixerit Ana. in consi. 61. Paris. in consi. 52. nu. 34. uol. 2. & 63. nu. 46. uol. eo. Rui. in cõsi. 137. col. fi. uol. 2. Soci. Iun. in consi. 119. num. 7. uol.
7 2. Nam negari non potest quin sit † quęsitum ius fideicommissario in spe probabili, quod ei auferri nõ potest, Bartol. in l. is potest. colum. 2. ff. de acquiren. hęr. Quia respondetur communem opinionem esse in cõtrarium, ut per Fulgos. in dicta authen. res quę. Socin in consi. 23. col. 2. uol. 3. ubi inquit ꝙ hęc opinio est clara de mente omnium in ipsa auth. res quę, & ꝙ doctores communiter ita tenent, ac mirandũ esse quòd Angel. & Moder. Papien. contrarium tenuerint, & ꝙ contra Ang. consuluit genitor suus & omnes aduocati Florentini, & ita tenui in dicto consil. 85. num. 33. uolu. 1. ubi plures citaui asserentes hanc esse communem confutando rationes Angel. & sequacium, quorum dicta non transscribo ne uidear membranas occupare, idem uoluerunt Alex. in consil. 67. col. 2. uol. 4. Ias. in consi. 158. col. prima, uol. 2. ubi tradit, ꝙ pro hac parte consuluerunt ualẽtes doctores Florentini Catel. in memor. incip. dos. Rub. Alex. in cõsi. 78. col. 2. & sequenti, quam partem uti communem sequitur. Ceph. in consi. 177. nu. 17. & Port. in consi. 61. nu. 35. ubi inquit sententiam ipsam frequentiori calamo receptam.

Venio ad secũdum caput principale, in quo quæritur, an dispositio dictæ auth. res quę. locum habeat in dote confessata. Prima enim facie dicendum vr̃ ꝙ non: quia ille tex. loquitur proprie in illa dote restituenda quæ habet priuilegia dotalia, de quibus in l. j. ff. solut. matr. sed dos fictitia & non uera sed confes-
8 sata † nõ gaudet dictis priuilegiis dotalibus, nec meretur habere nomen dotis, ut per doct. in d. l. prima,

glos.& Bal.in l.asiduis C.qui pot.in pigno.hab.&c.
& q ea locum non habeat tenet Ange.in auth.de re-
stit. & ea quæ par.in prin.colum.2.post glo.Ias.in d.
auth.res quę,col.penul.versi.9.limita.Bald.nouel.in
trac.dotis in 6.par.prin.priuil.13.Goz.in consi.19.in
fi.Ripa in d.§.diui.num.77. versi.ego in facti contin-
gentia.Ruin.in consi.132.col.fin.vol.4.Ioan .Lup.in
repetit.rub.de dona.inter vir.& vxo. §.15.versic.ista
tamen intellige.Paris.in consi.52. num.40.volum.2.
63.col.fi.vol.eo.Bero.in consi.156.colu.fi. volum.2.
9 Nam pro ista parte facit illud quod dr̃,q † quis con-
stante matrimonio confitetur se habuisse & recepis-
se dotem,talis confessio vim donationis habere dici
tur,Bar.& alii in l.si diuortio.ff.de uerb.oblig.Alex.
in consi.26.col.2.uol.2.& in consi.165. col.3.uol.3.
Aret.in §.fuerat.colum.13.de actio.Cum igitur talis
confessio fuerit facta animo donandi,sequitur q tra
ctandum non uenit, an per talem dotem cõfessatam
diminui debeat fideicommissum relictum in testa-
10 mento auito,cum † bona subiecta fideicommisso de
ducãtur ut æs alienum,& fideicommissarius dicatur
creditor.l.irritum.ubi Bal.C.ad l.Fal.Bero.in consi.
11 116.in fi.vol.2.Nec habet obstare,q † ex quo lapsa
sunt tempora statuta à lege ad opponẽdum exceptio
nem non numeratę dotis,de quibus in auth.de tẽpo.
non solut.pecun.vnde sumitur auth.quod locum.C.
de dote cau.non nume. q lapsu dicti temporis præ-
iudicatur nedum marito sed etiam & creditoribus ,
iuxta doct.Bar.in l.asiduis.C.qui pot.in pigno.hab.
Quia replicatur,q illa obesse nõ debet fideicommis-
sario . & primò per tex.iuncta glo.in uerbo data in l.
12 assiduis.C.qui pot.in pig.hab.quæ vult q † priuile-
gium prælationis in actione hypothecaria tantũ mo
fieri competat , ubi dos est realiter tradita.facit.l.si
quis post hac.C.de bonis proscrip.vbi fiscus potest
uti exceptione non numeratæ dotis aduersus uxo-
rem illius,cuius bona fisco addicta fuerint,ergo mi-
nus fideicommissario præiudicare non debet : quia
ex quo lucrum fideicommissi est sibi acquisitum , di-
citur tractare de dammo uitando,gloss.in l.si quis au
tem.in uerbo,integram ff.de itin.actuque priua.Bal.
Ang.& Imol.in l.non amplius.ad fin.de lega.1. Item
dicitur,q licet debitor principalis non sit usus exce
ptione numeratæ dotis,tñ creditores nõ impediũtur
illa uti.l.si cui.C.de nõ numer.pecu.& ita per illum
tex.tenet Soci.in l.prima.col.13.ff.solut.matr. Vlte-
13 rius facit,nam † cõfessio solum probat inter easdem
personas non aũt præiudicium tertii , Bar.in l.eius
qui delatorem. §.fi.ff.de iure fisci. & contra.Bar.in
d.l.asiduis.tenent Fely.in ca.si cautio.in col.30.uer
sic.fallit ultimò.de fide instru.ubi dicit,q illud quod
dictum est,exceptionem non numeratæ dotis lapsis
temporibus à lege ordinatis expirasse,locum habere
quando uxor uel eius hæres ageret hypothecaria cõ
tra possidentem bona mariti ex beneficio dictæ.l.as-
siduis.secus contra tertium,quia contra eum non di-
cuntur decursa tempora,imo uxor ipsa cogitur pro-
bare numerationem dotis , cuius uigore ad bona ma
riti regressum habet,ut uoluit Roma.in consi.430.di
cens se semper indubitãter tenuisse , per tex.in dicta
l.si cui.Bero.in consi.108 col.fi.vol.3.ubi dicit ma-
gis communem opinionem esse contra Bar.in dicta.
l.asiduis.ubi dicit notata per Bar.ibi procedere , qñ
confessio fuisset facta ante matrimonium , nam tunc
per lapsum temporis tollitur illa exceptio non nu-
meratæ pecuniæ.

Sed premissis nõ obstãtib.cõtraria sentẽtia est de
iure uerior,q imò dicta confessio dotis receptæ iun-
cto lapsu tp̃is ordinati ad opponẽdũ exceptionẽ nõ
numeratæ dotis operatur,q dispositio dictæ auth.ha
beat locum in dicta dote cõfessata.q probatur ex no
tatis per Bar.in dicta.l.asiduis.col.2.C.qui pot.in
pign.hab.ubi cõcludit,q si in instrumento dotis con
tinetur cõfessio non numeratio,q pro tali dote con
fessata locũ habet tacita hypotheca cum priuilegio
dictæ.l.asiduis.ad exclusionẽ creditorũ,si sit lapsum
tempus opponendi exceptionẽ nõ numeratæ dotis,
reprobata glo.ibi.subdens unũ magnum uerbum , q
ita cõiter obseruatur,quam opinionem Bar.sequun-
tur Alex.cõs.25.vol.2.dupplicato in consi.90.vol.3.
& 123.vol.6.per id qđ notat gl.in l.j.C.de dot.caut.
nõ nu.to.de Imol.in l.si ita stipulatus.§.Crysogonus.
ff.de uerb.oblig.vbi etiam huc fuit de mente Angel.
Bal.in l.prima,ff.solut.matr.Pau.de Cast.in l.si mari
to.ff.eod.tit.Alex.in dicta.l.prima,Mathes.in suo no
tabili incip.nota q priuilegium , propè finẽ.Gozad.
in cons.42.col.3.uers.Item & 2.Soc.in cons.82.col.
prima , uol.3.Ang.& Sal.in d.l.asiduis.Affli.in dec.
402.colum.4.vbi ait, q uera conclusio doctorum &
14 communis est quòd † si lapsa sunt tempora opponen
di exceptionem non numeratæ dotis,tantum opera-
tur confessio mariti de dote recepta non solum in
præiudicium mariti sed etiam quoruncunque credi-
torum,quãtum operatur uera & realis solutio dotis,
quæ præiudicat marito & omnibus creditoribus.Af-
flic.in constit.causas.in 5.notab.Craue.in consil.40.
nu.6.ubi asserit hanc esse communem.Aret.in consi.
86.ubi ẽt refert hanc esse receptam doctorum sen-
tentiam & Rub.Alex.in consi.78.col.2.& 3.Bero.in
consi.48.nu.9.vol.3.vbi opinionem Bar.in dicta.l.as-
siduis.fatetur esse communem, quicquid dixerit Soc.
in l.prima,ff.solut.mat.ubi respectu creditorũ aliter
sentit , subdens in iudicando non esse recedẽdum ab
opinione tantorum uirorum ibi per eum citatorum,
qui omnes concludunt,q si a die contracti matrimo
nii & confessionis factæ iam fuit elapsum tempus de
cem annorum,amplius exceptio non numeratæ do-
tis non potest per ipsum maritũ opponi,nec per hæ
redes,nec etiam per creditores ipsius,quam opinio-
nem Bart.uti etiam cõmunem sequitur Bald.de Bar-
tol.in l.prima,num.206.ff.solut.matr.Bald.nouel.in
trac.dot.in 10.par.num.12.& ratio est secundum do
15 ct.,quia isto casu dos † confessata habet omnia pri-
uilegia sicut dos numerata.Bald.in l.Deo nobis.in 2.
col.C.de Epis.& cler.& in l.prima,C.quand.lice.ab
emp.disced.Afflic.in decis.405.col.5.in princ.Bero.
in citato consi.48.num.9.vbi dicit,q dicta confessio
lapso tempore opponendi exceptionem non nume-
ratæ dotis habet easdem uires quas haberet instru-
mẽtum numerationis dotis. adeo quòd uigore hypo
thecæ expressè factę in dicto instrumento concessio
nis,mulier sit præferenda quibuscunque creditorib.
habentibus etiam hypothecam priorem. Anchar. in
consili.308. vbi ait huiusmodi confessionem lapso
decennio idem operari q uera numeratio,per l.fin.
C.de dot.cau.non nume.ubi tex.dicit,q lapso dicto
tempore omnis querela denegatur.Si ergo dicta do-
tis confessio operatur ac si realis & actualis numera
tio facta sit, clara & infallibilis resultat cõclusio, q
dicta auth.res quæ. locum habeat in dote confessata
lapso tẽpore statuto ad opponendum exceptionem
nõ numeratæ dotis,& ita in terminis tenuerunt Bul
ga.in l.1.col.32.ff.solu.mat.Rub.Alex.in d.consi.78.
col.2.& seq.& ita aliàs dixi in cons.85.nu.42.

Non obstant modo quæ in contrariũ allegata fue
rũt.& primò gl.in d.l.asiduis.quia respondetur,illã
esse cõiter reprobatã à Bar.& aliis doc.supra citatis.

Nec obstat tex.in l.si quis post hac.quia respondę-
tur

16 tur ꝙ † ex quo ille tex.uult, ꝙ mulier probet numera
tionem, necessariò debet intelligi quando agebatur
ad dotis restitutionem ante lapsum temporis oppo-
nendi exceptionem non numeratæ dotis. patet quia
in §.1.illius.l.dicitur, ꝙ si aliquid datum est per ma-
ritum vxori constante matrimonio, ꝙ illud non do-
bet applicari fisco, & tamen illud debet potius appli
cari fisco quàm dos, argu.anth.sed iam necesse. C.de
dona.ante nupt.ita Rub.Alex.in d.consil.78.col.2.in
fi.Plot.in consi.130.num.51.inter consi. crimin.Iser.
in constitutionibus regni, cõstitutione, causas. vbi di
cit ꝙ imperitè loquuntur dicentes, ꝙ speciale est in
fisco, ꝙ ipsi dotis confessio non nocet, per dictam l.
si quis posthac.quia dicta lex intelligitur quando su-
nius intra tempora opponendi exceptionem non nu
meratæ dotis, secus quando lapsum est tempus prædi
ctum.l.j.& in authen.quod locum.C.de dot.cau.non
nume.quod dictum sequitur Affli.in d.decis.402.col.
4.in fi.ubi inquit hoc communiter teneri in l.j.ff.so-
lu.matr.& in dicta constitut.causas.in quinto notabi
li.colũ.2.ubi dicit, quòd dicta lex, si quis posthac. lo-
cũ sibi non uindicat lapso dicto tempore, Didac.var.
resol.tomo 2.lib.j.cap.7.colum. 16.in fin.eum princ.
sequentis.

17 Similiter non obstat tertium fundamentum † de.l.
si cui.Quia respodetur, quòd si uerè interpretetur de-
cisio illius.l.hic est sensus, quòd licet nemo alias pos
sit vti beneficio alteri competẽti eo inuito. l.si iudex
circumuento.ff.de mino.attamen creditor inuito de
bitore poterit uti exceptione nõ numeratæ pecuniæ
debitori competenti, secundum Bal.Paul.& Sal.in d.
l.sicut.nec ex hoc sequitur id creditori licere eo tem
pore quo debitori non licuisset, imò sicut debitor ip
se propter tempora à iure statuta non posset ea exce-
ptione uti, ita nec eius creditor, quod ex eadem. l.si
cui.in princ.& in ultimis uerbis colligunt Salyce.ibi
Alex.in d.l.j.num.35.ff.sol.matr.Rub. Alex.in citato
consi.78.num.4.& Didac.var.resol.tomo 2.lib.j.c.7.
col.16.uersic.quod præterea. ubi dicit optimum esse
text.in l.j.§.fi.de bon.poss.contra tab.& in l.j.§.sed si
quis.ff.de separa.

Ad Quartum pariter replicatur, dictam confessio-
nem non præiudicare tertio, nisi lapsa sint tempora
opponendæ exceptionis nõ numeratę dotis: quia lex
prȩsumit pecuniam fuisse numeratam secundum Bar.
& communem, vbi suprà.

Vlterius dicitur, quòd nec marito nec creditorib. cõ
petit exceptio non numeratę dotis, vbi promissio do
18 tis præcessit confessionem ipsius: quia † cõfessio quæ
sequitur post promissionẽ videtur facta animo agno
scendi bonam fidem, ita Cyn.post Pet.ac Pau.de Cas.
in l.in contractibus. §.quoniam, C.de non nume.pe-
cun. Pau.de Cast.in l.j.ubi etiam Rom.ff.sol.mat.ubi
Ang.de Periglis dicit ita fuisse consultum Paduę per
solemnes doctores, ut refert Bar. de Bart.in d.l.j.nu.
210.ubi eum sequitur Roma.in l.si constante. in 4.q.
4.part.ff.soln.matr.ubi ait ita consuluisse in Ciuitate
Castelli.& in consil.445.col.pen.Ripa in l.fœminæ.
num.47.C.de secund.nup.Afflic. in decis.402.col.4.
uer.sed in contrarium, & in constitutione casus.in 5.
notab.Rub.Alex.in citato consi.78.col.4.Crau.in cõ
si.40.in prin.Ceph.in consi.239.in fi.& hanc esse cõ-
munem doctorum sententiam firmat Bero. in consil.
47.col.pen. in fi.nol. Emanuel à Costa in l.si ex cau
tione, in uersi.15.fallit num.2.& Didac.ubi supra co-
lum.12.in prin.ac Plo.ubi supra nume.52. Ex his igi-
tur remanet clarissima iuris conclusio, ꝙ sicut præ-
missa confessio nocet marito, hæredibus & creditori
bus, ita & fideicommissario, & sic quòd dicta authen.
res quæ, locum habeat in dote confessata transacto
tempore statuto à lege ad opponẽdum exceptionem
non numeratæ dotis, cum habeat isto casu talis con-
fessio, ut iam dictum fuit, omnia priuilegia dotis ue-
ræ numeratæ: & tanto magis id dicẽdum uenit, cùm
in terminis nostris agatur de confessione dotis facta
tempore contracti matrimonij, & priusquàm carna-
lis commixtio inter maritum & uxorem secuta fue-
rit, per ea quæ dicit Didac.ubi supra col.17.uer.quòd
si confessio.

S V M M A R I V M.

1 *Concessio iurisdictionis facta per Principem alicui, ui detur cumulatiuè facta, & non priuatiuè.*
2 *Princeps inferiori tantam iurisdictionem dare non potest quin ei remaneat maior.*
3 *Fiscum non habet Ciuitas, sed Papa, Imperator, Romana Ciuitas, & illi, qui non recognoscunt superiorem.*
4 *Bona ubi in fiscum deferuntur, is est loco hæredis cum de actionibus dependentibus à bonis confiscatis agit & conuenitur.*
5 *Hæres succedit in omnibus bonis ubicunque positis.*
6 *Bonorum confiscatio fit in pœnam damnati, ut nudus exulet.*
7 *Occupatio bonorum fit ad subleuationem laborantium.*
8 *Infeudatus de mero & mixto imperio non habet publicationem bonorum, nisi in concessione exprimatur.*
9 *Vasallus si in terra Baronis committat delictum aliquod propter quod bona amittere debeat, illa nõ applicantur Baroni sed fisco Regio.*
10 *Dominus directus non potest cognoscere de primis causis subditorum uasalli, alioquin feudatarium in sua naturali possessione turbare dicitur, adeo quòd cõtra illum agi potest interdicto uti possidetis.*
11 *Quæ conclusio procedit nedum in ciuilibus sed & in criminalibus.*
12 *Inuestitus de mero & mixto imperio & omnimoda iurisdictione habet iurisdictionem priuatiuam in primis causis & non accumulatiuam. & nu.19.*
13 *Inuestitus de mero & mixto imperio potest deputare prætorem pro iure reddendo.*
14 *Protestatio conseruat ius protestantis.*
15 *Emolumenta, mulctæ pœnæ, & condemnationes spectant ad dominum inuestitum de mero, mixto imperio & omnimoda iurisdictione.*
16 *Dominium utile habere in loco nihil aliud est quàm habere utilitatem rei & potestatem de ipsa disponẽdi cum superioris auctoritate quem recognoscit.*
17 *Bona habens in diuersis territorijs, quorum quodlibet habet bursam fiscalem separatam, si delictum cõmune committit propter quod omnia bona ubicunque sita publicentur, unusquisque fiscus bona sui territorij occupat.*
18 *Quòd amplia procedere in crimine hæresis.*
19 *Inuestitus de Regalibus habet publicationem bonorum.*
20 *Bona existentia in territorio uasalli applicantur eius fisco, etsi Principis officialis tulerit sententiam confiscatio-*

fiscationis bonorum.

21 *Bona homicidæ de iure uadunt ad descendentes, ascendentes, uel collaterales usque ad tertium gradum.*

22 *Statutum dicitur ius commune in loco.*

23 *Statutum uniuersale Principis locum etiam habet in terris uasallorum.*

24 *Subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

25 *Decretum Principis Montisferrati de lucro dotis locum etiam habet in terris uasallorum.*

CONSILIVM XXI.

QVOD ratione homicidii perpetrati per Iacobum Merlum, qui condẽnatus reperitur per Magni-Capitaneum Iustitiæ suæ M.C. in confiscatione bonorum uirtute statuti uniuersalis in suo dominio ita disponentis, bona quæ reperiũtur in loco Macelli, & eius territorio infeudato multũ Magnifico Domino Antonio Mantello cum mero, mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, non spectent dicto Domino infeudatio sed occupanda ueniant per fiscum suæ M.C. Infrascripta prima facie suadere uidentur. & Primò,

1 quia† cõcesio feudalis facta dicto domino Antonio & eius antecessoribus de dicto Castro, & loco Macelli non uidetur facta priuatiuè ad suam M. C. sed accumulatiuè, & sic non fuit per ipsam infeudationẽ sublata iurisdictio suæ Maiestati uel suis officialibus cognoscendi de ipso delicto homicidii sed utrique cõ-

2 petit. Nam† Princeps tantam iurisdictionem inferiori dare non potest, quin ei remanert maior, tex. est in c. dudum. §. nos igitur. de præben. in 6. ubi sic dicit Põtifex. etsi Cardinalibus nostris uel alteri potestatẽ dederimus conferendi beneficia, apud nos tamen eadẽ, imò maior potestas remansit. quem text. pulchrum inquit Afflic. in c. j. §. ad hæc. numer. 15. de pac. iur. firm. dixi latè in consi. 9. num. 135. uol. 2. Cum igitur accumulatiuè & nõ priuatiuè infeudatio ipsa facta uideatur, uidetur dicẽdum quòd Magnificus Dominus Capitaneus Iustitiæ potuit contra dictum Iacobum procedere, punire & eius bona confiscare, quæ ueniãt applicanda fisco suæ M.C. unà etiam cum bonis existentibus in dicto loco & territorio infeudato d. Domino Antonio.

Pro qua sententia secundo loco facit. Nam prædictus dominus Antonius fiscum nõ habet, cum nec ali-

3 qua† Ciuitas illum habeat, Afflic. in ca. j. in uerbo bona uacantia nu. 22. quæ sint rega. præter Romanam. l. j. C. de bon. uacan. lib. 10. l. non tantum §. adoptanda. ubi Ang. ff. de pet. hæredi. vel Papam illum, & Imperatorem, & illos qui non recognoscunt superiorem. Afflic. ubi supra. Parpal. in l. j. num. 33. ff. sol. matri. Afflic. in ca. 1. §. ad hæc. nume. 33. de pace iur. firm. sed bona homicidarum confiscantur, igitur dominus Aloisius, qui non habet fiscum, non potest occupare bona dicti Iacobi homicidæ sita in suo territorio feudali, sed a Principe uel eius Camera occupanda sunt.

4 Tertiò accedit, ubi † bona deferuntur in fiscum, is est loco hæredis. unde actionibus dependentibus à bonis confiscatis agit & conuenitur l. tutoris. C. ad. l. Iul. de ui publ. & priua. l. fi matito. ff. solut. matr. si igi-

5 tur hæres, † ergo in omnibus bonis ubicunque positis. l. hæreditas. ff. de regu. iur. l. cum hæredes. ff. de acquiren. pos.

6 Quartò, confiscatio† bonorum fit in pœnam damnati, ut nudus exulet, argum. l. tutelas. §. fin. ff. de cap.

7 diminut. sed † occupatio bonorum fit ad subleuationem laborantium. l. exceptis. C. de uectigal. & com. §. ne autem labor. in authẽ. de iud. ergo bona ista pertinere debent Cameræ suæ Maiestatis, cum dominus Capitaneus Iustitiæ sit ille qui laborauit in perquirendo ipsum homicidam, & in procedendo contra eum.

Vltimò dicitur, quòd ex quo in infeudatione facta dicto domino Aloisio non est expresè concessa pu-

8 blicatio bonorum, quamuis† sit inuestitus de mero & mixto imperio, quòd non potest incorporare bona quæ de iure publicantur ex delicto, Bald. in l. fin. ff. de off. præfec. uigil. per l. primam. C. ne sine iussu princi. Afflic. in cap. 1. §. condemnatorum. nume. 39. quę sint regal. & in capit. 1. §. si quis hominem. in 10. notabili.

9 num. 4. de pace tenen. ubi dicit, quòd† si in terra Baronis uasallus cõmittit aliquod delictũ, propter quod amittere debeat bona sua, illa non applicantur Baroni sed Regio fisco.

Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam omnino amplectendam fore arbitror ex infrascriptis. & Primò, quia consensu omnium receptum

10 est, quòd† dominus directus qui inuestiuit uasallum de feudo cum mero & mixto imperio & omnimoda Iurisdictione non potest cognoscere de primis causis motis, & mouendis in loco uasalli, teste Bald. in rubrica. ff. de rer. diuis. quæstio. 43. quia uasallus habet iura utilia, quę præferuntur directo domino, Iacob. de S. Georgio in inuesti. sua, in uerbo, uicarius. col. 2. in fi. ubi inquit, quòd si dominus inuestiuit uasallum de aliquo loco cum mero, mixto imperio ac omnimoda iurisdictione, & uasallus constituerit prætorem in loco, corã quo inter subditos illius uasalli causa agitaretur, quòd non posset superior inhibere officiali, ne dictam causam cognoscat: quia post quàm dominus eum inuestiuit nõ potest se intromittere de primis causis illius loci ratione utilis domini quod habet ibi uasallus, quod directo præfertur, subdens tamen, quòd superior dominus potest mandare illi officiali, ut intra certum tempus causam decidat, de quo dixi in consi. 43. nume. 22. uolu. 1. & 78. in princ. uol. eo. pro cuius confirmatione etiam nunc addo auctoritates Frau. Marc. in 2. par. decis. Delphi. q. 91. num. 4. Bos. in tract. crim. in tit. de crim. lęse Maiest. num. 99. Abb. in c. cæterum. de iud. Gram. in deci. 30. num. 11. Soc. Iun. in consi. 126. col. 2. uolu. 3. Natta in cons. 580. col. 2. Neuiz. in cons. 61. nume. 11. & Bere. in cons. 74. num. 10. uolumi. j. ubi concludit, quòd feudatarius solus generaliter de omnibus causis inter subditos cognoscere potest, taliter quòd dominus directus in illo se intromittere non debet, alioquin feudatarium in sua naturali possessione turbare dicitur, & contra illum posset agi interdicto uti possidetis, arg. l. fi. cum ibi not. per Bar. ff. uti pos. cum illis notat. per Bal. ubi supra in dicta rub. de rer. diuis. quę

11 † quidem conclusio non tantum locum habet in ciuilibus sed etiam in primis causis criminalibus, ut constat ex not. per Gram. in decis. 30. col. j. ubi decidit, quòd cum in feudo Comitis Sardi fuerit commissum homicidium, & magna Curia delinquentem carcerauerit, quòd ipsum remittere debet d. Comiti inuestito de Ciuitate ipsa Sardi, Bos. ubi supra. Nam apud dominos di-

12 rectos ignotum esse non debet, quòd† uasalli eorum habent iurisdictionem priuatiuam quò ad eos & nõ accumulatiuam, Rom. in cons. 393. Gram. in decis. 30. di. 21 in consi. 1. num. 43. & 25. uolu. 2. Soci. Iun. in consi. 126. col. 3. uolu. 3. Menoch. in trac. de arbit. iud. quest. 8. Plot. inter cons. crimi. diuersi. doct. consi. 133. num. 29. Hac igitur conclusione sic stante, quę (ut dixi) ab

omni

omnibus indifferenter approbatur, ex ea infertur, ꝙ cum dominus Aloisius sic utilis dominus dicti loci, & in quo deputauit prætorem pro iure reddendo tã
23 in criminalibus, quam in ciuilibus, † & quem constituere potuit, Cur. Iun. in consi. 2. Cepha. in cons. 241. num. 85. & Iacob. de S. Georg. in dicto versi. Vicarius. col. 2. in fi. cum sequen. & dictus homicida sit dicti loci originarius ac super eius territorio deliquerit, ꝙ cognitio & punitio talis delicti ac confiscatio bonorum sitorum in dicto territorio spectat ad eum. & eo magis id dicendum uenit, cum ipse dominus uasallus interpellauerit, & requisiuerit dictum dominum, Capitaneum Iustitiæ ad ei remittendum dictum delinquentem, & contra eum protestatus fuerit in scriptis de naturali sua possessione sibi per eum turbata quæ
24 † conseruauit ius ipsius protestantis. l. si creditor. §. j. ff. quib. mod. pign. uel hyp. soluitur.
25 Secūdò facit. Nam nulli dubium est, quòd † omnia emolumenta, mulctæ, pœnæ, & condemnationes delinquentium in loco infeudato spectant ad uasallum inuestitum de mero, mixto imperio & omnimoda iu
26 risdictione, qui habet † utile dominiū in loco, quod nihil aliud est quàm habere utilitatem rei, & potestatem de ipsa disponendi cum superioris auctoritate quem recognoscit, Pau. de Cast. in consil. 353. column. j. uol. 1. Bal. in l. j. q. 43. de rer. diuis. hoc est meri imperii, Bar. & alii in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud. dixi in consiliis supracitatis 48. & 78. quod & uoluerunt Bos. in dicto suo tract. in titu. de pœnis. num. 25. Natta in consi. 580. col. 4. & sequent. Andr. de Eccles. inter consilia feudalia diuers. doct. consi. 58. col. 3. in prin. & Mart. de Garrat. in consi. 58. num. 55. inter cōsi. crimi. diuers. doc. si ergo debet habere emolumēta, mulctas & condemnationes, ergo & bona confiscata, quæ reperiuntur in eius territorio, cūm ad habentem merum & mixtum Imperium ac omnimodam iurisdictionem spectet confiscatio bonorum delinquētium in suo feudo, ut latè dixi in dictis cōsiliis 48. & 78. Natta in d. consi. 580. col. 4.

Tertiò dicitur, quòd etiam dato sed non cōcesso, quòd ipse dominus Capitaneus Iustitiæ potuisset procedere & confiscare bona dicti homicidæ, tñ ex quo istud est delictum commune, quòd bona confiscata quæ reperiūtur in territorio dicti feudi domini Aloisii ad eum spectant, ex communi sententia Bar. & aliorum in l. cunctos populos. col. fi. C. de sum. trini. & fi. catho. ubi omnes uno ore concludunt, quòd quando iurisdictiones sunt distinctæ, & bursæ fiscales separatæ, si publicatio fit de iure communi, quòd extēditur ad omnia bona alibi sita, tamen quælibet Ciuitas habebit bona in suo territorio existentia, Bal. in l. ex facto. ff. de hæred. institu. ubi tradit post Petr. ibi per eū
27 citatum, quòd † si confiscantur bona alicuius qui in diuersis territoriis bona habeat, quorū quodlibet separatam bursam fiscalem, unusquisq; fiscus occupat bona sui territorii, & cum fiscus loco hæredis habeatur. l. tutoris. C. ad l. Iul. de ui publ. quilibet fiscus potest agere in territorio suo cōtra debitores illius, cuius bona confiscata sunt, & pariter respondere tenebitur creditoribus sui territorii quilibet fiscus, Alex. in consil. 31. col. j. & 3. uol. j. de hoc latè dixi in dicto consi. 78. num. 14. cum pluribus sequentibus. & in tracta. de lucro dotis quæsti. 20. num. 10. quibus addūtur & nunc Gigas in suo tract. crim. læsæ Maie. q. 2. Mars. in l. fi. num. 186. ff. de iurisd. om. iud. Soc. in consi. 101. col. j. uer. confirmatur. Roma in sing. 478. Cass. in consitu. Burgun. in rubr. 9. §. 15. in uer. & les hæreditages
28 Guid. Pap. in quæsti. 76. ubi † in crimine hæresis tenet bona confiscata ad feudatarium pertinere, quādo bona sint sita in eius territorio, de quo facit mētionem Natta in consil. 580. nu. 16. quam partem etiam in dicto crimine hæresis tenuerunt And. ab Ecclesia in d. consi. 58. cui se subscripserunt Martin. de Giratis Luchinus de Curte Ambro. de Vignate Iac. de Put. Ioan. de Grassis & Galeot. de Bragnis. Plot. in consil. 130. inter consi. crim. diuers. docto. nu. 15. Vnde ex hac cōmuni opinione concluditur, ꝙ licet sententia fuerit iustè per dominum Capitaneum Iustitiæ lata, ꝙ tamē negatur, cum nō potuerit se impedire de dicto delinquente ex causis supra relatis, ꝙ bona sita in dicto territorio feudali domini Aloisij suo fisco spectant & non fisco suæ M. C.

Verum quia prædicta sententia redderetur dubia, nisi respondeatur obiectis & adductis in contrarium Ideo ad ipsorum resolutionem me conuerto, & dico ad primum argumentum, ꝙ illud non procedit, quando dominus inuestiuit uasallum de feudo cum mero mixto imperio & omnimoda iurisdictione, quia tūc cum non habeat iurisdictionem Princeps accumulatiuam, sed priuatiuam in dicto feudo respectu primarum causarum, ut supra in prima conclusione demōstratum fuit, cessat obiectum, ut per Gram. & alios supra citatos, quos non repeto.

Similiter non obstat secundum; Quia respōdetur, ꝙ dominus habet fiscum, ut demonstratur. Quia habet regalia † uigore quorum habet publicationem bo
29 norum, quæ est ius regale. c. j. in verbo condemnatorum. quæ sint regal. ubi Affic. nu. 39. quærit, an Barones, qui habent merum & mixtum imperium ex priuilegio Regis, possint sibi incorporare bona, quę de iure publicantur ex delicto, & dicit ꝙ non, nisi expressè hoc dicatur in priuilegio: quia publicare bona est ius regale, Parpal in l. j. nu. 33. ff. solut. mat. ubi inquit inuestitos de regalibus habere fiscum.

Non obstat & tertium: quia respondetur, ꝙ quilibet in bonis sitis in sua iurisdictione occupabit bona non tanquàm hæres sed tanquàm bona uacantia, & cuilibet creditori pro rata satisfacere tenebitur. l. si certarum. de testa. milita. ita Andr. ab Ecclesia, ubi supra, quem sequitur ibi Subscribentes se ad illud consilium; Itē respondetur, non esse inconueniens unius hominis plures esse hæredes, qui omnes succedant in vniuersum ius defuncti, & unus habebit bona existētia in uno territorio & alius in alio, ut probatur in c. relatum, il 2. de testa. c. cum quis, in fi. de sepult. in 6. Ideo nimirum si unusquisque habens iurisdictionem & dominium ac bursam separatam ab alio, occupat bona in suo dominio & territorio existentia l. si quādo. C. de bon. uacan. lib. 10. Martin. de Gara. in consil. 58. inter consilia crimi. diuers. doct. cui se subscripsit dominus Luchinus de Curte.

Ad Quartum respondetur, quòd argumentum non ualet: quia si illud esset uerum, destrueretur communis theorica Bar. & aliorum in d. l. cunctos populos, ubi uolunt, ꝙ si delictum commune est commissum, per aliquem & confiscantur bona ipsius per unum iudicem, ista sententia operatur nedum respectu illius iudicis qui laborauit in inquirendo, procedendo & puniendo, sed etiam effectum, quòd bona sita in alio territorio possint occupari per fiscum illius territo-
30 rii, & tamen iudex illius nihil laborauit, & ꝙ † bona existentia in territorio uasalli applicari debeant fisco uasalli, si officialis Principis ferat sententiam cōfiscationis bonorum, uoluit Brun. in consil. 31. col. 3. uer. circa secundum. Natta in consi. 580. nu. 14. Mart. de Laud. in consi. 58. inter consilia crimin. diuer. docto. & in tract. de fisco quæsti. 24. Andr. ab Ecclesia, in consi. 58. inter consi. feud. diuers. doct. Afflic. in decis. 232.

232.num.12.Boer.in decis.263.Neuizan.in consi.61.
Plot.in consil.130.nu.15.inter consilia crimin.& ibi
Mart.Gara.in consi.58.col.fi.

Ad ultimum respondetur, ꝙ ex quo dominus Aloi
sius est inuestitus de Regalib.cessat dictum argumen-
tum, cum uigore regalium habeat fiscum & publica-
tionem bonorum, ut supra dictum fuit.

Nec habet obstare si dicatur, quòd etsi delictum ho
micidii sit commune, tamen pro eo de iure commu-
ni non imponitur pœna confiscationis bonorum:
21 quia † bona uadunt ad descendentes, ascēdentes, uel
collaterales usque ad tertium gradum, sed tantū per
statuta suæ. C. Maiestatis imponit pœna confiscatio-
nis bonorum pro homicidio. auth. bona damnatorū.
C.de bon.dam. Affli.in c.j.§.iniuria.in 3.not. de pace
iur.firm. Quia respondetur, quòd etsi talis pœna non
imponatur de iure communi sed uigore dicti statuti,
22 tamen † statutum ipsum dicitur ius commune in pa-
tria.§.ius autem ciuile, de iure natu.gent. & ciuil.ubi
not.omnes.l.omnes populi.ff.de iustit.& iur.Bero.in
consi.50.num.33.uol.j.Por.in consi.48.num.5. Bald.
in l.j.C.de confes.Abb.in c.fi.nume.24.de foro com-
petent. & ideo ius commune quod seruatur in do-
minio suæ Maiestatis Cæsareę debet etiam seruari in
loco infeudato dicto domino Aloisio uigore statuti
disponentis, quòd in criminalibus pęnæ omnino exi
gi debeant secundum statuta ordinata per suam Maie
statem & non secundum statuta locorum: quia ob le-
uitates pœnarum datur facilis materia unicuique de
linquendi: Nec habet obstare si obijciatur, quòd statu
tum prædictum loquitur de criminalibus, in quibus
pœnæ applicari debent fisco suæ Maiestatis & nō in
pœnis applicandis fisco quem habent uasalli in suis
23 feudis: quia respondetur, id † locum etiam sibi uindi-
care in pœnis applicandis fisco dominorum utilium
locorum infeudatorum, cum fiscus uasallorum idem
ius habeat quod fiscus Principis, ut per plura demon
strat Natta in consi.346.ubi loquitur de decreto Mar
chionali presentia status Montisferrati, concludēs il
lud etiam habere locum in locis uasallorum: quia cū
fiscus uasallorum sit subrogatus loco fisci, quem Prin
24 ceps habet, sequitur quòd † subrogatus sapit naturam
eius in cuius locum subrogatur l.si eum.§.qui iniuria
rum.ff.si quis caut. quę opinio etiam probatur ex no.
per Pau.de Cast.in consi.365.in 2.uol. ubi etiam con
25 cludit, quòd † decretum Marchionale Montisferrati
disponens, quòd mortua uxore alicuius terræ suę si-
ne liberis ex ipso matrimonio derelictis, uel si nati
mortui fuerint superstite marito ipse succedat in do-
te uxoris prędefunctę, locum habet, & seruandum est
in Castro feudali, de qua quęstione tractaui in libro
meo de lucro dotis, quęstione 86. Vlterius dicitur, ꝙ
cum non adsit aliquod statutum speciale de hoc di-
sponens in loco infeudato dicto domino Aloisio,
standum est statuto uniuersali suę Maiestatis, iuxta
doctrinam Bart.in l.prima, quæst.16.C.quę sit long.
consuet.Paul.de Castro in consi.19.colum.prima, uo
lu.2.& per alia quę tetigi in dicta quęst.85.nu.3.cum
sequenti.

Ex his igitur concludendum uidetur, quòd cum mulctę, condemnationes & publicationes bonorum sint, fructus iurisdictionis, Bald.& doct.in l.diuortio §.si nos.ff.solut.matr.Bar.in l.fi.eod.ti.Ioan.de Amicis in consi.49.nume.10.& Natta in dicto consi.580. quòd omnino dicta bona sita in dicto territorio feudali domini Aloisij ex rationibus, iuribus & auctoritatibus supra allegatis, ad eius fiscum spectent & pertineant.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum de re feudali fieri non potest per uasallum sine consensu domini in arbitratorem.*
2 *Compromissum de re feudali fieri potest per uasallum in arbitrum sine licentia domini. sed contra secundum communem nu.11.*
3 *Vasallus potest agere & cōueniri super feudo, & sententia contra eum lata nocet domino etiam ignoranti. declara ut in nu.23.*
4 *Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.*
5 *Emphyteuta potest compromittere in arbitrum de re emphyteutica sine consensu domini. sed contra numero 18.*
6 *Alienare qui non potest, rem in iudicio deducere non potest.*
7 *In iudicio quasi contrahitur.*
8 *Vasallus per uiam contractus, uel quasi, feudum alienare non potest sine licentia domini.*
9 *Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, pro ueritate habetur.*
10 *Alienare, qui non potest, compromissum facere nō potest.*
11 *Compromissum fieri non potest in arbitrū de feudo per uasallum sine licentia domini existentis etiā in partibus longinquis.*
12 *Compromissum in arbitrum de re feudali fieri non potest per uasallum in præiudicium domini transferendo in alium feudum: aliàs secus.*
13 *Dominus non cogitur habere alium in uasallum quàm quem uelit.*
14 *Compromissum de re feudali factum in arbitrum non ualet nisi fiat in Pares curiæ.*
15 *Pares curiæ illius qualitatis esse debent cuius sunt litigantes.*
16 *Compromissum de feudo in arbitrum fieri non potest sine licentia Domini, nisi quando inter litigantes est quæstio super feudo: quia unusquisque dicit feudum ad se spectare.*
17 *Compromissum inter litigantes de feudo fieri non potest in arbitrum, quando unus & alter essent ex alio feudatarij Imperatoris.*
18 *Compromissum inter litigantes de feudo Imperiali fieri non potest: quia solus Imperator inter eos iudicat.*
19 *Inferior ab Imperatore non potest cognoscere de feudo Imperiali & de suis priuilegijs.*
20 *Vasalli litigantes de feudo non possunt prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine licentia Domini.*

CONSILIVM XXII.

ILLVSTRIS Domino. Si à me re-
1 quiritur, an † per uasallum fieri po-
tuerit compromissum de feudo ir-
requisito Domino directo in arbi-
tratorem, dico intrepidè ꝙ non, ut
uoluerunt Alua. Præpos. & Affli.in
c.j.§.si inter pares, de lege Curradi. Soci.Iun.in cons.
77.num.76.uol.j, Cur.Iun.in trac.feud. in 4.par.in 9.
q ver.succedit. Iac.de S.Geor.in inuest.feudali.in ver
bo, & cum pacto de non alienando.col.3.in fi.ver.sed
dubitatur adhuc, Alipr.in consi.19.num.15.inter cō-
silia

filia Montisferrati. Io. Baptista Vicemalla in consi.1. nume.154.inter consi.feudalia diuers.doct. Clar.in §. feudum. q.39.vbi dicit q omnes in hoc conueniunt: quia cum arbitrator nullo iuris ordine seruato procedat, meritò non debet vasallus, cui interdicta est omnis alienatio, actum posse facere per quem sequatur alienatio. Frider.Schenc.in d.ca.j.§. si inter pares. nume.1.

Si verò quæritur, an illud fieri potuerit in arbitrũ, quæstio ista teste Cur.Iun.in tract.feud.in 4.part.q.9. est periculosa propter magnam altercationem doctorum,ut inquit Soci.Iun.in consi.77.num.76.uolu. j.& ideo ut ueritatem eius degustasse uidear, illã per contraria breuiter & succinctè examinabo. Prima igi

2 tur facie dicendum uidetur, q † illud fieri potuerit sine consensu domini,per tex.in c.j.§.si inter. de lege Corradi.in c.1.an apud iud.uel dom.c.1.de inuest.in mar.fac.glo.in c.1.§ pen.de prohi.feud.alie. per Fed. Spe.in ti.de arbit.§.restat.uersi. sed nunquid uasallus. quem sequitur Rom.in l.1.§.& post operis. ff.de ope. no.nunt.& in l.iusiurandum quod ex conuentione.§. 1.ff.de iureiuran.Alua. in d.§.si inter.ubi etiam refert ita tenere Iac .Collo.Iac.de Beluis.Nic.de Neap.& Iaco.Ardizo. Pileus in summa feudorum.Iac.de S.Geo. in dicto uerbo,& cum pacto de non alienando.col.3. circa fi.ver.sed an vasallus, Præpos.in d.§.si inter;pro qua sententia facit tex.in c.1.§.si uasallus. l'ultimo.si

3 de feudo suer.cõtro.inter dom. & agna.ubi † uasallus potest agere,& conueniri super feudo,& sẽtẽtia lata contra uasallum nocet domino etiam ignoranti: unde si sententia nocet,pariter compromissum & laudum debet nocere, facit etiam tex.in ca.1.de contro. inter uasal.& alium de benef. ubi vasallo datur facultas litigandi actiuè & passiuè super feudo,ergo sibi li

4 citum esse debet cõpromittere in arbitrum, cum † arbitria sint redacta ad instar iudiciorum.l.1.ff.de arbi. Accedit quoque quod scribit Bal. in l.fi.§. fi.in fin.C.

5 com.de leg.ubi concludit, † emphyteutam posse de re emphyteutica compromittere in arbitrũ sine consensu domini,motus; quia compromittendo nõ dicitur alienare,licet arbiter adiudicet rem emphyteuticam aduersario: quia per sententiam arbitri non transfertur dominium c.Raynaldus.de testa.

Sed præmissis non obstantibus iuridicam esse arbi

6 tror partem contrariam,quod probatur. Nã † qui non potest alienare non potest rem in iudicio deducere. l.ait prætor,ubi Bar.Ang.& Pau.ff.de iure delib. Soc. Iun.in consi.181.num.93.uol.2. ubi dicit ita arguere Andr.de Isern.in ca.1.§.si uasallus.de feudo.in 2.col. uer.sed nunquid hæc sententia.si de feud.fuer.cõtro. inter domin.& agna.Dec.in consi.445.num. 24.& ra

7 tio esse uidetur: quia † in iudicio quasi contrahitur.l. 3.§.idem scribit. ff.de pecul. & ideo sicut non potest

8 uasallus † alienare feudum per niam contractus siue consensu domini,c.Imperialem.in princip.de prohi. feud.alien.per Fede.ita nec per quasi contractũ: quia

9 potest sequi alienatio mediante sententia † quæ pro ueritate habetur, quando transiuit in rem iudicatam.

10 l.res iudicata.ff.de reg.iur. & sic † qui non potest alienare non potest facere compromissum: quia per eum potest sequi alienatio,c.cum in tempore. de arbi.Deci.in consi.39.col.2.282.col.1.in fi.300.col.j.& 475. col.fi.Soc.in consi.18.col.antepen.& 87.colum.2. Simo.in consi.23.colum.2.inter consilia status Montisferrati.

Secundò,in terminis quæstionis nostræ ita tenuerunt Hostien.Ioan. Andr.Card.Imol.Butr.& Abb.in dicto capitul.cum in tempore. Ias.in l.fin.in nona quæstione.C.de iure emphy.in l.iusiurandum quod ex conuentione.§.pupillus.columna prima,ff.de iure iur.& in consilio 168.numero 13.volum.4.Afflic.in decis.285.colum. penult. ubi ita notatur per sacrum consilium. Crot.in consilio 114.num.5.Ioan.Baptista Vicemalla in consilio primo,num.134.inter consilia feud.Mart.de Laud.in trac.de principibus. conclusione 261.Alexan.in consilio primo,columna penultima,uolumine quinto.Andr.Isern.in constitutione,constitutionem.Alipr.inter consilia status Montisferrati decimonono, numero 20.uers.contrariam partem.& Illustrissimus Card.Simon.ibi in consilio 23.colum.2.quam partem uti communi calculo receptam attestantur.Socin.Iun.in consi.77.nu.76.volu. 1.& Clar.in §.feudum. quæstione 39.Nec habet ob-

11 stare,quòd † ista sententia non procedit quando Princeps & sic dominus directus est multum absens,ut puta in Alemania, ut per Hostie.in sum.de feud.§.quid si Archiepiscopus.Quia respondetur,dictum eius fore alienum à ueritate, ut inquit Isern.in ca.Imperialem.in princ.de prohi.feud.alien.per Feder.vbi etiã hoc dicit procedere , si dominus non esset de breui reuersurus.Nam princeps non potest dici tandiu longe,quin ad minus causas iustitiæ committat alicui,ut uidemus quotidie fieri & praticari per Cæsaream Maiestatem teste Alipran.ubi supra, numero 31.pro cuius confirmatione facit quòd dixit Ias.in dicta.l.finali,in nona quæstione.ubi etiam tenet emphyteutam non posse cõpromittere sine consensu domini, quẽ sequitur Alipran.ubi supra numer.20.uer. contrariã partem.

Secundò dicitur,quòd etiam dato sed non concesso,quòd altera pars esset uera , tamen quòd ipsa lo-

12 cum haberet,quando † compromissum non tenderet in præiudicium domini,ut quia feudum non transferretur per uasallũ possessorem in alium,secus si feudum mutaret possessorem,quia tunc non ualet compromissum,ita Præpos.in cap.si uasallus l'vltim.vers. & ideo.si de feud.fue.cõtro.inter dom.& agn.vbi cõcludit,quòd si fit compromissum,ita tamen quòd res feudalis non habeat mutare possessorem , tale compromissum ualet,secus uerò si haberet mutare possessorem,quam etiam sententiã amplectuntur Cardi.Zabar.in cap.cum in tempore.de arbitr.Alexan.in consilio primo,col.penul.uersi.& posito.vol.5.Socin.Iun. in consi.77.nu.79.vol.1.Afflic.in constit.regni in cõstitutione,diuæ memoriæ.& Clar.in d.§. feudum.quæstio.39.Ias.in dicta.l. iusiurandum quod ex conuentione §.pupillus.col.1.Nam isto casu inficiari nõ põt quin sequatur alienatio, quæ inconsulto Principe fieri nõ potest.c.Imperialẽ.in prin.de prohibit.feud.alie.

13 per Feder.& † quia dominus cogatur alium habere in uasallum quam quem uelit, contra c.si.de duobus fratr.de nouo benef.inuest.Alexan.in consi.10.col. 2.uers.3.pro ista parte,uol.5.Soci.Iun.dicto cons.77. nu.89.Nam in præiudicium domini clarum est quòd nun potest fieri, iuxta Spec.ubi supra. Fride.Schenc. in d.capit.1.§.si inter pares.numer.1.ac alios supra citatos.

14 Tertiò dicitur, q † dicta conclusio affirmatiua locum habere non potest,quando compromissum non fuisset factum in Pares Curiæ,ut requiritur secundum Afflic.in d.§.si inter pares.in 1.notabili.quem sequi

15 tur Soci.Iun.in d.consi.77.nu.78.Nam † Pares Curiæ, illius qualitatis esse debent cuius sunt Vasalli litigantes, & ideo si uasallus litigans cũ dño est Comes uel Baro,certe Pares Curiæ,qui habent de causa cognoscere debent similiter esse Comites uel Barones, Imo.Ioan.An.& Abb.in c.cæterum. de iud. Iacob. de Sancto Georgio,in inuest.feu.in uerbo. & dicti uasalli

li pro dictis rebus.col.5.in uersi.ulterius.& ideo cogitandum erit, si compromissum factum non fuisset in Pares Curiæ & eius qualitatis, de qua supra, non ualeret.

16 Item etiam aduertendum est, ꝙ † dicta conclusio locum habet quando inter litigantes est quæstio super feudo: quia quilibet dicit illud ad se spectare & se inuestitum ab eodem uel diuerso domino, aliàs secus, & ita propriè loquitur text. in d.§.si inter pares.& alia iura supra pro parte aduersa allegata, quæ ita intelligunt Iaco.de Beluis.Bald.Isern. Alua. Præpos.& Laud.in d.§.si inter. Docto.in ca.j.§.præterea si inter duos.de prohi.feud.alie.per Feder.Soc.Iun.in d.consi.77.num.82.Simoneta in citato consi.23.col.2.uersicu.& in casu, Iaco.de S.Geor.in dicto verbo, & dicti uasalli.col.1.Curt.Iun.in tracta. feud.in 7.par.col.2.uersi.2.fallit; itaque si quæstio inter duos prætendentes se feudatarios, nō fiat sed inter vnū uasallū & aliū qui non est, compromissum non ualuit. Imò plus dici

17 tur, quòd etiam dato quòd † inter eos esset controuersia de feudo non posset causa coram arbitro tractari sed tantum coram domino directo, si tam suus quàm alter eorū ex alio essent feudatarii Imperatoris, Mar. de Laude.& in dicto capit.primo, §.præterea si inter duos, de prohi.feud.alie.per Fede.Soci.Iuni.in d.consi.77.nu.82.

Præterea quoque considerandum est, ꝙ præmissa sententia locum sibi uindicare non potest, vbi litigātes uasalli super feudo sunt Duces, Comites, aut Ba-

18 rones, & sic immediatè subiecti Imperatori; quia † tūc solus Imperator inter eos iudicat c.1.apud quem uel quos cōtro.feud.& ita determinant omnes feudistæ, ut inquit Curt.Iuni.in 7.parte in prima regula.quem sequitur Clar.in §.feudum.quæst.10.uersi.si uerò.Bal. in consi.121.uol.3.col.7.uersi.alia ratione. ubi dicit, quòd cum Castra, de quibus in casu suo, sint feudalia Imperatoris, non potest de iure castrorum sine licentia Imperatoris compromitti, uel in domino Rege iurisdictio prorogari: quia cum Comes sit uasallus Imperii & Castra de territorio Imperii præsumūtur feudalia, ut not.omnes in ca.Imperialem.§.præterea. de prohibi.feud. alie.per Feder.unde sicut de eis non potest fieri alienatio per contrarium sine licētia Imperatoris, ita nec per iudicium prorogatum, aliàs de facili possent lites fingi & feudum contra suam naturam alienari, quod esset absurdum.l.cum hi.§.si cum lex.ff.de transac.cuius dictum approbat Ias.in consil.

19 168.col.8.uol.4.Nam † de feudo Imperatoris & eius priuilegiis nullus inferior ab eo potest cognoscere c.cum uenissent. de iudi.ubi de priuilegiis Papæ non potest fieri compromissum, quia nullus cognoscit nisi ipse, & ideo inquit Bald.in ca.1.§.Marchio.colum. j.uer.& ita consului.qui feud.dar.pos. se consuluisse, ꝙ Comes Sabaudiæ non potuit cōmittere Regi Francorum causam de quibusdam Castris feudalibus Imperii sine expressa licentia Imperatoris. Ioā.Baptista Vicemal.in consi.1.num.154.inter consi.feud. Socin. Iun.in citato consi.77.nume.79.Alipran.in d.consil. 19.num.24.Alex.in consi.j.col.pen.uol.5.Nam com-

20 munis opinio est, quòd † uasalli de feudo litigantes non possunt prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine licentia Cæsaris, Bart.in l.j.§.& post operis. ubi & alii.ff.de no.oper.nun.Bal.in c.j.col.1.de iudi. ubi assignat rationem, & hanc esse communem doctorum sententiam firmat Clar.in d.q.90.uersicu.sed quæro nunquid.

Restat modo ut remoueantur quæ ex aduerso adducta fuerūt, & in primis dicitur, ꝙ etsi extent auctoritates supra allegatæ pro contraria parte, tamen ꝙ communis opinio est in contrarium, ut sine cōsensu domini de feudo non possit fieri compromissum in arbitrū, ut constat ex auctoritatib.supra citatis, quas amplius non transcribo. Vel & secundò responderi potest, quòd illa opinio locum sibi uindicet in casib. supra recitatis & non aliter.

Similiter non obstat, ꝙ sicut Vasallus potest agere & conueniri super feudo & sententia contra eum lata noceat domino etiam ignoranti; quia respōdetur, ꝙ tex.in d.cap.si uasallus. procedit altero de duobus modis: Primo, quòd tunc demum sententia cōtra uasallum lata, & sic laudum nocet domino, quando uasallus nuntiauit domino, seu fecit omnem diligentiā ut dominus sciret, secundum Bald.ibi in d.§.si uasallus.l'ultimo.aliàs secus.

Secundò, respondetur secundum Iser.Alua. & Moder.ibidem, quòd tunc sententia lata contra vasallum nocet domino, quando dominus ex persona uasalli ad rem feudalem uult uenire, secus quando dominus ex propria persona ad rem ipsam agit, tūc sententia non nocet, cum qua declaratione etiā permansit Simoneta in citato consi.23.col.2.in fi. cum principi.sequentis.

Ex his igitur, quæ supra collecta sunt, poterit amicus Illustris dominationis suæ cognoscere si compromissum, de quo loquitur, sit ualidum uel ne.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum dicitur quod in testamento reperitur declara ut in nu.27.*

2 *Asserenti fideicommissum extare incumbit ei onus probandi.*

3 *Verborum significationi est standum.*

4 *Fideicommissum dicitur onus, & grauamen, naturali administrandarum rerum libertati contrarium.*

5 *Fideicommissum de facili induci non debet, nisi de mēte testatoris dispositiua appareat.*

6 *Testatorem non sufficit ita uelle, nisi talis uoluntas transeat in dispositionem.*

7 *Regula quæ habet, quòd mens magis attendi debet quàm uerba, limitatur generaliter quando de tali mente aliquo modo constat dispositiuè. alioquin non esse seruandam tanquàm abortiuam.*

8 *Interpretatio fieri debet in dubio in benigniorem partem, ut onus non sit iniunctum. uel ut hæres minus grauetur.*

9 *Fideicommissum simplex & absolutum non inducitur si testator prohibet alienationem, quia uult bona conseruari in familia, sed ita demum si secuta est alienatio contra prohibitionem.*

10 *Prohibitio alienationis dicitur nuda, si in ea non sunt adiecta uerba, ut in familia relinquatur.*

11 *Voluntas testatoris primo loco perquirenda est in interpretatione testamentorum.*

12 *Voluntas testatoris dicitur totum facere.*

13 *Voluntas testatoris omnia dominatur & regit.*

14 *Prohibitio alienationis facta per testatorem iuncta ratione: quia uult quòd in familia remaneant, secundum aliquos simplex fideicommissum inducit.*

15 *Verba enuntiatiua prolata per modum causæ, dispositionem inducunt.*

Inducta

16 *Inducta ad unum finem non debent operari contrarium effectum.*
17 *Prohibitio alienationis facta à testatore adiecta causa: quia uult bona semper remanere in familia, fideicommissum simplex & absolutum inducit.*
18 *Dictio semper, exponitur omni casu & omni tempore.*
20 *Dictio perpetuò, æquipollet dictioni semper & sinonimè procedunt.*
21 *Fideicommissum simplex & absolutum inducitur, quando testator non per modum causæ enuntiatiuè prolatæ sed per modum rationis dispositiua expresiè uult, quod bona remaneant in familia.*
22 *Fideicommissum simplex & absolutum inducitur, quoties testator prohibet alienari bona extra familiam: quia uult quod in familia relinquantur.*
23 *Fideicommissum simplex & absolutum inducitur, quando prohibita est alienatio bonorū: quia testator uult quod bona uadant de hærede in hæredem.*
24 *Fideicommissum simplex admittitur, quando ex qualitate rei prohibitæ alienari prohibitio de se erat ualida: ut quia erat turris uel palatium maiorum.*
25 *Quod amplia procedere etiam in domo uel possessione.*
26 *Fideicommissum & si hæredi sit onus, tamen testatori est fauorabile, cuius interest eius uoluntatem adimplere.*
27 *Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium continens gradus & distinguens numeros.*
28 *Linea patris est illa quæ originem habet & descēdit à patre.*
29 *Illud pro expresso haberi debet, de quo si testator fuisset interrogatus ita respondisset.*
30 *Voluntas sola in fideicommissis attenditur.*
31 *Absurditas euitanda est in quantum fieri potest.*
32 *Absurditas ut euitetur receditur à propria significatione uerborum.*
33 *Filiorum appellatione, ut absurditas euitetur, comprehenduntur nepotes.*
34 *Substitutio concepta in uno casu, & si extendatur ad alium casum, tamē extensio cessat quando ea mediāte sequeretur absurdum, quod magis dilectus fieret deterioris conditionis quàm minus dilectus.*
35 *Testator uidetur habere maiorem affectionem ad proximiores.*
36 *Testator non censetur in suo testamēto apposuisse uerba superflua.*
37 *Verba ultimo loco in fine posita, quæ aliàs solent regulariter referri ad omnia præcedentia, referuntur solum ad proxima, ne uerba reddantur superfluè posita.*
38 *Dictio semper, præcisam dicitur habere uirtutem.*
39 *Dictio semper, de facili ad certi temporis præfinitionē non restringitur.*
40 *Linea aliquando capitur effectiuè aliquando contentiuè.*
41 *Legitima eligi non potest neque capi in bonis in quibus facta est substitutio, si alia bona non uiliora supersint.*
42 *Iudex uoluntatem testatoris sequi debet sicut uenator leporem.*

CONSILIVM XXIII.

CVM in præsenti consultatione, ut exordiar cum Soci. Iuni. in consil. 101. in princip. uolum. primo, agatur de interpretanda uoluntate testatoris, quem non audimus, & qui eius mentem nobis aperire non potest, & dicimur in tenebris ambulare, iuxta dicta per Bal. in l. precibus, col. 7. C. de impn be. & aliis substit. sæpenumero enim contingit testatorem aliquid uoluisse & tamen non rogasse, ut eleganter dixit legislator in l. si sponsus. §. si quis rogatus. ff. de donat. inter vir. & vxor. sequendo testatoris voluntatem iuxta verborum testamenti importātiam instar boni venatoris, qui pedetentim vestigia leporis sequitur, Bal. in l. quidam. C. de necess. ser. hæredi. instit. Conabor pro viribus meis quanto celerius quid iuris sentiam explanare, & accedendo ad rem, Prima facie dicendum videtur, quòd in casu de quo agitur, vt utar verbis Celsi Iurisconsulti in l. qinquaginta. de probatio. fideicōmissum aliquod simplex & absolutum factum non fuerit de possessione Gadii per quondam Illustr. Comitem Paulum de Iustis in suo testamentu, nisi in casu alienationis, quia de eo nullum verbum in testamento dicti Comitis: Nam in
1 materia fideicommissi solet dici, quòd †fideicommissum locum habet quod in testamento reperitur, Soc. in consil. 61. colum. 3. volum. tertio. dicens, quòd ita dixerunt Ioan. Andr. Oldra. & Abb. in locis per eum citatis. Socin. Iun. in consi. 101. colum. prima, volu. 1. iu consil. 180. colum. secunda, in princi. volum. 2. vbi
2 etiam inquit, quòd † asserenti contrarium incumbit
3 onus illud euidenter probandi, cum aliàs † verborum importantiæ seu significationi sit standum. l. non aliter. ff. de leg. 3. rursus in consi. 102. nu. 23. volu. j. Lancel. Galiaul. in l. centurio. colum. 66. de vulg. & pupi. quem refert. Soc. Iun. in consi. 111. nu. 27. & in consil. 118. nu. 18. vol. eod.
4 Secundo facit: quia † fideicommissum dicitur onus & grauamen naturali administrandarum rerum libertati contrarium. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupil. l. ex tribus. cum ibi notatis. C. de inoffi. testa.
5 ideo † tam facile induci non debet, nisi de mente testatoris dispositiua appareat. l. quidam cum filium. ff. de hæredi. institu. vbi Bald. & Imol. cum non sufficiat
6 testatorem ita velle, nisi talis voluntas transeat in dispositionem. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tollen. Ias. in l. tertia. versicu. 3. intellige. C. de li-
7 ber. præteri. vbi concludit, quòd † regula quæ habet, mentem attendi magis quàm verba, limitatur generaliter, quando de tali mente modo aliquo constat dispositiuè, alioquin non est seruanda tanquam abortiua & non explicatiua voluntas, secundum Port. in consi. 40. num. 4. consi. 55. nume. 61. & 137. numer. 17. Soci. Iun. in consi. primo, num. 4. volumi. 3. consi. 180.
8 num. 15. & 62. volum. 2. & † in dubio debet fieri interpretatio in benigniorem partem, & hoc vt onus non sit iniunctum, vel minus grauetur hæres, argu. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2.
Tertiò accedit: Nam nemini dubium est, quòd
9 † si testator prohibet alienationem adiecta causa: quia vult, quòd bona conseruentur familia, quia talia verba censentur adiecta per viam causæ ad conualidan. nudam prohibitionem, non inducunt fideicommissum simplex & absolutum, sed ita demum si fiat alienatio contra prohibitionem. ita Soc. in consi.

40.colum.fi.inter consilia Curt.Sen.Dec.in consil. 218.num.15.consi.287.colum.quinta.uersic.vltimò non obstat.consil.422.colum.secunda, in princip.& colum.tertia,consi.377.num.7.per tex.in l.peto, in §.fratre.de lega.2.ubi simpliciter domus fuit prohibita alienari,& adiecta fuit causa, ut in familia relinqueretur, & tamen non inducitur fideicommissum, nisi in casu alienationis,non obstante expresione dictæ causæ.Curt.Iun.in consi.43.col.quinta, in princ. ubi post Socin. ibi per eum citatum concludit, quòd
10 † si facta est prohibitio de non alienando, & nō sint adiecta illa uerba: ut in familia relinqueretur, illa prohibitio est nuda tanquam facta sine causa, & per consequens non obligatoria.iuxta.l.filiusfamilias.§. diui,de legat.primò.sed si adiecta sunt illa uerba, ut in familia conseruentur per modum causæ ad faciendum ꝙ prohibitio non sit nuda,tunc reddunt prohibitionem efficacem & causant fideicommissum in casu in quo sequatur alienatio, absque eo quòd causent simplex & absolutum fideicommissum post mortem prohibitorum. Rursus in consi.145.numer.10. uersic.quartus principalis casus. & in consi.167. numer.3.Soci.in l.si cognatis. colum.9. versicu. quòd aliquando.ff.de reb.dub.Ruin.in consi.127.num.12. uersicu.quæ responsio.volum.2.& numer.13.uersicu. sed nec ista responsio.consi.134.num.4.& numer.16. volum.2.Soc.Iun.in consi.97.num.5.uolum.2.ubi asserit hanc esse communem opinionem.163. nume.8. volum.eod.& in consi.140.colum.tertia,in princip. volum.3. sed in casu de quo agitur prohibitio alienationis possesionis Gadij facta per dictum quondam Illustr.Comitem Proualum fuit facta cum illa ratione,ut bona conseruentur in familia Iustorum, ergo non fuit inductum simplex & absolutum fideicommissum inter illos de Iustis nisi in casu alienationis, quę non fuit secuta,ut etiam concludunt Alexand.& alij in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de uerbo.obliga.

Sed præmisis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror probabiliorem esse & de iure ueriorem & magis consonam menti ac uoluntati testatoris, quòd imò per infrascripta uerba testatoris, Item considerans præfatus dominus testator, quòd possesio Gadij semper remaneat in familia Iustorū, uoluit & ordinauit quòd hæredes sui & descendentes nunquam posint eam uendere, pignorare nec donare, nec permutare, aut testatò, uel alio quocunque modo alienare quartam partem Gadij ipsius testatoris, quia vult ut uadat de hærede in hæredes masculos legitimos & naturales ac de legitimo matrimonio natos & procreatos de linea ipsius testatoris usque ad ultimum successorem, censeaturq; per dictam prohibitionem inductum fideicommissum simplex & absolutum inter illos de familia Iustorum usque ad ultimum de domo illa etiam aliqua non sequuta alienatione, & sic quòd portio possesionis Gadii quondam dicti Comitis Prouali uigore fideicommisi facti per eum spectet ad Illustr.Comitem Paulum de Iustis.

Et in primis præmitto id quòd vult regula trita, ꝙ in interpretatione & uera declaratione testamentorum & quę in eis continentur,summa,uera & magna
11 diligentia primo loco perquirenda † est testatoris uoluntas, quæ ante omnia obseruanda est.l.cum uirum C.de fideicom.l.in conditionibus.ff.cond.& de
12 mon.Illa † enim dicitur totum facere,vt inquit iurisconsultus in l.ex facto.la grande,circa medium.ff.de
13 hęred.instit.& † quæ sola dominatur & regit omnia l.cum quæstio.in fi.C.de lega.Soci.Iun.in consi. primo,nume.7.uolum.3.100.num.10.145.nume. 12.uolum.eod.& 101.nume.5.uolum.primo.Dec.in consi. 270.nume.6.consi.23.colum. secunda,Paris.in consi. 53.colum.secunda,uolum.3.Port.in consi.54.numer. 3.& 46.numer.12.cum duobus sequentibus.Quo præmisso sic stante,moueor ex infrascriptis conclusioni
14 bus,quarum prima est,quòd † prohibitio alienationis facta cum ista ratione, quia uolo ꝙ bona in familia remaneant,simplex fideicommissum inducit, Areti.in l.qui Romę.§.cohęredes,colum.tertia,ff.de uer
15 bo.obl.quia uerba enuntiatiua prolata per modum causę dispositionem inducunt,Bar.in l.si socer.§.Lucius.ff.solut.matr.& in l.pater filium.§.fundum ff.de lega.3.ubi dicit,quòd ista uerba prolata per modum rationis in ꝓhibitione alienationis,quia uolo ꝙ bona mea non exeant de familia, inducunt dispositionem & fideicommissum.quem sequitur ibi Soci.col. quinta. quia talia uerba de per se sine prohibitione alia hoc importare uidentur, dum dicitur:quia uolo l.secunda, C.com.de lega.ex hac enim ratione apparet de finali causa prohibitionis:quia ea facta reperitur ad fortificandum fideicommissum, unde nō debet operari ꝙ fideicommissum simpliciter factum re
16 stringat casu quo sequatur alienatio, cum † inducta ad unum finem non debeant operari contrarium effectum. l. legata inutiliter. ff. de lega.primò.& præsertim hoc dicendum uidetur: quia uoluit ꝙ semper possesio Gadij remaneat in familia Iustorum:Nam ut ista uoluntas testatoris, de qua constat, suum ha-
17 beat locum, necessarium est, quòd simplex & † absolutum fideicommissum oriatur, Dec. in consi. 38.colum. secunda,consi.425.colum. prima, 635.colum. prima, & consi.23. col. tertia, uersi.sexto. Cuma. in l.cùm ita.§.in fideicommisso. columna secunda, de lega.2.Ruin. in consil.122.colum.secunda,in fin. uolum.2.Gozad.in consi.102.colu.secunda. Craue. in consi.130.colum. penul.Paris.in consi.26.colum. tertia, uolum.2.ubi asserit hanc esse communem doctorum sententiam.Corne.in consi. 12.colum.tertia uersi.nec supradictis, uolum.2.Verum quia contraria sententia pluribus placuit,ut supra dictum fuit,& etiam Alex.qui dicit omnes ita tenere in consil.59. colum.fi.uolum. primo, Ias.in consi.69.colu.tertia, uersicul.prædicta.uolumin.3. dicitur quòd limitatur locum non habere ubi in ratione addita in prohibitione esset posita dictio, semper, ut in casu nostro Dec.in consi.23.colum.secunda, uersic. ex his.& in uer. additur etiam hoc uerbum. in consil.38.colum.
18 tertia,in princip.& 481. col.prima, cum dicta † dictio semper, in terminis nostris intelligitur in perpetuum, Paris.in consi.37.num.24. uolu.2. vbi concludit,ꝙ quando hæreditas est grauata,ut puta,quia, bona hæreditaria sunt prohibita alienari, si est apposita dictio semper,nedum dicitur inductum fideicōmissum quoad personam primorum institutorum sed etiam quoad omnes descendentes in infinitum.
19 Rursus in consi.92. num.37. ubi ista † dictio exponitur,omni casu & omni tempore.l.prima, ubi glo. & omnes.ff.solut.matr.l.semper, ff.de iure immu. iterū in consi. 92.num. 17.& in consi.90. num.28.uolum. eod.Curt.Iun. consi. 22.colum. fi. Gozad. in consi. 102.colum. prima, Rub. Alexandr.in consi.35. Crot. in l.filiusfamilias. §.diui.colū.prima,de lega.primò. nam idem uidemus, si est apposita dictio, perpetuò, ut per Paris.in consi.90.numer.28.& in consi.53.nu.
20 21. cum nonnullis sequentibus. uolum.3. nam † dictio perpetuò æquipollet dictioni semper & sinonimè procedunt, ut ibi per Ruin.in consi.128.colum. fi.uolum.primo,Paris.in consi.30.numer.24.uolum. 2.Bero.in consil.80.numer.9.uolumi.2.Curt.Iun.in consi.

consi.161.nu.12.sed in casu nostro adest dicta dictio semper,ut est uidere in c.supra relato.ergo &c.

21 Secunda est conclusio,quod † quando non per modum causæ, enuntiatiue prolatæ,sed per modum rationis dispositiue testator expressè uoluit, quod bona remaneant in familia,tunc inducitur fideicommissum simplex & absolutum,nedum in casum alienationis sed etiam mortis.Soc.in l.qui Romæ, in §.cohæredes.colum.6.uersic.quartus & ultimus casus.ff.de uerbo.oblig.& in consi.57.colum.secunda,uersic. secundum fideicommissum.uolum.3.Curt. Iun. in consilio 145.nu.9.uersicu.primus,ubi inquit, quod quando testator per modum principalis dispositionis ordinat bona sua conseruari in familia uel in suos descendentes,quod in hoc non reperit aliquem discrepantem, quinimò omnes ingenuè fatentur tunc resultare simplex fideicommissum & absolutum, quem sequitur Soci.Iun.in consil. 140. colum. 3. uersicu. aliquando etiam quartò uolum.3. ubi concludit, quòd quando post prohibitionem alienationis simpliciter factam testator expresse disponit,quod bona alienari prohibita remaneant in familia, tunc non est dubitandum quin fideicommissum simplex post mortem inducatur, quia ad id tendit expressa dispositio testatoris, quæ uti lex seruanda est.§.disponat. in auth. de nupt. Gozad.in consi.102. col. fin. uersicu.præterea. Anto. Gabr.in suis com.opin.in 4. libro in tit. de fideicom. num.29.ubi licet adducat Soci.Alex.& Docto.tenentes contrarium,tamen hæc est communis, ut constat ex citatis per eum ubi supra.Bero.in consi.81.colum. 3.in princip.uolum.1.in consil.176.nume.56.uolum. eod.Curt.Iun.in consi.161.nume. 12. sed in terminis nostris,ut patet ex capitulo supra relato, constat de expressa dispositione testatoris, ergo inficiari non potest quin fuerit inductum fideicommissum simplex & absolutum in familia Iustorum per dicta uerba. Item considerans dictus testator quod possessio Gadij semper remaneat in familia Iustorum, quod uerbum considerauit,ponderat Bero.in consilio 176.numero 56.

Tertia est conclusio & ab omnibus recepta, quòd
22 † quoties testator prohibet bona alienari extra familiam:quia uult quòd in familia relinquantur, per talia uerba inducitur fideicommissum simplex & absolutum.ita Rui.in consi.127. num. 13. uolum.2.ubi inquit,quòd & si prohibitio de non alienando cum ratione adiecta,quia uoluit bona cōseruari in familia, non inducat fideicommissum nisi in casu alienationis,secus tamen est si dicatur, prohibeo alienari extra familiam,quia uolo ꝙ in familia relinquatur,tūc inducitur simplex fideicommissum,ut dicta uerba ultimo loco posita aliquid operentur.Socin. in l. si cognatis.colum.6.de reb.dub. Rursus Ruin. in consilio 158.nume.12.in consi.134.nume.16.uol.eod.ubi ait, quod licet quando prohibetur alienatio adiecta causa,quia testator uult,quod bona remaneant in familia,dicto casu intelligatur fideicommissum relictum inter illos de familia si sequatur alienatio & non aliter,quia illa causa fuit apposita ad ualidandam prohibitionem, quæ alias non ualebat tanquam nuda, per no.in l.filiusfamilias.§.diui. de leg. 1. tamen secus est quando prohibitio erat ualida absque expressione causæ saltem explicite, & tunc si exprimatur, fideicōmissum simplex inducitur.sicut quando testator prohibuit alienationem extra familiam : quia uoluit bona in familia remanere, Nam dicta prohibitio alienationis extra familiam ualuisset tanquam facta contēplatione & fauore familiæ secundum Cyn.Bartol. & alios in dicta.l.quoties.& Moder.in dicto.§.diui.ideo per uerba sequentia , scilicet. quia uoluit in familia remanere,inducitur simplex fideicommissum,quia talia uerba uidentur adiecta ad hunc finem & non ad ualiditatem prohibitionis,quæ sine hoc ualebat. iterum in consil.89.nume. 12. uolum. eod. quia si aliter diceretur,expressio illius causæ: quia uult in familia remanere,esset superflua,cum iam esset ualida.Socin. Iun.in consi.140.colum.3.uersicu. aliquando & 2.uolum.3. ubi attestatur hanc esse magis communem, quòd inducatur simplex fideicommissum post mortem,Bero.in consil.89.nume.4.uolum.2. & in consil. 176.nume.56.circa fin.uolum.eod.Curt. Iun.in consil.43.colum.quinta,in princip.& in consil. 145. nume. 10. uersicu. tertius principalis casus. ubi asserit hanc esse communem.Ias.in consil.96. colum.secunda,in uersicu.2.uolum.4.& in consi.108.colum.quarta.uersicu.confirmatur.uolum.eod. Barto.& alii communiter in dicto.§.cohæredes.& hanc esse magis communem inquit Anto.Gabr. ubi supra. nume. 37. allegando infinitos doctores qui hanc partem amplectuntur.Rub.Alex.in consi.53.col.secunda.uol... Si igitur in dicto casu inducitur fideicommissum simplex & absolutum propter dicta uerba, quia uoluit testator quod bona remaneant in familia,ne frustratoriè censeantur apposita,ergo idem erit dicendum in præsenti casu nostro, ubi testator primo loco alienationem dictæ possessionis Gadii prohibuit, ut semper remaneat in familia Iustorum. & ultra addit, quia uoluit quod uadat de hærede in hæredes masculos legitimos & naturales ac de legitimo matrimonio natos & procreatos de linea ipsius domini testatoris usque ad ultimum.nam si aliter diceretur, sequeretur quòd ista uerba essent apposita sine uirtute operandi, contra.l.si quando.ff.de lega.primo.quod non est dicendum,ut per Bal.in rubr.C. de contrahend. empt.in 9. quæst.

23 Quartò,in terminis nostris,quod † quando prohibita est alienatio bonorum: quia uult quod bona uadant de hærede in hæredem:quod per dicta uerba inducatur fideicommissum simplex & absolutum,uoluerunt Dec.in consi.38.nu.4.218.in fi.377.col. 4. uersicu.prædictis tamen.& uersic.aliquando. Parif.in consil.30.nu.22.uol.2.ubi dicit, quod si testator prohibuit alienationem bonorum, asserens quod uoluntas sua erat,quod perpetuo bona sua peruenirent de hæredib.in hæredes,quod per talem prohibitionem factam cum expressione dictæ causæ,fuit inductum ualidum fideicommissum in fauorem filiorum, quorum causa talis prohibitio facta fuit, etiam si non esset sequuta aliqua alienatio propter dicta uerba expressa in huiusmodi prohibitione.Rursus in consi.41. num. 28. & 40. ubi dicit, quod si testator disponit, quod eius hæredes non possint alienare,nec uendere, nec modo aliquo distrahere eius bona immobilia in totum uel in partem:quia uoluit dicta bona ire de hærede in hæredes masculos, ista uerba operantur, quod per ea resultat fideicommissum gradatim & successiuum quoad omnes masculos descendentes ipsius testatoris.etiam non sequuta alienatione,ex quo prohibitio facta est propter masculos de familia & in fauorem masculorum,ut est etiam in casu nostro:Socin.in consil.57.colum.1.& 2.uolum. 3. Parif. in consil.90. nume.25.93.nume. 26. 55. colum.1.& 88. colum. 3. & quarta,uolum.eod.& in consil.8. colum. secunda : uolum.3.Grat.in consil. 31. colum. tertia , uolum. 2. Port.in consi.6.nume.23.& 137. nume.18. uersicu.3. Anto.Gabr.ubi supra nu.15.Bero.in consil.84.nume. 13.uol.2.

24 Quinta est conclusio, ꝙ † quando ex qualitate rei prohibitæ

prohibitæ alienari prohibitio de se erat ualida, ut quia esset turris uel palatium Maiorũ, pro ut est in casu nostro dicta possessio Gadij, quæ fuit antecessorum suorum, & est tam honorifica & cum iurisdictione: adiecta ratio, ut res remaneat in familia, inducit simplex & absolutum fideicommissum. Dec. in consi. 53. colum. tertia, in fi. uersicu. & conclusio prędicta. in consi. 38. colum. tertia, in princip. uersi. quinto. per ea quę dicunt Cyn. Bald. Saly. & Ias. in l. uoluntas. C. de fideicom. ubi dicunt, ꝙ ex qualitate rei prohibitio uestitur à causa saltem tacitè: quia testator prohibendo domum alienari uidetur uelle quòd ratione affectionis ea remaneat in familia & agnatione, & ista causa tacita ualebit. Rub. Alex. in consi. 53. col. secunda, uersicu. & eo maximè. Curt. Iun. in consil. 43. colum. quinta, in fi. & Ruin. in consi. 208. colum. 8. uersicu. ac etiam uolum. primo, Nec obstat si dicatur, quòd doctores supra citati loquantur de turri. quia respon-
25 detur, quòd † etiam ea procedit in domo uel alia quacunque possessione antecessorum, ut per Ferd. Loaz. in l. filiusfamilias §. diui. num. 59. in fi. uersi. ex istis. de lega. primò.

Similiter non obstat, ꝙ loquantur doctores in dicta. l. quoties. quando expressa fuit causa, ꝙ erat antecessorũ suorũ, quia dicitur, quòd cum ista fuerit causa ad mouendum testatorem ad ita prohibẽdum alienationem dictæ possessionis tam honorificæ, si alia non reperitur expressa debet haberi pro expressa. Dec. in consi. 23. num. 6. & eo maximè id dicendum uenit, cum testator in casu de quo agitur prohibuerit hęredibus suis alienationem dictę possessionis tãtum, ut expresè considerat Ferd. Loaz. ubi supra nu. 60. conciliando opinionem Decij. cum contraria, de qua ibi per eum.

Superest modo ut remoueantur quę in contrarium allegata fuerunt, & deueniendo ad primum fundamentum dicitur, quod licet expresè dictus dominus Paulus non reperiatur in testamento nominatus, tamen reperitur tacitè nominatus, ꝙ sufficit fideicommissis, ut per Soci. Iun. in consi. 180. nu. 16. uol. 2.

26 Ad secundum respondetur, ꝙ † licet fideicommissum sit onus hęredi, tamen est fauorabile testatori, cuius interest eius uoluntatem adimpleri l. in testamentis. de reg. iur. l. prima, C. de sacrosanc. eccle. & adeo, ut dicamus etiam publicè interesse. l. uel negare. ff. quemad testa. aper. unde ut uoluntas testatoris seruetur, etiam habita per coniecturas, sępe inducitur fideicommissum per interpretationem, licet uerbis non sit expressum. l. cum proponebatur. cum materia de lega. 2. Docto. in l. hæredes mei. §. cum ita, ad Trebell. non obstante ꝙ sit fideicommissum ad onus hęredis: quia cum ex una parte concurrat ratio oneris fugiendi & ex alia ratio adimplendę uoluntatis testatoris & eius fauoris ampliandi, quę ratio ante omnia attendi debet & primum locum obtinet. l. in conditionibus primum locum. in princip. ff. de cond. & demon. ista secunda ratio ueluti potentior pręualere debet l. cum acutissimi. C. de fideicom. ita Soci. Iun. in consi. 167. nu. 91. cum sequenti. vol. 2. Port. in consi. 40. nu. 22. cum pluribus sequentibus.

Non obstat ultimum, quia respondetur, quòd & si plures teneant oppositum, ut supra dictum fuit, tamẽ sententia ipsa limitatur locum non habere in terminis nostris, ut constat ex conclusionibus supra firmatis. ex quibus liquidò constat in casu de quo agitur, nedum esse inductum fideicommissum in casum alienationis sed etiã simplex & absolutum in familia Iustorum, & sic quòd uigore dicti fideicommissi portio Gadij fideicommittentis spectet ad prædictum Comitem Paulum.

Stante igitur dicta cõclusione pro uera, ꝙ dictum fideicommissum sit simplex & absolutum, insurgere uidetur difficultas, an dictus Illustr. Comes Paulus uirtute ipsius fideicommissi admitti debeat ad portionem dictæ possessionis Gadij ex uolũtate testatoris, attento ꝙ testator fideicommissum restrinxit in descendẽtes suos masculos de linea ipsius testatoris usque ad ultimum successorem. & Primò uideretur dicendum ꝙ non: quia dictus Dominus Paulus non est de descendentibus ex linea ipsius testatoris sed
27 ex linea fraterna, ergo &c. Nam † linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium continens gradus & distinguens numeros, prout diffinit Ioan. Andr. in arbore consanguinitatis in margine. Capy. in decis. 159. nu. 3. Tiraquel. in trac. de retrac. in glo. nona, num. 2. Ruin. in consi. 23. num. 6. volum.
28 3. ubi linea † patris est illa, quæ originem habet, & descendit à patre, Corne. in consi. 198. col. fi. uol. 3. Homod. in consi. 93. col. 2. uersi. cum post hos. Barba. in l. cum acutissimi. nu. 125. C. de fideicom. sed, ut dictum fuit, isti non sunt de linea domini testatoris sed alterius, ergo ad eos spectare non potest dicta portio possessionis Gadii.

Sed his non obstantibus contrarium de iure dicendum uidetur in casu de quo agitur ex infrascri-
29 ptis. Et primò, quòd † illud debet haberi pro expresso, de quo si testator fuisset interrogatus ita expresè disposuisset. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. ubi docto. Paris. in consi. 47. nume. 51. volum. 2. consi. 75. nu. 37. consil. 78. nume. 14. 79. numer. 26. uolum. eod. sed cui dubium est ꝙ si testator fuisset interrogatus, an uolũtas eius fuisset, ꝙ deficientibus descendentibus suis sine masculis, ꝙ dicta possessio Gadii remaneret ad dictum dominum Comitem Paulum, si extaret, uel ad suos proximiores de familia Iustorum masculos, si ipse non esset in rerũ natura, utique ita respondisset, ergo pro expresso haberi debet ac si ita disposuisset. Ruin. in consi. 177. nume. 2. volum. 2. per gloss. in dicto. §. fi. quæ maximè in fideicommissis procedit,
30 in quibus sola † uoluntas attenditur. l. cum proponebatur. de lega. 2. Soci. Iun. in consi. 188. num. 16. uol. 2. Barto. & Ias. in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthum. Curt. Sen. in consi. 51. col. 2. uersic. confirmantur præmissa.

31 Secundo facit: Nam † absurditas euitanda est in quantum fieri potest. l. nam absurdum. ff. de oper. li-
32 bert. & ideo uidemus, ut † absurdũ remoueatur quòd recedi potest & debet à propria significatione uerborum, Bart. in l. Gallus. §. etiam si parente, de lib. & posthum. in l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. Bart. & alii. in l. omnes populi, in tertia quæst. 6. quæstionis principalis. ff. de Iust. & iure. Dec. in consili. 19. colũ. quarta, Soc. Iun. in consi. primo, num. 116. uolum. primo, vbi dicit, ꝙ licet generalitas uerborum uideatur aliqualiter per interpretationem offendi, tamen hoc non uidetur in iure nouum: quia à uerbis receditur & ab eorum significatione, ut iniquitas & absurditas remoueatur. Rursus in consi. 9. numer. 6. volumi. eod.
33 Port. in consi. 17. nu. 28. Hinc uidemus, quòd † appellatione filiorum comprehenduntur nepotes, ut absurditas euitetur, qui aliàs non comprehenderentur. l. uxorem §. concubinam, de lega. tertiò, Ruin. in consil. 118. nume. 13. volum. 2. Bero. in consi. 122. colum.
34 tertia, in fi. uol. 2. Item, quòd † licet substitutio concepta in uno casu extendatur ad alium casum. l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthum. cessat tamen extensio quando ea mediante sequeretur absurdum, ꝙ magis dilectus esset deterior conditionis quam

quam minus dilectus. Fulgos. in consi. 13. & Ruin. in consi. 141. colum. 1. in fine. cum princip. sequentis, uolum. 3. sed si nos diceremus, quod fœminæ, de quibus in facto, deberent consequi dictam quartam partem possessionis Gadii, sequeretur absurdum & iniquitas, uidelicet, quod minus dilectus praecederet magis dilectum, & sic quod ipse praecederet filias dicti testatoris & aliorum descendentium, quæ absurditas euitari debet. l. si uiua matre. C. de bon. mater. l. Publius. §. fi. de cond. & demon. Ruin. in consi. 43. num. 7. uol. 3. 37. nu. 9. uolum. eod. & in consi. 150. nu. 11. uolu. 2. & nu. 8. item & quòd remotiores essent melioris conditionis quàm proximiores, quod esset absurdum. Rui. in consi. 37. nume. 9. uolum. 3. & præsertim incognitæ testatori. Soci. Iun. in consi. 155. nume. 2. uolum. 2.

35 Nam indubitati iuris est, quod † testator uidetur habere maiorem affectionem ad proximiores. Bal. Cuma. & Floria. in l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. 2. doct. in l. Gallus. §. etiam. de libe. & posthu. Paris. in consi. 40. nume. 27. uolu. 2. ut igitur remoueatur ista iniquitas & hoc absurdum, dicendum uidetur quod dictam portionem possessionis Gadii dictus Illustr. Comes Paulus, qui est de familia & agnatione dicti testatoris, & qui uocatur ex dispositione eiusdem testatoris, dum in eius uoluntate dicitur: Item considerans quòd familia Istorum semper remaneat portio suæ possessionis Gadii, consequi debeat ratione dicti fideicommissi.

36 Tertiò confirmatur hæc sententia: Nam † testator frustratoriè non censetur apposuisse uerba in suo testamento. l. si quando. de leg. primo, l. cum tantum. de proba. Bero. in consi. 12. nume. 4. uolum. 4. & in tantum uera est huiusmodi sententia, ne reddantur fru-

37 stratoria uerba testatoris, quod † uerba ultimo loco in fine posita, quæ alias solent regulariter referri ad omnia præcedentia, referuntur solum ad proxima, Bar. & alii in l. talis scriptura, de leg. 1. Bero. in consi. 86. nu. 22. uolu. 2. sed si nos diceremus, quod dictum fideicommissum non extendatur ad dictum Illustrem Comitem Paulum, sequeretur quod dicta uerba, Item desiderans præfatus dominus Comes, quòd possessio Gadij semper remaneat in familia Iustorũ, uoluit &c. essent superfluè apposita, si uoluisset quòd ipsa possessio tantum transiret in descendentes de linea ipsius testatoris usque ad ultimum. unde ut tollatur hæc superfluitas, dicẽdum uenit, quòd in dicto fideicommisso comprehendatur Illustris Comes Paulus nepos ex fratre, qui frater dicitur etiam de linea fratris secundum Castren. in consil. 111. secundum antiquam impressionem: & si impropriè, quod toleratur in præsenti casu.

Quartò, ponderanda est dictio, semper, apposita in dicta dispositione ibi. Item desiderans præfatus dominus testator, ꝙ possessio Gadij semper remaneat

38 in familia Iustorum † quæ dictio semper præcisam dicitur habere uirtutem. l. prima. ff. solut. matr. l. sem-

39 per. ff. de iure immu. & † ad certi temporis præfinitionem non restringitur de facili. Port. in consil. 36. numer. 42. Nam dicta dictio exponitur, omni casu & omni tempore. Paris. in consil. 92. num. 37. volum. 2. in consi. 90. num. 8. Bero. in consi. 80. numer. 9. vol. 2. item dicta dictio idem importat ꝙ perpetuò, ut per Paris. in consil. 53. numer. 21. quod uerbum imperpetuum habet tractum in futurum & denotat tempus in secula seculorum & sine præfinitione, Bartol. in l. annua. ff. de annu. leg. Port. in consi. 30. num. 24. Nam si diceremus dictum fideicommissum non habere locum in dicto Comite Paulo, utique dicendum esset, ꝙ semper & in perpetuum non remaneret in familia Iustorum. ergo ut dicta dictio suum operetur effectum, concludendum uenit, quòd fideicommissum ipsum extendatur ad dictum dominum Paulum, cum sit de familia Iustorum, & sic erit sensus, quòd desiderans præfatus testator, ꝙ semper remaneat in familia Iustorũ possessio Gadij, prohibet illius alienationem; quia vult, ꝙ vadat de hærede in hæredes legitimos & naturales de linea ipsius testatoris, idest, sub qua pater subiicitur, & sic ꝙ illud uerbum, patris, sumatur subiectiuè & constructiuè, ut dicta uerba, semper remaneant in familia Iustorum, suum operetur effectum, ut in simili dixit Ancha. in consi. 95. colum. secunda, quòd est in consi. 334. Bald. in 3. volum. hoc sic præsupposito. ubi consuluit, quòd si testator prohibuerit testari & dimittere bona sua alij quàm propinquis ex linea uel ex prole patris, quòd ista uerba possunt duplicem habere sensum: unus est, ut illud uerbum, patris, sumatur naturaliter uel effectiuè, & secũdum istum sensum comprehenduntur solum liberi patris & liberorum descendentes, & sic non ascendentes directò nec ex transuerso: Alius est sensus, ꝙ istud uerbum patris, sumatur subiectiuè siue constructiuè. vt sit sensus, ut Gregorius possit bona dimittere propinquioribus suis descendentibus tantũ ex linea patris, idest, sub qua pater subiicitur, inquiẽs ꝙ iste intellectus magis uidetur de mente testatoris, & quòd sibi magis placet quàm alius propter aliam partem subdisiunctiuæ, quæ sequitur, seu prole, quæ nihil adderet, sed idem repeteret. Ergo idem dicendum in casu nostro, ubi nisi hoc modo intelligantur illa uerba, semper remaneat &c. nihil operarentur.

40 Nam uerbum † linea, aliquando capitur effectiuè, aliquando contentiuè. Soci. in l. Gallus. in §. nunc de lege. colum. secunda, in princi. de lib. & posthum. Parif. in consi. 40. colum. fi. volum. 2. stantibus igitur supradictis, dicitur etiam ꝙ fœminæ, de quibus agitur, non possunt petere supplementum legitimæ in dicta possessione Gadij tanquam subiecta fideicommisso, ut dictum fuit, sed si prætendunt aliquam legitimam illam consequi debent in aliis bonis suis: quoniam

41 trita est conclusio, ꝙ † legitima eligi non potest neque capi in bonis in quibus substitutio facta est, si alia bona uliora non supersint, ut colligitur ex decisione Bal. in rubrica ff. de rer. diuis. colum. prima, ubi dicit, ꝙ si pater mandauit in testamento suo, ꝙ hospitale fiat in domibus suis, & filius uelit dictas domos eligere pro sua legitima non potest; quia pater potest eligere unam rem de qua testetur, si filius in cæteris bonis relictis potest habere legitimam; quia electio quæ datur filio pro legitima dat in alijs reb. non legatis: quoniam legata integraliter sunt præstanda. l. si bessem non excedunt. §. quamobrem. in auth. de restit. & ea quæ parit. Alexa. in consi. 12. colum. prima, in fi. volum. 5. Craue. in consi. 19. nume. 14. ubi legitima non potest eligi neque capi in bonis, in quibus substitutio facta est si alia bona supersunt. Corne. in consi. 106. colum. penult. in fi. volum. 2. & in consili. 180. in 4 dubio volumi. 4. vbi dicit, ꝙ si detractis rebus legatis restant etiam aliæ res hæreditariæ ex melioribus, ità ꝙ arbitrio boni uiri ipse filius ex rebus non legatis possit commodè detrahere legitimam, tunc non esset æquum ꝙ detraharetur de rebus legatis nec conuenire arbitrio boni uiri, qui debet niti

42 æquitate. l. ꝙ si Ephesi ff. de eo q̃d cert. loco, & † Iudex uoluntatem testatoris debet sequi sicut uenator leporem, Bald. in l. cum quidam. C. de neces. ser. hered. instit. ideo de rebus legatis non debet detrahi legitima regulariter, secus uidetur si omnia bona uel ferè omnia meliora bona hæreditaria essent relicta.

F 2 Nam

Nam tunc non detrahit legitimam congruè arbitrio boni uiri, ut dicit Bal. post Cyn. in l. ſcimus. C. de inoffi. teſta. dixi in conſi. 12. in princip. uolumi. primo, & 65. nu. 32. volum. eod. Vnde ipſis ſufficere debet, ꝙ illã poſsint habere in aliis bonis, niſi extaret aliqua renuntiatio dominæ Lucretiæ, quæ comprehenderet legitimam: quia ea officeret etiã filiabus, de qua uerbum non facio, cum renuntiationem non uiderim. Ex his igitur concludendum eſſe omnino arbitror, quòd cum Illuſtris Comes Paulus ſit de agnatione & familia maſculina quon. Illuſt. Comitis Prouali fideicommittentis, ꝙ omnis iuſtitia militat in eius fauorem, adeo ꝙ uirtute dicti fideicommiſsi ſimplicis & abſoluti conſequi debeat portionem dictæ poſſeſsionis Gadij, quæ erat ipſius fideicommittentis, & ꝙ nullum penitus ius competit parti aduerſæ, in dicta portione.

S V M. M. A R I V M.

1 *Reductio ad arbtirium boni uiri debet cognoſci per ſuperiorem arbitratoris. declara ut in num. 15.*

2 *Reductio ad arbitrium boni uiri inſtar habet appellationis.*

3 *Appellatio quando interponitur à ſententia Iudicis ſemper recurrimus ad ſuperiorem iudicantis.*

4 *Reſciſio contractus ſi petitur, agi poteſt in loco contractus.*

5 *Cauſa ſi compromittatur in clericum & laicum ſimul & eorum laudum petatur reduci ad arbitrium boni uiri adeundus eſt Epiſcopus.*

6 *Clericus uel laicus ſi uolunt petere reductionem ad arbitrium boni uiri, laicus illam petet coram laico ſuperiore arbitratoris. ſi verò clericus coram ſuperiore clerici.*

7 *Reductio ad arbitrium boni uiri ſecundum magis communem debet peti coram iudice ordinario rei. & numero 13.*

8 *Actor tenetur ſequi forum rei.*

9 *Reſtitutio in integrum debet peti coram iudice eius contra quem petitur reſtitutio.*

10 *Reductio ad arbitrium boni uiri petitur officio iudicis.*

11 *Officium iudicis licet non ſit actio tamen ſuccedit loco actionis.*

12 *Iudex competens ille eſt ad interponendum decretum uel auctoritatem, qui eſſet iudex competens in lite.*

13 *Diſſimilitudo eſt maxima inter appellationem & reductionem ad arbitrium boni uiri.*

C O N S I L I V M XXIIII.

QVOD Excellentisſimus Senatus Pedemontanus iudex ſit competens in cauſa reductionis ad arbitrium boni uiri poſtulatæ per illuſtres dominas Lucianam de Trinitate, & Catherinam Comitiſſam Arignani, aduerſus laudum latum in Ciuitate Thaurini per Illuſtrem dominum Carolum Comitem Luſernæ & Magnificum dominum Bernardum Trottũ. Iur. Vtr. Doct. lectorem in almo Gimnaſio Thaurinenſi arbitratores in fauorem Illuſtris domini Theodori Rottarii Domini Vitiæ, Primo demonſtrat decaſio Ro-
1 ma. in conſi. 265. colum. 2. ubi dicit, quod † reductio
ad arbitrium boni uiri debet cognoſci per ſuperio-
2 rem arbitratoris, cum † reductio ipſa inſtar habeat
appellationis: l. non diſtinguemus. §. cum quidam
3 ff. de arbitr. unde † ſicut quando appellatur à ſenten
tia iudicis ſemper recurrimus ad ſuperiorem iudicã
tis. l. præcipimus. C. de appella. ita etiam & quando
petitur reductio ad arbitrium boni uiri, ea cognoſcẽ
da uenit per iudicem ſuperiorem arbitratoris. Arch.
in cap. non ita. ſecunda, quæſtio. ſexta, Angel. in l. ſi
ſuſpecta. §. fina. ff. de inoffic. teſta. ubi inquit, quòd ſi
unus eſt Paduanus, alter ex litigatoribus Peruſinus &
arbitrator electus Mediolanenſis, iudex reductionis
erit ordinarius arbitratoris, Ioan. Andr. in c. ſtatutũ.
§. cum autem. de reſcrip. in 6. Afflic. in deciſ. 51. per
totum, Angel. in diſputatione ſua incipiente, duo ad
inuicem litigantes. in fin. ubi dicit hoc locum habere
quando in dicto loco ſuperioris arbitratoris eſſet
factum compromiſſum, ex quo ibi perficitur contractus
tranſactionis. reſultans ex compromiſſo & laudo
ſequuto. auth. ſi ueri. C. de duo. ergo partes ibi ſortiuntur
forum. l. hæres abſens. ff. de iud. cap. Romana
§. cõtrahentes. de foro compet. in 6. ubi enim agitur
4 ad † reſciſsionem contractus poteſt etiã agi in loco
ipſius contractus. l. qui certo loco. ff. de cond. indeb.
Bald. & Saly. in l. præcipimus. C de appella. in fin. ubi
5 ait, ꝙ † ſi cauſa compromittatur in Clericum & laicum
ſimul & eorum laudum petatur reduci ad arbitrium
boni uiri, ꝙ adeundus eſt Epiſcopus: quia Clericus
& dignior trahit ad ſe laicum, & ſic aditur Epiſcopus
tanquàm ſuperior clerici arbitratoris. Paraſ.
in conſi. 45. nume. 12. & 65. volum. primo, Dec. in rubrica
de appella. num. 13. Fely. in cap. primo, colum.
quinta, in princip. de præſcrip. vbi concludit quòd
6 † ſi Clericus uel laicus uolunt petere reductionem
ad arbitrium boni uiri, ꝙ illam petere debent coram
ſuperiore arbitratoris, & ſi eſt laicus eam petet corã
laico, ſi uerò Clericus, eſt arbitrator coram ſuperiore
Clerici, Butr. in capitulo. quòd Clericis. de foro
compet.

Sed præmiſsis non obſtantibus, contraria ſententia
eſt de iure uerior & magis communi calculo rece
7 pta, ꝙ † peti debet coram iudice ordinario rei: &
8 hoc primò per regulam quæ habet, ꝙ † actor tenetur
ſequi forum rei, cap. ſi Clericus. capi. cum ſit. de foro
9 compet. ſecundò, † quia reſtitutio in integrum, cui
ſimilis eſt recurſus ad arbitrium boni uiri, debet peti
coram iudice eius contra quem petitur reſtitutio. l.
10 ſecunda, C. vbi & apud quem. item † iſta reductio
petitur officio iudicis, cap. 2. & capit. expoſita. de arbitr.
igitur cum contra Illuſtrem dominum Comitem
Vitiæ imploretur huiuſmodi officium, debet ſequi
forum rei, ſcilicet, iudicis ipſius Comitis, qui nõ
eſt Senatus Pedemontanus, cap. fin. de foro compet.
11 Nam licet † officium iudicis non ſit actio, tamẽ ſuccedit
& proponitur loco actionis & ſic eius naturam
ſequi debet, Inno. in cap. 2. de offic. Iud. l. in cauſæ. in
pri. ff. de mino.

Item pro hac ſententia facit textus in l. cum hi. §.
12 tranſactionem. ff. de tranſac. vbi † ille eſt iudex competens
ad interponendum decretum uel auctoritatem,
qui eſſet iudex competens in lite illa, & ideo dicit
ibi Paul. de Caſtro, ꝙ ille tex. etiã facit, ꝙ ſit iudex
competens cum petitur laudum reduci ad arbitrium
boni uiri.

Vltimò, hanc partem tenuerunt Floria. & Bartol.
in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. colum. tertia, uerſic.
quis erit iudex. & Guliel. de Tulet. numer. 99. uerſicu.
item quæro. ff. pro ſocio. Bart. & Bal. in l. ſecunda, C.
ubi

nbi & apud quem. Anchar. in reg. ea quæ. quæstio. 17. de reg. iur. 6. nbi reductio ad arbitriũ boni uiri debet peti coram eo, coram quo causa erat agitanda compromisso cessante, Felyn. in capitul. cum sit. colum. secunda, circa fi. de foro compet. Abb. in capitul. Quintavallis. in fi. uersic. sed dubitatur. de Iur. ubi etiam Butri. Angel. in l. qui certo loco. ff. de cond. indeb. Alexand. in consil. 103. columna prima. uolumi. 5. Soci. in consil. 18. colum. prima, uolum. primo, Lanfr. in trac. de arbitr. quæst. 19. Paul. de Castro in dicto. §. transactionem. Ancha. in disputatione, cum Clericus, Feder. de Sen. in consil. 285. Ang. in quæst. duo fratres. Franc. in rubrica de appella. colum. fin. dixi in consi. 26. nume. 30. uolum. primo, & hanc esse communem doctorum sententiam firmat Alexan. in consi. 131. in princ. uol. primo, & magis receptam Marant. in suo aur. spec. for. mihi 573. colum. secunda in princip. unde cum ista sit approbata doctorum sententia in iudicando & consulendo ab ea non est recedendum.

Non obstant modo quæ ex aduerso allegata fuerunt. & primò, quòd ex quo reductio ad arbitrium boni uiri est species appellationis, debet regulari sequendam appellationem, cuius cognitio spectat ad superiorem iudicis à quo. Quia respondetur quòd
23 † maxima est dissimilitudo inter appellationem, ad arbitrium boni uiri, ut per Feder. de Senis in dicto consilio 285. ubi dicit, quòd ista petitio ad æquitatem non habet instar appellationis nec in modo interponendi nec in tempore prosequendi, item hic agit per querelam contra partem aduersam, ut tollatur sibi ius quęsitum ex iniquo arbitramento. longa quidem differentia est, an agatur per uiam appellationis, an per uiam simplicis querelę, capit. concertationi. de appel. Lanfranc. in dict. trac. de arbitr. quæst. 22. uersic. non obstat quòd pendente tempore. ubi dicit, quòd magis dicendum est reductionem esse dissimilem appellationi quàm esse similem: quia ubi maior reperit dissimilitudo quàm similitudo, ista dicantur dissimilia, & è contrario: secundum Bal. in c. cum speciali, de appella. quæ dissimilitudines quanquam sint non transcribo, cum ibi legi & uideri possunt.

Similiter non obstat, quod reductio peti debet coram superiore arbitratoris. quia respondet Feder. de Senis, quod illud posset habere locum si ageret contra arbitratorem: quia fecit litem suam, prout contra eum agi potest, ut clarè demonstrat Curt. Sen. in l. si ex falsis. nu. 12. C. de transac. ubi dicit pro hac parte cõsuluisse plures excellentissimos doctores quos citat. vel & secundo respondetur, quod cum in cõtrariũ sit magis communis opinio doctorum, ut supra dixi, quod non est curandum de sententia contraria.

SVMMARIVM.

1 *Legata facta pluribus & transcendentia uires hæreditatis diminuuntur unicuique pro rata.*
2 *Quòd amplia procedere etiam si unus ex legatariis fuerit primo loco nominatus quàm alter.*
3 *Argumentum à uerisimili siue affirmatiuum siue negatiuum est ualidum.*
4 *Mens testatoris in interpretatione sui testamenti & contentorum in eo, omni cum diligentia est perquirenda, cum primum locum obtineat.*
5 *Mens testatoris totum facit.*
6 *Mentem testatoris pedetentim sectari debemus sicut venator leporem.*
7 *Paternum officium est capere optimum cõsilium pro filiis.*
8 *Patres plus diligunt filios quàm seipsos.*
9 *Amicus nullus melior reperitur quàm pater.*
10 *Pater potius filiis suis quàm aliis prouidere censetur.*
11 *Prima causa est liberorum.*
12 *Prudentes interpretati sunt, eum esse dementem qui sine causa se obiicit naturali erga liberos Charitati.*
13 *Charitatem naturaliter erga liberos qui non curat morbum cerebri & defectum rationis habere dicitur.*
14 *Verisimilitudo est cognata natura.*
15 *Verisimilitudinem iudicantes maxime considerare debent.*
16 *Affectione paterna erga liberos suos nulla maior reperitur.*
17 *Ardor amoris paterni inestimabilis est.*
18 *Interpretatio dura & absurda fieri non debet.*
19 *Experientia est efficax rerum magistra.*
20 *Testator præsumitur illud disposuisse quod uerisimiliter ordinasset si de eo interrogatus fuisset.*
21 *Dispositio dictæ l. si quis testamento. §. apud Iulianum locum non habet ubi unum legatum est factum ex causa dotis & alia non, quia tunc legataria dotis præfertur aliis.*
22 *Legatum factum simpliciter filiabus intelligitur relictum pro dote.*
23 *Dotis fauore multa permittuntur quæ aliàs non permitterentur.*
24 *Testator si in testamento inter alia legata reliquit dotem, & postea in codicillis apposuit clausulam diminutiuam legatorum factorum in testamento, talis diminutio non refertur ad legatum dotis.*
25 *Legatum factum simpliciter filiabus intelligitur relictum pro dote, si filiæ sint nubiles, aliàs secus.*
26 *Quod declara ut in num. sequenti.*
27 *Dos augeri potest & ante & post matrimonium.*
28 *Precedentia declarant sequentia.*
29 *Legatum unum recipit interpretationem & declarationem ex his quæ continentur in alia parte testamenti.*
30 *Media declarantur ex pręcedentibus & subsequentibus.*
31 *Media intelliguntur probata, probatis extremitatibus.*
32 *Diuersa ratio inter unum casum & alium diuersum ius producit.*
33 *Legatarij habent hypothecam tacitam pro legatis.*
34 *Tacitam & expressam hypothecam habens præfertur habenti tacitam.*
35 *Vincula duo magis ligant quàm simplex funiculus.*
36 *Prohibitio inducta à lege & ab homine est fortior quàm simplex inducta à lege.*
37 *Hypothecam expressam habens secundum communem præfertur habenti tacitam.*

CONSILIVM XXV.

PRIMO quidem aspectu in præsenti consultatione dicendum uidetur, quod stantibus legatis factis in testamento quondam Illustris domini Giberti de Piis tàm dominabus Annæ & alijs suis filiab. quàm dominis Gaspari Prato & Galeatio Belentino, &
1 † quæ excedũt uires suæ hæreditatis, inter ipsos legatarios fieri debent diminutio legatorũ pro rata, per tex.in l.si quis testamento.§.apud Iulianum.ff.de lega.primò, ubi legislator inquit, quòd si testator habens triginta fecit legatum de ipsis triginta uni, secũdo de uiginti,& tertio de decẽ, cuilibet fit diminutio pro rata,ita quòd primus legatarius habebit uiginti,secundus decem & tertius quinque.qui text.se-
2 cundũ Paul.de Castro ibi procedit dato, quòd † unus sit primo loco nominatus quàm alter, ad idem est text.in l.quærebatur.in princip.ff.ad l.Falc.ubi deciditur, quòd si testator habens solum quatuor centum in bonis: quia habebat unum debitorem in dicta summa, legauit liberationem debitori de ipsa quantitate & alteri legauit quatuorcentum,concurrerent ambo legatarij in isto legato, & sic debitor consequetur liberationem respectu ducentorum, altera ducenta consequetur alter legatarius, quia cum ambobus sit legata quantitas,unus non est potior alio.

Sed præmissis non obstantibus, altera pars in casu de quo agitur,uidetur de iure uerior, quòd dictæ filiæ consequi debent integrum legatum, & sic non debet dari concursus inter alios legatarios cum ipsis filiabus.ad quod dicendum moueor ex infrascriptis,
3 & Primò arguendo à uerisimili,quod † argumentum est ualidum.l.nuptura.in fin.ff.de iure dotiũ.Paris.in consil.8.num.9.uol.1.22.nume.13.23.nu.69.volum.eo.& in consil.8.nu.7.uol.4.ubi ualet affirmatiuè & negatiuè.sed si diligenter perspiciatur, & uerisimilis mens dicti quondam Illustris Domini Giberi Pij testatoris & patris ipsarum filiarum, quæ in interpretatione testamentorum, & contentorum in eis omni
4 † diligentia perquirenda est,cum primum locum obtineat.l.in conditionibus.in princip.ff.de cond.& de
5 monst.& facit † totum.l.ex facto.la grande,in medio ff.de hæredit. institu.Socin.Iun.in consil.136.nu.12.
6 volumine tertio. & † quam sectari debemus pedetentim sicut uenator leporem.l.quidam.C.de necess. Ser.hæred. instit.Socin.Iun.in consilio 122.numero octauo, uolumine tertio, utique apparebit uerisimi-
7 lem mentem ipsius fuisse, cum † officium paternum sit capere optimum consilium pro filiabus.argumento.l.nec in ea.§.fina.ff.ad l.Iulia.de adult.& quia pa
8 tres † solent plus diligere filios quàm seipsos.l.isti
9 quidem,in fin.ff.quod met.cau.quodque † nullus melior amicus reperiatur quàm pater.l.quidam cum filium.vbi docto.de hæredib.instit.quòd noluit quòd de legato facto filiabus fiat aliqua diminutio. in fauorem aliorum legatariorum extraneorum. Nam
10 indubitati iuris est, patrem † potius filiabus suis quàm aliis uoluisse prouidere. Socin.in consilio nono,numero decimo octauo,uolumine primo. etsi aliter diceretur, sequeretur quòd hoc esset contra
11 naturalem pietatem & charitatem, cum † prima causa sit liberorum l.in successione. C.de legit.hæred. & de ipso quondam Illustri Domino Giberto posset dici quod ait Bald.in authe.ex causa.columna septima,uersi.secundò capio.C.de liber.præter.vbi in
12 quit, quòd † prudentes interpretati sunt eum esse dementem,qui sine causa se obijcit naturali erga liberos charitati,Soci.Iun.in consi.59.nume.13.uolumi.
13 3.ubi qui † charitatem naturalem erga liberos non curat, dicitur habere morbum cerebri & defectum rationis. Vt igitur hæc euitentur & amplectamur ve-
14 risimilitudinem ipsam,quæ † est cognata naturę,Bal.in consi.180.col.3.Craue.in consil.75.nu.24.& 135.
15 nume.33.& † quam maximè considerare debent iudices,teste Aret.in consi.9.col.2.Crauet.in consi.9.nu.35.concludendum uenit stante ipsa verisimilitudinę
16 & affectione paterna ergo suos liberos, & † qua nulla maior esse reperitur,Craue.in consi.j.colũ. secun-
17 da,& † considerato ardore amoris paterni,qui inæstimabilis est,Bald.in l.precibus.colum.6.versi. Item dixi.C.de impub.& aliis substit.Socin.in consil. 59.colum.1.vol.3. quòd de dicto legato facto prædictis filiabus nulla debet fieri diminutio ad beneficiũ aliorum legatariorum extraneorum ipsi Illustri quond. Domino Giberto. Nam tenendo huiusmodi interpretationem, quæ æqua est & fauorabilis, euitabitur quod
18 † illa non erit dura & absurda,prout interpretari debet.glo.in uerbo pietate,in l.vxorem. §.codicillis.de lega.tertiò,Paris.in consi.20.num.26.volumi.3.& eo magis id dicendum uenit,cum legatum factum dictis filiabus inspecta dignitate patris & qualitate ipsarum non dicatur excessiuum,iuxta l.quæro.ff.de iure dot. Imò plus dicitur, quòd illud dicitur modicum: quia si debent se matrimonio copulari, cum aliundè aliquid non habeant, cum maxima difficultate, etsi sint de antiquissima, nobilissima & Illustri Prosapia de Piis:poterunt reperire maritos pares.Nam hodiernis temporibus adeo crescunt dotes, ut experientia
19 † docet,quæ est efficax rerum magistra cap.quam sit. de elect.Alexan.in consi.22.num.2.volu.4.&132.nume.5.vol.5. quòd viles mercatores audent petere dotes duorum milium scutorum, Nobiles, quatuor & quinque milia,& Illustres personæ quindecim & viginti milia. Consideratis igitur dicta verisimilitudine, amore, affectione & charitate paterna erga ipsas filias,necessariò dicendum venit & meritò,quod mẽs paterna non fuerit, ut fieret diminutio dicti legati in fauorem extraneorum, sed vt integrum consequerentur suæ filiæ.

20 Secundò facit. Nam † testator præsumitur illud disposuisse quod verisimiliter ordinasset si de eo fuisset interrogatus, gl.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pac.l.si.vbi not.C.de posthum.hæred.instit.Paris. in consil.75.nume.37.volumine secundo,consilio 78.numero 14.& in consilio septuagesimonono,numero 26.volumi.eod.Socin.Iun.in consilio 90. numero 14.uolu.primo,& 126.numero 16.& 84.uolumine eo.sed cui dubium, quòd si dictus Illustris Dominus Gibertus testator fuisset de præsenti difficultate interrogatus utique ita disposuisset, quòd de legato facto filiabus nulla esset facienda diminutio ad commodum aliorum legatariorum extraneorum.ergo hoc pro expresso haberi debet. Nam considerandum est,quòd lex interpretatur patrem velle propriam sobolem extraneis anteponere.l.cum acutissimi. C.de fideicõmiss. facit quod scribit Socin.Iuni.in consilio 113.numer.13.uolumin.primo,ubi dicit, quòd affectio testantis, in dubio præsumitur maior erga suos descendentes & eius nepotes quàm in alios, qui à testatore non descendunt.

Tertiò dicitur, non esse admittendum concursum
21 inter dictos legatarios ex alio capite: quia † dispositio dictæ.l.si quis testamento. §.apud Iulianum. & aliarum legum non habet locum, vbi vnum legatum

tum

tum est factum ex causa dotis & alia non; quia tunc
legatariæ quibus relicta fuit dos, præfertur aliis, Bar
tol. in l. 2. §. si sponsa ff. de priuil. cred. ubi dicit, quod
si pater dotauit filiam nupturam & bona non sunt
sufficientia aliis legatis, quod dos filiæ debet deduci ut
æs alienum, ut possit nubere, quia hoc onus est pa-
tris. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. quem ibi sequitur
Ripa num. 13. Paul. de Castro in dicto. §. apud Iulia-
num. columna secunda, Alexand. in l. si cum dotem.
§. si pater. colum. finali. ff. soluto matr. Natta in consil.
455. numero octauo, Bald. de Bartol. in l. prima, nu-
mero 471. solut. matr. sed in casu de quo agitur lega-
22 tum † factum ipsis filiabus, quamuis simpliciter fa-
ctum, intelligitur pro dote relictum, ut per Bartol. in
l. quod autem. ff. de iure dot. ubi Alexan. ibi in addi-
tione, ubi dicit hoc notandum. Paul. de Castro in l. Ti
tio centum §. Titio genero. colum. penult. uersic. quid
si pater ff. de condi. & demon. Bald. in l. non sine, co-
lu. secunda, uersic. modo hic quæritur. C. de bon. quæ
lib. Ias. in l. filia legatorum. C. de lega. Fabia. in auth.
præterea. numer. 66. C. unde uir & uxor. Ange. in §. si
fuerat. colum. 16. uersic. unum tamen. instit. de actio.
Ruin. in consil. 224. numero decimo, volumine pri-
mo, Franc. Marc. in decis. 961. in fi. Brun. in trac. ex-
clus. fœm. in sexto articulo princip. in septima quæ-
stione colum. fina. Ang. à Gambil. in trac. de testa. in
in uerbo item iure institutionis. colum. fi. & hanc es-
se communem dixerunt Ruin. in consi. 138. numer. 5.
uolumi. 4. & Cepha. in consi. 84. numero 9. Nam, ut in
quit Ias. in dicto §. apud Iulianum. pariæ sunt quòd le
gatum sit factum simpliciter filiabus uel expresse pro
23 dote; nam † fauore dotis multa permittuntur, quæ
aliàs non permitterentur, ut abunde ultra alios per
Bal. de Bartol. in dicta l. prima, ubi inter alia priuile-
24 gia dotis dicit en 142. priuilegia, quod † si in testamen-
to inter alia legata fuit dos relicta, & postea in codi
cillis fuit apposita clausula diminutiua legatorum
factorum in testamento; diminutio non refertur ad
legatum dotis. per tex. in l. libertis. §. posthumus. de
alim. & ciba. lega. Nec habet obstare si dicatur, sen-
tentiam ipsam limitandam esse, ue non procedat nisi
25 quando legatũ † sit simpliciter filiabus nubilibus, se
cus si non nubilibus, ut in casu præsenti. Alex. in ad-
dit. ad Bartol. in dicta. l. quod autem, in l. huiusmodi.
in §. si pater. colum. tertia, uersi. tertiò potest limita-
ri. ff. de lega. primo, & in consi. 21. numer. 9. uolumi.
7. Ruin. in consi. 30. col. fina. uolum. 2. Natta in consi.
363. nume. nono, & 15. quia quando pater legat filiæ
non nubili, non uidetur tunc legare pro dote nec ani
mo compensandi cum dote; quia tunc pater non po-
terat cogi ad dotandũ filiam. l. quòd pupillæ. ff. quan
do dies lega. ced. & sic cessat illa necessitas legalis.
26 Quia respondetur, quod † communis schola docto-
rum est in contrariũ, quod imo quando legatum est fa-
ctum simpliciter filiabus non distinguit doctores in
ter nubilem, uel non nubilem: & dictum Alexan. pos-
se morderi inquit Fabia. de Pepis in dicta auth. præ-
terea, numero sexagesimosexto, ex quo legatum ip-
sum sortitur effectum post mortem testatoris, qui ui-
detur noluisse prouidere pro futuro tempore, quo
non sit exiturus in uita, & sic noluit habere respe-
ctum ad tempus quo teneretur purè dare dotem; un-
de subdit quòd dicta dos deberet computari ex præ-
sumpta uoluntate testatoris: Vel & secundò respon-
detur, quòd dictum Alexand. posset esse uerum eo ca
su, quo legatum dotis est purum, sicut quando fit fi-
liæ, cui debetur legitima secundum Barto. in l. Titio
centum §. Titio genero. ff. de condition. & demonstra
tion. Nam isto casu si filia sit nubilis imminet necessi
tas dotandi, ideo præsumitur animus compensandi,
secus si cessat dicta necessitas, ut quia filia non sit nu
bilis. sed quando legatum dotis in dubio censetur fa
ctum sub conditione illa, si filia nupserit, ut in ca-
su nostro, ubi dictum legatum dicitur in se habere
tacitam conditionem, si nuptiæ sequantur, secun-
dum Bartol. ubi supra; tunc si legetur simpliciter fi-
liæ causa non expressa, & intelligitur in dubio fa-
ctum pro dote, intelligitur collatum in illud tem-
pus nuptiarum, & sic in illud tempus quo pater uel
eius hæres ad dotem obligatur, & per consequens
illo tempore potest compensatio locum habere, &
cessat ratio Alex. ita formaliter tradit Ruin. in consi.
64. nu. 9. uersi. ad illud primu. uol. 2.

Secundo respondetur, quòd cum in præcedenti-
bus testator legauerit expresse minorem quantitatem
pro dote filiabus suis, ut constat in testamento dicti
quondam Illustris Domini Giberti, ubi postquàm re-
liquit dictis filiabus scuta septem milia nec non &
possessionem de Bosa ac molendinum de Panzarel-
lo, inquit (Et perche la predetta illustre Signora Isa-
bella sua consorte si troua grauida & spera sua Signo
ria in Dio le sara gratia che habbia un figliuol ma-
schio; hà ordinato quanto di sopra per le doti di es-
se sue figliuole) & sic clarè dixit testator, quod illud le-
gatum fuit pro dote, & in sequenti legato maioris
summæ triginta duorum milium scutorum uoluerit,
quòd alia minor, de qua supra, in illo contineretur
& ad primum se retulit, præsumendum est, quòd ex
eadem causa dotis secundò legauerit, ut illam auge-
27 ret, & † quæ augeri potest, & ante & post matrimo-
nium. l. penult. auth. sed iam necesse. C. de don. ante nup.
28 Vnde cum † ex præcedentibus declarantur sequen-
tia. l. qui filiabus, in princip. ff. de lega. 1. satis constat
ex his, quòd licet filiæ non sint nubiles, tamen uoluit
testator compensare legatum cum dote, & creden-
dum est, quod ex eadem causa dotis secundum lega-
tum factum sit, præsertim cum testator de primo fece
rit mentionem, & ideo præsumendum est, quod uo-
luerit solum hoc secundum legatum à primo differre
in quantitate & non in causa, argumento notatorum
in l. triticum. ff. de uerbo. oblig. ita Ruin. in consi. 64.
num. 7. uersi. 2. etiam respondetur. uolu. 2. nec mirum
29 cum etiam uideamus à iure receptum esse, quod † v-
num legatum recipiat interpretationem & declara-
tionem ex his quæ continentur in alia parte testame-
ti, Alex. in consi. 170. nu. 12. uol. 2. Gozad. in consi. 94.
col. 1. & tanto fortius id suadetur, cum nedum in pri-
mo legato sed etiam in ultimo facto ipsis filiabus de
octo millibus pro unaquaque earum casu quo nasce-
retur masculus, expresserit idem testator, quod illud
30 relinquebat pro dote, in quo casu cum † media decla
rantur ex præcedentibus & subsequentibus. l. si seruus
plurium. §. fi. ff. de leg. 1. l. hæredes palam. uersi. sed si
notam. ff. de testa. Soci. in l. plures testamento. col. 2.
de rebus. dub. Fely. in rubrica de re iud. col. 5. uersi. in-
31 tellige. Neuiz. in consi. 62. nu. 9. & soleat dici, quod † pro
batis extremitatibus media intelliguntur probata,
Bal. in l. inditia. col. fi. uersi. quæritur. C. de rei uendic.
Natta in consi 235. nu. 18. sequitur quòd legatum di-
ctorum triginta duorum milium scutorum factum es
se intelligatur ex causa dotis.

Quarto, quòd etiam testator noluerit legatarios
extraneos concurrere cum filiabus & legatariis de-
monstratur ex alio, quoniam ordinauit post legatã fa
cta tam extraneis quàm ipsis filiabus, quod si Domi-
nus Hercules fuisset hæres, & negaret adesse tot bona
allodialia, quæ sufficerent pro satisfaciẽdo dicta trigin
ta duo milia scuta, filiab. & aliis legatariis, obligabat

ipsis filiabus omnes munitiones, tormenta, meliora méta facta tam in arce de Saxolo quàm in suo statu, & iura quæ habebat in Molendino posito in burgo de Saxolo & in aliis locis positis ultra flumen Sicl̨, & similiter omnes res & bona nominatas & nominata in legato facto ut supra dictis suis filiabus, per quam obligationem etiam satis demonstratur mentem suam fuisse, quòd filiæ suæ integraliter legatum triginta duorum milium scutorum consequerentur, dato etiam quòd alia bona non sufficerent pro solutione aliorum legatorum: & inficiari non potest, quin magis uoluerit ex dicta obligatione consulere suis filiabus quàm aliis propter differentiam, quam inter ipsos legatarios constituit, obligando tantum bona sua pro legato facto filiabus & non pro aliis legatis. & ex qua satis perpenditur testatorem maiorem affectionem habuisse suis filiabus quàm extraneis, & merito, cum prima charitas sit filiorum, quæ
32 affectio † operatur diuersam esse rationem inter unum casum & alium, ergo & diuersum ius. l. inter stipulantem. §. sacram. de uerb. oblig. Alex. in consi. 46. nu. 6. uol. 2.

Nec habet obstare si dicatur, quòd etiam alij legatarij habent hypothecam pro legatis suis in bonis le
33 gantis: quia respondetur † ipsos tantum habere tacitam inductam à lege, ut per Scriben. in l. j. C. commu. de legat. Alex. in consi. 4. nu. 19. uol. 2. & 98. num. 5.
34 uol. eo. Sed filiæ legatariæ expressam & tacitam, † quæ duæ tanquam fortiores debent præponderare simpli
35 ci tacitæ, cum † duo uincula magis ligant quàm simplex funiculus. l. balista. ubi Scriben. ff. ad Trebel. l. cum scimus. ubi Bar. de agr. & censi. lib. 11. Hinc uidi
36 mus quòd † fortior est prohibitio inducta à lege & ab homine quàm simplex inducta à lege, Doc. in l. si quis. §. ea lege. ff. de uerb. oblig. in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1. dixi in consi. 81. nume. 17. cum pluribus sequen. uol. 2. & 98. nu. 20. uolu. eo. Imo plus dicitur, quod si dictæ filiæ tantum habuissent hypothecam expressam, illa esset fortior quàm tacita, Alex.
37 in consi. 184. in fi. uol. 6. ubi mulier † quæ habet tacitam hypothecam pro dote. l. 1. C. de rei uxo. actio. non præfertur habenti expressam, gl. prima, in §. fuerat, insti. de actio. Bar. & communiter alii in l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. rursus in consi. 58. num. 5. uol. 2. ubi dicit hanc esse magis communem doctorum sententiam.

Non obstant modo ea quæ adducta fuerunt: quia etsi pateat expressa responsio ex his quæ scripta fuerunt, adhuc replicatur ea locum non habere concurrente uerisimili mente testatoris in contrarium, & etiam quia legatum factum fuit dictis filiabus etiam ex causa dotis, quo casu dispositio dictarum legum locum non habet in dicto legato facto ex causa dotis, ut latè per doct. supra citatos, quos amplius non transcribam.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimatio facta cum clausula, quòd filia succedere non possit nisi in eo quod patri placuerit, dicitur propriè dispensatio.*
2 *Legitimatio & dispensatio inter se differunt.*
3 *Dispensatio fieri potest quo ad quædam & quo ad quædam non.*
4 *Statuto si caueatur, quòd extantibus filijs masculis fœminæ non succedant, illud locum habet in legitimatis simpliciter, secus si cum aliquo pacto, quia ista non esset legitimatio sed dispensatio.*
5 *Monstrum esse uidetur, quod quis reputetur legitimus & non legitimus. declara ut in nu. 16.*
6 *Liber quis esse non potest quo ad quædam & quo ad quædam seruus.*
7 *Dispensatio illa dicitur, quãdo fieret legitimatio, cum clausula, absque præiudicio uenientium ab intestato declara ut in nu. 17.*
8 *Legitimatio, per quam tollitur omnis defect. natalium omnisque labes & macula genituræ & omne iuris obstaculum & per quam quis restituitur ad primæua iura, quibus omnes liberi & legitimi nascebantur, dicitur uera legitimatio.*
9 *Legitimare est abolere maculam & defectum natalium seu natalibus restituere.*
10 *Legitimatio est quædam natalium restitutio, quæ absque coniugio natis extra causam ingenuitatis conceditur.*
11 *Legitimatio dicitur uera & propria, quando quis absolutè restituitur natalibus, non obstante quòd in legitimatione dicatur, quòd legitimatus non possit succedere patri nisi in eo quod sibi placuerit.*
12 *Effectus succedendi separatur à legitimatione.*
13 *Ius cognationis licet tolli possit, tamen cognatio ipsa & sanguinis coniunctio tolli non potest.*
14 *Legitimatio licet non reuocetur secundum communem per superuenientiam filiorum legitimorum, tamen effectus legitimationis limitatur & restringitur, quia cum legitimato concurrunt filij ex legitimo matrimonio postea nati.*
15 *Paul. de Castro in l. pactum quod dotali. in fin. C. de colla. in l. sed si hac. §. patronum. de in ius uocan. l. si ab eo. C. de legit. hæred. & in rubrica. C. de iur. au. anu. declaratur.*

CONSILIVM XXVI.

STANTE capitulo conuentionis initæ inter quondam Magnificum dominum Franciscum Messeranum genitorem Magnifici domini Philiberti & Dominum Augustinum Scaliam, quæ sequitur. (Il Signor Agostino si contenta spósar la Signora Flerida cõ li capitoli infrascritti, cio è che il Signor Filiberto debba legitimar la sudetta Signora Flerida sua figliuola & il Signor Francesco per abiadiga.) Prima facie dicendum uidetur quòd dominus Philibertus offerendo se paratum legitimari facere dictã
1 dominam Fleridam cum reseruatione, quòd † ea sibi succedere non possit, nisi in eo quod sibi placuerit, non dicatur satisfacere dicto capitulo nec promissioni paternæ, quoniam huiusmodi oblatio non dicitur
2 esse legitimationis sed dispensationis, inter † quam legitimationem & dispensationem secundum scribẽtes maxima constituitur differentia, ut late per Butr. & alios in c. per uenerabilem. qui filii sint legit. Gozad. in consilio 6. Paris. in consi. 7. nume. 19. uolum. 2. Alex. in consi. ulti. uol. 5. quę sententia probari uidetur ex notat. per Pau. de Cast. in l. pactum quod dotali, col. fi. C. de collat. Quærit enim ibi, quidam habens liberos legitimos & naturales fecit legitimari bastardum pacto apposito uel clausula, quod non possit succedere nisi in eo quod sibi placuerit relinquere

quere. & primò refert nonnullos consuluisse non ualere clausulam prædictam; quia legitimatio non potest fieri pro parte sed quo ad omnia, aliàs esset monstrum, quòd esset legitimus quò ad quædam & quò ad quædam non, per text. in dicto capitulo, per uenerabilem. ubi dicebant esse casum iuncta gloss. in capitulo, cum inhibitio. de cland. despō. tamen postea dicit se cum pluribus aliis consuluisse cōtrarium, quòd licet ipsa propriè nō sit legitimatio postquam fit aliqua reseruatio, nihilominus erit quædam dispensa-
3 tio, † quæ fieri potest quò ad quædam, & quò ad quædam non, ut habeatur pro legitimato in quibusdam, licet non sit legitimus, l. cum ex oratione. ff. de excusa. tut. & cum Castr. transit ibi Alex. in j. col. & Curt. Sen. Idem Castren. in l. sed si hac. §. patronum. il: secundo, ff. de in ius uocan. vbi ex hoc infert se consuluisse, quòd in omni materia ubi filii legitimati ex-
4 cludūt fœminas, ut est quando statutum dicit † quòd existentibus filiis masculis fœminæ non succedant, quòd statutum prædictum locum habet in legitimatis simpliciter, secus si cum aliquo pacto, quia ista non esset legitimatio sed dispensatio, quam limitationem bene notandum inquit ibi Ias. columna secunda. quia utilis, rursus in l. si ab eo. C. de legitim.
5 hæred. ubi tradit, quòd quasi † monstrum esse uideretur, quod quis reputetur legitimus & non legitimus, cum duæ qualitates contrariæ esse non possint
6 in eodem subiecto, sicuti quis non potest esse † liber quò ad quædam & quò ad quædam seruus. l. pariter, in fin. C. de liber. cau. & ideo quòd cum legitimatio sit quædam integratio status, quæ non potest fieri nisi quoad omnia: quia quis non potest esse in duplici statu contrario, quòd si aliquid reseruatur, puta quod legitimatus non possit succedere patri unà cum aliis legitimis & naturalibus, prout frequēter contingit, illa nō erit propriè legitimatio, sed dispensatio, & quæ bene potest fieri quoad quædam & quò ad quedam non, & quòd remanebit ille illegitimus, licet ipsa illegitimitas sit uelata quò ad quædā & quò ad quædam non l. secunda, C. de iure aur. annul. Rursus in rubrica C. de iure aur. anul. & in consilio 221. secundum antiquam impressionem. ex qua sententia Paul. inquit Bero. in consilio 175. numero decimoquinto, uolumine secundo, ꝙ similiter dice-
7 tur dispensatio † quando fieret legitimatio cum clausula, absque præiudicio uenietium ab intestato, quia non dicitur legitimatio simpliciter sed secundum quid legitimatio dicitur fieri: & cum hac restrictione, ergo dicetur dispensatio propria, quia per illam spurius plenè non restituitur sed cum certa modificatione, ut in terminis uoluit Bald. in consilio 254. inter consilia Angel. Crot. in consilio 113. numero 22. post Corne. in consilio nono, circa finē in quarto uolumine. Accedunt quoque scripta per Alexand. in consilio ultimo, volum. quinto. & in consilio 30. uolum. 4. ubi dicit, ꝙ ista non est propriè legitimatio sed dispensatio cum non sit legitimus quò ad omnia, Goz. in consi. 92. col. 3. uersic. quarta conclusio, Ruin. in consi. 109. col. 6. uersic. quarto principaliter uol. 3. Ias. in consi. 40. col. 2. in fi. vol. 3. Roman. in l. qui superstitis. de acq. hęred.

Sed pręmissis non obstantibus, concurrendo cum Magnificis dominis Consulentibus, qui in hoc articulo, scripserunt, contrariam sententiam in casu de quo agitur, ueriorem fore arbitror. ꝙ imò per legitimationem dictę dominæ Fleridę oblatam per Magnificum dominum Philibertum eius patrē satisfactum sit dicto capitulo conuentionis & promissionis de quibus supra: quoniam legitimatio oblata, est uera &
8 propria legitimatio, cum per eam tollatur † omnis defectus natalium, quem posset pati, omnisque labes & macula geniturę suę, & omne iuris obstaculum, & per eam restituatur ad primæua iura, quibus omnes liberi & legitimi nascebantur, & ex toto desinat esse illegitima, adeo quòd amplius spuria appellari non possit l. Imperialis. vbi Bal. & Saly. C. de nupt. Ruin. in cons. 86. col. 2. versi. sed tamen. vol. 3. Gozad.
9 in consi. 6. num. 62. vbi † legitimare est abolere maculam & defectum natalium, seu natalibus restituere. Ias. in dicto consilio 40. columna tertia, Dec. in consil. 258. colum. fi. uersi. ultimo non obstat, & in consi. 274. colum. pen. in princip. Alb. in consil. 7. nu. 4. ubi dicit hāc esse proprie legitimationem cum persona fuerit generaliter & absolutè habilitata & restituta ad omnes gradus, honores &c. Paris. in consil. 7. colum. 3. in fin. uolum. 2. Didac. in tomo primo,
10 §. 8. in princip. ubi sic ait † legitimatio est quædam natalium restitutio, quę absque coniugio natis extra causam ingenuitatis conceditur. Nam sicuti libertinus qui in eo statu uel seruitute natus fuit à Principe restituitur illis natalibus. l. 2. ff. de nat. restit. ita illegitimè natus antiquæ ingenuitati & naturæ, ex qua omnes legitimi nascuntur, restituitur per legitimationem ut in auth. quib. mod. nat. effic. sui. in princip. & in §. illud tamen, unde à dispensatione plurimum distat, eo quòd dispensatio ad aliquem actum uel certis quibusdam legibus aliquem legitimum efficit, sed legitimatio omnino legitimum quem constituit, Butr. in c. per uenerabilem. nu. 16. & ibi Abb. & gl. prima, qui filij sint legit. doct. in l. sed si hac. §. patronum. de in ius uocan. in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Cum igitur ista sit uera & propria legitimatio & aliquo modo non possit dici dispensatio, sequitur quod per dictum dominum Philibertum erit satisfactum dicto capitulo, de quo supra, per talem legitimationem.

Nec habet obstare, quòd legitimatio quæ offertur per dominum Philibertum fuit limitata, dum uult quod ea non possit succedere nisi in eo quod patri placuerit, quo casu ista non est uera legitimatio sed dispensatio, ut supra ex aduerso dictum fuit. Quia respondetur, quòd adducta in contrarium loquuntur & locum sibi uindicant, quando quis limitatè fuit habilitatus ad succedendum, uel legitimatus cum ista clausula, quòd succedat patri in eo quòd sibi placuerit, & ita loquitur Pau. de Cast. in locis supra relatis. Nam negari non potest isto casu, cum legitimatio sit limitata, quin limitatum producat effectum. l. in agris. ff. de acquir. rer. domi. & ideo quòd talis non dicitur absolutè legitimatus quia persona integra
11 non fuit, secus est quando † legitimatus ad natalium iura reducitur, & omnis macula geniturę penitus tollitur & legitimus constituitur: quia tunc cessant no. per Castren. & alios ubi supra. Nec uis fienda est in eo, quod successio limitetur in eo quod patri placuerit: quia licet in ista parte effectus legitimationis limitetur, nihilominus non uidetur quod ipsa legitimatio, quæ respicit integritatem personæ limitata di-
12 catur: quia † effectus succedendi separatus est ab ipsa legitimatione. Vnde licet effectus succedendi limitetur, nō tamen ipsa legitimatio limitata uidetur, ita Soc. in consi. 246. col. 3. uers. 2. prima legitimatio, ubi inquit, ꝙ licet tollatur effectus successionis, remanet tamen legitimatio integra & perfecta, quam sententiam sequitur Dec. in consi. 258. col. pe. ubi pro con-
13 firmatione dicit, ꝙ etiam uidemus, quod † ius cognationis tolli potest, gl. in §. quod autem. institu. de capit. dimin: Roma. in consi. 82. & tamen cognatio ipsa &

sa & sanguinis coniunctio tolli nõ potest. l. iura san-
14 guinis. ff. de regu. iur. Item & quia †licet per superue-
nientiam filiorum legitimorum legitimatio prius fa
cta secundum communem opinionem nõ reuocetur;
effectus tamen legitimationis limitatur, & restringi-
tur: quia cum ipso legitimato concurrunt filii ex legi
timo matrimonio postea nati. l. si vnquàm. C. de reuo
can. donat. & sic patet, quod legitimatio firma ma-
neat, licet effectus legitimationis aliqua ex parte mi-
nuatur, rursus in consi. 264. col. pen. in prin. & in l. pa
15 ctum †quod dotali. C. de collat. Cur. Sen. in consi. 73.
col. 16. ver. secundo respondemus. Ruin. in consi. 75.
num. 12. vol. 2. vbi tradit, quòd dictum Paul. procedit
& locum habet in dispensatione collatiua, prout est
illa quæ fit quò ad quid in futurum, & non in restitu-
tiua, sicut quando fit etiam vt ex retro, prout quando
restituitur antiquis natalibus siue pristino iuri natu-
ræ & penitus aboletur omnis macula geniture; vt in
casu præsenti offertur, vt declarat Anto. de Butr. in d.
c. per venerabilem. col. 17. ver. nunc vltimo videmus;
Item in num. 11. vers. vnde ad hoc etiam, inquit quòd
ad hoc vt quis dicatur verè legitimus satis est, quòd
sit plenè restitutus natalibus, quamuis in dependenti
bus & consequutiuis à legitimitate in aliquibus dif-
ferat ab alijs: quia sine istis potest stare legitimitas &
ab eis separari. & ideo subdit, quòd quamuis quis nõ
sit capax spiritualium, nõ tamen per hoc fit quin pos
sit esse legitimus: & deueniendo ad casum nostrũ, tra
dit sequendo Soci. vbi supra, quòd vbi quis legitima-
tur & natalibus restituitur cum reseruatione, ꝙ non
possit succedere nisi in eo quod ei fuerit relictum à
patre, efficitur legitimus & quod dicitur simpliciter
legitimatus & non dispensatus: quia potentia succe-
dendi, quæ est ablata per dictam reseruationem, dici
tur esse separata à potentia legitimandi, per not. per
Bart. in l. is potest. ff. de acq. hære. Rursus in consi. 86.
col. 2. vol. eod. & in consi. 145. num. 4. volu. eod. Alba
in consi. 7. Zucard. in l. posthumo. num. 43. C. de bon.
pos. contra tabu. vbi dicit, considerandum esse, an re-
strictio fiat circa ipsam restitutionem natalium, aut
circa effectus à restitutione & legitimatione resultan
tes: quia primo casu, quãdo restringitur legitimatio
restitutiua, vt quia non legitimatur absolute sed quò
ad certos effectus, vt puta possit succedere in eo qđ
pater ei dederit, & isto casu ista non est legitimatio
sed potius dispensatio, sicut in eo qui impetrabat, ut
posset annulos aureos portare. Nam non efficiebatur
ingenuus sed solum quo ad illũ actum habebatur pro
ingenuo, vt per Castren. in d. rubri. aut verò restrictio
fit solum circa effectus legitimationis, vt est quando
absolutè restituitur natalibus in forma plenissima &
opportuna, deinde Imperator dicit, volumus tamen,
vt patri succedere non valeas, nisi in eo quod tibi re-
liquerit. & isto casu cum legitimatio non sit illa quæ
restringitur, sed effectus qui resultabat à legitimatio
ne est ille, qui restringitur. & tunc dicẽdum est, ꝙ sit
vera legitimatio & non dispensatio. vt latè declarat
Soc. in l. sed si hac §. patronum. de in ius vocan. & in
consi. supra citato 246. Hanc quoque sententiam am
plectuntur Pari. in consi. 7. num. 17. vol. 2. vbi inquit,
hanc legitimationem restitutiuam cum dicta reserua
tione esse veram legitimationem, & latius in princi.
2. col. vbi ait hanc esse veram & propriam legitima-
tionem, Gozad. in consi. 6. num. 64. Soci. Iun. in consi.
93. num. 41. vol. 3. & Didac. in primo tomo in cap. 8.
2. par. col. 2. cum seq. Alc. in parerg. iuris libr. 3. c. 4. in
fi. & in consi. 205. circa fi. Cum igitur ista legitimatio
quæ offertur, licet cum dicta reseruatione, sit vera &
propria, cõcludendum venit, ꝙ dictus Magnificus do
minus Philibertus videatur satisfacere dicto capitul.
inito inter quondam dominum Franciscum eius pa-
trem & dominum Augustinum Scaliam & ad vlterio
ra non teneri.

16 Non obstat illa ratio, quòd †quis nõ potest esse pro
parte legitimus & pro parte non, vt in d. c. cum inhi-
bitio. quia si illa legitimationem oblatam accipere
voluerit, in totum desinet esse illegitima, quãuis pri-
uata aliqua potentia, quæ potuit separari, vt supra di
ctum fuit, & propterea dicta per Castren. in locis su-
pra citatis & sequacium, poterunt habere locũ, quan
do legitimatio esset facta impropriè per dispensatio
nem, secus quando expressè restituitur pristinæ natu
ræ & omnis geniture macula remoueatur, sicut in ca
su de quo agitur fiet: quia tunc verè erit legitima &
ex toto desinet esse spuria, quamuis non possit succe
dere patri nisi in eo quod sibi reliquerit vel placue-
rit. ita Ruin. in citatis consiliis 75. num. 13. & 86. col.
2. quod est etiam de mente omnium doctorum supra
citatorum.

17 Vltimò, non obstat, quòd †legitimatio non dicitur
sed dispensatio, quando quis legitimatur cum clausu
la absque præiudicio venientium ab intestato. Quia
respondetur, quòd quando quis est absolutè & plenè
legitimatus, licet cum illa reseruatione, dicitur verè
legitimatus & non dispensatus, vt in terminis deci-
dere videtur Gozad. in consi. 6. num. 63. ver. nõ obstat
quòd sit apposita clausula. vbi dicit, quòd quãdo quis
est restitutus natalibus simpliciter & absolutè, licet
sit apposita illa clausula, sine præiudicio venientium
ab intestato, illa clausula non facit quin dicatur verè
legitimus & plenè legitimatus: quia illa clausula so-
lum respicit effectus succedendi, qui separatus est ab
ipsa legitimatione. & licet sit limitata successio seu
effectus succedendi, tamen non dicitur limitata legi
timatio: quia ex diuersis non infertur l. Papinianus
exuli. ff. de minor. Didac. vbi supra numer. 3. vbi dicit
hanc non esse dispensationem sed legitimatione ve-
ram & propriam.

SVMMARIVM.

1 *Bona subiecta restitutioni fideicommissi possunt alie-
nari ex causa dotis, ubi bona mariti non supersunt,
in quibus dotem uxor consequi ualeat.*
2 *Auth. res quæ. com. de leg. secundum crebriorem docto
rum sententiam, ita habet locum in restitutione dotis
sicut in constitutione.*
3 *Auth. res quæ. locum etiam habet si grauamen iniun-
ctum fuit ante dotis constitutionem.*
4 *Auth. res quæ. locum etiam sibi uindicat, si testator
expressè prohibuerit alienationem bonorum suo-
rum.*
5 *Authen. res quæ. locum non habet quando à testatore
est expressè prohibita alienatio ex causa dotis.*
6 *Auth. res quæ. locum habet in liberis testatoris & nõ
in transuersalibus.*
7 *Authent. res quæ, locum non habet quando expressè
est prohibita alienatio ex causa dotis: pariter locum
non habet quando prohibita est alienatio per uerba
habentia uim specialis prohibitio. is ex causa dotis.*
8 *Testator si prohibet domum uendi, alienari, aut quo-
uis titulo in alium transferri, sub illo uerbo quouis
titulo, uniuersali sui natura comprehenditur etiam ti
tulus dotis.*
9 *Prohibita alienatione quoquo modo, intelligitur etiã
probi-*

probibita alienatio necessaria, quæ sub simplici prohibitione non continetur.

10 *Verba, nullo modo, quæ sunt præcisa, tollunt omnem uiam in contrarium & potentiam, adeo quòd omnis dispensatio per illa uerba dicitur prohibita.*

11 *Dictio, nullo modo, dicitur habere clausulam decreti annullatiuam.*

12 *Testator si disponit in suo testamento, quòd res nullo modo alienetur, per illa uerba nullo modo, intelligitur uelle, quòd etiam in casibus specialibus aliàs permissis alienari non possit.*

13 *Verba uniuersalia negatiua semper plus uirium habent & roboris efficaciusque obligant ac magis præcisè astringunt quàm affirmatiua.*

14 *Negatiua intensius negat quàm affirmatiua affirmet.*

15 *Verbum quamcunque, quod est uniuersale, includit diuersa ab expressis.*

16 *Verba quauis causa, generaliter omnem causam considerabilem & illegitimam important.*

17 *Verba grauaminis, si sunt uniuersalia & pinguia, operantur quòd in restitutione fideicommissi ueniunt bona, quæ aliàs non uenirent sub simplici grauamine.*

18 *Dictio alius, addita dictioni uniuersali comprehendit maiora expressis.*

19 *Dictio etiam, auget.*

20 *Dictio penitus, tanquàm præcisa nullam recipit modificationem, seu limitationem.*

21 *Dictio penitus, æquipollet uerbo omnino.*

22 *Dictio penitus, idem significat quòd ex toto uel prorsus seu omnino, probibitiuumque est omnis dispensationis.*

23 *Dictio penitus, significat idem quòd dictio omnimodo.*

24 *Dictio omnimodo & consequenter dictio penitus significant indistinctè, & idem quòd totaliter.*

25 *Statuto si caueatur, quòd agnati penitus excludãt matrem, uirtute illius dictionis penitus excluditur etiã à legitima.*

26 *Dictio in nihilo, est uniuersalis negatiua.*

27 *Dictio omnibus, quæ est uniuersalis prolata ab homine non recipit restrictionem.*

28 *Dispositio simplex, quæ sui natura non solet comprehendere futura, ea comprehendit per dictionem omnia, uniuersalem.*

29 *Alienatio omnium bonorum si est permissa, uirtute illius dictionis omnium, comprehenduntur nedum bona tacitè prohibita alienari sed etiam expresè.*

30 *Feudum concessum pro se & hæredibus, licet non transeat ad hæredes extraneos, tamen hoc fallit si dicatur pro se & quibuscunque hæredibus.*

31 *Dictio integraliter, importat idem quòd totaliter.*

32 *Statuto si disponatur, quòd præmoriente uxore sine liberis masculis maritus lucretur integrã dotem, uirtute illius uerbi integram, maritus etiam lucrabitur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij.*

33 *Verba in omnibus & per omnia, apposita in testamẽto intelliguntur sine aliqua diminutione.*

34 *Trebellianica etsi non censeatur prohibita, nisi expresè & specialiter prohibeatur, tamẽ sufficit quòd probibeatur per alia uerba æquipollentia & ex sui natura hoc importantia, ut si testator iussit totam hæreditatem restitui.*

35 *Expressum id dicitur quod includitur ex natura uerborum.*

36 *Illud quod resultat ex uerbis testamenti habetur pro expresso & scripto, & de eo iudicatur ut de tali, etiam quando pro forma actus deberet esse expressus.*

37 *Dispositioni l. hac edictali. C. de secun. nup. derogatum esse censetur, si per uerba statuti potest apparere statuentes uoluisse ei derogare, licet expresè in statuto non fiat mentio exprèsè de ipsa derogatione.*

CONSILIVM XXVII.

EX Conclusionibus infrascriptis prima facie dicẽdum videretur, quòd hæc Nobilis Matrona debeat consequi restitutionem dotium suarũ aliàs datarum quondam eius marito in bonis subiectis fideicommisso, facto per quondam Magnificum Dominum Annibalem Constantium in suo vltimo testamento.

Prima igitur est conclusio, quòd quando nulla supersunt bona mariti defuncti in quibus vxor dotes
1 suas consequi valeat †bona subiecta restitutioni fideicommissi possunt alienari ex causa dotis, authen. res
2 quæ. com. de leg. cuius quidem legis † dispositio ita procedit in restitutione dotis sicut in constitutione, vt volunt Bar. & cæteri in dicta authẽ. res quæ. & doctor. communiter post Bart. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. quam sententiam vti communem sequuntur Rub. Alex. in consi. 78. col. 2. in princ. Ruin. in consi. 137. col. pen. vol. 2. 199. num. 4. vol. eo. & in consil. 57. num. 5. vol. 5. Didac. in lib. 2. variar. resol. c. 6. vers. 4. non tantum, dixi in consi. 85. nu. 30. volu. j. & hanc esse frequentiorem doctorum sententiam firmat Soci. Iun. in consi. 119. nu. 7. vol. 2.

3 Secunda est conclusio, quòd † dispositio dictæ auth. res quæ. locum etiam habet, si grauamen iniunctum fuit ante dotis constitutionem: quia semper viget ratio necessaria oneris dotem ipsam restituendi. §. quamobrem. in auth. de restit. & ea quæ parit. ne fideicommissi ignorantia mulieres defraudentur, quod expressè probatur in dicta auth. res quæ, vbi in rebus subiectis fideicõmisso filius grauatus potest restituere dotem pro filia. Cum igitur hæc iura velint & permittãt huiusmodi dotis constitutionem fieri posse, non obstante quòd bona sint subiecta fideicommisso, clarè datur intelligi, quòd loquantur quãdo grauamen fideicommissi erat iniunctum ante dotis constitutionem: quia si ipsa dotis constitutio præcederet grauamen non diceretur filius res subiectas fideicommisso obligare, ex quo tempore obligationis non erat fideicommissum, quam partem vti communem sequitur Didac. vbi supra versi. 4. non tantum. Soci. in consil. 519. num. 2. Rub. Alex. in citato consil. 78. Goza. in consi. 97. nu. 10. Dixi in allegato consi. 95. num. 29. & hoc frequentiori calamo receptum fore inquit Didac. vbi supra.

Tertia est conclusio, quòd dispositio ipsius authen. lo-
4 cum etiã habet si † testator expresè prohibuerit alienationem bonorum suorum, vt ibi per Scriben. & in dicto. §. diui. Ruin. in consi. 123. num. 4. vol. 2. vbi asserit hanc esse magis communem. Didac. vbi supra cap. 6. versi. 2. hoc in tractatu, vbi ait legem ipsam locum habere non tantum vbi est tacita prohibitio alienationis

tionis sed etiam si expresè à testatore sit alienatio
prohibita. Alexan. in consi.56.uol.1.Castr.in consi.
13.secundum antiquam impressionem,Dec.in consi.
519.Gozad.in consi.97.col.2. quod sanè intelligen-
dum est quando simpliciter est prohibita alienatio,
5 secus ubi testator † expresè prohibuisset alienatio-
nem etiam ex causa dotis,quia tunc auth.res quæ.nō
habet locum propter expressam uoluntatem testato-
ris,quæ derogat uoluntati tacitæ & præsumptæ. Ale
xan.in d.consi..56.nume.3.Crot.in d.§.diui. col. 18.
ubi etiam Loaz.nu.360.Didac. ubi supra in uersic.3.
Ruin.in consi.123.nu.10.uolum.2.Roder.Suarez. in
l.quoniam in prioribus.col.16.uersic.utrum.C.de in
offi.testa.

6 Quarta est conclusio,q † licet dispositio dictæ au-
thent.locum non habeat in transuersalibus,tamen se
cus est in liberis testatoris,secundum Barto. & alios
communiter in dicta authen.res quę. Paul. de Castr.
& alij in l.mulier.§.cum proponeretur.ff. ad Trebel.
Aret.in consi.37.in secundo dubio , Ruin. in consil.
237.nume.17.uolumi.secundo. Socin. in consil. 37.
nume.5.uolum.4.Didac.ubi supra in uersicu. illud ta
men.Port.in consil.61.nume.35.Cuman.in d.§. diui.
in fin.ubi Loaz.nume.361.fatetur hanc esse commu-
nem.Cum igitur simus in casu in quo nulla extant bo
na mariti defuncti , & agitur de restitutione dotium
expressarum in probibitione alienandi , & maritus
prædictus sit filius testatoris, qui fideicommissum in
suo testamento ordinauit,ex his seqni uidetur,quòd
alienatio dictor um bonorum fideicommisso subie-
ctorum pro restitutione dotium huius Magnificæ Ma
tronæ fieri posit.

Verum præmissis non obstantibus contraria sen-
tentia in casu,de quo agitur,uerior de iure esse uide-
tur,nt ex sequentibus apparebit, quoniam communi
7 calculo receptum est, quòd † si prohibitio specia-
lis alienationis (ut dictum fuit) sit ex causa do-
tis,non habet locum dispositio dictæ authē.res quæ,
ergo & idem dicendum uenit quādo prohibitio alie
nationis est facta per uerba habentia uim specialis
prohibitionis ex causa dotis , & quæ dictam causam
de necessitate comprehendunt , ut in terminis deci-
dere uidetur Ruin.in consil.123.colum.3. in fine no-
8 lum.2.ubi dixit,quod † si testator prohibuit domum
uendere , alienare aut quouis titulo in alium trans-
ferre,sub illo uerbo,quouis titulo, uniuersali sui na-
tura, comprehenditur etiam titulus dotis: quia qui
omne dicit nihil excludit.l.Iulianus. de leg.3.& mo
uetur ex notatis in l.quidam.§.1. iuncta glo. in uer-
9 bo quoquo modo.ff.de fideicommis.libert. ubi † pro
hibita alienatione quoquo modo,intelligitur etiam
prohibita alienatiō necessaria,quæ sub simplici pro-
hibitione non continetur. l. peto.§. prædium. de le-
gat. 3. si ergo in casu prædicto ratione illius uerbi
quoquo modo,includitur casus dotis,quanto magis
id dicendum uidetur in casu pręsenti uigore dictio-
num & uerborum uniuersalium , geminatorum &
plusquàm triplicatorum infrascripti capituli. Man-
dauitque idem testator bona sua nullo modo dimi-
nui posse nec per detractionem legitimæ seu Falci-
diæ seu Trebellianicę,uel ob quamcunque aliā cau-
sam etiam piam,nec per contractum uel qnasi , quia
uoluit in effectu idem testator ea bona remanere de-
bere quocunque tempore penitus illœsa & in ni-
hilo diminuta,adhoc ut dispositio ipsius in quocun-
que casu plenissimum effectum sortiri ualeat perpe-
tuo in omnibus & quibuscunque bonis suis , præter
supradicta mobilia & se mouentia integraliter in
omnibus & per omnia.Nam primo ponderanda sunt
10 illa , uerba nullò modo diminui posse , † quæ sunt
præcisa & tollunt omnem uiam in contrarium & po
tentiam, adeo quod omnis dispensatio per illa uer-
ba dicitur prohibita,glo.in clemen.2.in uerbo,nullo
modo.de ætate & qualita.Alex.in l.fi.C. de milit.te-
11 sta.& quæ † dictio dicitur habere clausulam decreti
annùllatiuam,Zenzel.in cle.prima , de sequestr.pos.
& fruc.inferens,quod ubi ius loquitur per uerba uni
uersalia nullo modo uel nullatenus, tacitum in se ui
detur habere decretum & tollere omnem potestatē
aliter disponendi, Gozad.in consil.25. nume.9.& in
12 consi.71.nu.4.ubi inquit, quod quando † testator di
sponit in suo testamento, quod res nullo modo alie
netur,per illa uerba nullo modo, intelligitur uelle,
quod etiam in casibus specialib. aliàs permissis alie-
nari non posit,per tex.in §.sanctissimas.in auth. de
alie.& emphi.Craue.in consi.201.nu.42. & hoc ma-
xime dicendnm est in boc casn, ubi ista uerba uniuer
13 salia sunr negatiua † quæ semper plus uirium habent
& roboris, efficaciusque obligant ac magis præcisè
astringunt quàm affirmatiua.Arch.in c.si peccauerit.
secunda,quæstione prima,Tiraquel.in repet. l. si un-
quam.in nerbo reuertatur.num.93.C.de reuocan.do
14 na.Nam † negatiua intensius negat quàm affirmati-
ua affirmet,gl.in cap.cum dilectus.de consuet.Paris.
in consi.151.nu.20.uol.3.97.nu.36.nolum.1. Bero.in
consi.37.nu.11.uol.2.& 217.nu.5.uol.eo.dixi in tra-
cta.dotis q.31.nu.7.

Vlterius ponderanda etiam sunt alia nerba,uel ob
15 quamcunque aliam causam , quod † verbum quam-
cnque stat augumentatiuè . l.ea tamen adiectio. de
leg.3.& uniuersale est c.nemo potest.prima distin-
ctione.Socin.in cons.10.col.prima,volum.prima,&
per consequens includens diuersa ab expressis,Soc.
16 in consi.2.vol.1.vbi dicit,q † illa uerba,quauis cau-
sa, generaliter omnem causam considerabilem ēt il-
legitimam important,gloss.in uerbo,quauis causa.in
clem.1.de re ind.Rui.in consi.72.nnmer.3.volnm.5.
ubi uirtute dictionis,quibuscunque,quæ est uniuersa
lis,neniunt ea quæ non uenirent,sicut uidemus,q in
17 restitutione fideicōmissi,si † uerba grauaminis sunt
uniuersalia & pinguia,ueniunt bona,quæ alias non
uenirent sub simplici grauamine . Adest & dictio
18 † alius,quæ addita dictioni uniuersali,comprehēdit
maiora expressis.clem.1.vbi Imol.de re iud.gl.in c.
quamuis.in uerbo quoslibet.de elec.in 6.Dec.in l.si
fugitiui.num.34.C.de seru.fugi.Goz.in cons.6.num.
34.vbi dicit,q licet dictio alius,alia,implicet similia
& non maiora expressis c.sedes.de rescrip.tamē fal-
lit si dicatur quibusuis aliis:quia includit maiora ex-
pressis,Rui.in consi.73.nume.20.vol.3. Decis.Pede-
mon.57.uum.7.Dixi in consi.61.nu.42.uol.1.Consi-
19 deranda sunt quoque uerba ēt in piā causam † quæ
dictio etiam auget.l.etiam.ff.sol.ma.Alcia.in cons.
75.nu.6.in 3.tomo.ex quibus uerbis satis apertè col
ligitur,quòd si testator uoluit alienationem fieri pos
se in piam causam , etiam noluit eam fieri posse pro
restitutione dotis.Nam pia causa multis potitur pri-
uilegijs , de quibus per Tiraque.in trac.de priuil.piæ
cau.Item etiam ponderanda sunt illa uerba, quocun
que tempore,quæ(ut supra dictum fuit)sunt uniuer-
salia,& quæ comprehendunt omne tempus ; simili-
20 terque alia seqnentia,penitus illœsa , quæ † dictio
penitus,tanquam præcisa nullam recipit modifica-
tionem seu limitationem , Ang.in consil.27.per tex.
in l.ambiguitatem. C.de usufruc.Crot.in consil.32.
21 num.20.vbi dicit † dictam dictionem æquipollere
uerbo omnino, & operantur quod dispositio non re
cipiat aliquam modificationem sed intelligatur sim
pliciter

pliciter & omni casu.l.grecè.§.illud.ff.de fideiuss.Go
22 zad.in consi.25.num.9.vbi dicit,quòd†istud verbum penitus,idem significat quod ex toto,vel prorsus seu omnino, & quod est prohibitiuum omnis dispēsatio nnis,rursus in consi.71.num.4.Paris.in consil.63.nu. 11.vol.j.Port.in consi.42.num.91.Ruin.in consi.117.
23 nume.10.vol.3.vbi†dictio hæc idem significat quod dictio omni modo.l.j.C.de gladia.lib.11.iuncta rub.
24 & not.glo.in clem.j.de præb. quæ †dictio omni modo & consequenter dictio,penitus,significāt indistin ctè,& idem quòd totaliter,tex.est vbi glo.& Bar.in l. si cum exceptione. §.sed quatenus. ff.quod met.caus. Iterum in consi,41.num.5.vol.eod. vbi concludit, ꝙ
25 † stante statuto, quòd agnati penitus excludant matrem, ꝙ virtute illius dictionis penitus, quæ importat idem ꝙ omnino,& per consequēs indistinctè, mater excluditur à legitima,rursus in consi.154.num.8. vol.1.Soc.in consi.20.in fi.vol.3.

Præterea inspicienda sunt etiam illa verba,in nihi
26 lo diminuta†quæ dictio nihil, est vniuersalis negati ua.l.si is qui ducenta.§.vtrum,de reb.dub. Alexā.in l. qui vsumfructum.col.pen.in fi.ff.de verb.obli.in con si.58.col.j.vol.6.& in consi.173.num.10.uolum.eod. Cepha.in consi.186.num.13.Ias.in l.1.nu.82. de uulga.& pupil.Gerard.Mazol.in consil.2.nu.27.pro quo faciunt ea,quæ dixi in tract.de lucro dotis quæst. 31. Accedunt quoque & alia uerba, ad hoc ut dispositio illius in quocunque casu plenissimum effectum sorti ri ualeat,quæ excludunt omnem casum virtute dicto rum verborum. Nam si aliter diceremus, quòd dicta verba non comprehenderent causam dotis, sequeretur quòd dispositio testantis quocunque casu nō sortiretur plenissimum effectum,& ideo, ut dicta verba posita cum misterio non intelligantur frustratorie ap posita,contra l.si quando,de leg.primo, utique dicen dum uenit uerba ipsa complecti casum dotis. Item et consideranda veniunt alia uerba,in omnibus & qui-
27 buscunque bonis suis,& primò,dictio omnibus†quę est uniuersalis, adeo quòd prolata ab homine non re cipit restrictionem,Barto.l.generali.§.vxori. de vsufruct.leg.Ruin.in consi.61. num.15.uol.5. ubi illa di ctio non recipit restrictionem de habilitate, & nō so lum stat uniuersaliter respectu rerum sed etiam temporum. facit quod notat Bald.in l.omnia priuilegia.
28 C.de epis.& cler.ubi†dispositio simplex, quæ sui natura non solet comprehendere futura,ea comprehen dit per dictionem illam omnia,vniuersalem.Ruin.in consi.76.num.9.uol.5.& in consi.109.nume. 9.uolu.
29 2.ubi concludit,quòd† si alienatio om nium bonorū est permissa,uirtute illius dictionis omnium, quæ est uniuersalis & nihil excludit, comprehenduntur nedum bona tacitè prohibita alienari,ut subiecta fideicommisso,sed etiam expresè prohibita alienari,dixi latè in consi.87.num.8.cum pluribus sequentibus.vo lum.2.& eo magis hoc dicendum uidetur,cum fuerit etiam addita dictio,quibuscunque, quæ est uniuersalis,vt supra dictum fuit, quod etiam comprobatur ex his quæ scripsi in consi.96.num.36.vol.2. & in consi. 79.vol.eod. ubi demonstraui communem esse cōclu-
30 sionem,quòd†licet feudum concessum pro se & hæredibus non trāseat ad extraneos hæredes, tamē hoc fallit si dicatur pro se,& quibuscunque heredib.& in cons.71.nu.7.uol.eod.vbi uigore dicti verbi uasallus potest de feudo testari.

Penultimò,aduertendum quoque uenit ad dictionem,integraliter, positam in dispositione ipsius testa
31 toris, quod†uerbum integraliter importat idē quòd totaliter,Alex.in consi.201.num.7.uol.6.Ruin. in cō si.159.num.6.uol.3.Paris.in consi.116.nume.14.uol. primo,Ioan.de Amicis in consil.12.numer.19.Natta
32 in consil.464.num.9.Hinc uidemus,quòd† stante sta tuto quòd præmoriente vxore sine liberis maritus lu cretur integram dotem, uirtute illius uerbi,integrā, maritus etiam lucrabitur dotem in præiudicium filio rum primi matrimonii,ut late dixi in tracta.de lucro dotis q.38.

Vltimò, in dicta dispositione dicitur, in omnibus
33 & per omnia†quæ in testamento apposita intelligun tur sine aliqua diminutione, iuxta tradita per doctores in l.prima,de leg.primo,Soc.in consi. 124.nume. 8.uol.j.Nam ista uerba sunt maximi momenti, ut pa tet per ea quæ notat Crot.in consi. 103.nume.11.Paris.in consi.71.num.7.vol.1.Soc.Iun.in consi.124.nu me.8.uol.j.Cepha.in consi.186.num. 11.&in consil. meo 67.num.42.vol.3.conside ratis igitur dictis uerbis & dictionibus uniuersalibus,de quibus supra,quę nedū sunt geminatæ & triplicatæ, sed quinquies geminatæ,quæ demonstrant enixam uoluntatem dispo nentis,iuxta l.balistam.ad Trebel.Ruin.in cons.171. num.11.uolum.3.illamque fuisse, quòd nullo modo, casu & tempore possint bona ipsius testatoris diminui,sequi uidetur, quòd etiam uigore dictorum verborum & dictionum intelligatur prohibita alienatio ex causa dotis:quia si aliter diceremus resultaret, quòd dicta verba & dictiones remanerent superflue positæ,quod non est dicendum,per.l.si quando.de le ga.primo.

Non obstat,ꝙ si non est prohibita expresè alienatio dotis habet locum anth.res quæ. Quia respondetur,ꝙ contrarium tenuit Rui.in citato consi. 123.colum.3.& bene,quia expressum illud dicitur quod includitur ex natura uerborum, Barto.in l.fideiussor.§. meminisse.de leg.1.Rui.in consi.148.nu.6.vol.3.ubi
34 concludit,ꝙ & si dicatur,ꝙ†detractio Trebellianicę non censeatur prohibita nisi expresè & specialiter prohibeatur,tamē sufficit ꝙ prohibeatur per alia uerba æquipollentia & ex natura sui hoc importantia, ut si testator iussit totam hæreditatem restitui, quia
35 †illud dicitur expressum quod includitur ex natura uerborum.rursus in consi.159.num.10.uol.eod.& in
36 consi.122.nu.11.uol.2.ubi dicit,illud†quod resultat ex uerbis testamenti habetur pro expresso & scripto, & de eo iudicatur ut de tali, etiam quādo pro forma actus deberet esse expressus, Bal.in l.prima, col.fina. C.de his qui ante apert.tab. Paris.in consi.97.numer. 107.uolum.primo, istud etiam comprobari potest ex his quæ per me dicta fuerunt in tracta.de lucro dotis
37 quæsti.25.vbi firmaui†dispositioni.l.hac edictali. C. de secund. nupt.derogatum fuisse,si per uerba statuti potest apparere statuentes uoluisse ei derogare, licet expresse mentionem non fecerint de ipsa derogatione.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l.secundæ,C.de rescin.uend. locum habet in transactione.sed contra nu.25.*

2 *Transactio fieri debet de re dubia & de lite incerta & de lite pendente, uel saltem quòd sit probabilis ti mor litis.*

3 *Datio uel retentio est de substantia transactionis.*

4 *Transactio dicitur non solum quando datur totum pro toto, sed etiam quando totum pro parte, imò si plus detur quàm petatur.*

5 *Contractus transactionis introductus fuit ob bonum publicum,ut esset litium finis.*

Statu-

6 *Statutum prohibens transactionem fieri generaliter loquendo non ualet.*

7 *Iuramentum non ualet, seu seruandum non est, si quis iurauit non transigere: quia tale iuramentum uidetur contra bonos mores.*

8 *Instrumenta omnia, omnesque probationes etiam per testes, transactione facta annullãtur, & ipso iure cassantur, quamuis expressè & specificè inter partes nihil dictum fuit.*

9 *Transactione facta non est licitum petere pœnam ex ueteri causa, quia transactio omnia uetera cassat & annullat.*

10 *Interpretatio magis in contractu transactionis quàm in alijs fieri debet ad effectum, ut ipse sustineatur & ualeat.*

11 *Reipublicæ interest lites finiri & partes ab expensis releuari.*

12 *Transactio facta bona fide, secundum communem, prætextu instrumentorũ nouiter repertorum non rescinditur.*

13 *Litium finiendarum fauore id quod per transactionem datur non repetitur, licet indebitum fuerit & quasi sine causa solutum.*

14 *Transactionis contractus dicitur litis finitæ: impeditque processum ad ulteriora.*

15 *Transactio adeo dicitur litis finita, quod Principis rescripto infringi non debet.*

16 *Transactionis natura est quod litem totaliter finiat, ita ut amplius de decisis per eam lis non oriatur.*

17 *Transactio uim rei iudicatæ habet.*

18 *Venire sicut quis non potest contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam: quia facit de albo nigrum & falsum mutat in uerum non essentialiter sed quo ad effectum, ita nec contra transactionem.*

19 *Transactio non rescinditur ex pœnitentia.*

20 *Contractus transactionis est innominatus.*

21 *Pœnitentia regulariter locum habet in contractibus innominatis.*

22 *Transactio rescindi non potest data enormi læsione ultra dimidiam iusti pretij.*

23 *Transactio facta pro modico etiam super magna lite ualet, dummodo sit facta ex causa.*

24 *Transactio si est facta pro minori quãtitate & in qua enormis læsio prætenditur, non potest peti ut ad arbitrium boni uiri reducatur: quia in ea læsio propter dubium euentum litis cadere non potest.*

25 *Minori renuntianti cum iuramento minori ætati, restitutioni in integrum & omni legi, de qua possit se iuuare, non competit remedium. l. secunda, C. de rescind.*

26 *Remedium dicta l. secunda, competit data enormi læsione ultra dimidiam in magno excessu.*

27 *Læsionem allegantí incumbit onus probandi, & nedũ læsionem ultra dimidiam iusti pretij in magno excessu habito respectu ad ueram æstimationem rei, super qua est transactum, probare debet: sed ualorem rei considerato dubio euentu litis, propter quod censeatur minus ualere,*

28 *Venditio & emptio differunt à transactione.*

29 *Glossæ auctoritas maior est cæteris.*

30 *Glossæ auctoritas omnes alias antecedit.*

31 *Glossam appellat Idolum suum Cyn.*

32 *Iudex debet se tenere opinioni gl. sicut qui nescit equitare tenet se ad arzonum.*

33 *Transactionem rescindendam non esse, in dubio pronũtiandum est.*

34 *Compromissum est stricti iuris & strictè interpretandum.*

35 *Compromissum extendi non debet nisi ad specificata, etiam si amplissimas clausulas contineret & iuramento esset uallatum.*

36 *Iuramentum nihil operatur ubi deficit consensus.*

37 *Arbitrorum potestas dependet à compromisso.*

38 *Laudum latum super non comprehensis in compromisso redditur nullum.*

39 *Iuri suo unusquisque renuntiare potest.*

40 *Moderator & arbiter unusquisque est in re sua.*

41 *Renuntianti non datur ulterior regressus ad renuntiata.*

42 *Geminatio plus debet operari quàm simplex funiculus.*

43 *Renuntiatio geminata, cum magis enixam & deliberatam uoluntatem renuntiantis demonstret, difficilius reuocatur.*

44 *Renuntiatio geminata supplet omnes solemnitates, omnemque præsumptionem erroris tollit & ius de futuro comprehendit.*

45 *Transactionem iuratam non obseruans, secundum communem, incidit in pœnam legis, si quis maior. C. de transac.*

CONSILIVM XXVIII.

VISA transactione cum aliis iuribus ad me transmissis, ac locupletissimo consilio edito per Magnificum Dominum Ioan. Antonium Calderinum, qui bene matureq; omnia discussit, sententiam ipsam tanquam bene fundatam confirmandam fore arbitror, & pro habenda resolutione præsentis consultationis duo principaliter ueniunt discutienda. Primò an transactio inita inter dominũ Fabricium de Carreto & dominos Bernardum, Ioan. Georgium & Cæsarem etiã de Carreto eius fratres de iure subsistere possit: Secũdum est, an Domina Isabella uxor secundo loco quõdam domini Antonii de Carreto possit contrauenire renuntiationi per eam factæ in fauorem nominatorum in ea.

Circa primam difficultatem, non recedendo à more meo solito, primò arguam in fauorem dicti domini Fabritii. Et dico quòd transactio prædicta officere non potuit ipsi domino Fabritio: quoniã in ipsa enormiter fuit læsus & ultra dimidiam iusti pretii, adeo quod sibi competit remedium. l. secundæ, C. de resc. uen-
1 di. quod† quidem militat etiam in transactione, quæ uidetur quædam emptio & uenditio. qui enim transigendo aliquid recipit, uidetur omne ius suum uendere pro eo quod recipit, sicut ille qui uendit hæreditatem. l. 2. in prin. ff. de hæredi. uel actione uend. & sicut talis uenditor non tenetur si res aliqua euincatur ut ibi, ita etiam nec transigens si id quod transigendo dimisit aliquo recepto euincatur. l. si pro fundo. C. de transactio. & ibi Ias. propè finem, qui uidetur facere talem æquiparationem. Quod autem dispositio dictæ.

ctæ.l.locum sibi uindicet in transactione, hoc uoluit ibi Bar.in uersi.utrum hæc lex. in l.si quis cum aliter. uer.quæro quid in contractu.ff.de uerbo.obli.& in l. si societatem. §.arbitrorum. col.pen.ff.pro socio.ubi Bar.inquit & declarat,non deberi considerari ueram rei,de qua agitur, æstimationem, sed quanti ualebit dubius ille & futurus euentus litis, puta ꝙ licet res, de qua erat quęstio,ualebat centum aureis,tamen cõmuni æstimatione euentus ille dubius & spes non ualebat nisi quinquaginta. Nam tunc si in transactione non receperit uigintiquinque, & sic ultra dimidiam illius æstimationis futuri euentus fuerit deceptus,poterit uti illo remedio dictæ l.secundæ. & ista fuit opinio Bar.in l.Lucius.§.fi.ff.ad Treb.ubi Ray.Ang.Imo. & Pau.de Cast.tenent hanc opinionem Imo.Ang.Roma.Pau.de Cast.Hyeron.Tort.& Aquen. in d.l.si quis cum aliter.Imol.in c.quintauallis.charta 16.de iureiuran.Butr.Card.Imo.Abb.& Anto. Burgos in c.cum causam.de empt.& uendi.Sal.in consi.incip.Mathias Franc.de Rampo.in consi.incip.ego Franciscus.Flor. in l.si societatem §.arbitrorum.ff.pro socio.Iacob.de Are.in d.l.2.Soci.in consi.105.col.fi.uolu.fi.col.4.& in regula 226.in octaua limit.Cald.in consil.3.de trãsact.Io.de Anan.in consi.33.ubi Bologni. in additio. Abb.in consi.64.col.2.uol.j.Corne.in consi.211.colum.5.ad fi.241.circa fin.uol.2.in consi.161.col.pen. 189.ad fi.206.col.4.uol.3.& in consil.27.col.4.ad fi. uol.4.Rub.Alex.in consil.103.col.2.Suarez.in alleg. 22.num.4.Bertran.in consi.81.col.fi.uolu.1.198.col. 3.uol.eod.consi.12.col.2.uol.2.& 172.col.fi.uolu.eo. & hanc esse communem opinionem doctorũ firmant Cacialup.in tracta.de transact. q.22.Fabia. de Monte in tract.de empt.& uendi.in 8.q.princip. col.5.Deci. in consi.203.col.2.in consil.60.col.pen.dicens hanc opinionem in se habere æquitatem, quam Iudex semper ante oculos habere debet. l.quòd si Ephesi.ff.de eo quod certo loco.& amplecti debet: quia obuiatur fraudibus l.in fundo.ff.de rei uindi.in consi.551.col. 2.Soci.in consi.84.col.2.& sequenti.uol.1.Alb.in consi.1.num.22.& 89.col.4.Natta in consi.548.num. 11. Cagno.in d.l.2.nu.80.& hanc sententiam uti frequẽtiori calamo receptam sequitur Soc.Iun.in consi.129. nu.48.uolu.j.ubi dicit ab ea non esse recedendum in consulendo & iudicando & in consil. 98.colum.tercia,uolum.2.

His tamen nõ obstantibus, & uerè ad casum istum de quo agitur,non facientibus,contrariam sententiã de iure uerissimam arbitror,ꝙ dicta transactio uti ualida rescindi non debeat sed inconcusse obseruanda sit,cum omnia necessaria ad ualiditatem transactionis interuenerint,& Primò†quia ipsa facta fuit de re dubia,incerta & de lite pendente quæ ualet. l.j.ff.de transac.Deci.in consi.351.col.2.ubi dicit ꝙ ad hoc ut transactio ualeat requiritur, ꝙ sit lis uel probabilis timor litis.l.1.C.de transac.ubi Ang.dicit, quòd propter hoc notarii in instrumentis semper apponunt, cum sit lis uel esse dubitetur.Dec.in consi.351.nume. 2.uersi.his tamen non obstantibus.in consi.474.nu.7. 479.col.fi.& 532.nu.10.Soci.Iuni.in consi.144.col.j. uol.j.Bero.in consi.176.num.28.uol.j.Paris. in consi. 22.nu.j.uol.2.& 150.num.7.uolu.4.Port.in consi.15. nume.30.

Secundò,quia†interuenit datio,quæ est de substantia transactionis l.transactio,l'ultima. C.de transact. vbi est text. ꝙ transactio non valet aliquo non dato vel retento.Ruin.in consi.132.nume.5.volu.j. Bero. in consi.176.num.29.volu.j.vbi dicit,quòd dummodo aliquid detur uel retineatur uel remittatur trãsactio tenet.Bal.in l.si.col.2.C.de execu.rei iud.ubi ait,

4 quòd†est transactio non solum quando datur totum pro toto sed etiam si plus detur quàm petatur, ut per eum in dicta l.transactio,quē sequitur ibi Ias.& ideo dixit Pau.de Cast.in l.suus hæres.C.de repud.hæred. per illum tex.quem reputat singularem, quòd si reperiatur instrumentum trrnsactionis,in quo non contineatur quid datum uel retentum ex causa transactionis,quòd nihil ualet: quia ista est solemnitas extrinseca,quæ non præsumitur, ut per Bart.in l.sciendum ff.de uerbo.oblig.sequitur Alex.in dicta.l.suus hęres. Ruin.in consi.132.num.5.uolumi.primo, & Ias.in d. l.transactio.

Tertiò, quòd dicta transactio obseruãda ueniat &
5 rescindenda non sit,probatur:quia†contractus transactionis introductus fuit ob bonum publicum,ut esset litium finis.l.2.ibique Bal.& alii. C.de transact.l. fratris.ubi etiam docto.C.eod.tit.Dec.in consil.630. num.4.Afflict.in decis.220.in primo dubio.Neuiz. in consi.50.num.28.Paris.in consi.96.nume.57.uolu.1. Anto.Petr.in repet.l.j.num.412.ff.de iureiu. Hinc est
6 quòd†statutum prohibens transactionem fieri generaliter loquendo non ualet, ea ratione inter cætera: quia per talem prohibitionem publica quies & publica utilitas impediret, ut singulariter determinat Caccialup.in tracta.de transact.in 22.quæst. qui etiam in
7 sequenti ait, quòd†non ualebit iuramentum seu seruandum non erit,quando quis iurauit de non transigendo.cum tale iuramentum uideatur contra bonos mores,sequitur Soci.Iun.in consil.32.num.12.uol.3.
8 & in tantum hoc ab omnibus admittitur, quòd†omnia instrumenta & iura omnesque probationes etiã per testes transactione facta annullatur & cassantur ipso iure,quamuis expressè & specificè nihil dictum fuerit inter partes.tex. est singularis in cap.primo,de transac.quem multum extollit Bal.in rubr.eo.tit.vbi
9 dicit, quòd†post transactionem non esse licitum petere pœnam ex ueteri causa; quia transactio omnia uetera cassat & annullat, subdens quòd aliàs de hoc fuit magna quæstio de facto iter Regem Vngariæ & Venetos, ex qua nata fuit horribilis & pessima guerra,Anto,Petr.ubi supra.Ias.in d.l.fratris. col.1.& Co
10 ras.in l.admonendi.nu.67.de iureiur. & †ideo in ipso contractu màgis quàm in aliis debet fieri interpretatio,ut sustineatur & ualeat.argumen.cap.finem liti
11 bus. de dolo & contu.interest †enim Reipublicæ lites finiri & partes ab expensis releuari. l.quidam æstimauerunt.ff.si cer.peta.Dec.in consil.630.nu.4. Hinc
12 uidemus,quòd†transactio facta bona fide nõ rescinditur prætextu Instrumentorum nouiter repertorũ.l. sub prætextu.la 1.C.de transact.Dec.in d.consil.630. nu.3. Lanfran.in d.l.admonendi.nume.14. ff.de iureiur. ubi asserit doctores communiter ita tenere.Ant. Petr.ubi supra numer.413.Bero. in consi.176.nu.16. uol.j.Soci.Iun.in consi.32.num.9.uolumi.3.hinc est,
13 quòd†fauore litium finiendarum id quod per transactionem datur non repetitur, licet indebitum fuerit & quasi sine causa solutum:quia lex pro idonea causa habet, quòd per transactionem fuerit à lite recessum.l.in summa.§.primo,& ibi docto. ff.de condi.in deb.Socin.Iun.ubi supra. Nemini enim dubium est,ꝙ
14 † dictus contractus transactionis dicitur litis finitæ & impedit processum ad ulteriora. d.l.fratris.ubi docto.Berous in citato consil.176.num. 17.l.eleganter. §.si quis post.de cond.indeb.c.primo, de lit.contesta.
15 in 6.& adeo dicitur litis finitæ,quòd†rescripto Principis infringi non debet.l.causas C.de transact.Deci. Pedemont.91.num.7.nisi secundum glo.ibi expressè illi legi fuerit derogatum,argumen.tex.in l.si quis in
16 princip.ff.de leg.3.Cum†igitur de natura transactionis

nis sit, quòd litem totaliter finiat. glos. in l. prima, de iureiur. l. non minorem. C. de transact. & amplius de decisis per eam lis non oriatur. l. terminato, C. de fruct. & lit. expen. sequitur quòd illi stare debet dictus dominus Fabricius, & quòd eam obseruare tenetur.

17 Quartò accedit. Nam † transactio uim rei iudicatæ habet. l. non minorem. C. de transact. Grammat. decis. 66. num. 20. Ant. Petru. in d. l. prima, num. 417. Bero. in consi. 176. num. 27. Socin. Iun. in consi. 32. nume. 6. uol. 3. Cepha. in consi. 66. num. 24. & 183. num. 84. Be-
18 ro. ubi supra nu. 27. sed † contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, quis uenire non potest: quia facit de albo nigrum. Bal. in c. nosti, de elec. & falsum mutat in uerum non essentialiter sed quoad effectũ. Bal. in c. in præsenti. de renunt. Curt. Iun. in consi. 177. num. 13. ergo nec contra transactionem, ut per doct. ubi supra.

19 Quintò facit. Nam † transactio non rescinditur ex
20 pœnitentia: quoniam etsi † contractus transactionis sit innominatus, ut per doctor. communiter in l. siue
21 apud acta. C. de transactio. & in contractibus innominatis locum habeat pœnitentia. l. si pecuniam. in prin. ff. de cond. cau. dat. non tamen in contractu transactionis. l. cum te. C. de transact. ubi dicit Curt. Senit quòd communiter dicta lex solet ad hoc allegari. l. quamuis. l. fratris. C. eo. titu. ubi Curt. quia transactio fit causa litium finiendarum, & ideo re integra non licet pœnitere, ut in d. l. quamuis. Ceph. in cons. 66. nu. 59. si ergo in ea non habet locum pœnitentia, ergo ab ea recedi non potest.

22 Sextò dicitur, quòd † etiam data enormi læsione ultra dimidiam iusti pretii transactio rescindi non potest. quod probatur primò per tex. in l. in summa ff. de cond. indeb. ibi, licet res nulla media fuerit. ubi glos. exponit, idest, licet nihil debeatur, per quam legẽ dicit ibi Ang. ibi decidi, quòd deceptus ultra dimidiam iusti pretii in transactione, non habet remedium. l. secundæ. C. de rescin. uendi. Nam si sibi non succurritur quando nihil debetur, ut in d. l. cum glo. multominus quando aliquid datur uel retinetur, Ias. ibi & Alc. in d. l. quamuis. C. de transact.

Septimò facit tex. in l. Lucius. §. fi. ff. ad Treb. in verbo, si non transactum esset (si non cauilletur) ubi hæres grauatus uniuersam hæreditatem aliquibus restituere, minimam quantitatem, quam in bonis fuisse dicebat, restituit: comperto post ex instrumentis ꝙ quadruplo plus erat in hæreditate, restituere residuum non tenetur si transactum fuisset.

23 Octauò, transactione † facta pro modico etiã super magna lite, dummodo sit facta ex causa, Bal. in l. si mulier. ff. de cond. ob cau. Bar. in l. Lucius. ff. de admi. tut. & si pro aliqua parte eius quòd in totum deberi prętenditur, transactio fiat, actio in totum tollitur. l. interest. C. de solu. nec prætextu maioris quantitatis & læsionis rescindi põt. d. l. interest, ibique Bal. & in l. si quidẽ. C. de transac. nec attẽdi debet quantũ diceret debitũ, sed quãtũ est forma transactionis, d. l. Luc. in fi. ff. de adm. tut. & in d. l. Luc. §. fi. ad Treb. & ꝓpterea
24 † transactio facta pro minori quantitate & in qua enormis læsio prætenditur, non potest peti ut ad arbitriũ boni uiri reducatur: quia in ea læsio propter dubium euentum litis cadere non potest, Bal. in l. fin. §. sed si quis, col. j. C. commu. de legat. satis enim lucratur qui à lite discedit. l. j. C. de pact. l. si ea. C. de usur. sed in casu præsenti licet non fuerit aliquid datum dicto domino Fabritio, tamen per eum multa retenta fuerunt bona quondam domini Antonii eorum patris, quæ spectare poterant dominis suis fratribus, cũ quibus transactum est, & ut latè per multa demõstrat suprascriptus dominus consultor, quæ non transcribo, ne uidear membranas occupare, quod nõ est moris mei, ergo &c.

Nonò, quòd non rescindatur transactio ob læsionem ultra dimidiam probatur authoritatibus infrascriptis, Primò per gl. ordinariam in ca. cum causam. de empt. & uend. quam ibi sequuntur Inno. Vinc. Ioã. Andr. Petr. de Anchã. & Barb. glo. per illum tex. l. Lucius. §. fi. ff. ad Treb. Spec. in titu. de empt. & uend. in §. nunc dicendum. uer. quid de transactione. Cyn. Petr. Ricard. Malumb. Bal. Saly. & Bal. de Perus. in l. 2. C. de rescj. uend. ubi Bal. dicit opinionem Bar. esse truffam. Idem Bal. in l. Ordo. C. de execu. rei iudi. in rub. de trãsac. col. 3. in l. 3. §. j. de transact. & in l. j. col. j. C. com. de leg. Guliel. de Cum. in l. ex causa, ff. de usucap. Grãmat. in decis. 66. nu. 47. Abb. in c. j. de transac. & in cõsil. 12. col. j. uol. 2. Tancr. & Vinc. in ca. ad nostram. de emp. & uend. Dyn. in l. Lucius. §. fi. ff. ad Treb. Cur. Senis in consi. 65. col. pen. uersi. & hinc dicimus. Gomes in reg. de anna. pos. q. 2. uersi. Nam ob eam. Guid. Pap. in sing. 376. Dyn. Rayn. Pet. & Ias. in l. si quis cum aliter. ff. de uerb. oblig. Ang. in l. in summa. ff. de cond. indeb. Add. ad Barto. in d. l. 2. C. de rescind. uendi. & ad Ias. in d. l. si quis cum aliter. Barb. in consi. 41. col. antepe. uol. primo, & hãc partem ueriorem dicit Alex. in dicta. l. si quis cum aliter, col. 4. & ita notatum fuisse in Sacro Consilio tradit Afflic. in decis. 220. in primo dubio. & hanc esse receptam doctorum sententiã inquiunt Raph. Comen. in d. l. si quis cum aliter. Anto. Petruc. in d. l. prima, nume. 412. de iureiurã. Barba. in dicto. c. cum causam. Ias. in dicta. l. in summa. Deci. in consil. 474, colum. secunda, in fi & 216. num. 4. Alcia. in consi. 519. in princi. Corne. in consi. 11. colum. tertia, uolum. 3. Paris. in consi. 96. num. 61. uolum. primo, Ruin. in consil. 132. numer. 3. uolum. primo, Zas. in consi. 18. colum. 5. uolum. primo, ubi dicit, quòd recedere à tam communi opinione in consulendo est infructuosum. Imò frequentiori calamo receptam attestantur Areti. in dicta l. si quis cum aliter, ubi dicit, quòd ita tenuerunt antiqui doctores & subtiles ultramontani. Alexã. in consi. 42. uolum. 3. ubi ait ab ea in iudicando non recedendum. & in consil. 118. colum. secunda uolum. 7. Soci. Iun. in consil. 32. colum. secunda, & fi. Alcia. in consi. 104. in fi. in 3. tomo lib. 8. & in l. quamuis. C. de transac. necnon in consi. 124. nume. 3. in fi. & Alb. in consi. 11. num. 22. Bero. in consi. 176. nume. 25. uolu. primo, ubi concludit hanc esse magis communem opinionem legistarum & canonistarum. Craue. in consi. 151. num. 26. & opinionem Bart. contrariam dicit falsissimam Palli. in dicta l. secunda, numer. 42. & eo magis hoc dicendum uenit, cum dictus
25 dominus Fabritius quamuis † minor uigintiquinque annis sed maior annis decem & octo in ipso contractu iurauit non contrauenire dictæ transactioni, non tantum ratione minoris ætatis sed in forma amplissima, ut hic, ubi renuntiauit cum iuramento minori ætati, restitutioni in integrum & omni legi, de qua posset se iuuare, & omni legum auxilio, habilitationi à iuramento & ea impetrata non uti & omni læsioni enormissimæ. quo casu uigore dicti iuramenti excluditur etiam à beneficio dictæ. l. secundæ, ut per gloss. Barto. & alios ibi. Alex. in consi. 127. colum. fin. uolu. 2. & 42. uolum. primo, Corne. in consil. 11. colum. secunda uolum. 3. & in consi. 17. litera. O, uol. 4. docto. in cap. cum causam. de empt. & uend. Paris. in consil. 96. num. 63. uolum. primo, Rui. in consi. 16. col. secunda, in fi. uol. 4. Alb. in consi. 11. num. 3. Didac. in tract. uariarum solu. in primo tomo in 3. par. §. 4. nu. 6. uersicu.

ficu. .conclusio, & præsertim hoc dicendum uenit stantibus tantis enumtiationibus, ut uoluit Ruin. in consi. 16. in primo dubio. uol. 4.

Nec habet obstare, ꝙ saltem debet dicto domino. Fabritio concedi rescisio dictæ transactionis cum
26 † adsit enormis læsio ultra dimidiam in magno excessu, quo in casu non habet locum conclusio negatiua præcedens, ut per Corne. in consil. 27. colum. quarta uolumi. 4. 199. colum. penult. uolumi. primo, 206. colum. quarta uolumi. 3. quem sequuntur Dec. in l. cum te. C. de transac. in consi. 203. colum. secunda, 376. colum. tertia, & in consil. 551. colum. secunda, Paris. in consi. 12. nume. 102. uolumi. 2. Soci. Iun. in consi. 129. num. 44. uolum. primo, 98. col. quarta uolum. 2. Craue. in consi. 151. col. prima, & in consi. 192. numer. 3. Rub. Alex. in consi. 71. colum. secunda & 147. colum. quarta, ad fi. Gramat. in decis. 66. nu. 44. cum sequenti, Natta in consi. 528. numer. 12. Suarez. in allegatione. 22. nu. 4. Anto. Gabr. in suis com. opin. lib. 3. tit. de empt. & uend. conclusione prima, num. 69. quia respondetur, & hæc resolutio etiam satisfaciet præcedentibus, ꝙ in casu nostro non constat de aliqua læsione considerabili à iure nec ultra
27 dimidiam in modico nec magno excessu, & ꝙ † ad uersariis allegātibus huiusmodi læsionem & fundantibus se in ea incumbit onus probandi, Por. in consi. 134. nume. 39. Ruin. in consi. 129. numer. 36. uolumi. primo, Dec. in consi. 474. in fi. & in specie nostra Paris. in consi. 96. nu. 67. volum. primo. Alex. in consil. 92. nume. 38. uolum. 6. & nedum læsionem ultra dimidiam insti pretij in magno excessu habito respectu, ad ueram æstimationem rei super qua est transactū sed ad ualorem rei considerato dubio euentu litis, propter ꝙ censeatur minus ualere, ut per Corne. in consi. 161. column. quarta, in pri. uolumin. 3. ubi dicit, ꝙ licet secundum multos remedium. l. secundæ, C. de rescind. uend. non habeat locum in transactione, ꝙ illud est uerum habito respectu ad id quod remittitur per transactionem; licet enim pro quadraginta remittatur res, quæ ualeret centum uel centum quinquaginta: quia potest esse tantus dubius euentus litis, quòd ius remissum non inuenisset emptorem pro quadraginta, sed si habita consideratione dubii euentus litis & expensarum & laboris litis æstimaretur centum, quod remissum est pro quadraginta secus: quia transactio uenit rescindenda, Alex. in consi. 92. nume. 39. uolumi. 6. ubi ait, ꝙ ad hoc ut ecclesia possit dici læsa ex transactione oporteret probari, ꝙ inspecto dubio euentu circa litem ecclesia sit læsa, & ꝙ dubius euentus fuisset communiter reputatus maioris æstimationis & utilitatis ecclesiæ quam sit utilitas proueniens ecclesiæ ex transactione, ut not. per glo. & docto. in l. per diuersas. C. mand. Crauet. in consi. 151. nume. 27. Natta in consi. 548. numer. 12. sed hic nulla fuit probata læsio, ut requiritur à iure, ergo eis non competit rescisio ipsius transactionis, nec mirum si probata non fuit: quia quis malè potest probare dubium euentum litis, in quo uidetur fundari contraria sententia affirmatiua, cum oporteret ꝙ testes deponentes de magno excessu essent ualde periti, & tanquam deponentes de eo quod sensu non percipitur magis iudicare quàm testificari uiderentur. ideo non ualeret eorum depositio. l. qui testamento. ad fi. ff. de testa. & ideo dicit Sal. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. se in practica nescire deducere talem estimationem dubii euentus litis Raph. Cuma. in dicta. l. si quis cum aliter. ubi ait, ꝙ est difficile probare talem dubium euentum litis: quia tunc testes non deponerent de eo quod perciperent sensu corporeo sed intellectu, quod est contra regulas, & miratum fuisse, cum semel uidisset unum aduocatum firmasse capitula secundum doctrinā Barba. in dicto. c. cum causam. col. 5. in fi. ubi etiā Imol. Ias. in dicta. l. si quis cum aliter col. 7. uersi. 4. tenendo. Capra in reg. 87. nu. 91. cum sequenti & Soc. Iun. in consil. 32. in fi. uolum. 3. Roder. Soarez. ubi supra.

Superest modo ut ad contraria respondeatur, & deueniendo ad primum, in quo dicitur, quòd transa-
28 ctio sit emptio & uenditio: dicitur † longe distare uenditionem & emptionem à transactione, cum in ea non fiat propria alienatio. l. si pro fundo. C. de trāsac. Nam si uendo uel aliter alieno fundum, teneor simpliciter & absolutè de euictione, non sic si per trāsactionem in te transfero, ut ibi dicitur, tunc enim uideor solum ius quod iu fundo habeo in te trāsferre, vt declarant ibi doctores maximè Ias. & ꝙ per transa ctionem non fia: propria alienatio, uoluit Soci. Iun. in consi. 32. num. 24. vol. 3. post Bal. in l. 1. C. si aduers. transac. cum igitur inter unū casum & alium militet diuersa ratio, ergo & diuersum ius. l. illud. ff ad l. Aqui. cum uulgaribus, & per consequens non potest habere locū dispositio dictæ. l. secundę, in transactione, ut etiam iam dictum fuit.

Secundò non obstat, ꝙ dispositio dictæ. l. secundæ, habet locum in transactione: quia respondetur, quòd etsi nonnulli dicant hunc articulum dubium, Dec. in consi. 216. colum. tertia, in princip. Grama. in decis. 56. nume. 4. notabilem, quotidianum, sed ualde difficilem & ambiguum Ias. in dicta. l. si quis cum aliter, colum. quinta, quia doc. uario modo loquuntur, Dec. in consi. 203. colum. secunda, adeo ꝙ de facili non potest iudicari quæ sit communis opinio, ut tradit Dec. in consil. 479. colum. penult. uersicu. ex quibus, & similiter dicat Soci. Iun. in dicto consi. 98. nume. 17. ꝙ si quis considerauerit doctores tenentes partem affirmatiuam & negatiuam, inueniet pro affirmatiua plures numero & etiam maioris auctoritatis ac ipsam magis communiter receptam. Tamen respondetur, ꝙ aberrat Soc. quia si dinumerentur doctores prædictam affirmatiuam tenentes, tantum modo reperiuntur in numero triginta tres: & alij qui tenent & amplectuntur negatiuam, sunt numero quadraginta tres, & sequentes hanc partem sunt etiā maioris authoritatis quàm contrariam sequentes: Nam non est recedendum ab hac sententia in iudicando & consulendo, cum habeamus auctoritatem
29 glo. ordinariæ. ut supra, cuius † auctoritas maior est cæteris. Bal. in l. cum hæreditas. C. depos. ubi inquit
30 ꝙ † auctoritas glo. omnes alios antecellit. Bar. in l. ex hoc iure. ubi Ias. numer. 52. de iust. & iure. & ideo Cyn. in l. non moriturum. C. de contrah. stip. appel-
31 la. † glossam idolum suum, Port. in consi. 101. num. 20. Bald. in capit. primo, de natu. succes. feud. ait, Ego enim in dubiis opinionibus multum sequor opinionem glossæ ordinariæ, quia nō possum adhærere meliori. & in consi. 480. in 3. uolum. vbi reprehēdit causarum patronos in testium repugnantia, plus Bartol. quàm glos. deferentes. hinc etiam dixit Saly. in l. licet. colum. secunda, C. qui pot. in pigno. hab. aduerte pro Deo, tu qui practicas & habes iudicare & consulere, ut non recedas de facili à glossatore, & l. secun-
32 da, C. de sent. quæ sine cert. quant. ꝙ † sicut qui nescit equitare tenet se ad arzonum, ita iudex debet se tenere opinioni glossæ. Saly. in l. prima, colu. tertia, in quinta oppositione. C. de pac. ꝙ unusquisque debet cum glossa intendere, cum glossæ sint nostræ nauiculæ, per quas portum ualde arduum ingredimur,

G ut postea

ut postea in naues latiores & profundiores transea-
mus & ad portum claræ ueritatis perducamur. nam
somniare dicuntur uolentes infringere opinionem
glossæ, Bald. in ca. contingit, colum. quinta, de dolo
& contu. Ex his igitur concludendum uidetur, (cum
ista sententia sit frequentiori calamo recepta, quod ab
ea non est recedendum, quamuis si esset etiam du-
bia ab illa pariter non esset discedendum propter au
thoritatem glossæ, per ea quæ supra dicta sunt, & ét
33 quia apud doctores receptum est in dubio † pro-
nuntiandum esse transactionem rescindendam non
esse. Alex. in consi. 157. col. 1. vol. 7. Corne. in consil.
255. uol. 2. Dec. in consi. 168. col. 2. Socin. Iun. in con
si. 32. col. 2. vol. 3. & Craue. in consi. 151. in fi.) Partes
Illustrium dominorum Arbitrorum uel Arbitrato-
rum fore in declarando & pronuntiando dictam trã
sactionem fore obseruãdam, cum hic non reperiatur
aliqua læsio respectu dicti domini Fabritii, sed po-
tius si qua læsio uideri possit, illam ex parte domino
rum fratrum suorum, ut per multas rationes ueridi-
cas ordinatè & abundè demonstratur per præfa-
tum dominum consulentem ad cuius scripta me re-
mitto.

Circa autem aliud caput pretentionum dominæ
Isabellæ, puto non esse multum elaborandum, quia
34 cum compromissum † sit stricti iuris & strictè in
terpretandum c. cum olim. de donat. Alex. in consil.
124. col. 3. uersi. quid ergo. vol. 2. Soci. consi. 20. col.
2. uol. 1. Paris. in consi. 45. num. 23. uol. 1. extendique
35 † non dẽat nisi ad specificata, etiam si amplissimas
clausulas contineret. Corne. in consi. 108. col. penul.
uolum. primo, 205. colum. secunda, volumi. 2. Paris.
36 vbi supra: etiam si fuisset iuramento uallatum † quia
non transit ad casum, in quo non adest consensus,
cum iuramentum ista non suppleat. Paul. de Castro
in consi. 122. num. 4. vol. 2. Alex. in consi. 48. numer.
10. uolumi. 7. Alcia. in consi. 429. numer. 4. Corne. in
consi. 31. colum. tertia, volumi. 3. Paris. in citato con
silio 45. nume. 27. & in consi. 24. num. 100. uolum. 2.
sequitur, quod cum in compromisso facto inter ipsos
fratres nulla habita fuerit mentio de prætentioni-
bus dictæ dominæ Isabellæ, quòd Illustres & Magni
fici domini Arbitri & compromissarij, quorum
37 potestas † dependet à compromisso in ipsos facto. l.
non distinguemus. §. de officio. de arbi. l. si cum dies.
§. plenum. eod. tit. Soci. Iun. in consi. 63. nume. 6. uol.
primo, & in consi. 66. num. 8. uolum. eod. Paris. in lo-
cis supra citatis. Bald. in consil. 191. volumi. 2. Roma.
in consi. 404. Alcia. in consil. 235. num. 4. non habent
notionem, auctoritatemque aliquam de ipsis præ-
tentionibus cognoscendi: etsi uellent cognoscere, &
38 super eis laudare, quod non creditur, cùm eorum † laudũ
redderetur nullum tanquam latum super non com-
prehensis in compromisso. Socin. in dicto consi. 63.
num. 6. & in consi. 77. nume. 75. uolum. primo. Alex.
in consilio 48. numero 10. uolumine. 7. Paris. ubi su-
pra. & Alcia. etiam in loco supra relato.

Vlterius dicitur, quod de dictis prætentionibus nulla
est habenda ratio, cum renuntiauerit ipsis dicta do-
mina Isabella & quibus renuntiare potuit. Nam
39 † iuri suo unusquisque renuntiare potest. l. si quis in
conscribendo. de pac. Paris. in consi. 65. num. 24. vo-
40 lumi. 2. & 82. numer. 18. vol. 3. cum in re sua † unus-
quisque sit arbiter & moderator. l. in re mandata. C.
manda. Paris. in consi. 72. numer. 3. uol. primo, etiam
abutendo. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæred.
41 & † renuntianti non detur ulterior regressus ad re-
nuntiata, cum ius suum quod habebat remisserit. l. quæ
ritur. §. si uenditor. ff. de edil. edic. Paris. in consil. 5.
nume. 55. uolum. 4. 69. nume. 20. uolum. 3. Soc. Iun. in
consil. 94. nume. 31. volum. 3. 119. num. 21. volu. eod.
Port. in consi. 19. numer. 36. & eo magis id dicendum
uenit cum renuntiatio ipsa fuerit uallata iuramento
per ea quę not. in authent. Sacramenta puberum. C. si
aduers. uend. & in cap. quamuis. de pac. in 6. & gemi-
42 nata. quia confirmata in transactione, quę † gemi-
natio plus debet operari quàm si una sola facta fuis-
set, iuxta singulariter tradita per Ias. in l. prima. col.
quinta, uersicu. 4. considera. C. de pac. Soci. in consil.
50. in fi. uolum. secundo, & Cepha. in consi. 94. nume.
43 10. vbi inquit, quod † cum renuntiatio geminata magis
enixam & deliberatam renuntiantis uoluntatem de-
monstret ideo difficilius reuocatur. Nam etiam ui-
44 demus, quod † renũtiatio geminata suplet omnes solem
nitates, Bern. in consi. 56. nume. 12. uol. 2. & omnem
pręsumptionem erroris tollit. Cepha. in consil. 142.
nu. 8. & comprehendit ius de futuro. Gozad. in consi.
27. nu. 8. quę conclusio magis procedit in terminis
nostris, cum dicta domina Isabella per dictam renũ
tiationem non fuerit nec enormiter nec enormissi-
45 mè lęsa, ergo illi stare debet, nisi † uellet incidere in
periuriũ & alias pęnas, de quibus in l. si quis maior.
C. de transac. secundum Fulgos. Anto. de Alex. Ias. &
Parpal. ibi in prima col. ubi asserit hanc esse commu-
nem. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vxor si inter uiuos filio primi matrimonii donauit et in testamento sibi decem reliquit iure institutionis, & omnibus aliis suis bonis secundum maritum instituit, quæ bona ualebant centum: maritus possidebit totam hæreditatem, si illud quod habet filius ex testamento & ex donatione primęua ualet centum.*

2 *Coniux secunda tantum habere potest quantum habuit filius primi matrimonii, etiam iure accrescendi ex dispositione legis.*

3 *Maritus qui transit ad secunda uota secundæ coniugi plus non potest relinquere quàm relinquit filio prioris matrimonii in suo testamento, & si plus reliquerit id pro non scripto habetur & applicatur filiis.*

4 *Dispositio l. hac edictali. C. de secund. nupt. præcisam uidetur habere probibitionem & remouet omnem fraudem quæ fieret per interpositam personam.*

5 *Mulier si nõ donaret marito sed alteri eius amico vel coniuncto vel simularet vendere & tacitè donaret, huiusmodi fraudes simulationesque nullius sunt momenti.*

6 *Mulier si donaret alicui extraneo & illum postea acciperet in maritum, nõ ualeret illa donatio, quia pręsumeretur facta in fraudem.*

7 *Probibitio, de qua in dicta l. hac edictali, per iuramẽtum non tollitur.*

8 *Coniugi secundæ quod aufertur applicatur filiis primi matrimonii & non alterius, dummodo secundus filius habeat integram legitimam in bonis paternis.*

9 *Filij primi matrimonij, quod acquirũt tanquàm fraudati, non computant in legitimam, sed illud præcipuum habent tanquam iniuriam passi.*

10 *Fily remedio querelæ inofficiosæ dotis reuocant usque ad legitimam & de residuo reuocant portionem debitam uirtute dicta l. hac edictali.*

11 *Filio legitima debetur ratione naturali, sed quod re-*

uocatur

uocatur ex ui dictæ.l.hac edictali, debetur ratione ciuili propter offensam factam filiis.

12 *Pater si reliquit filiabus primi matrimonii & iusserit eas fore tacitas & contentas pro legitima earum & qualibet parte sibi debenda quouis modo in bonis paternis & maternis, clausula dicta non obstante, filiæ poterunt se iuuare beneficio dictæ.l.hac edictali.*

13 *Quòd amplia procedere nedum si filiæ non acceptassent relictum, sed etiamsi acceptassent.*

14 *Filius primi matrimonii qui à secunda coniuge reuocat illud plus quod fuit ei datum uel relictum, dicitur illud reuocare & acquirere non ut hæres sed ut filius.*

15 *Legatum pro dote est conditionale.*

16 *Conditio nihil ponit in esse sed actum & dispositionẽ suspendit antequam impleatur.*

17 *Agens ex dispositione conditionali debet primò probare adimplementum: quia ante ipsum agere non potest.*

18 *In legatis conditionalibus non inspicitur initium neque tempus mortis, sed tempus quo cedit & uenit dies legati.*

19 *Quod percipitur ex re legata iudicio testatoris in falcidiam imputatur.*

20 *Legata si sint aliqua conditionalia & aliqua pura, conditionalium non fit æstimatio.*

21 *Gabella si solui debet, ea soluenda venit de rebus puris non pro aliis post mortem.*

22 *Lex quod non dicit nec nos dicere debemus.*

23 *Illatio recta non fit ex separatis.*

24 *Maritus si in donatione quam fecit secundæ uxori, nõ excessit legitimam filii primi matrimonii, si postea legitima minuatur: quia nascantur alii liberi ex secundo matrimonio, diminui non debet donatio secundæ vxoris, cum ab initio non fuerit excessus.*

25 *Lex, hæreditatum. ff. ad l. Fal. quomodo intelligatur.*

26 *Testator quando instituit uxorem suam usufructuariam omnium bonorum & post eius mortem filias suas, vxor dicitur hæres non solum in usufructu sed etiam in proprietate, & institutio filiarum resoluitur in fideicommissum.*

CONSILIVM XXIX.

VISO Testamento domini Iacobi de Anastasijs ac omnibus alijs & singulis in themate enarratis. Prima facie dicendum uidetur, attento quòd dictus dominus Iacobus qui ex prima uxore habuit dominas Margaritam & Lucretiam: & ex domina Iulia de Sancto Siluestro secunda uxore dominam Iacobam, cui dominæ Margatitæ dotes sibi traditas reliquit & dictis dominis Lucretiæ & Iacobæ scuta octocentum pro qualibet earum soluenda per hæredem tempore quo nubent, & casu quo ipse testator decederet cum duabus filiabus tantum mille pro singula ipsarum, iubens denique eas esse tacitas & contentas pro legitima ipsarum & qualibet parte sibi debenda quouis modo in bonis paternis & maternis, & in omnibus alijs suis bonis instituit hæredem uniuersalem usufructuariam dictam dominam Iuliam in uita sua, seruando tamen uitam uidualem, castam & honestam: & cui instituit & substituit prædictas eius filias inuicem eas substituendo, grauans quoque prædictam dominã Iuliam ad alimenta & usumfructum præstanda dictis Lucretiæ & Iacobæ & in domo quousque nuberent. ꝙ nullum ius competat dominabus Margaritæ, & Lucretiæ filiabus ex primo matrimonio auocandi bona relicta dictæ dominæ Iuliæ, cum tantum habeant uigore dotium traditarum ipsi dominæ Margaritæ & dotis constitutæ & alimentorum relictorum ipsi dominæ Lucretiæ quantũ ascendant bona relicta dominæ Iuliæ ex dicta institutione de qua supra, ut expressè disponitur in l. hac edictali. C. de secund. nupt. & per no. per Ang. in auth. de non eligen. secun. nub. in princip. colum. pe-
1 nult. in uersicu. item dubitatur. ubi inquit, quòd † si uxor inter uiuos filio primi matrimonii aliquid donauit, & decem alia sibi in testamento reliquit iure institutionis, & in omnibus aliis bonis suis secundũ maritum hæredem uniuersalem instituit, quæ ualebant centum, ꝙ maritus possidebit totam hæreditatem, si quæ habet filius ex donatione & testamento ualebant centum, per text. in dicta. l. hac edictali. in princip. in uerbo peruenerit. quem sequitur ibi Bertran. in princip. nu. 64. ubi etiam ad hoc allegat tex. sing. in §. optime. in authen. de nup. dum dicit. Aut ex nouissima uoluntate dimissum aut in uita datum. & ibi etiam de Monte acuto; qui dicit aduertendum esse quantum sit datum filio siue in una uice siue in pluribus siue una uice inter uiuos & alia in morte: quia potest dare secundæ coniugi aliud tantum, Bero. in consi. 40. nume. 9. uol. 2. Ioan. dè Anan. in cons. 67. &
2 ibi Bolognin. in addit. ubi cõcludunt, quòd † tantum potest habere secunda coniux quantum habuit filius primi matrimonij etiam iure accrescendi ex dispositione legis.

His tamen non obstantibus in casu de quo agitur, contrariam sententiam tenendam esse arbitror. & moneor ex indubitata iuris conclusione, quæ habet,
4 quòd † maritus qui transit ad secunda nota punitur in hoc, ꝙ secundæ coniugi plus non potest relinquere quàm reliquerit filio prioris matrimonii in testamento suo, & si plus reliquerit, id pro non scripto habetur & applicatur filiis. l. hac edictali. in princip. usque ad §. his illud. C. de secund. nupt. ubi Bart. Bald. & alii. §. optimè. in auth. de nupt. Ruin. in consil. 58. in 2. dubio uolumi. 5. & 53. nume. 22. uolum. 2. Bero. in consi. 39. numer. 3. nolum. 2. & 40. num. 4. uol. eod. Corne. in consi. 44. per totum. uolumi. 4. in consi. 33. uolumi. eod. & in consi. 118. colum. secunda uolumi. eod. Craue. in consi. 193. nume. 11. Dec. in consi. 246.
4 in princip. & aduertẽdum est, ꝙ † illa dispositio præcisam uidetur habere prohibitionem & remouet omnem fraudem, quæ fieret per interpositam personam, ut colligitur ibi, Omni circunscriptione, si qua per interpositam personam uel alio quocunque modo fuerit excogitata cessante. & ideo dicit ibi Bald. ꝙ
5 † si mulier non donaret marito sed alteri eius amico uel coniuncto, uel si simularet uendere & tacitè donaret, huiusmodi fraudes & simulationes nullius sunt momenti per illum tex. imò (quod plus est) si
6 † mulier donaret alicui extraneo & illum postea acciperet in maritum non ualeret illa donatio; quia præsumeretur facta in fraudem, ut tradit Capra in consi. 81. Bald. in consi. 161. colum. prima, uolum. pri-
7 mo, & in consi. 22. colum. prima, uolum. 5. & † similiter illa prohibitio non tollitur propter iuramentum: quia est facta in fauorem filiorum, ut per Barto. in dicta. l. hac edictali. in fi. principii Dec. in d. consi. 246. colum. prima, Craue. in consil. 229. colum. tertia,

tia,Bal.in consi.161.uol.1.& in consi.22.uol.5.Curt. Sen.in consi.78.colum.5.Barto.in d.l. hac edictali.in princip.

8 Secundo dicitur,quod † totum illud quod aufertur secundæ coniugi applicatur filiis primi matrimonii & non alterius,dummodo secundus habeat suam integram legitimam in bonis paternis, Bertran. in dicta.l.hac edictali.in princip.num.67. uersicu. secunda conclusio.dicto.§. optime. iuncta glossa. Bero. in consi.39.num.8.uolum. 2. ubi inquit, quod soli filij primi matrimonij, quibus facta fuit iniuria tam in transeundo ad secunda uota,iuxta text. in authen.de non eligen.secundo nuben.in §. prospeximus.in §.ue nient.in auth.de nup.& per glo.in l. cum aliis. C. de secund.nupt.quàm in relinquendo plus secundo uiro quam ipsis filijs primi matrimonii, ut in dicta. l. hac edictali.iuncta.l.fi.eod.titu.dicuntur uocati ad illud plus,quod fuit relictum secundo uiro, quod pro non scripto habetur, non autem filij secundi matrimonij, qui ab illo pluri relicto excluduntur, dummodo ipsi filij habeant suam integram legitimam in bonis maternis,per text.& gloss. in dicto. §. optime. per quem corriguntur iura quæ pariter ad illud plus uocabant filios utriusque matrimonij, ut colligitur ex dicto. §. optimè. & habetur in auth.ad eos solos C.de secund.nup,glo.Bart.Bal. & alij. in l. quem. C. de secund.nupt.iterum in consil. 40.nume. 7. uolum. eod.Craue.in consi.193.colum.penult. Bald. optime in consi.161.uolum.primo colum.prima, uersicu. in contrarium uidetur, ubi dicit hanc sententiam baptizatam apud omnes peritos & ueritatem continere,optime per Corne. in consilio 44.colum. 1. uolu. 1.33.uolum.eod.& in consi.81.colum.1.uolum.3. in litera.G.

9 Tertia conclusio, quod † illud quod acquirunt filii primi matrimonij tanquàm fraudati,non computant in legitimam sed illud præcipuum habent tanquàm iniuriam passi,& nihilominus habent legitimam iure naturæ,ut no.in dict.§.optimè.ubi Iacob.de Belui. Bald.in l.hac edictali. in fi. principij ubi dicit, quod ista est ueritas,secundum quam pluries consuluit, & uerum dicit,ut patet in consi.22.supra citato, ubi dicit,quod filij primi matrimonij fraudati non computant in legitimam id quod acquirunt per dictam. l hac edictali.sed illud habent præcipuum tanquàm iniuriam passi, & nihilominus habent legitimam iure naturę.Barto.& Bald.in lege prima,C. de inoffi. dot.

10 ubi † filij remedio querelæ inofficiosæ dotis reuocant usque ad legitimam,per illum tex. & de residuo reuocant portionem debitam uirtute dictæ. l. hac edictali, quia cum remedia competant ad diuersa non confunduntur,dicta.l.hac edictali.§.1. ubi uidetur hoc probari in §.ita tamen.Socin.in consil. 35. in 3.dubio.uol.4.ubi ait, iu consulendo ipsam esse tenendam. quia illud quod filii consequuntur uirtute dictæ.l. hac edictali, non imputatur in legitimam, quia capitur iure diuersoq; diuersis, legib.ac diuersa

11 ratione.legitima † enim debetur filio ratione naturali.sed quod reuocatur uirtute dictæ.l.hac edictali.debetur ratione ciuili propter offensam factam filiis, & ideo ista debita non confunduntur. Dec. in consil. 246.col.2.ubi dicit, quod temerarium esset recedere ab hac sententia.Fulgos. in consil.89. & in consil.97. Craue in consi.194.col.prima,& in consil.142.num. 4.Rui.in consi.94.col.3.uol.5.Bero.in consil. 40.nume.8.uolu.2.Et licet nonnulli uideantur ab hac sententia discrepare, tamen eius opinio est tenenda tanquàm communiter approbata, & quam etiam sequuntur Castren.in consil.348. col.2. & 462.uolu. 2.Bal.in consi.401. uol. 2. & quia aliàs latissimè ita dixi demonstrando hanc esse communem in trac. de lucro dotis q.27.Ideo ulterius super hac conclusione laborandum esse non arbitror.

12 Quarta est conclusio, quod † licet dominus Iacobus dominab. Lucretiæ & Margaritæ filiabus primi matrimonii reliquerit & dederit ea, de quibus in testamento,Iubens eas fore tacitas & contentas pro legitima earum & qualibet parte sibi debenda quouis modo in bonis paternis & maternis, tamen hoc non obstante,filiæ ipsæ beneficio dictæ. l.hac edictali. se iuuare poterunt, ut in terminis dixit Bero. in consil. 40.nume.10.uolum.2.ubi dicit hoc locum habere ne-

13 dum † si filię non acceptassent relictum sed etiam si acceptassent:quoniam ea uerba apposita in testamento pro non scriptis habentur, illudque onus pro non adiecto pariter habetur: Vnde concludit, quod istud relictum factum istis filiabus, ad instar simplicis legati redigitur, cuius agnitio simpliciter facta, dictæ. l. beneficium non impedit, ut notabiliter ibi uoluit Bald.in 4.col.in uersi.iuxta hoc quæro, quem sequitur ibi Iacobin.de Sancto Georgio Ias.in l.si quando. §.fin.C.de inoffic.testa.& ad saturitatem per Bertran. in d.l.hac edictali.in uersi.si uerò plus,nume.9. Quin

14 ta est conclusio,quod † filius primi matrimonij, qui à secunda coniuge reuocat illud plus quod fuit ei datum uel relictum,dicitur illud reuocare & acquirere non ut hæres sed ut filius solum.& ideo quamuis non sit uel nolit esse hæres matris, tamen reuocat sibi quod acquirit.quia lex hoc in casu non solum aufert uitrico id quod ei ab uxore relictum est, sed etiam ulterius procedendo uult illud quod fuit reuocatum & pro non scripto seu pro non relicto habitum acquiri filio primi matrimonij uti filio, cui iniuria illata fuit. Propterea non requiritur quod sit hæres, nec etiam quòd adita fuerit hæreditas ad hoc ut beneficio dictę.l.uti ualeat,ita Bero.in consil.40.nume. 11.uol.2.

Nec obstat si diceretur, quòd cum illud pro non scripto & non relicto habeatur, remanere dicitur in corpore hęreditatis & patrimonij testatoris disponentis,& quod patrimonium & hęreditas defertur iure hereditario,illique acquiritur qui hęres est & hęreditatem adiuit.l.cum hęredes. in princip. ff. de acquiren.possess.Quia respondetur hoc procedere,quando lex simpliciter disposuisset illud pro non scripto & pro non relicto haberi, sed in terminis nostris lex ulterius processit disponendo,etiam quod debeat acquiri filijs primi matrimonii non ut heredibus sed ut filijs simpliciter,ita expressè colligitur ex his quæ uoluit Bald.in dicta.l.hac edictali.colum. 4. ibi diuidi.Bero.in citato consil.40.nume.11. uersicu. itaque non obstat.Istis igitur sic stantibus & quę communi calculo recepta sunt,uidetur dicendum, quod dicta domina Lucretia,etsi non heres patris,debeat habere legitimam in bonis paternis,nec non & domina Margarita,quatenus dos tradita è patre & quę imputatur in ipsam.l.quoniam nouella.ubi Scriben.C.de inoffi. testamen.non ascendat ad portionem suam, & similiter domina Iacoba ex secundo coniugio, & postea residuum diuidi debeat non obstante dispositione paterna,quòd amplius ea non possit petere quouis modo de bonis suis & maternis tam pro legitima quam pro qualibet alia parte ei debenda.

Nec habet obstare si dicatur, quòd cum relicta sint dominę Lucretię scuta octocentum cum nuberet,uel millę, ut supra, & pars hęreditatis paternę in casu substitutionis, de qua in testamento paterno, quòd dicta relicta æstimanda sint quanti uendi pos-

di possunt, ut tantundem domina Iulia capere possit ultra dicta alimenta ex ui dictę.l.hac edictali.

15 Quoniam aduertendum est, quòd † cum legatum pro dote sit conditionale, Bald.in l.non fine.C.de bon.quę lib.Cyn.in l.sancimus.C.de nupt.Bartol. in lege, Titio centum, in §.Titio genero.ff.de condition.& demonstra.quem sequitur Bald.Nouel.in tracta.de dote in sexta parte, columna quarta, circa fin. ubi dicit opinionem Bartol.communiter approbatam, Paris.in consilio 110.numero sexto, volumine quarto, Riminal.in consilio.122.numero decimo, & ad saturitatem per Didac.in primo tomo in tertio ca

16 pitulo numero undecimo, & † conditio nihil ponit in esse, sed actum & dispositionem suspendit antequam impleatur.lege, cedere diem.ff.de uerbo.sign. Bartol.in l.prima, ff.de cond.& demon.Paris.in consil.9.numer.45.volum.2.& in cons.8.numer.20.cum nonnullis sequentibus, volum.3.Port.in consi.14.nu

17 mer.4.& 46.num.2.In tantum quòd † qui agere vult ex dispositione cõditionali debet primò probare ad implementum.l.legatum.C.de cond.insert.Bertran. in cons.186.numer.3.uolum.... Cepha. in consi.207. numer.52.& in consi.183.nume.52.Riminal.in con si.314.numer.7.Ruin.in consil.35.numer.12.uolum. 5.& in consi.63.num.4.vol.4.quia ante ipsum adimplementum nihil consequi potest, nec ad illud agi.l. qui hęredi.ff.de cond.& demonst.l.liberto.§.Lucius.ff.de annuis leg.Bero.in consi.29 nume.16.uol. 2.Cepha.in d.consi.183.nu.52.per.l.Thais.ff.de fidei com.liber.& in consi.269.numer.25.Ruin.in consi. 181.nume.2.uol.2.ꝙ cum per dictam dominam Lucretiam nihil acquisitum fuerit, sed legatum conditionale ipsi factum remanet in suspenso & nihil ponat in esse.l.quę sub conditione.ff.de cond.instit.ꝙ legatum ipsum tanquàm conditionale estimari non

18 possit: Clari enim iuris est, quòd † in legatis conditionalibus hoc pro absoluto habetur, quòd nõ inspicit initium neque tempus mortis sed tempus quo cedit & uenit dies legati, idest, tempus quo euenit conditio: quia antea nihil dicitur acquisitum l.si uxor.vbi glo.C.de cond.insert.l.si usufructus. in fi.C.quemadm.dies lega.ced.Bero.in consil.103.numer.6.vol. 2.& num.14.l.quę legata.ff.de reg.iur.& ratio est secundum Cuma.& Ias.in l.filiusfamilias.ff.de uerbo. oblig.quia in legatis conditionalibus non est certum debitum, nisi contingeret legatarium premori ante purificatam conditionem, & pro hac opinione adducitur tex.in l.in quantitate.§.sed si legata.ff.ad l.Falcid.vbi per illum dicunt Bart.Pau.de Cast.Imo. Ang.& Alex.quòd licet in hereditate si est debitum conditionale & tractatur de imponenda lege Falcidia possit res dupliciter expediri, uel per cautionem uel per estimationem debiti & crediti. Tamen quòd hec æstimatio locum non habet in legatis conditionalibus sed sufficit sola cautio.ad idem est tex.in l.in lege Falcidia nõ habetur, eod.tit.ubi Paul.de Castro

19 inquit. ꝙ † id quod percipitur ex re legata iudicio

20 testatoris in Falcidiā imputatur, & † si sunt aliqua legata conditionalia & aliqua pura non fit æstimatio aliqua conditionalium. Iterum allegatur text.in l.prima, §.interdum.& in l.is cui.ff.eod.tit.Emilia.in consi.18.nume.6.& ideo dixit Ruin.in consi.34.col.

21 fi.in prin.vol.4.quòd † si solui debet gabella, quòd ea solui debet de debitis puris & non pro aliis post mortem, quia ea solui debet eo quidem tẽpore, quo agi potest cum effectu ex legato uel contractu, Alex. in consi.34.nu.5.uol.4.

Nec obstat, ꝙ saltem sit præstanda cautio per dominam Lucretiam de restituendo dominæ Iuliæ secundæ coniugi tempore existentis conditionis nuptiarum quantum ipsa ex dicto legato sit perceptura, ut habetur in dicta.l.in l.Falcidia non habetur. Quia respõdetur, ꝙ in terminis nostris hoc iure cau

22 tum esse non reperitur. unde † si lex hoc non dicit nec nos dicere debemus l.si seruum.§.non dixit prætor.ff.de acqui.hæred. Nam si hoc uoluisset utique sciuisset exprimere l.unica. §.sinautem ad deficiētis. C.de cad.tollen.Craue.in consi.6.num.97.

Vlterius dicitur aduertendum esse, quòd longè distat casus dictæ.l.in l.Falcidia, non habetur: à terminis nostris: quia si in dicta.l.cautio requireretur, id inductum fuit, ne hæres priuetur sua Falcidia inuenta gratia testatorum, ne intestati decedant, Bart.in l. nemo potest.ubi etiam Annib.numer.118.de legat. 1.Beringa.in l.in quartam.in princ.num.191.ff.ad l. Falci.quia ob nullum uel minimum lucrum eorum hæreditas plerunque recusabatnr. Vnde cum fauore ipsorum hoc statutum fuerit, ipseque fauor fundetur in fauore publico, ut patet.institu.ad l.Falc.in princ.iuncta l.quod de bonis.§.1.eod.tit.Politus in l.filium quem habentem.nume.40.C.fam.ercisc.meritò dicendum uidetur, quòd cautio ipsa est necessaria, ne hæres beneficio falcidiæ priuetur.sed in casu, de quo agitur, non militat eadem ratio nec talis fauor sed ius penitus diuersum, cum dicta auocatio fiat in odium ipsius testatoris & ob eius delictum, ut in di-

23 cta l.hac edictali.in prin.unde † ex separatis & habentibus diuersam rationem recta non fit illatio.l. Papinianus exuli.ff.de mino.& ideo nimirum si cautio ipsa præstari non debet.

Vlterius dicitur, quòd cum auocatio ipsa fieri debeat à dicta domina Lucretia de eo quod plus relictum reperitur tempore mortis Iuliæ secundæ coniugi quàm uni ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum sit.§.optime.in auth.de nupt.glo.in dicta. l.hac edictali, in uerbo donata.ubi ēt Scribentes, adęquatioque ipsa inter ipsas partes fieri debeat habita ratione ad illud tempus mortis, quòd quando facta est legitimè non debet ex superuenienti casu conditionis irritari.l.nec enim. ff.de itinere actuque priua.l.sancimus.C.de adm.tutor.Crauet.in consil. 6.numero 99.& in consilio 40.numero 10.ubi in-

24 quit, quòd † si maritus nullos habens filios ex secundo matrimonio donauerit secundæ uxori summam mille ducentorum Florenorum, habito respectu ad legitimam filiorum primi matrimonii, quæ uerisimiliter ad tantum ascendere poterat, non computatis liberis postea natis, cuius legitimæ ratio habetur in materia dictæ.l.hac edictali, quòd donatio ualet: & licet postea alii liberi nascantur, non debet ex tali natiuitate superueniente impugnari, quod ab initio legitimè factum est, allegat d.l.nec enim, nec debet haberi respectus, quòd legitima filiorum primi matrimonij diminui poterat ob liberos nasc ituros: quia multa incidere poterant ne nascerentur. Rursus in consilio 102.numero secundo, & in consilio centesimononagesimoquarto, numero sexto, uersiculo, sed pulchrum, quærit enim ibi Crauet.Nam clarum est, quòd ad sciendum uerum ualorem donatorum aut relictorum secundæ uxori debet computari, ad quantum ætatis uerisimiliter sit uictura nouerca, dicta.l.hæreditatum: Quid dicendum, si ista nouerca uiuat ultra illam ætatem, & respondet, quòd debet inspici de rigore iuris initium actus, quo adhuc ille uiuebat, aliàs illa lex esset frustratoria si ex euentu mortis sequuto retractaretur computatio facta secũdum dictam.l.hæreditatum, & quòd ex casu superuenieti irritari non debet, quòd legitime à

 principio

principio actum reperitur, per multa similia ibi per eum allegata.

Nec etiam obstat, ꝙ dictæ dñæ Iuliæ secundę coniugi tantum relictus fuit usufructus bonorum, quo
25 casu debet fieri æstimatio dicti usufructus † secundum formam.l.hæreditatum.ff.ad l.Falc.quæ distinguit ætates illius, cui relictus esset usufructus ad faciendum æstimationem ipsius usufructus, quia ab anno uigesimo usque ad annum uigesimumquintum fiet æstimatio usufructus annorū uigintiocto, ab annis uigintiquinque usque ad triginta fiet æstimatio annorum uigintiquinque, ab anno trigesimo usque ad trigesimumquintum fiet æstimatio ipsius usufructus annorum uigintiduorum, ab annis trigintaquinque usque ad quadragesimum annorum uiginti, ab annis autem quadraginta usque ad quinquaginta annos computatio æstimationis usufructus fieri debebit capiendo ætatem suam, idque totum quod deerit sibi, procedendo usque ad annum sexagesimum, dempto uno anno, illa erit uera æstimatio. Exemplū, si usufructuarius erat annorum quadragintaquinque procedendo usque ad sexagesimum, solum anni quindecim deficiunt, demas unum & remanebūt quatuordecim, & illorum quatuordecim annorum erit fienda æstimatio, & sic de singulis, ut habetur in dicta.l. hæreditatum. Ita colligitur expresse ex his quæ uoluit in dicta.l.hac edictali.colum.prima uer.Idē quid si dedit.qui solus ponit casum qñ uxor secundo marito reliquit usumfructum, uel possit cognosci an plus secundo marito fuerit relictum quàm filio primi matrimonii.ibique determinat, ut supra declaratum est, Bero.in consi.40.num.17.volum.1.& ꝙ dicta æstimatio fieri debeat uoluit etiam Ruin.in consi.53.nume.22.volum.2.Neuizan.consi.84.circa finem, Bertran. in l.hac edictali.§.j.num.12.C.de secund.nupt.Crauet.in consi.194.col.2.in fi.uers.4.ista quæst.& si fiat huiusmodi æstimatio apparebit quòd non minus fuit relictum dictis filiabus quantum secundæ coniugi, quod admittitur, & sic quòd nihil relictum fuit dictę cōiugi quàm ipsis filiabus uel unicuique ipsarum. Quia respōdetur ꝙ allegata, de quibus supra, possent procedere, ubi dominæ Iuliæ esset relictus usufructus pro uita sua, secus si in eo fuisses instituta hæres uniuersalis usufructuaria nullo dato cohærede: quia
26 † quando testator instituit uxorem suam usufructuariam omnium bonorum, & post mortem suam instituit filias suas, uxor erit hęres non solum in usufructu sed etiam in proprietate, & institutio filiarum resoluitur in fideicommissum. & perinde est ac si uxor instituta esset grauata post mortem filiabus restituere, Saly.in l.extraneum.in fi.C.de hæred.instit.ubi dicit, quòd si uxor est instituta in usufructu: quia tunc non habet cohęredem, interim est hęres uniuersalis, & per consequens habet usumfructum causalem, Ang.in l.filius à patre.ff.de lib.& posthum.Ias.in dicta.l.extraneum.col.pen.uers.tertiò principaliter limita.Ang.in §.heres.colum.2.uersi.3.casu, de hęred. instit.Ang.in l.2.ff.si pars hęred.petat.Alexan.in cōs. 262.volum.2.Dec.in consi.178.colum.2.& in consi. 478.colum.1.rursus Alexan.in consi.4.numer.3.volum.7.Crot.in consi.79.num.10.& in l.re coniuncti. in 21.quęst.de leg.3.Soci.Iun.in cons.183.nume.45. in addit.uolum.2.& hanc esse communem doctorum sententiam firmat Dec.in consil.419.col.fi.Soci.Iun. in cons.84.nu.7.uol.1.& Ruin.in consi.36.numer.3. uol.2.

Ex his igitur concludendum esse arbitror dictam dominam Lucretiam primò consequi debere legitimam in bonis paternis & ꝙ residuum diuidatur inter eam & nouercam, ut etiam concludit Rip.in dicta.l. in quartam.in fi.firmans post Bertr.ibi per eum citatum, hanc esse communem doctorum sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Verborū pompa omittenda est, & substantialia ac necessaria & ad rem conferentia attingere debemus.*
2 *Fideicommissum est quid facti, & res onerosa, quæ non præsumitur.*
3 *Fideicommissum non subesse in dubio præsumendum est.*
4 *Asserenti fideicommissum extare incumbit onus probandi.*
5 *Testator quod non loquitur velle non præsumitur.*
6 *Testatorem aliquid in mente uoluisse non sufficit, nisi aliquo modo disponat.*
7 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*
8 *Verbum possit, in vltima voluntate relatum ad hæredem, fideicommissum importat.*
9 *Quod declara ut in num.seq.*
10 *Fideicommissum factum sub conditione deficiente conditione expirat.*
11 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
12 *Ablatiui absoluti important conditionem.*
13 *Et quidem expressam.*
14 *Et quæ specificè debet adimpleri.*
15 *Conditio importat formam.*
16 *Forma non seruata corruit actus.*
17 *Formæ omissio in qualibet minima parte uitiat actū, etiam si absque dolo fuerit omissa.*
18 *Dispositio & eius effectus cessat intentione cessante.*
19 *Recedendum non est à proprietate verborum, nisi aliter constet euidenter de contraria uoluntate & mente testatoris.*
20 *Dictio, ipsa, inducit repetitionem.*
21 *Dictio, dicta, est relatiua pręcedentium cum omnibus qualitatibus suis.*
22 *Dictio, sic, est relatiua præcedentium.*
23 *Dictio, supra, operatur repetitionem præcedentium.*
24 *Verba geminata magis demonstrant enixam uoluntatem testatoris.*
25 *Fideicommissum dicitur materia stricta & odiosa:*
29 *Persona tacita subintelligitur ad euitandum fideicōmissum, secus autem ad inducendum.*
27 *Substitutio facta filio, si decesserit sine filiis, non censetur facta nepoti.*
28 *Interpretatio regulariter fit, ut fideicommissum magis remoueatur quàm inducatur.*
29 *Hæres non potest venire contra factum defuncti; sed illud obseruare tenetur.*
30 *Hæres adeundo hæreditatem dicitur quasi contrahere cum legatarijs & fideicommissarijs, adeo quòd obligatus est ex quasi contractu seruare ordinata per testatorem.*
31 *Qui enim alicui succedendo ex persona sua lucrum capit eius factum approbare debet.*
32 *Hæres non obseruando disposita in testamento dicitur voluntatem testatoris circumuenire.*
33 *Hæres & defunctus iuris præsumptione censentur una & eadem persona.*

34 Et

34 *Et maximè si eam adiuerit sine beneficio inuentarij.*
35 *Testator rem propriam hæredis legare potest.*
36 *Quod ampliatur procedere nedum si testator sciret rē esse hæredis sed etiam si credidisset suam.*
94 *Clausula ad habendum, tenendum &c. censetur apposita de uoluntate diuidentium.*

95 *Verba, quæ profert tabellio in personam contrahentium, uidentur contrahentes proferre & uera esse confiteri.*

96 *Verba relatiua notarii dicuntur uerba partium.*

97 *Clausula codicillaris secundum communem censetur apposita de uoluntate testatoris.*

98 *Clausula censetur apposita de uoluntate testatoris cum testamentum publicè legitur coram eo.*

99 *Clausulæ quæ substantialia uel accidentalia actus respiciunt censentur appositæ de uoluntate partium.*

100 *Interpretatio inimica prudentiæ euitanda uenit.*

CONSILIVM XXXIIII.

VIDI Dubia subtiliter & eleganter eleuata per Magnificum dominum iudicare debentem, quamuis extracta ex consilio insignis Deciani, quibus & si satis superque respõsum fuerit per insignẽ Menocham, attamen recolligendo nonnullas spicas (ut solet dici) post terga metentium, aliqua in medium afferam pro confirmatione & approbatione eorum, quæ deducta fuerunt per ipsum insignem Menocham, ex quibus clarè apparebit bona Rodini, de quibus agitur, non contineri sub fideicommisso, de quo in testamento quon. Magnifici D. Mariani de Senarolis. Sed antequam deueniam ad responsionem ipsorum motiuorum, nonnullas proponam conclusiones, quæ passim ab omnibus receptæ comperiuntur. Prima igitur
1 est conclusio, quòd † fideicommissum est quid facti, & præsertim res onerosa, quæ non præsumitur sed euitanda uenit. l. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulg. &
2 pupil. Cepha. in consi. 67. nu. 27. & † pro quo in dubio pronuntiandum est non subesse, cum hoc fauorabilius sit. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Alcia. in consi. 525. numer. 12. & in consi. sequenti numer. 6. sed in testamento dicti quondam Magnifici domini Mariani non dicitur, quòd dicta bona acquirenda ut sunt ista Rodini, sint subiecta restitutioni fideicommissi ergo in eo uenire non possunt. Socin. Iun. in consil.
3 102. nu. 25. uolumi. 1. Nam pro † regula in substitutionibus & fideicommissis solet dari, quòd illa substitutio uel fideicommissum locum non habet, quæ uel quod in testamento non reperitur. & dicenti contrarium incumbit onus probandi. Io. Andr. in addit. ad Specul. in ti. de test. §. 1. uer. occurrit. Soc. in consi. 61. col. 3. uol. 3. Soc. Iun. in consi. 64. nu. 14. uol. 3. 75. nu. 8. 100. nu. 17. & 110. nu. 3. vol. eod. cum igitur in dicto testamento nihil dicatur de dictis bonis Rodini, dicendum uenit, quòd ea non ueniant in restitutione fideicommissi, de quo in ipso testamento, Bero. in consi. 67. numer. 7. uol. 2. & in consi. 43. numer. 41. uolumi. eod.

4 Secunda est conclusio, quod † testator id uelle nõ præsumitur quod non loquitur, Bal. in l. 1. §. finaũt ad deficientis. per illum text. C. de cad. tollen. Dec. in cõsi. 465. num. 7. & 696. nu. 19. Soci. Iun. in consi. 1. num. 4. uol. 3. consi. 14. num. 19. 69. nu. 8. uol. eod. & in consi. 180. nu. 54. uol. 2. Ceph. in consi. 46. nu. 18. 114. nume. 8. & in consi. 186. num. 3. Por. in consi. 15. nu. 14. Nec
5 sufficit † testatorem ita uoluisse in mente sua, nisi aliquo modo disponat, Bald. & Imol. in l. quidam cum filium. per illum tex. ff. de hæred. insti. quem pro ualde notabili tradit Alex. in l. 3. in fi. C. de libe. præter. Soc. Iun. in consi. 72. num. 58. uolum. 1. & 111. numer. 28. uol. eod Cepha. in consi. 114. numer. 8. 144. num.
6 4. Nam † uoluntas in mente retenta nihil operatur. l. si repetendi. C. de cond. ob cau. Soc. Iun. in consi. 1. nu. 6. uol. 3. Ceph. in. consi. 114. nu. 8. & 107. nu. 24. sed in casu nostro per dictum quondam Magnificum dominũ Marianum nihil dispositum reperitur in suo testamento, quòd bona acquirenda, & sic Rodini, ueni rent in restit. fideicommissi, ergo &c.

Tertia est conclusio communiter approbata per Scribentes in l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Tre-
7 bel. ubi dicunt, quòd † prælegata nõ ueniunt in restit. fideicommissi, quãdo illa facta reperiuntur post grauamen iniunctum hæredi; Ripa. in l. in fideicommissaria §. si legatum. nu. 7. ubi etiam Cast. ad Trebel. Ias. in consil. ult. col. 2. uolu. 4. ubi dicit hanc esse cõem: quia quãdo testator primò facit substitutionem fideicommissariam & postea prælegatũ, testator in fideicommisso non uidetur rogasse de eo quod nondum dederat, arg. l. lege. ff. de cõtrah. emp. Dec. in consi. 80. col. 2. in princi. & in consi. 254. col. 1. Ruin. in consi. 133. col. 4. uersicu. circa secundum dubium, uol. 2. & in consi. 117. nu. 15. uol. eod. Paris. in consi. 18. colum. 3. uolu. 3. Soc. Iun. in consi. 89. col. 1. uolum. 4. Soc. in consi. 31. col. 2. uol. 4. vbi etiam asserit hanc esse receptam doctorum sententiam, Picus in l. in quartam nume. 88. ad l. Falcid. Polit. in l. filium quem habentem. nu. 103. C. famil. ercis. Bero. in consi. 81. num. 12. uol. 2. & de hoc est tex. secundum communem intellectum in l. Titia. ff. ad l. Falcid. & hanc esse crebriorem sententiam inquit Cor. in consil. 228. colum. 2. uol. 4. & quamuis nõnulli contrarium sentire uideãtur, ut refert Socin. Iun. in consi. 107. vol. 3. & 89. uol. 4. dicens, quòd illi, qui fassi fuerunt cõmunem doctorum esse sententiam, prælegata non contineri in restitutione fideicommissi, quia grauamẽ prius fuit iniunctum & prælegata secuta, loquuti sunt tempore suo & aliàs, secus tamen hodie. Ab hac sententia cõmuni calculo recepta in iudicando non est recedendum, cum etiam hodie ipsa sit communis, ut uideri potest ex auctoritatibus doctorum tenentium hanc partem, qui multo plures sunt quã aduersantes: nam primo considerandum est, quod ita tenuerunt glo. in l. cum uirum. in uerbo, comprehensum est. C. de fideicom. & glo. in uerbo hæreditariam. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Trebel. quarum glossæ auctoritas quãta sit demonstratur ex dictis Bar. in l. ultim. ff.
8 de iust. & iure. ubi † auctoritas glossa omnes antecellit, Bald. in capit. 1. de nat. succes. feud. ubi sic ait
9 ego † enim in dubiis opinionibus multum sequor opinio-

nionem glossæ ordinariæ : quia non possum adhęre-
re meliori,& ideo dixit Saly.in l.licet. col.2. C. qui
pot.in pign.hab. Aduerte pro Deo tu,qui praticas &
habes iudicare & consulere:quia de facili non debes
à glossatore discedere,& in l.2.C.de senten.quę sine
cert.quant.ubi tradit, quod sicut qui nescit equitare
tenet te ad arzonum , ita iudex debet se tenere super
opinionem glossæ,& tanta est autoritas glossæ quod
10 Inquit Abb.in c.edoceri. de rescrip. quod † ab ea in
Curia Romana non receditur,Bal.in l.fin.§.necessi-
tatem.col.3.C:de bon.quæ libe.ubi ait,adherere endũ
semper carocio ueritatis.i.glossatori, & in perpetuũ
non errabis,Saly.in l.1.colum.3.in 5.oppositio.C.de
pact.quod unusquisque debet cum gloss. intendere ,
cum glossæ sint nostræ nauiculæ per quas portum
ualde arduum ingredimur,ut postea in naues latio-
res & profundiores pertranseamus,& ad portum cla
ræ ueritatis perducamur.est text.ad literam,ut dixi ,
& secundum communem intellectnm in l.Titia.ff.ad
l.Falcid.ubi Alex.col.2.in princ.attestatur hanc esse
receptam doct.sententiam, & quam uti communem
etiam sequitur idem Alex.in d.§.quidam liberis.col.
3.Imo.in d.l.Titia.& in l.in fideicommissaria.§. fi. ff.
ad Treb. glo. in l.cum uirum.C.de fideicom.Boer.in
decis.90.nu.8.ubi etiam tradit hanc sententiam com
muni calculo receptam , prout etiam facit Zanch.in
l.hæredes mei.§.cum ita.nu.397.ad Treb. Claud.Sey
sel.in d.§.quidam liberis.Corn.in citata.l.cum uirũ.
& Craue.in consi.295.in 4.dub.

His igitur conclusionibus sic stantibus non uiden-
tur obstare quæ ex aduerso adducuntur,quod imò ta
lia bona Rodini, quamuis acquisita post grauamen
iniunctum,ueniunt in restitutione fideicommissi, ut
patet ex allegatis per Insignem dominum Decianum
in uersi.non obstat undecimo,ubi inquit, quod licet
bona Rodini sint acquisita post fideicommissum, ta-
men non dicuntur prælegata,sed in eis dicuntur in-
stituti domini Bartholomeus , Iacobus & Nicolaus :
quoniam in principio testator dixit: In omnib. alijs
suis bonis mobilib.& immobilibus,iuribus & ratio-
nibus ac actionibus & specialiter in libellis sibi hæ-
redes uniuersales instituit dictos dominos Bartolo-
meum eius filium & Ioannem Iacobum & Nicolaum
fratres eius nepotes,uidelicet,filium pro parte ei as-
signata ut infra : & nepotes pro parte assignata ut
infra. Nam ponderandum est, quod licet assigna-
uerit infra singulis portiones suas , tamen illas
habent iure institutionis & non legati , quo casu su-
mus extra terminos quęstionis.an legata comprehen
dantur,ut per Curt.Iun.in consi.13.uersi. 2.principa
liter.& licet postea fecerit diuisiones tam acquisito-
rum quàm acquirendorum , id non fecit testator in
uim prælegatorum,sed in uim institutionis ,tũ quia
usus est uerbo instituo: tum quia omnia relicta sunt
æqualia,quinimò si etiam usus fuisset testator uerbis
expressis denotant ibi prælegata, cum nõ fore (pro
ut non est) excessus in illis inter ipsos cohæredes, &
si esset aliquis excessus,esset modicus,de quo non est
curandum,etiam in dictis prælegatis habentur uti hę
redes & non ut legatarij,ut consuluit Paris.in consi.
94.usque ad finem uol.2.

Quia respondetur, quod imò in bonis Rodini di-
cti D.Bartholomeus,Ioannes Iacobus,& Nicolaus di
cuntur legatarij,& in ipsis nullatenus dicuntur insti
tuti,ut patet ex uerbis claris ipsius testamenti , dum
post institutionem,prohibitionem alienationis , &
grauamen iniunctum testator dicit:Item legauit,uo-
11 luit &c.quod † uerbum lego, de propria significatio
ne non importat hæredis institutionem,ut per doct.
in rubr.ff.de leg.1.& ut infra latius dicetur,quo casu
12 ubi † uerba testatoris sunt clara, ab eis non est rece-
dendum , nisi appareat euidenter aliter de mente &
uoluntate ipsius testatoris.l.non aliter.ff.de leg.3.l.si
alij.cum gl.de usufruc.l.cum uirum. C. de fideicom
ubi licet plerunq; magis attendatur uoluntas & mẽs
quàm expressio uerborum,tamen hoc procedit quã-
do per probationes liquidò constaret de mente con-
traria,alioquin uerbis standum est , cum id testator
uoluisse uideatur quod expressum est l. Labeo. ff. de
suppel.leg bonus tex.in l si plures.in fi.ff. de uulg. &
pup.ibi nisi alia forte mens fuerit testatoris,quod uix
credendum est,nisi euidenter fuerit expressum. Soci.
Iun.in cõsi.13.nu.13.uol.3.ubi inquit,quod licet pro
regula dici soleat,in testamentorum interpretatione
supra omnia mentem testatoris esse inspiciendam. l.
in conditionibus primum locum.ff.de cond. & dem.
etiam si talis eius mens cognita & nota uoluntas te-
statoris uideatur repugnare uerbis prolatis.l.3. C.de
lib.pręt.tamen si aliud manifeste non appareat mens
testatoris semper sumitur à uerbis à quibus regulari-
ter non est recedendum.l.ille aut ille. §. cum in uer-
bis.de leg.3.& ideo inquit Bal.in consi.122. in fi.uol.
1.multos sæpe decipi,qui testamentorum uerba non
ponderant,etenim illa habent in se magnum pondus
ad cognoscendum quid uoluerit testator , Iterum in
consi.73.nu.9.uol.eo.facit quod inquit Beatus Tho-
13 mas in 2.q.72.artic.1.ubi † uerba obtinent principa
tum significandi,quæ animo concipiuntur & omnia
alia signa uerbis cõparata paucissima sunt. Soci.Iun.
in consi.66.nu.14.uol.2.148.nu.52.uolu.eod consil 1.
nu.9.uol.1.& ratio est:quia considerate & deliberatè
præsumuntur prolata:rursus in consi.40.nu.7.& 121.
14 nu.16.uol.eo.Bero.in consi.71.nu.40.uol.2.Ni † quan
do uerba sunt clara non est facienda quæstio quę fue
rit mens disponentis,Soc.Iun.in alleg. consi.91. nu.
9.& 160.nu.47.uol.2.Port.in consi. 58. nume. 18. &
15 25.ubi † quando est manifestissimus sensus testato-
ris,ex uerbis expressis,uerborum interpretatio nus-
quam tantum ualet ut melior sensu uerborum existat
16 etenim nullum † est mentis nostræ testimonium ma
ius quàm qualitas inspecta uerborum, ut post Cassa-
do.inquit Bal.in l.generaliter.post princ. C. de non
nume.pecu.Soci.Iun.in consi.1.nu.32.uol.3.Cum igi
tur euidenter non appareat in casu de quo agitur de
contraria mente testatoris , quod uoluerit bona ac-
quirenda uenire in restitutione fideicommissi, stan-
dum est proprię significationi dicti uerbi legauit., q
(ut dixi) non importat institutionem sed merum le-
17 gatum.Nam † titulus legati differt a titulo institutio-
nis,ut patet ex inscriptione titulorum de hæ.insti.&
de leg.& etiam ex diuersitate nominum,iuxta notata
in l.si idem.C.de codic.& titulus institutionis est plę
nior & magis honorabilior.l.Iulianus.ff.si quis omis.
18 cau.test.Item facit nam † ubi uerba testatoris possunt
intelligi propriè,non debent capi eo modo quo im-
propriè sumerentur,quia ad impropriam significatio
nem non est recurrendum,nisi quando propriè intel
ligi non possunt.Soci.in l.quibus diebus. §.dominus.
per illum tex.ff.de cond.& demon.Bero.in consi.95.
nu.48.uol.2.& eo magis hoc dicendum uenit in casu
19 nostro:ubi † uerbum lego est relatum ad particularẽ
rem:quo casu non importat hæredis institutionẽ , ut
per Alex.in l.1.col.1.de lega.1.& in l.Centurio.colu.
28.de uulga.& pupil.ubi Gabriel.nume.326.attesta-
tur hanc esse communem:Rui.in consi.12.nu.13.uol.
20 3.sed plus dicitur:quòd † etsi uerbum lego esset rela
tum ad uniuersitatem bonorũ,dato cohęrede : prout
in casu nostro:non importat institutionem.docte.in

rubrica & l.prima.de lega.1.Socin.Iun.nume.51.Itē dicitur, quòd si uerum esset quod ex aduerso obijcitur, sequeretur quòd in dubio semper legatū factum post institutionem hæredis & grauamen iniunctum ueniret in restitutionem fideicommissi, qđ tamen (ut dictum est) alienum est ab omni ueritate, cum communis schola sit in contrarium, ꝙ nō ueniat tale legatum in restitutione fideicomissi.

Non obstat decisio. Cur.Iun.in consil.13.colum. secunda uersic.secundo principaliter. Quia respondetur, quòd inter casum suum & nostrum magna extat differentia; quoniā in casu consilij Curtij nō erāt separatæ dispositiones, nam licet ibi essent hæredes instituti, tamē post ipsam institutionem nō fuit facta aliqua prohibitio nec inductum aliquod grauamen. minusque facta legata, sed tantum factæ institutiones, ꝙ secus est in casu de quo agitur, ubi adest institutio in bonis assignatis, fideicommissum iniunctū, prohibitio alienationis post institutionem & multa alia legata ante prælegatum, de quo agitur, & sic sumus in separatis dispositionibus perfectis, ergo de uno casu ad alium rectè non infertur. l.Papinianus exuli.ff.de mino.cum similibus.

Similiter non obstant notata per Paris.in d.con-
21 silio 94.col.penul.& fin. Quia respondetur † eius dictum debere intelligi secundum decisiones quas allegat Bart.in l.non solum.§.liberationis uerba.ff.de lib.leg.& sic quando pater prælegando diuisit totum partimonium inter filios æqualiter & eos æqualiter instituit: quia tunc portio unius quam habet iure prælegati succedit in locum portionis, quam habebat iure hæreditario in bonis alteri assignatis, & ideo totum dicitur habere iure hæreditario, secūdum l.quid ergo.la 2.de lega.1.& in l.Marcellus.in §.quidam liberis.ad Treb.quem allegat Paris.in citato cons.94. ꝙ & uoluerūt Dec.in consi.254.col.2.in fi.ubi dicit,
22 ꝙ ex quo † testator omnia bona uel maiorē partem inter filios diuisit, ueniunt prælegata in restitutione fideicommissi, quia talia prælegata succedunt in effectu in locum portionis hæreditariæ, per notata in dicto.§.quidam liberis. & in dicta.l.quid ergo. subdens hanc esse communem, rursus in consi.349.num. 7.uersi.nec obstat.Corne.in consi.228.col.2.uol.4. Ias.in consil.ultimo.col.2.uol.4.Ruin.in consi.152. numer.6.vol.3.& in consi.116.num.8.uol.2.Gozad. in consi.81.num.16.sed in terminis nostris sumus in casu differenti, quia pater non fecit prælegata diuidendo totum patrimonium uel maiorem partem inter filium & nepotes, sed eos instituit in reb.assignatis, ac demum fecit substitutionem & prohibitionē, & post alia legata subsequentia fecit prælegatum ipsum de rebus acquirendis, & sic non fuit dictum prælegatum de toto patrimonio uel maiori parte, & sic sumus in casu communis cōclusionis doctorum, quę habet, ꝙ prælegata post iniunctum fideicommissum facta de rebus particulariter acquirēdis non ueniūt in restitutione fideicommissi, iuxta notata per Scribentes in d.§.quidam liberis.& cæteros in aliis locis supra relatis. Nec ad rem facit, quòd ipse testator in in alio loco usus est uerbo, lego, pro uerbo instituo, ut ibi. Item legauit, instituit, uoluit & ordinauit &c. ergo idem uoluisse uidetur in casu de quo agitur. Quia respondetur, ꝙ in casu supradicto non est uerbum lego, quod importat institutionem. sed uerbum
23 † instituo, quod est magis plenū, quod trahit ad se
24 verbum minoris uirtutis & efficaciæ. Nam † quoties in actu uno apposita sunt duo uerba iuncta, quorum
25 quodlibet actum diuersæ naturæ significat † verbum ostendens actum pleniorem trahit ad se uerbum minoris uirtutis, ita Natta in clementina, sæpe.§.non sit tamen.col.33. de uerb.sing.per.l.non solum.§.fi. de usucap. vbi si quis rem conducat & præcario simul rogat, cum locationis contractus maiorem uim præcario habeat, uires præcarij eneruat, solaque dicitur locatio. pro qua sententia facit, quod uoluit Bar.
26 in l.alio.ff.de alim.& ciba.lega. vbi uult, quòd † uerbum, plenū, & uerbū, liberū, adiunctum uerbo importanti arbitrium boni uiri: quia magis plenum operatur, quòd illud uerbum importat liberam uoluntatē, dixi in consi.55.nu.50.cum tribus sequentibus uol.3. ubi alia adducuntur ad propositum huius responsionis, ad quæ me remitto.

Similiter non obstat, quòd testator instituit hæredes uniuersales prædictum dominum Bartol.pro parte assignata ut infra, nec non & dños Ioānem Iacobum & Nicolaum pro alia parte assignata ut infra, quo casu uirtute illius dictionis, infra, datur intelligi, ꝙ omnia infrascripta acquirenda, & sic Rodini, censeantur relicta iure institutionis. Quia respon-
27 detur, quòd † licet dictio infra, regulariter relationem habeat ad sequentia, Bart.in l.qui liberos.§.hæc uerba ff.de uulga.pupil.Paris.in consi.93.numer.23. uol.1.tamen in casu præsenti dici non potest, quod dicta dictio trahatur ad legatum factum de bonis acquirendis: quoniam testator per dictam dictionem, tantū uoluit se restringere ad ea quę ipsis heredib.in institutione assignata fuerint, ut patet ex uerbis propriis ipsius testatoris. Nam licet testator dixerit, ꝙ in bonis suis mobilib. & immobilibus &c. instituit sibi heredes uniuersales D.Bartholomęum eius filium legitimum & naturalem, Ioannem Iacobum & Nicolaum fratres nepotes & filios legitimos & naturales quon.D.Iuliani olim filii ipsius domini testatoris, uidelicet supradictum D.Bartholomeum pro parte sibi assignata ut infra, ut in cap.incip. In omnibus autem &c.tamen post assignationem factam subdit hec uerba. In quibus omnibus bonis sicut supra ipsi Do.Bartho.assignatis ipsum D.Bartholomæum sibi heredem instituit ut supra, uolens de ipsis fore tacitum & contentum. Idemque dixit post assignationem factam in institutione dictis Ioan.Iacobo & Nicolao, ut in c. incip.in quibus bonis. Nam primo ponderandum est
28 dictio sic † quę tanquam relatiua inducit relationem ad præcedentia cum omnibus qualitatibus suis. l.si quis seruum.§.fin.de leg.2.Ruin.in consi.170.nu
29 mer.2.uol.2.Item & dictio supra † quæ similiter est relatiua præcedentium cum omnibus qualitatibus suis. Ruin.in consil.18.nu.12.uolum.2.in consi.147. num.5.vol.3.Paris.in consi.19.num.68.volum.2.41. num.65.48.nu.14.66.num.6.80.nu.49.uolu.eo.& in consi.93.num.25.uolum.1.Bero.in consi.79.nume.1.
30 uolum.2.vbi † dictio, supradicta & similia dispositionem ad casum prius expressum restringit. Dec.in con si.377.numer.5.Craue.in consil.89.num.3.Cephal.in consi.292.num.9.& tanto fortius id suadetur, quia si esset uerum, quod ex aduerso obijcitur, sequeretur ꝙ etiam prohibitio alienationis extenderetur ad acquirenda, quod tamen est falsum, cum ea tantum extendatur ad supradicta bona, ut cūstat ex uerbis capituli ipsius prohibitionis ibi: & ꝙ per eos uel aliquem ex eis dicta bona & hereditas nunquàm uendi &c. Nam
31 ponderanda est dictio, dicta † quæ etiam habet relationem ad præcedentia cum omnibus qualitatibus suis, Corne.in consi.9.litera.E, uol.1.Soc.Iun.in con si.102.nu.3.vol.3.& 144.nu.37.uol.eod.Rui.in cōsi. 206.nu.5.vol.2.& 103.nu.5.uol.eod.Paris.in cōs.86. nu.36.uol.2.consi.1.uu.131.vol.3.Bero.in cons.137. num.7.uolum.3.ubi uerba, prædicta, dicta, & similia sunt

sunt repetitiua rerum tantum præcedentium cũ suis
qualitatibus,Dec.in consil.2 78.col.fi.ubi dicit com-
32 munem esse, q† uerbum,dicta, facit relationem non
solum substantiæ sed omnium qualitatum.& in con-
si.291.nu.6. Nec refragatur quòd relatiuum,dicta bo-
na & hæreditas, de quo In prohibitione alienatio-
nis, non referatur ad bona specificè supra relata &
corporaliter diuisa,sed potius ad illa uerba supra im
mediatè simpliciter prolata, ibi dũ dicitur. ita quòd
perpetuò bona & hæreditas dicti testatoris deue-
niant &c.cum relatio fieri debeat ad immediata. l.ta
lis scriptura, ubi doctores de leg.j.& sic q dictum re
latiuum dicta, non restringit nec refert bona particu
laria assignata hęredibus sed refert in uniuersum om
nia bona & totam hęreditatem Quia respondetur, q
cum testator instituerit dictos suos hęredes uniuersa
les in bonis sic ut supra assignatis,& incõtinenti eos
33 substituerit inuicem, quę†substitutio est secunda in-
stitutio,glo.& Scriben.in rub.de uulga.& pup.& quę
34 † uidetur facta ad bona, de quibus loquitur institu-
tio,cum substitutio ad institutionem referatur. l.j.C.
de impub.& aliis substit.Dec.in consi.480. nume.12,
186.nu.4.consi.371.nu.3. Paris.in cons.71.nume.16.
uol.2.Ruin.in consi.128.nu.13.uolu.3.q dicta uerba
posita in substitutione,ita quòd perpetuò bona & hę
reditas dicti testatoris deueniant &c. restringãtur &
restringi debeant ad contenta in institutione & non
extendantur ad bona pręlegata facta post institutio-
nem & substitutionem, de quibus testator nullum pe
nitus uerbum fecerat,& sic quòd dicta uerba prohibi
tionis extendantur & referantur ad bona assignata
35 in institutione. Nã†clausula substitutionis debet re-
ferri ad proximè pręcedentia,Paul.de Cast.in consil.
359.quem sequitur Dec.in cons.547.nu.6.uer.& hoc
etiam.& non ad casum de quo non loquitur, Paris.in
cons.14.num.2 uol.3. & ad hoc bene facit quod scri
bit Soci.Iun.in cons.107.nu.52.ubi loquendo de pro
hibitione alienationis factę in testamẽto dicit, quòd
illa prohibitio uidetur restringẽda ad bona stabilia,
de quibus testator locutus erat in institutione & sub
stitutione, & sic in aliis ab his quę pręlegata erant,
cum illa in institutione uel substitutione non essent
comprehensa,ponderando dictionem supra, sed su-
pra nõ erat dictum nisi de bonis in quibus erat facta
institutio, & sic de aliis à pręlegatis. Cum igitur di-
ctum legatum sit separatum ab institutione, ut ex su-
pradictis satis demonstratũ uidetur,& multa alia ad-
sint legata inter ipsam institutionem & pręlegatũ de
bonis acquirendis;meritò dicendum uidetur, pręle-
gatum pędictum tanquàm separatum ab ipsa institu
tione non comprehendi in ipsa institutione.
36 Obstare quoque non uidetur,quòd dictio,itẽ,†ap-
posita in dicto prælegato bonorum acquirendorum
est repetitiua pręcedentium.Quia respondetur,quòd
dictio ipsa quando ponitur inter orationes perfe-
ctas facit cessare repetitionem,Bar.in l.Seiæ,in §.Ga
io.ff.de fun.instruc.Ias.in consi.207.col.2.uol.2.Cur.
Iun.in consil.72.nu.6.& 102.col.2.Emilia.in consil.
49.nu.2.Mazol.in consi.j.nu.56.quod consilium etiã
insertum reperitur inter consilia Soc.in.Iun.in consi.
244.uol.3.sed in casu præsenti dictio item,inter ora
tiones perfectas posita esse reperitur, ut est uidere ex
dicto testamento,ergo cessat obiectum.
37 Non obstat similiter,q ex quo†uerba fideicommis
si sunt indefinitè prolata generaliter cõprehendant
omnia & sic acquirenda:Quia respondetur,hoc à ue-
ritate alienum esse in casu nostro, cum tantum uerba
ipsa intelligi debeant de illis bonis, quæ in institu-
tione ipsis hæredibus assignata fuerunt,ut constat ex
ipso testamento, ubi testator fecit substitutionem cõ
tentorum in institutione & non de prælegato facto
post institutionem fideicommissum & prohibitionẽ
alienationis: item dicitur, quòd si uerum esset obie-
ctum sequeretur quòd destrueretur illa cõmunis sen
sentia supra citata,quòd prælegatum post grauamen
iniunctum non uenit in restitutione fideicõmissi sim
pliciter facti,quod minimè dicẽdum uenit, ut per do
38 ctor. communiter in d.§.quidam liberis.legata†autẽ
hæreditatis uerbo non ueniunt.l.si Titius ex parte.de
leg.3.l.Titia.ff.ad l.Falcid.Plus dicitur, quòd indefi-
nita in casu nostro non æquipollet uniuersali; ut in
terminis dixit Soc.in d.§.quidam liberis. colum.3.in
prin.ubi reprobat Cuma. qui uoluit, quòd sicut roga
tus restituere omnia bona tenetur ad restitutionem
prælegatorum,ita qui est grauatus restituere bona in
definitę,quia dicta indefinita bona,non æquipollent
uniuersali.i.omnia bona: quia diuersa est ratio præle
gatorum & hæreditatis, ut not.in l.si ex pluribus. de
leg.2.Quod comprobatur ex scriptis per Ripam in l.
in fideicommissaria.§.si legatum.in uers.2.limita,ubi
dicit,quòd licet in fideicommisso uniuersali per hæc
uerba, mando quòd restituas quicquid ex hæreditate
mea ad te peruenit,ueniant pręlegata in restitutione
fideicommissi.l.cum uirum. C.de fideicom. aliàs tñ
secus est.& inquit rationem esse quare fideicommis-
sum uniuersale comprehendat prælegata & non in-
39 definita,quia†indefinita est magis restringibilis quã
uniuersalis propositio,quæ indefinita non æquipol-
let uniuersali necessariò secundum Innoc. & Abb.in
c.auditis.de præscrip.Fel.in c.cum omnes. col.19.de
40 constit. item†indefinita affirmatiua non æquipollet
uniuersali ex proprietate sermonis l.si seruitus. ff.de
seruit.urban.præd.Bart.in d.l.si pluribus.de lega.2.q
etiam colligitur ex dictis per Dec.in consil. 254.col.
2.in fi.ubi dicit, quòd uerba uniuersalia & prægnan-
tia ponderantur, quando fideicommissum præcedit
& prælegata sequuntur; quia tũc stantibus uerbis uni
uersalibus indistinctè ueniunt pręlegata in restitutio
ne fideicommissi,ergo aliter sentit si uerba non sunt
uniuersalia sed indefinitę prolata,& clarius hoc uult
Ias.in consi.ulti.per totum uol.4.& Goza.in cons.81.
col.fi.in prin.

Nec ad rem facit, quòd hæc bona Rodini iure hæ-
reditario & non legati cẽseantur legata ob id, quòd
41 † à se ipso quis legari non potest.l.sed si in conditio
ne.§.si.ff.de hæredi.insti.quia ad hoc optimè respon-
sum fuit per Excellentem consultorẽ quòd illud pro
cedit quando quis est solus hæres institutus, secus si
cohæredem habet:quia tunc unus ab alio accipere ui
detur,& ideo prælegatum subsistit, & ultra allegata
per eum ita uoluit Mathesil. in l.filium quem haben-
tem.nu.22.uer.7.concludo.& num.38.in uers.2.nota
C.fami.erc.Ias.in l.planè.§.si duobus.in j.notab.Aliç
etiam dantur responsiones per pręclictum dominum
consulentem resultantes ex dictis Paris.in consil.79.
uol.2. nu.29 usque ad 32.inclusiuè,quæ optimè ada-
ptantur casui de quo agitur.

Nec fundamentum etiam fieri potest, quòd quãdo
constat de uoluntate & mente testatoris, prælegatũ
quamuis factum post institutionem & grauamen in-
iunctum uenit in restitutione fideicommissi per deci
siones ab insigni Deciano allegatas, quibus addi pos
sunt scripta per Soc.in consi.89.in 4.uol.Goz.in con
sil.81.& Zanch.in l.hæredes mei. in §.cum ita.nume.
398.in fi.ad Treb.& quòd in casu,de quo agitur,satis
constare dicitur de mẽte testatoris: quia sicut uoluit
quòd bona acquirenda per hæredes sint comprehen-
sa in institutione. & fideicommisso,quod facere po-
tuit.

tuit.§.non solum.institu.de lega.ita etiam dicendum
uenit, quòd magis uoluerit bona acquirenda per eũ
uenire in restitutione dicti fideicommissi. Quia rñde
tur, quòd nec ex uerbis nec ex euidenti mente testa-
toris, quæ resultare uidetur ex ipsis uerbis à quibus
recedere non licet l.non aliter. de leg.3.cum aliis su
pra citatis, cõstat testatorem ita uoluisse, quia si hoc
ordinate uoluisset, utique sciuisset dicere, quòd cum
non fecerit ho. noluisse uidetur. l.j.§. si autem ad de
ficien.C.de cad.tollen.Nam testator quod non loqui
tur uelle non præsumitur, ut per Bal.in d.§.si autem.
& in aliis locis supra relatis. imò non sufficit testato
rem uoluisse. nisi uoluntas ipsius transeat in disposi-
tionem, Bal.in l.quidam cum filium ff.de hære.institu.
Dec.in consi.61.col.2.Ias.in consil.228.col.3.uol.2.
Paris.in consi.87.numer.28.uol.2. ubi citat hanc esse
communem.

Vltimò, q̃ dicta bona non ueniant in restitutione
fideicommissi, demonstratur ex uerbis ipsius testato
42 ris, dum in fine sui testamenti †uoluit & mandauit te
stamentum suum & ultimam uoluntatem inuiolabili
ter obseruari & intelligi ad literam prout iacet. quæ
uerba aliter importare non uidentur, nisi ut intelli-
gatur eius dispositio ut legitur in dicto testamẽto, in
quo non est scriptum, quòd dicta bona ueniant in re
stitutione fideicommissi, ut probatur ex notatis per
Bal.in l.precibus.col.3.C.de impub. & aliis substitu.
43 ubi †in expressa uulgari non continetur tacita pupil
laris, quando uerba testamenti sunt ad literam intel-
ligenda, & cum Bal. transeunt ibi omnes docto.Soci.
in l.j.col.62.de uulg.& pup.Crot.in l.omnes populi.
nu.204.de iusti.& iure.Ias.in consi.50.uol.j. facit qđ
uoluit Ang.in l.si ita, in prin.ff.de uulga. & pupil.ubi
44 †statutum loquens de simplicibus non comprehen-
45 dit casum mixtum. Ratio etenim est: quia †illud dici
tur ad literam in testamento comprehensum quod le
gi potest, non quòd per subauditionem additur l.j.ff.
de his quæ in testa.delen.Soci.Iun.in consil.16.nu.6.
cum duobus sequentibus uol.j.dixi in consi.61.num.
22.uolu.3. Nec habet refragari, quòd per talia uerba
tantummodo intelligitur remota friuola interpreta-
tio & cauillosa non autem iusta & legitima, Bar.in l.
omnes populi.in 6.q.prin.ff.de iust.& iure Imol.in l.
46 Cæsar.ff.de publica.ubi si statuto caueatur, q̃ †nullo
modo possit statutũ interpretari nec glossari sed in-
telligi ad literam prout iacet, illud statutũ debet in-
telligi de friuola & cauillosa interpretatione nõ au-
tem de iusta & legitima, Alex.in consi.50.col.pe.uol.
j.& in consi.89.num.40.uol.6.192.col.2.ubi attesta-
tur de communi.& in consi.211.col.fi.uol.eod.Curt.
Iun.in consi.122.col.fina.Ruin.in consi.8.col.pen.in
fi.uol.5.& in consi.27.col.fi.uol.eod.dixi in tract.de
lucro dotis.q.35.Quia respondetur, quòd ista est fri-
uola interpretatio, quòd acquirenda ueniant in resti
tutione fideicommissi, cum (ut iam dictum fuit) com
munis sit opinio, quòd prælegata post grauamen in-
iunctum non ueniant in restitutione fideicommissi,
nisi constet euidenter de contraria mente testatoris.
de qua in casu nostro neque ex uerbis nec alio mo-
do apparet, si ueras legum interpretationes ample-
ctamur.

Secundò respondetur, quòd ex quo dicta interpre
tatio non est de litera non est habenda in considera-
47 tione. Nam †de litera illud esse dicitur quod corpo-
rali oculo uidetur non quod solo intellectu percipi
tur, Bal.in l.2.col.2.C.de patr.qui filios distrax.Alex.
in consi.45.nu.7.uol.7.198.in fi.uolu. 6.& ideo uide
48 mus, quòd si statuto caueatur, quòd †uerba debeãt ad
literam obseruari, non sumitur argumentum à con-
trario sensu, si non est in litera, nec scriptum, cum di
catur quædam coniectura, quæ non est de litera: quia
legi nõ potest, Crot.in l.omnes populi.nu. 204.de iu
49 sti & iur.Ias.in consi.50.uol.j.ubi dicit, quòd †statu-
tum de dote tradita non habet locum in dote præsum
pta, si extat aliud statutum, quòd debeat obseruari ad
literam prout litera statuti sonat, ex quo de illa statu
tum non loquitur, per text.ualde notabilem in l.j.ff.
si tab.testa.nul.extra. dũ ibi dicit iurisconsult.ex cõis
ra & non propriè scriptis, rursus in consi. 52.nu.j.uo
lu.eod & 105.numer.3.uolum.2.& quia aliàs de hoc
dixi in consil.51.col.pen.& in uolumi.3.ideo ad ibi
scripta me remitto.

Tertiò responderi potest, conciliando has opinio
50 nes † in qua conueniunt omnes doctores, ut inquit
Cur.Iun.in consi.9.nu.7.quòd quando sumus in casu
in quo illud quod dicimus uirtualiter comprehendi
sub litera non deducitur taliter quòd de necessitate
inferat sed persuasiuè & argumentatiuè, tunc uerior
sit opinio, quòd litera nõ dicatur, nisi quæ oculis cor
poreis legi potest, adeo quòd nõ sit licita ulterior ex
tensio, aut illud quod dicimus sub litera comprehen
di uirtualiter taliter deducitur, quòd de necessitate
inferat, tunc dicitur posse legi nedum illud quod lite
ra expressè cantat sed etiam quod ex mente necessa-
riò inclusum ex uerbis percipitur, tex. est in cap.cum
olim in fi.ubi Butr.& Abb.de censibus.sed in casu præ
senti sumus in primo capite huius conciliationis: quia
nullum adest uerbum in testamento dicti quondam
Magnifici Domini Mariani, quod de necessitate infe
rat bona Rodini acquisita post dictum testamentum
comprehendi sub restitutione dicti fideicommissi,
quam distinctionem sequutus sum in dicto consi. 51.
nu.22.uol.3.

Quartò dicitur ex mente Aret.in consil.144.quòd
licet statutum per uerba, de quibus supra, non possit
tollere facultatem necessariam, quæ est de iure natu-
rali, tamen bene operatur ad probandum extensio-
nem, in quãtum corrigit ius commune, uel ab eo ex-
orbitat, quam decisionem refert & sequitur Curt.Iu-
ni.in d.consi.6.nu.8.uer.& principaliter, dixi in d.cõ
si.51.nu.23.sed in casu nostro si diceremus, quòd bo-
na Rodini uenirent in restitutione dicti fideicõmis-
si, utique sequeretur correctio iuris communis, quod
habet, quòd legatum factum post institutionẽ, & gra
uamen iniunctum, non uenit in restitutione fideicom
missi secundum communem doctorum sententiã de
qua supra. Vnde consideratis omnibus supradictis cõ
cludendum esse arbitror bona Rodini neque ex uer-
bis neque ex mente testatoris comprehensa fuisse in
fideicommisso de quo supra. ¶ Et deueniendo ad reso
lutionem dubitationis eleuatæ, quòd hodie sit locus
fideicommisso celebrato per quondam dominũ Ma-
rianum de Senarolis in eius testamento, ponderãdo
uerba ipsius testamenti, ibi. & quos dominum Bartho
lomæum eius filium Io.Iacobum & Nicolaum nepo-
tes & eorum descendentes masculos legitimos & na
turales ex legitimo matrimonio procreatos sibiipsis
51 inuicem & uicissim substituit. ponderando † q̃ appel
latione descendentium ueniunt omnes posteri §.j.in
auth.de hæredi. quæ ab intesta.Deci.in consil.364.in
prin.516.col.3.Ruin.in consi.100.uol.2.Port.in con
si.46.nu.25.Soc.Iun.in consi.32.col.2.in prin. uol.3.
Alex.in consi.160.nu.3.uol.2.Gozad.in consi.20.nu.
8.Cepha.in consi.137.nu.29.Crot.in consi.146.num.
52 4.& † quòd nomen descendentes, est collectiuũ plu-
rium personarum & graduum.l.peto.§.fratre.de leg.
2.Soc.Iun.in consi.10.nu.j.in fi.uol.2.Bero. in consi.
53 67.uolumi.2.& † operatur ut ordine successiuo unus

post

post alium censeatur uocatus, seruata tamen gradus
prærogatiua, Bart.& alii in l.Gallus.§.quidam rectè
ff.de lib.& posthum.Soci.Iun.in consi.80.nume.2.uo
lu.3.& 136.col.2.uol.cod.Crot.in consi.18.nu.11.&
sic collectiuè & successiuo ordine sunt uocati per fi-
deicommissum substituti,& idem debet operari istud
tacitum fideicommissum collatum sub nomine colle
54 ctiuo, prout si factum fuisset expressè:quia†taciti &
expressi eadem est uirtus.l.cum quid.ff.si cer.pe. Bal.
in consi.305.uol.3.quem sequitur Craue.in cons.22.
nu.6.idem uoluit ipse Crau.in consi. 131.per totum.
Ad istud enim argumentum respondetur & dici-
tur,quòd licet uocati nomine collectiuo censeantur
uocati ordine successiuo, tamè in casu de quo agitur
argumentum non facit ad propositum:quoniam,aut
uolumus dicere,quòd illa uerba,uel eorum descendē
dentibus, sint apposita ad grauamen ipsorum descen
55 dentium, & hoc dici non potest:quoniam†positi in
conditione non censentur uocati, glos.in l.Lucius.
communiter approbata.ff.de hæred.insti. latè dixi in
cons.51.nu.5.uol.3.quibus etiam nunc additur Port.
in consi.13.nu.16.qui attestatur hanc communem,&
in conclusione 12.in 2.lib. ubi tradit hanc crebriorē
esse sententiam.Soc.Iun.in consi.176.col.3. uol.2.in
consi.30.col.2.uol.4.consi.65.nu.4.uol.eo.Zanch.in
l.hæredes mei.§.cum ita.nu.307.ad Treb.Nec hēt ob
56 stare,quòd si dicatur† ex quo quis fuit institutus hæ-
res, & si decesserit sine filiis uel filii filiorum sine dē
descendentibus,quòd filii filiorum & descendentes,
qui censentur grauari,intelliguntur uocati, ut est do
ctrina Bar.in l.centurio.uer.quæro ulterius. quem se
quitur ibi Galiaul.nu.479.de uulg.& pup.& Crot.in
consi.143.col.2.Quia respondetur, quod contra Bar
tolum est communis schola doctorum, ut per Anch.
in consi.137.ubi dicit,ꝙ propter nouum dictum Bar.
in d.l.centurio.non est recedendum à cōi.Rui.in cō-
si.136.nu.16.uol.3.Alex.in consi.219.uolu.2.ubi in-
quit, ꝙ opinio Bart. est damnata in scholis & in pala
tio.Cur.Sen.in consi.63.col.17.uer. ex quibus omni-
bus.ubi à dicta communi in consulendo & iudicādo
non est recedendum, & pro qua consuluit Collegiū
Papiense in causa Bononiensi, subdens quòd ita fuit
iudicatum Romæ.Dec.in consi.270. col.2.291.colū.
fi.384.col.fi.442.col.j.& 465.col.3.in fi.Paris.in cō-
si.87.nu.13.uol.2.Soc.Iun.in consi.112.nu.24.uol.j.
118.nu.22.uol.eod.& 176.nu.20.uol.2.Ias.in d.l.cen
turio.in consi.89.col.j.in fi.uol.j.143.col.5.in fi.ver.
non obstat tertium.uol.3.& in consi.33.col.3. uol.3.
Por.in suis conclusionibus,lib.2.conclusione. 12.di-
xi in consil.51.num.11.uol.3.& quam sententiam uti
frequentiori calamo receptam inquiunt Curt.Iun.in
consil.11.col.j.& 2.ubi dicit quòd durum admodum
esset in iudicando ab hac opinione discedere. Paris.
in consi.89.nu.31.uol.2.& Cur.Sen.in consi.45.col.
6.uer.quia uerior.Ruin.in consi.141.col.fi.nolu.2.&
cum qua etiam transeunt Bertr.in cons.82.col.fi.uol.
j.251.col.2.uol.3.31.col.pen.uol.2.& 129.in princi.
uol.5.Imo.in c.Raynaldus. in materia compendiosæ
substitutionis.de testa.in c.cū tibi,eo.tit.Imo.Claud.
& Alex.in d.l.centurio.Bello.in consi.81. post nume
rum quintum,Claud.in l.cum filio.col.3.de lega.pri
mo,Cuma.in l.Lucius.de hæred.instit.Albe.de Rosa.
in rubr.de uulg.& pup.in materia compendiosæ sub-
stitutionis.in uer.sed quia testes, ubi refert quòd ista
qō aliàs fuit de facto in Ciuitate Cesenæ.Old.in l.ab
eo C.de fideicom.& in consi.41.Pau.de Cast.in con-
si.38.Alex.in consi.105.col.fi.uol.j.24.col.6.in prin.
uol.3.& 55.nu.12.uol.4.Mantua in consi.275.aut uo
lumus dicere, quòd uigore illius uocis,descendenti-
bus, sint positi in conditione facta & substitutio reci
proca seu reciprocum fideicommissum, & etiā istud
stare non potest. Nam indubitata est iuris conclusio.
57 quòd † ad hoc ut inter eos inducatur reciprocum fi-
deicommissum,requiritur, quòd substitutio sit facta
in tota hæreditate l.filium.de leg.2.Ias.in l.pen.C.de
impub.& aliis substitu. ubi ait hanc esse communem,
& in consi.153.col.2.uer.primo ergo,uol.2.Soc.Iun.
in consi.41.nu.15.uol.4.& in cons.110.num.6.uol.3.
Alb.in consi.31.& sequenti,& Soc.Iun.qui attestatur
hanc esse crebriorem doctorum opinionem in consi.
176.nu.11.uol.2.
58 Item†& ab ultimo moriente, doctor.in l.hæredes
mei,in §.cum ita.ad Treb.in l.Titia Seio. §.Seia liber
tis.de lega.2.& in d.l.pen.C.de impub. & aliis subst.
ubi Ias.inquit doctores ita communiter tenere,& de
utroque per Ruin.in consi.126.nu.8.uol.3.Cur.Iuni.
in cons.139.nu.5. ubi dicit hanc esse receptam docto
rum sententiam Crot.in consi.143.nu.40.decis.Pede
mon.110.nu.5.Ias.in allegato consi.143.Soc.in con-
si.249.col.3.Alb.in consi.31.col.j.ubi dicit hanc par
tem esse canonizatam.
59 Tertiò & ultimò requiritur, ad hoc†ut substitutio
facta post mortem plurium dicatur reciproca, quòd
illi plures fuerint honorati:quia si non essent hono-
rati grauari nō possunt.l.ab eo. C.de fideicom.sed in
casu nostro inter alia non apparet, ꝙ hi tres fuerint
honorati sed tantum positi in conditione, quo casu
tunc nūquam censetur facta substitutio reciproca in-
ter eos,cum non interuenerint alia requisita secun-
dum magis communem, de qua per Albam in consi-
liis supracitatis, de quibus duobus pro nunc non lo-
quor,sed tantum de tertio,ut per Bal.Sal. & alios cō
muniter in d.l.precibus.Alex.in l.si pater impuberis.
ff.de uulg.& pup.in l.pater filiam,in fi.ad l.Fal. Inno.
in c.Raynutius.de testa.Soci.in l.hæredes mei.§.cum
60 ita.in primo casu.ad Trebel.ubi †etiam uult hoc pro
cedere in descendentibus testatoris,dū ponit casum,
si testator institutis filiis dicat, si filii decederent sine
liberis uel filii filiorum sine liberis,alium in tota hæ-
reditate substituit:& cōcludit, quòd liberi filiorum,
qui solum sunt positi in conditione,nō censentur in
ter se inuicem substituti.idem Soc.Iun. in consi.249.
col.5.uersi.aliquando & secundò, consi.66.in 2.dub.
uol.3.& 104.col.pen.uol.4.Goza.in consi. 67.nu.14.
Soc.Iun.in consil.176.nu.15.uol.2.ubi dicit,quòd in
dubitanter ex intentione doctorum nō censetur isto
casu factum reciprocum fideicommissum etiā quòd
diceretur in tota hæreditate,quod subdit etiam locū
habere si essemus in descendētibus testatoris,inquiēs
rationem esse in promptu,quia cum positi in cōditio
ne non censeantur uocati, ut per glos. & omnes in l.
Lucius. non potest dici quòd inuicem substituti esse
censeantur,qui nullo modo erant instituti, Ias.in cō
si.143.col.4.in prin.uol.2. ubi inquit hāc esse ueram
& communem opinionem.Ripa in d.§.cum ita.num.
61 23.ubi †etiam fortius uult istud locum habere in sub
stitutione facta post mortem plurium positorum par
tim in cōditione & partim in dispositione, ut æqua-
lis sit omnium determinatio, Ruin.in cons.141.col.
pen.in fi.uol.3.ubi concludit, quòd ad hoc ut ex sub
stitutione facta post mortem plurium dicatur facta
substitutio reciproca, oportet quòd sit facta in tota
hæreditate. & non habet obstare secundum eum si di
catur,quòd positi in conditione dicātur uocati,quia
grauati,ut per Bar.in d.l.centurio.quia de hoc potest
dubitari, quando onus esset iniunctum filiis in condi
tione positis, sed ubi de hoc non constat & sumus in
dubio, non dicuntur grauati & per consequens nec
substi-

substituti, secundum Imol. & Mod. in d.l. centurio. & Alex. in consi. 105. uol. 1. Nec obstat etiam secundum eum, quòd ab ultimo moriente intelligitur relictum in dubio, per notata in l. qui duos. ff. de uulga. & pup. quia illud procedit in ultimo qui fit in dispositione & non in conditione. Præterea, quando etiam reperiuntur grauati, magis communis est opinio contra Bar. in d.l. centurio. rursus in consi. 145. nu. 6. uol. eo. Bero. in consi. 105. nu. 4. uol. 2. 78. nu. 15. & 79. nu. 15. uol. eo. Paris. in consi. 43. nu. 29. uol. 2. ubi etiam attestatur de communi.

62 Vlterius dicitur, quòd † licet plures ordine successiuo uocati fuerint, tamen ex quo conditio semel defecit in persona primi, censetur quoque extincta substitutio quo ad alios, ita Alexan. in consi. 13. uol. 4. & Cacialup. in consi. 14. inter consilia Alex. uol. 4. quod consilium esse Cacialup. inquit Soc. in consi. 104. nu. 10. uol. 3. Dec. in consi. 228. col. 1. Ceph. in consi. 268. col. 3. & per insignem dominum consultorem in uerficu. non obstat nunc, ubi etiam alio modo respondet, ad quem me remitto.

63 Non obstat alia coniectura, quòd † etsi positi sint in conditione tantum, sunt positi cum qualitate masculinitatis, quæ qualitas operatur, quòd censeatur uocati dispositiuè, Guid. Pap. in decis. 184. Dec. in consi. 270. col. 5. Cur. Iun. in consi. 43. col. 3. & 87. col. 1. Goza. in consi. 26. col. 3. 64. col. 1. Craue. in consi. 62. col. fi. & 130. col. 1.

Ad secundam coniecturam respondetur, quòd magis cõis opinio est contra Guido. Pap. & contra eius sententiam fuit iudicatum in Sacro consilio Delphinali, ut in decis. sua 184. & quia de hoc aliàs abundè dixi in consi. 51. col. 7. uer. 2. non obstat uol. 3. demonstrando hanc esse magis receptam sententiam scribentium, & consulentium. ideo ad ibi scripta me remitto, quibus scriptis nunc etiam addo Excellentem Zãchum in l. hæredes mei. §. cum ita, nu. 764. ad Treb.

Similiter non obstat, q positi sunt in conditione cum hac qualitate ex legitimo matrimonio: quia respondetur, q per hoc non dicuntur uocati, ut per insignem Zanch. in d. §. cum ita, nu. 704.

Pariter non obstat prohibitio alienationis: quia di-
64 citur, quòd † ex dicta prohibitione fideicommissum non inducitur nisi facta alienatione & sequuta contrauentione, aliàs secus, ut determinat Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. col. 3. de uerb. obli. Docto. communiter in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. primo, Port. in consi. 13. nume. 30. ubi inquit, ex prohibitione sub quacunque uerborum conceptione facta ius fideicõmissi inductum non censeri nisi in casu alienationis. Soc. Iun. in consi. 13. nu. 4. uol. 4. Cepha. in consi. 269. num. 44. quod ampliatur procedere etiamsi dictũ fuerit ne exeat familiam. l. pero §. fratre. de leg. 2. Soc. in consi. 40. col. fi. inter consilia Cur. Sen. Curt. Iun. in cõ si. 43. col. 5. in prin. in consilio. 145. nu. 10. & 163. nu. 3. Soc. Iun. in consi. 97. nu. 5. uol. 2. ubi etiam asserit hãc esse communem 163. nu. 8. uol. eo. & 140. col. 3. uolu.
65 3. Nam † ut per prohibitionem alienationis inducatur fideicommissum requiritur ut ultra dicta uerba, quòd prohibet alienari extra familiam, dicatur: quia uult quòd in familia relinquatur. Ruin. in consi. 127. nu. 13. uol. 2. 158. nu. 12. 134. nu. 16. uol. eod. consi. 89. nu. 12. uol. eo. Soc. Iun. in consi. 140. col. 3. uol. 3. & in consi. 13. nu. 16. uol. 4. Bero. in consi. 88. nu. 4. uolu. 2. quod iterum ampliatur etiam si dictum fuerit, quòd uolebat semper remanere in masculos descendẽtes, Dec. in consi. 636. nu. 12. ubi prohibitio alienandi, et quia uult bona remanere penes hæredes suos ac descendentes, restringitur ad fideicommissum præcedens, & sic in casu cõtrauentionis, nec illud ampliat, & pro hac sententia bene facit quod scribit Aoge. in
66 consi. 57. ubi concludit, quòd † si testator reliquit ali cui bona, & prohibuit eum uel eius hæredes uel descendentes alienare quoquomodo uel pignorare uel permutare uel quouis alio titulo in alium transferre, & si secus fecerit uoluit bona illa ad alium deuenire, quòd ille cui dicta bona relicta sunt nõ dicitur cõtra prohibitionem fecisse, si in illis bonis instituit extraneum, sequitur Ias. in consi. 101. col. 2. uolu. 1. & in consi. 120. col. 2. uol. eo. Cepha. in consi. 17. nu. 24. Si igitur per dicta uerba non est inductum absolutum fideicommissum, ergo nec in casu nostro ubi nulla sequuta fuit alienatio, igitur cessare debet fideicommissum, & id fortius dicendum uenit, cum quondam dñs Marianus nõ apposuerit clausulam: quia uolebat bona in familia conseruari: oportet enim ut prohibiti alienare prius bonorati fuerint, ut absolutum inducatur fideicommissum, Ruin. in consil. 113. uolu. 2. & eo maximè hoc dicendum uenit, cum prohibuerit hæredes alienare, ergo non filios in cõditione positos, pcout uidebatur necessarium, ut ex huiusmodi grauamine non alienandi induceretur fideicommissum saltem absolutum, Rui. in citato consi. 113. nu. 4. Soci. in consi. 176. nu. 20. col. fi. uol. 2. quos citat Ceph. in consi. 17. nu. 36. cum sequenti. Deci. in cõs. 377. nu. 5. dum dicit, quòd in casu suo uerba, quibus testator prohibuit omnibus & singulis hæredibus & successoribus uenditionem, uidentur respicere filios hæredes institutos & ad inuicem substitutos, non autem nepotes ac pronepotes, qui nõ sunt instituti neque substituti sed positi in conditione, qui non dicuntur uocati.

Nec habet obstare q sit facta prohibitio, quòd nullo unquàm tẽpore & sic perpetuò alienetur: quia respondet Ruin. in consi. 89. nu. 14. uol. 2. quòd sicut aliquis ex descendentibus testatoris non potest dici uocatus: quia positus in conditione, ita nec ex prohibitione alienationis & ex causa prohibitionis, similiter aliquis ex eis non intelligitur in eo casu uocatus: quia ex dicta prohibitione facta, ex eo, quia uoluit testator q omnia bona ppetuò sint & remaneant apud dictos eius filios & eorum filios & descendentes masculos, non inducitur fideicommissum simplex & absolutũ sed in casu alienationis: & quia abũdè & subtiliter ad istud obiectũ prohibitionis fuit plenè & maturè responsum per dominum consulentem, ideo cõcurro in ipsius sententiam, & eo magis hoc dicendũ uidetur cum per prædictum dominum consultorem pro firmo præsupponatur, prohibitionem ipsam fuisse reuocatam à prædicto quondam do. Mariano in eius codicillo, quo stante ulterius non est disputandũ super ipsa alienatione.

Pariter non obstat, q sumus in descendentibus testatoris, quo casu facilius præsumitur fideicommissum, quia ad hoc patet responsum ex dictis Soci. Sen. & Iun. in citato consi. 176. ¶ Vlterius dicitur q nõ est sumenda hæc coniectura: quia si testator ita uoluisset utique hoc sciuisset exprimere: unde cum non expressit non est sumenda ista coniectura, argu. l. primæ. §. fiuantem. C. de cad. tollen. nec etiam sufficeret ita uoluisse nisi uoluntas sua transiuisset in dispositionem, per notata per Bal. in l. quidam cum filium, de hæred. institu. cum aliis supra citatis. Et quia ad omnes alias coniecturas, de quibus in motiuis, plenè responsum fuit per prædictum dominum cõsulentem, ne uidear repetere idem per idem & membranas occupare, placent eius responsiones, cum quibus concurro.

Quo uero ad bona alias donata in præmium emãcipationis per quondam dominum Marianum dominum

mino Barto.eius filio,dicit quod non sunt supposita fideicommisso:quia etsi dominus Marianus ordinauerit quod casu quo dominus Bar.decederet sine liberis masculis ex legitimo matrimonio conceptis& natis,ita quod non comprehendantur aliquo modo legitimati & monasterium aliquod pro filio habeatur & similiter eius liberi masculi & legitimi ut supra decedentes sine liberis masculis & legitimis ut supra,quod tunc prædicta bona ei donata ut supra ipso iure & facto transferantur & translata esse intelligantur in dominos Iacobum & Nicolaum &c.ta
67 men dicitur quod † in donationib. fieri possunt substitutiones.l.quoties.C.de don. quæ sub modo.l.unica.§.sinautem aliquid.ubi gl.C.de cad.tolen.l. ut hæredibus.de leg.2.Craue.in consi.19.nu.8.dec. Pedemon.85.nu.6.& 110.in fi.Cepha.in consi. 17.nu. 4. tamen quod tam in personam dom. Hieronymi filij domini Mariani quàm filiorum quondam domini Hyeronimi,extinctum fuit fideicommissum in persona nam domini Hyeronimi,quia habuit filios,quo casu succedit communis theorica Oldra. in consi.21. ubi
68 concludit, quod † si est facta alicui substitutio sub conditione si decesserit sine filijs masculis, substitutio euanescit extantibus filijs tempore mortis,quicquid postea contingat de filijs. quia qualitas adiuncta uerbo secundum tempus uerbi intelligitur. l. in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal.Pau. de Castr.in l. ex facto.§.penul.ff.ad Treb. in consi.170.colum.pen. Dec.in consi.63.nu.2.218.col.2 in fin. 269. col.5.in fi.321.colum.1.295.col.3.377.col.2.Ripa in dicta.l. ex facto.§.si quis autem.Paris.in consi.18.colum.prima uolum.2.& 31.colum. prima. 87.colum.secunda uolum.eod.Socin.Iun.in consil.4.nume. primo uol. 3.111.nume.20.uolum.primo,42. nume.5. uol. eod. tamen in personam dominorum Ioannisantonii,Ioannismariæ & Francisci;quoniam ipsi fuerunt positi in conditione,& ideo non uocari,glo.in l.Lucius. ff.de hęred.instit.quæ (ut supra dixi) est communiter approbata: ¶ Nec habet obstare si dicatur, quod imo censentur uocati,ut uidetur uelle Bart.in l.centurio.colum.13.uersicu.quæro. ff. de uulga. & pupil. ubi uult,quod quando filij & nepotes non sunt simpliciter positi in conditione sed etiam grauati, his duobus concurrentibus uidetur iniunctum fideicommissum:quia grauando filios filiorum & sic nepotes uidetur eis reliquisse,argum.l.denique. §. interdum. ff.de pecul.legat. Corne. in l. ab eo. C. de fideicom. Alex.in consi.64.uolum. 5. Anch. in cap. si pater. in notabili.12.de testamen.in 6.Curt.Iun. in consil. 87. colum.fin.quia respondetur communem esse opinionem contra Bartol. & sequaces ut latissime supra dixi.

Venio ad secundum caput,in quo dubitari contingit:quia aliàs quondam dominus Hyeronimus intendens & uolens eius bona diuidere inter dominos Franciscum,Ioannemmariam & Ioannemantonium eius filios, & bona diuisit in tribus partibus & scripsit diuisionē in una politia manu eius scripta, quā præsentauit prædictis eius filiis, qui ipsam accept arunt mittendo sortem inter eos uiuente ipso domino Hyeronimo & de ea fieri rogarunt instrumentū cum clausulis in eo insertis. an per dictam diuisionem censeantur remisisse fideicommissum descriptum & contentum in testamento quondam domini Mariani eorum aui paterni,& omisis his quæ nō faciunt ad rhombum duas conclusiones præmitto,
69 quarum prima est,quod†diuisio facta inter filios à patre,quę dicitur habere uim ultimæ uoluntatis. l. si filia nupta.§.si pater.ff.famil. ercis. Ruin. in consilio 187.in princip.uol.2.decis.Pedemont.125. in princip.Paris.in consi.61.nume.33.uolu.2.& quæ ualida est per filios obseruari debet,l. quæ pater.§. si pater. ff.famil.ercis.& maximè cum fuerit à dicto quondā Magnifico domino Hyeronimo in eius ultima uoluntate confirmata.l.ex parte.§. fi.ff.famil. ercis. Paris.ad saturitatem in consi.34.nu.12.cum pluribus sequentibus.uol.2.Quod declaratur etiam procedere,
70 si † diuisio ipsa paterna facta fuerit in scriptura priuatā & sine testibus,cum inter liberos facta fuerit.§. fi.in auth.de testa.imperfec.Alex.in consi.78.in princip,uol.3.Ias.in consi.68.col.2.in fi.uersi. & quia,nolum.primo,Dec.in consi.159. col. prima, & penult. uersi.3.princip.Socin.Iun.in consi.189.num. 67. uolum.2.

71 Secundò etiam est,quod † dominus Hyeronimus potuit disponere de bonis subiectis fideicommisso, cum dicti domini Franciscus,Ioannesmaria & Ioannesantonius eius filij & fideicommissarij se immiscuerint hæreditati ipsius,acceptando eius hæreditatem quæ quidem locuples est,contra cuius dispositā uenire non possunt, sed illa obseruare tenentur. l. cum à matre.C.de rei uendica.ut in terminis consuluerunt Roma.in consi.18.Ruin.in consi.7.nume. 39. uol.primo,consi.25.nume.ii.uolum.2.Paris.in consi. 43.in fin.uolum.3.Socin.Iun.in consi.187. nume.56. uolum.3.& Fulgos.in consi. 67. quos citat dominus Consultor in suo eleganti consilio edito in hac causa,dum respondet domino consultori contrario qui in hac causa pro parte aduersa respondit,qui uoluit, quod per simplicem diuisionem factam inter filios non posit pater auferre actionem competentem filijs uirtute fideicommissi maiorum suorum, etiam per prælegatum expressum, adducendo secundum eum in terminis Salust.in consi.19.inter consilia Castren.in 2.uolum.cui se subscripsit Abb.ipse Castren. in consil.148.colum.fi. Poterat etiam allegare Nattam aliàs Collegam meum in consi. 470. sed (salua pace tanti uiri) hoc est alienum ab omni iure: quia
72 absoluti iuris est, † quod si hæres pendente conditione fideicommissi,alienauit bona subiecta restitutioni fideicommisi, non poterit hæres purificata conditione agere ad bona alienata per hęredem grauatum,si illi fuisset hæres, qui cogitur approbare factum defuncti, & ultra allegata per dictum dominum consultorem allego ultra eum authoritates infrascriptas uidelicet Ruin.in consi.42.num.12. uolu. primo,consi.primo,num.13.in fin.& in consi.58. nume.14.uol.eod.Paris.in consi.48.colum.prima uolu. 3.Port.in consi.40.nume.7.Crot. in consi. 18. nume. 12.Soci.Iun.in consi.68.nu.2.uol.4. ubi dicit, quod quotiescunque ille cui fideicommissum debetur hæres instituitur à grauato, nulli dubium esse, quod si adit hæreditatem tenetur implere onus,etiam si maius esset quàm commodum hæreditatis, quia imputandum est ei quod adierit hæreditatem,arg. l. Imperator.§.si centum.de lega.2.cum posset illam repudiare,dixi in consi.71.nu.36.uol. 2. ubi multa adducuntur ad propositum, quæ non transcribo, & ita aliàs etiam tenui in quodam alio consilio adhuc nō impresso,& quia ad consilium dominorum Salustij & Castr.satis responsum fuit per dominum Consultorem ad eum me remitto,non enim conuenit ut qui ex alterius persona lucrum capit eius factum præstare non debeat,Port.in consi.126.nu.23.

His igitur sic præmissis deueniendo ad terminos quæstionis,de qua agitur,dico, quod etsi uera & ap-
73 probata sit doctorum sententia q†per simplicem diuisionē non intelligatur per diuidentes remissum fideicom-

deicommissum conditionale, ut per Bar. & alios in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obl. & quam communem dixerunt Dec. in consi. 86. col. 3. in prin. 267.
74 in prin. quoniam † diuisio de se non inducit remissionem futuri fideicommissi. l. cum pater. §. hæreditatē. de leg. 2. in consi. 243. col. 2. 495. nu. 17. uers. sed tamē his. Gozad. in consi. 36. num. 12. Soc. in consil. 31. col. j. uolu. 4. & Cuma. in consi. 133. circa finem, quæ ampliatur procedere etiam secundum communem, da-
75 to ꝙ † diuidentes promiserint, nihil se cōtra diuisionem facturos, quia huiusmodi clausula ad specificata
76 restringitur argu. l. si de certa. C. de transact. & † quia stipulatio super aliquo actu interposita, secundū naturam illius actus restringitur l. si stipulatus. in princ. ff. de usur. Bar. & cæteri in d. §. duo fratres. in 2. quæst. Quod confirmatur ratione secundum Cuma. ibi, quia si diuisio esset facta iudicialiter per sententiam iudicis, in ea non ueniret ius futurum l. non potest. de iudi.; ergo eodem modo uidetur dicendum, ꝙ non ueniat fideicommissum futurum in diuisione partium, cum non esset adhuc debitum, & diuisio est separatio iurium: quia communia sunt, Bal. in consi. 18. in 3. parte, 367. uol. 4. 84. & 407. uol. j. Dec. in consi. 86. col. 3. in pri. 495. nume. 17. Pau. de Cast. in l. tres fratres. ff. de pact. ubi ita communiter tenent, Fulg. in consil. 41. in 3. dub. ubi dicit ꝙ frequentior est illa sententia. Alex. in consi. 208. col. 2. uol. 6. ubi dicit hanc esse communem à qua in iudicando non est recedendum, Dec. in consi. 275. Curt. Iun. in consi. 49. nu. 12, Goza in consi. 36. nu. 12. Soc. in consi. 251. nu. 18. Bero. in consi. 130. nu. 22. uol. 2. Tamen ista conclusio non procedit, quan-
77 do † in diuisione sunt apposita uerba generalia & prægnantia in diuisione. Cur. Sen. in consi. 63. colum. penuer. 2. Dec. in consi. 86. col. 3. uersic. non obstat 2. 287. col. pen. Bero. in consi. 93. nu. 34. uolu. j. & primò, ubi
78 est posita clausula † ad habendum, tenendum, possidēdum & quicquid placuerit faciēdum, per quàm clausulam intelligitur remissum fideicommissum, Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 5. ff. de uer. oblig. Ruin. in consi. 133. num. 2. ubi dicit, ꝙ cum per dicta uerba, quicquid placuerit faciendum, quilibet de dictis bonis possit facere quicquid placuerit, ex hoc quilibet
79 dicitur habere licentiam alienandi: quia † dicta uerba important liberam uoluntatem, sicut in simili dicit Bal. de uerbis, quicquid uidebitur expedire. in tit. de pace Constan. in uerbo nomina uerò. in fi. Cephal. in consi. 257. num. 7. ubi inquit, ꝙ per dicta uerba censentur diuidentes renuntiasse fideicommisso: si enim ex facultate alienandi in ipsa diuisione concessa censetur facta remissio fideicommissi, cū stare simul non possit, ꝙ id permaneat, & competat facultas alienandi Dec. in consi. 11. col. 5. Ruin. in consi. 137. col. 4. Soci. Iun. in consi. 116. nu. 11. uol. j. ergo longè magis cēsetur facta remissio ex illa ampliori potestate, quicquid deinceps perpetuo placuerit faciendum. Paris. in consi. 71. nu. 7. uol. 3. Bero. in consi. 172. nu. 7. uolu. j. ubi post Bar. Ange. Alex. & Imol. ibi per eum citatos,
80 firmat hanc esse communem, ꝙ † dicta clausula operatur renuntiationem cuiuscunque iuris re & in spe competentis, in consi. 93. nu. 34. uolu. j. & 130. nu. 24. uol. 2. Curt. Sen. in consi. 63. col. pen. uer. & in præsenti. Natta in consil. 505. nu. 33. Crot. in d. §. duo fratres. nu. 135. ubi dicit se aliàs consuluisse in ardua q̄ōne, ꝙ quando in instrumēto diuisionis dictum est, ad habendum, tenendum & possidendum & quicquid ip-
81 sis fratribus deinceps placuerit faciēdum, quòd † per ista uerba data scientia fideicommissi, de qua præsupponitur in casu nostro, censetur fideicommissum remissum: quia si fideicommissum extaret, bona per ipsos diuidentes non possent alienari, & sic effectu carerent, & superflua redderentur illa uerba, quicquid eis placuerit faciendum, quod nullo modo est dicendum. l. si quando. de lega. 1. item ex decis. Ange. ibi in 5. q. in princ. ubi dicit, quòd si in diuisione contraha-
82 tur, quòd † unus alteri bona in partem obuenta concessit, pro se & illis quib. bona prædicta cōcedere uoluerit: per hæc uerba censetur data facultas alienandi. ca. primo, de feud. non haben. propr. nat. feudi, sed
83 † prædicta uerba ad habendum &c. sine dubio æquipollent illis uerbis, quibus prædicta bona concedere uoluerit, igitur & per dicta uerba censebitur fideicōmisso renuntiatum: quia æquipollentium par ratio habenda est. l. si mater. C. de instit. & substitu. ulterius
84 dicit, quòd † si feudum est concessum pro se & hæredibus quibuscunque, ꝙ illud transit ad extraneos, & de tali feudo potest testari uasallus, Bald. in l. j. in 34. q. de rer. diuis. & adducit tex. in d. c. j. de feud. non haben. propr. nat. feud. qui tex. loquitur quando concessio feudi alicui facta est pro se & heredibus & quibus
85 dederit, & sic uult Bal. ꝙ † ista duo æquiparentur, uidelicet ꝙ fiat concessio pro se & hæredibus quibuscunque, uel pro se & quibus dederit. Et ideo sicut si dictum fuisset in diuisione, quòd possit disponere de dictis bonis pro se & hæredibus quibuscunque, fideicommissum censeretur remissum, ergo idem per prædicta uerba ad habendū &c. ꝙ æquipollent dictis uerbis, & quibus dederit, dicendum est ꝙ censeatur remissum fideicommissum, de quo agitur.

Præterea pro confirmatione huius cōclusionis adduco etiam quod dixit Crot. in consil. 147. col. 2. ubi
86 consuluit, quòd † si in instrumento diuisionis apposita fuit hæc clausula, ad habendum &c. censeretur facta remissio iuris emphiteutici alteri, cui quis cessit in diuisione prædium emphiteuticum, ita quòd illi, in quos est facta alienatio, siue ex contractu inter uiuos, siue in ultima uoluntate, conueniri non possunt, Bero. in consi. 93. nu. 4. uol. j. dixi in consi. 55. uol. 3.

Nec habet obstare si dicatur, quòd imò per dictū uerbum, placuerit faciendum, non censeatur data libera facultas alienandi, & sic remissum fideicommissum, per ea quæ dicunt Bar. & Imo. in ca. j. de constit.
87 ubi dicunt, quòd † per uerbum, uidebitur, non cēsetur data libera facultas ad arbitrium boni uiri, ergo & idem dicendum de uerbo placuerit, quod etiam est significatiuum arbitrii boni uiri. l. Thais. §. sororem, de fideicom. liber. quia respondet Ruin. in d. consil. 133. col. j. in fi. quòd Butr. & Imo. non contradicunt Bald.
88 cum Bal. loquatur in casu in quo † cum uerbo importante arbitrium boni uiri est iunctum uerbum uniuersale quicquid, Butr. uerò & Imol. quando uerbum uidetur, est prolatum simpliciter & de per se: Quod autem dictus terminus, quicquid, operetur quòd omne uerbum sui natura importans arbitrium boni uiri mutet naturam & liberū importet arbitriū, probatur per Imo. in l. balista ff. ad Treb. & in l. Titius. cū quo finali
89 ter transit Alex. ad Treb. ubi determinat, quòd † rogatus simpliciter restituere quod ex hæreditate uel bonis supererit, non tenetur ad restitutionem fructuū: si uerò fuerit rogatus restituere quicquid supererit ex hæreditate uel bonis, tunc uirtute illius uerbi uniuersalis, quicquid, tenebitur fructus restituere, ut ibi per Rui. cui opinioni accedit quod uoluit Ripa in l. in fideicommissaria. §. si legatum, in uers. secundo limita.
90 ff. ad Treb. ubi inquit, quòd † licet alias prælegata nō ueniant in restitutione fideicommissaria, tamen hoc fallit in fideicommisso uniuersali his uerbis concepto, mando quòd restituas quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit: quia tunc prælegata ueniunt in resti-

restitutione fideicommissi, & eo maximè ista conclusio confirmari uidetur ex sequentibus. Et primò, quia in dicta diuisione est appositum pactū de euictione, quod demõstrat talem fuisse factam remissionem, ut in terminis uoluit Rom. in consi. 457. in uers. aduertē
91 dum puto. ubi tradit. quòd † quando in instrumēto diuisionis factæ inter fratres fuit appositum pactum de euictione, per hoc pactum inter fratres uidetur facta remissio fideicommissi, Crot. in consi. 146. nume. 18. Cur. Sen. in consil. 63. col. pen. ubi subdit hunc casum esse indubitatum, Cur. Iun. in consi. 49. col. pen. uersi. omissa. nu. 13. Paris. in consi. 71. nu. 9. uol. 3. Secundò, quia est apposita alia clausula infrascripta, uidelicet
92 † dantes, concedentes & mandantes sibi ipsis inuicem omnia iura omnesq; actiones & rationes reales, personales, utiles, directas, mixtas & hypothecarias, ac alias & alia quascunque & quæcunque ipsis bonis, & dictis dominis fratribus spectātia & pertinentia, spectantes & pertinentes, & quæ in futurū spectare & pertinere possent, possunt & potuissent. quæ uerba in futurum spectare & pertinere possunt, possent & potuissent, cum non possint uerificari nisi ratione fideicommissi futuri important illius remissionem, ut in specie per Deci. in consil. 287. col. fi. Cur. Iun. in consi. 49. col. 5. uersic. quinimò. ubi asserit hanc esse communem: Nam apud legum doctores nulla est discrepantia: quin uerba generalia & prægnantia apposita in instrumento diuisionis importēt fideicommissi renuntiationem, ut supra dictum fuit, maximè quando sunt extensiua ad futurum, Bero. in consil. 93. nu. 34. uol. j. cum igitur in casu, de quo agitur, uerba & clausulæ apposita & appositę in dicta diuisione sint prægnantia & uniuersalia, quæ aliter nō possunt saluari secūdum rectam rationem sermonis, nisi inducatur renuntiatio fideicommissi, sequitur ut dicto fideicommisso per ipsos fratres renuntiatum esse intelligatur.

Nec habet obstare, quòd dicta clausula ad habēdū tenendum &c. censeatur apposita de cõsuetudine notariorum, quàm quòd diuidentes deliberent quid importet. Quia pluribus modis respondetur: & primò,
93 quòd † notarius censetur rogatus, ut not. Bal. per illū tex. in l. fi. C. de fideiusso. Dec. in consi. 443. nu. 26. ubi ad hoc allegat tex. in l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. Rursus in cons. seq. in fi. Inno. in c. olim. post principium. de uerb. sign. Specu. in titu. de instru. edit. §. instrumentum. uersic. quid si à contrahentibus. Craue. in consi. 75. nu. 4. Soc. Iun. in cons. 41. num. 28. Io. de Amicis in consi. 126. nu. 4. Bartolus de Saxofer. in consi. 8. nu. 12. inter consilia crimin. diuers. ubi dicit, quòd notarius censetur saltem tacitē rogatus, ut apponat clausulas consuetas etiam si de eis nihil dictum fuisset in rogatione, & si eas ponit non tenetur pœna falsi, sed communiter in instrumentis diuisionum solet apponi dicta clausula, ut experientia docet, ergo &c.
94 Secundò respondetur, quòd † dicta clausula censetur apposita de uoluntate diuidentium: quoniam in-
95 dubitati iuris est, quòd † uerba quæ profert tabellio in personam contrahentium, ipsi contrahentes uidētur proferre & confiteri esse uera, Bal. in l. mater. col. 2. uer. præterea. C. de rei uindica. Bal. in l. ab executione. col. fi. uer. pone. C. quorum appel. non recip. quòd
96 † uerba relatiua notarii dicuntur esse uerba partium, Dec. in consi. 450. col. fi. 490. col. pen. in fin. ubi dicit, quòd communiter reprobatur opinio Bar. in l. j. in 6.
97 q. ff. de iure codic. dum dicit, quòd † clausula codicillaris censetur magis apposita de consuetudine notarii quàm partium in c. cum M. nu. 7. de consti. pro qua sententia bene facit quod uoluit Imo. in l. filio præterito, col. 14. ff. de iniust. rupt. testa. ubi cōcludit, quòd
98 † clausula censetur apposita de uoluntate testatoris, cum testamentum publicè legatur coram eo, sequitur Alex. in consi. 142. nu. 7. uol. 2. Ruin. in consi. 8. colum. 2. in prin. uol. 3. Natta in consi. 6. nu. 16. Accedit quod inquit idem Natta in cons. 262. num. 6. ubi post Bald. ibi per eum citatum inquit, quòd præter ea quę pertinent ad officium tabellionatus, ut inscriptio cōsulis & diei, reliqua contenta in instrumento præsumuntur scripta de uoluntate partium, Menoch. in tracta. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. cau. 144. nu. 10. ubi con-
99 cludit, clausulas † quæ substantialia, uel accidētalia actus respiciunt, censeri appositas de uoluntate partium, multas auctoritates citat, quas non transcribo, Soc. Iun. in consil. 34. nu. 15. uol. 4.

Vlterius, si uerum esset quod ex aduerso dicitur, sequeretur quòd frustatoriè insudassent tot legum uertices, qui conati fuerunt declarare, quid importet ip-
100 sa clausula, quod insulsum est dicere. ne † igitur capiatur ista interpretatio, quæ esset inimica prudentiæ, & quæ euitanda uenit, argumento. l. Saluius Aristo. de lega. præstan. Soc. Iun. in consi. 76. nu. 11. uol. 2. meritò dicendum uidetur, quòd clausula ipsa operetur effectum suum remissionis fideicōmissi, ut supra dictum fuit.

Et quia ad omnes alias coniecturas, de quibus in motiuis, plenè responsum fuit per prædictum dominum consulentem, ne uidear repetere idem per idem & membranas occupare, placent eius responsiones cum quibus concurro. ¶ Ex his igitur concludendum uenit, quòd fideicommissum aliquod inductū esse nō uidetur in casu de quo agitur, prout in dubio sumenda est huiusmodi interpretatio, quia onus. l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulg. & pup. quod euitare debemus l. unum ex familia. §. si rem. de leg. 2. Cepha. in consil. 45. num. 12. 46. num. 15. 231. nume. 15. 268. nume. 27. 176. num. 10. Crauet. in consi. 180. in fin. cum hoc fauorabilius sit. l. si fuerit, ff. de reb. dub. Alcia. in consil. 525. nume. 25. & in consil. sequenti nume. 6. Soli Deo gloria Amen.

SVMMARIVM.

1 *Citatio est de processu, & substantia sententiæ.*
2 *Citatio est grauis solemnitas cuius omissio uitiat sententiam.*
3 *Sententia Principis, qui est supra leges, lata, parte nō citata non ualet.*
4 *Citationis defectus in actu, in quo quis potest lædi, regulariter reddit actum nullum.*
5 *Princeps sine citatione partis non debet contra eam aliquid diffinire.*
6 *Delegatus Principis fungitur iure delegantis.*
7 *Citationem negās defensionem denegare uidetur, quæ cum sit naturalis auferri non potest.*
8 *Princeps potest procedere de plenitudine potestatis parte non citata contra naturaliter subditum, secus contra non subditum.*
9 *Princeps procedens sine citatione non præsumitur ex legitima causa procedere.*
10 *Princeps de plenitudine potestatis non potest supplere defectus citationis.*
11 *Defensionem alicui Princeps tollere non potest.*
12 *Princeps non potest tollere citationes & defensiones minus in grauioribus quàm in leuioribus.*

Prin-

13 *Princeps ut posit tollere citationem, duo requiruntur uidelicet, plenitudo potestatis & quòd moueatur ex causa.*

14 *Papa & Imperator non sunt supra ius gentium & naturale.*

15 *Dispensatio nunquàm conceditur nisi subsistente causa.*

16 *Causa in dubio non præsumitur in Principe et contra subditum, ubi procedit sine citatione.*

17 *Causa in dubio præsumitur pro Principe quando disponit legem condendo generaliter uel etiam particulariter sed motu proprio, aliàs præsumitur actum facere per importunitatem petentium.*

18 *Sententia inferioris lata sine citatione non ualidatur confirmatione Apostolica.*

19 *Clausula non obstantibus, non tollit defectum citationis.*

20 *Clausula, non obstantibus, non nocet non subdito.*

21 *Clausula, supplentes omnes defectus, quia respicit defectus iuris positiui, non supplet defectum citationis quia est de iure naturali.*

CONSILIVM XXXV.

DIXI aliàs in consilio edito in fa-
uorem Illust. Scipionis de Flisco &
etiam nunc repeto, quòd sententia
aliàs contra eum lata per quódam
Illustr. Figaroam oratorem Cæsa-
reum apud Rempublicam Ianuen-
sem contra Illustrem Scipionem de Flisco fuisse nul-
lam ex causis & rationibus de quibus in ea, & inter
cætera: quia processus & sententia processerũt omis-
sis debitis & legitimis citationibus, quæ à iure requi
1 runtur. Nulli enim dubiũ est, quòd †citatio est de oro
cessu c. quoniam contra. de proba. & de substãtia sen-
tentiæ l. de unoquoque. ff. de re iudic. l. prolatam. ubi
glo. & doct. C. de sent. & interlocu. omn. iud. Bero. in
2 conf. 19. nu. 35. uol. j. Nam citatio† est grauis solemni
tas, cuius omissio uitiat sententiam. l. & post edictũ.
ff. de iud. l. nam ita diuus. ff. de adop. & pro qua nõ præ
sumitur nisi probetur, Gul. & docto. in l. j. ff. de in ius
vocan. Ruin. in conf. 154. nu. 12. uol. 3. in conf. 62. nu.
8. uol. 5. & in conf. 69. nu. 8. vol. eod. Cepha. in conf.
203. nu. 4. Soci. Iun. in conf. j. nu. 75. vol. 4. vbi inquit,
citationem necessariò requiri pro ordine & validita
te processus c. j. de cau. pos. & propr. Soc. in tract. ci-
ta. in 7. artic. principali, Dec. in conf. 528. col. 2. circa
3 fi. uersi. si verò. Nam si† sententia Principis, qui est su-
pra leges, vt in c. proposuit, de concef. præben. l. prin
ceps. ff. de legib. lata parte non citata non valet, vt est
casus in c. inter quatuor. de maio. & obed. vbi Io. An-
dr. in fi. Imo. & Abb. in pri. notabili & in ca. j. de cau.
posses. & propr. vbi ponitur negatiua verbo potest, ex
quo infertur, quòd in processu Principis de necessita
te requiritur citatio secundum regulam glo. in c. j. de
re iud. in 6. vbi ita intellexit Ioã. And. & post cũ Abb.
Cur. Sen. in consi. 20. in primo dub. col. j. & in consil.
4 21. col. 2. circa finem, vbi inquit, quòd† defectus cita-
tionis in actu, in quo quis potest lædi, reddit regula-
riter actum nullum, etiã in Principe, maxime in acti-
bus iustitiæ. Maran. in trac. de ordine iud. par. 6. in ver
si. proposui. nu. 10. Soc. Iun. in citato conf. j. nu. 75. vo
5 lu. 4. Bero. in conf. 146. nu. 59. vol. 3. vbi† sine citatio-
ne partis Princeps non debet aliquid diffinire cõtra
partem. si enim istud habet locũ in Principe, vt omis-
sa citatione sententia contra non citatum nullius sit
momenti, ergo & multominus debet valere senteti.
6 delegati Principis, †qui vice delegantis fungitur. l. j.
§. qui mandatã. ff. de off. eius cui man. est iurisd. Curt
Iun. in consi. 170. nu. 20. Soci. Iun. in conf. 122. nu. 34.
volu. 2. Nam istud ratione naturali introductum est:
quia citatio operatur, quòd quis se defendere posit
7 & †negans citationem videtur denegare defensionẽ,
quæ cum naturalis sit siue naturali iure cõceditur l.
vt vim. ff. de iust. & iu. auferri non debet, Clem. pasto-
ralis. de re iud. Soc. Iun. in conf. 108. col. fi. vol. 2. & in
citato consi. 122. num. 36.

Nec habet obstare, quòd Cæsarea Maiestas ratifica
uit illum processum & approbauit cum clausula de
8 plenitudine potestatis. vigore† cuius clausulæ potest
Princeps procedere etiam parte non citata, cum cau
sa in eo præsumatur, Ioan. And. in addit. ad Spec. in ti
tu. de sent. §. iuxta. vers. est etiam nulla. Inno. Ioan. An
dr. & Imo. in d. c. inter quatuor. Quia respõdetur plu-
ribus modis: & Primò, quod istud posset sibi locũ vin
dicare, quando proceditur contra naturaliter subdi-
tum, secus si contra non subditũ, vt est in casu de quo
agitur, cum Illustris dominus Scipio sit tantum sub-
ditus Reipublicæ Iannensis: quia si aliter diceretur]
tolleretur parti defensio per Principem, quæ est de iu
9 re naturali. qui† nõ præsumitur ex legitima causa pro
cedere, ita probat tex. in d. clem. pastoralis. vbi Impe-
rator non erat iudex illius Regis, & ita per illũ text.
determinat Abb. in ca. j. de cau. pos. & propr. Bald. in
l. nec causas. C. de appel. Abb. in c. cum olim. de re iu-
di. Cur. Sen. in conf. 20. in j. dubio. col. 2. in fi. & in cõ
fi. 21. col. 10. versic. circa secundum membrum ibi. Se-
cundò, quando per tex. in d. clem. pastoralis. Impera-
tor expresse dicit, se uelle vti plenitudine potestatis
in illis casibus & circa illas personas, in quib. & cir-
ca quas non habet plenitudinem potestatis, prout est
in non subditum, contra quem procedit ratione tan-
tum asserti criminis, & in conf. 65. num. 15. ver. & sic
non potest Alex. in consi. 11. nu. 8. uol. 7. Soci. in con-
si. 164. col. 7. uer. quartus casus. Dec. in consi. 407. col.
fi. Parif. in consi. 1. num. 38. uol. 2. Socin. in consil. 27.
col. 3. uol. 3.

Sceũdò dicitur, quòd etiam dato quòd fuisset sub
10 ditus suæ Maiestati, tamen † contra eum non potuit
per Principem superiorem suppleri defectus citatio-
nis & defensionis de plenitudine potestatis, quia cũ
illa sit de iure naturali, non potest per Principem tol
li, per tex. in dicta Clem. pastoralis. uersi. nam prædi-
cta. & ita per illum tex. tenet Card. Soc. consi. 27. col.
3. uol. 3. Abb. in c. cum olim. de re iudi. in c. j. col. 2. de
caus. posses. & propr. Are. in conf. 165. col. 12. uer. cir
ca secundum omnino. Cur. Iun. in conf. 170. num. 17.
Dec. in consi. 410. nu. 17. ubi loquitur in materia cri-
minis læsæ Maiestatis. Ad idem est text. ubi gl. & Bal.
in l. fi. C. de legib. ubi dicit, quòd Princeps non potest
procedere parte non citata, nec tũc pro eius fnia præ
11 sumitur. Nam †defensionem Princeps alicui tollere
non põt, Bero. in conf. 148. num. 18. uol. 3. & in consi.
174. nu. 17. uol. eo. & in cõs. 194. nu. 2. uol. eo. & quia
de hoc latè aliàs scripsi in conf. 12. in 3. uol. ideo ul-
terius nõ progredior. & iõ inquit Bos. in tract. suo in
12 tit. de cita. nu. 14. quòd† Princeps nõ põt tollere cita
tiones & defensiones tam in grauioribus quàm in le
uiorib. Citationẽ. n. & causæ cognitionem Deus insti
tuisse videtur, prout habetur 2. q. j. Deus omnipotens
& Genesis 3. c. Curt. Sen. in conf. 20. col. 3. in fi. uersic.
quinimo. in consi. 21. col. 10. uer. circa secundum mẽ
brum. & in conf. 49. col. 75. in prin. uersi. sed defectus
post Imo. in cle. sæpe. col. 42. versic. habetur expedita
de

de uerbo.sign.Curt.Iun.in consi.170.num.21. & pro hac sñia ét adducit quod scribit Soc.Iun.in con.108. col.fi.uol.2.ubi ait,ꝙ uegans citationem dicitur ne gare defensioně,quę est de iure naturali,& quę nemini auferri pōt,imo subdit quòd pōt dici iure diuino: nam ét Deus omnipotens,cui omnia secreta sunt manifesta,non prius Adam damnauit quam citasset, qñ dixit Adam ubi es?ut in d.c.3. Genesis.Bar. in extrauag.ad repr.in uer.& fine figura.in uersi. quæro igitur utrum.quod & repetit in cons.122.nu.36.uol.eo. Plot.in consi.130.nu.65.inter consi.crimin.

13 Tertiò dicitur,quod†ad hoc ut princeps possit tollere citationem duo requirũtur copulatiuè.uidelicet quod de plenitudine potestatis ipsam tollat. Itě & ꝙ

14 moueatur ex iusta cã subsistente.Probatur, Papa † & Imperator non sunt supra iusgentium & naturale. §.fi.insti.de iure nat.gen.& ciuil.& si quandoque per eos dispensari concedatur dr̃ concedi de plenitudi-

15 ne ptãtis c.proposuit.de concess. præben. sed † nunquam conceditur talis dispensatio nisi subsistente legitima causa, ut firmant omnes in l.fin.C.si cõtra ius uel util publ.& in c.quæ in ecclesiarum.de const. ergo ad dispensandum quod non requiratur citatio, est de iure gentium uel naturali,ut in clem. pastoralis.§. cęterum.requiritur copulatiuè plenitudo pote

16 statis & causa legitima.Nec refragatur, quòd † causa in dubio præsumitur in Principe. quia respondetur,quod etiam contra subditos in Principe non præsumitur,ut est casus in dicta clemen. pastoralis. Abb.in c.quæ in ecclesiarum. de constit. ubi dicit hanc esse communem. aliàs frustra diceremus sententiam Principis sine citatione non ualere, Nam si præsumeretur causa semper ualeret, quod est falsum & absurdum,dicta cle.pastoralis.ita Curt.Sen.in consi.21.colum.10.uersi.circa secundum membrum,& in consi.20.col.4.uers.3.potest responderi.ubi etiam inquit,quod non præsumitur iusta causa interuenire,ubi princeps procedit parte non citata,& non auditis defensionibus:quia tollere citationem est tollere (ut iam dictũ fuit) defensionem,quæ per principem tolli non potest,ut in dicta clementina,pastoralis.in consilio.49.colum.75.uersi.& ideo Soci.in consi.27.colu.

17 3.in fi.uersi.preterea.uol.3.Item respondetur,ꝙ † dicta præsumptio procedit solum & duntaxat, quando princeps disponit legem cõdendo generaliter uel ét particulariter sed motu proprio, aliàs pręsumitur actum per importunitatem petentium, Roma.in l.si uero.§.de uiro.ff.solut.matr.per tex.in l.prima. C.de pet.bon.sub.libro.10.& in consi.426.quem sequitur Curt.Iunior in consilio. 20.columna.quarta, uersiculo,tertiò respondeo. sed in casu nostro non præsumitur Imperatorem processisse motu proprio: quia illud nõ expressit,ergo,&c.Cur.Iun.in con.170.n.25.

Si igitur Princeps hoc facere non potest directè ergo multo minus confirmare processum nullum ex defectu citationis omissæ per eius delegatum, uti di

18 xit Card.in consilio. 85. ubi dicit, quòd † sententia inferioris lata sine citatione non ualidatur confirmatione Apostolica,& Card.sequitur Cur.Iun.in citato consi.170.nu.19.

Similiter non obstat, quod in dicta confirmatione adest clausula,non obstantibus legibus,Quia re

19 spondetur,quod†dicta clausula non tollit defectum citationis,ut dixit Cur.Sen.in con.20. col.3.in prin. & in con.21.columna decima.uersi. circa secundum,

20 item † clausula non obstantibus non nocet non subdito,Parisius in consi.82.nu.61.uol.1.

21 Pariter uis fieri non potest in clausula † supplentes omnes defectus: quia illa respuit defectus iuris positiui non autem citationis defectum: quia est de iure naturali. ita Curt. in citato consilio.20. colu. 3.uer.confirmantur,& in con.49.col.75. uersi. adeo. Cur.Iu.in allegato con.170.nu.19.ubi post Card. supra citatum inquit,quòd sententia inferioris lata sine citatione non ualidatur confirmatione Apostolica,etiam per clausulam,supplentes:per dictam Cle. pastoralis.Ruin.in con.229.nu.11.uol.1.Dec.in con. 410.nu.23.uer. nõ obstat clausula.cõ.341.col.3.in fi. 506.col.3.& 602.col.pen.Ias.in con.101. col.3.uol. 4.Dec.in con.528.nu.8.Ruin.in con.36.nu.6.uolu.5.

Ex his igitur,quæ supra dicta sunt,& quæ consensu omnium recipiuntur, concludendum esse arbitror,sententiam ipsam uti nulliter latam non potuisse cõfirmari per suam Catholicam Maiestatem,etiam cum dictis clausulis supra citatis,tanquam defensionem naturalem auferentibus, quæ tolli non potest per Principem sine causa legitima.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. secundæ, C.de pign.locum habet, quando primus creditor habet hypothecam specialem in aliquibus locis & generalem super aliis, & secundus creditor habet hypothecam specialem.*

2 *Præsumptio est,quod primus creditor,qui habet hypothecam specialem in certis bonis & generalem in aliis,possit sibi satisfacere in bonis specialiter obligatis,donec aliter in contrarium probetur.*

3 *Et tantæ potentiæ est huiusmodi præsumptio,ut impediat,ne creditor possit impetrare carcerationem debitoris.*

4 *Lex secunda,de pig.cum corrigat ea quæ habentur ĩ l. generaliter.ff.qui pot.in pig.hab. in l. si generaliter C.eod.tit.& ea quæ notantur in l.si creditoris ff.de distrac.pig.non uenit extendenda ad alium casum.*

5 *Dispositio dictæ.l.2. procedit de æquitate, & ideo rigor scriptus in aliis casibus seruandus est.*

6 *Lex secunda.de pig.locum habet siue secundus creditor habeat specialem hypothecam, siue generalem.*

7 *Dispositio dictæ.l.2. non denotat ordinem uerborum sed rerum nominationem.*

8 *Dispositio ipsius.l.secundæ,non habet locum, ubicunque in instrumento hypothecæ specialis in aliqua re & generalis in aliis,est apposita clausula, ita quòd specialis non deroget generali.*

9 *Inducta in fauorem creditoris non debet redundari in eius odium.*

10 *Clausula,de qua supra, operatur ut creditor non cogatur magis agere ex speciali quam ex generali, etiam in præiudicium secundi creditoris.*

CONSILIVM. XXXVI.

DE duobus quæritur,& primò, an dispositio.l.secunde, C.de pign.quæ

1 disponit, quòd † prior creditor habens specialem hypothecam super aliquibus bonis debitoris, & generalem super aliis, non possit agere contra secundum creditorem habentem super bonis eiusdem debitoris hypothecam,locum habeat siue secundus habeat specialem hypothecam siue generalem.

Secundo,an habeat locum ipsa dispositio qñ in instrumento obligationis bonorum specialium & aliorum gñalium apposita est clausula,ita tamě quòd spe-

cialitas gñalitati non deroget. ¶ Deueniendo igitur ad primum, uidetur primo congressu dicendum, quòd ad hoc ut habeat locũ lex ipsa, requirit quòd secũdus creditor habeat sup aliis bonis debitoris specialem hypothecam & nõ generalem tantum, ut clarè ibi lo quit lex ipsa iuncta gl. in uerbo accepisti. ubi & Bal. in summa & figuratione casus. & Saly. pariter in sum ma. Soc. in consi. 198. circa fi. Paris. in consi. 30. num. 31. unl. 1. q equidem summa cum ratione a legislatore dispositum vr, qui pro absurdo habuit, q creditor primus habens hypothecam specialem in aliquibus bonis posit ad generalem super alijs bonis cõfugere, & ea uti in præiudicium secundi creditoris ha-
2 bentis specialem hypothecã, cumq præsumatur quòd illa sufficiat pro debiti satisfactione, donec ab eo contrarium probetur, ut per glo. in d. l. 2. in uerbo re digere. quam amplectuntur ibi Saly. in prima oppositione. Did. li. 3. uariar. resolut. c. 18. num. 1. Negusan. in tit. de pig. in 5. parte in 2. membro. in fine. Paris. in consi. 50. nu. 28. uol. 1. Ripa in l. priuilegia. num. 22. ff. de priuil. cred. Ias. inst. de actio. in pri. nu. 94. & ideo dicunt Bal. Alex. & Saly. in l. creditor qui non idone
3 um. ff. si cert. petat. q † hæc præsumptio tantæ est potentiæ, ut impediat ne creditor posit impetrare carcerationem debitoris, quos sequitur Ripa ubi supra:
4 Item & quia considerandum est, quòd † cum lex ipsa sit exorbitans & corrigat ea quæ habentur in l. generaliter. ff. qui pot. in pigno. hab. in l. si generaliter. C. eod. tit. & similiter ea, quæ notantur in l. si creditoris. ff. de distra. pigno. non uehiunt extendenda ad
5 alium casum. l. quod uerò. ff de legib. Plus, quia † ea procedit da æquitate, & ideo rigor scriptus in alijs casibus seruandus est. l. placuit. C. de iud. l. 1. C. de iur. & facti. igno. Soci. in allegato consil. 198. in fin. Negusan. in trac. de pigno. in quinta, par. in 2. membro. colum. fi. uersicu. & quia.

Sed melius cogitanti contrarium vr dicendum, q imò etiam si non esset clausula, de qua in sequenti du bio, q primus creditor, quamuis habeat specialẽ hypothecam in aliquibus bonis debitoris & generalem in aliis, & secundus creditor tantum generalẽ & nõ specialem, q non posit impedire posterioris creditoris hypothecam quoad alias res debitoris præter illam specialem, nec posit aduersus posteriorem hypothecaria agere nisi prius constare faciat primus creditor res illas speciali hypotheca sibi obligatas non sufficere ad prioris debiti solutionem, ut in d. l. 2. quam dicit Bald. non esse alibi in c. 2. de offic. lega.
6 Cre. in sing. 53. Didac. ubi supra. ubi inquit, quòd † lex ipsa declaratur per iuris interpretes locum sibi uindicare siue secundus creditor habeat hypothecam specialem siue generalem, teste Bart. in d. l. 2. colu. 2. quod uoluerunt Saly. in l. qui gñaliter. ff. qui pot. in pig. habean. Moder. in trac. de pig. in 8. par. in primo membro. num. 20. uersi. temperando. Ripa in d. l. priuilegia. num. 2. Paris. in citato consi. 50. num. 34. Decis. Pedemon. 159. colu. 2. quia utroque casu militat
7 eadem æquitas. nec † ille text. notat ordinem uerborum sed rerum nominationem, secundum Saly. ibi & Ripam ubi supra in uer. 2. dubitatur. & Did. in d. c. 18. col. 2. in princi. uersi. 3. eadem constitutio, ubi in quit, quòd constitutio dicta l. secũdę procedit, locũ que etiam obtinet, quando posterior creditor habet generalem hypothecam tantum nedum specialem & generalem simul, nec specialem tantum. Nam eadem est ratio utrobique, cum illa lex nolit priorem creditorem habentem specialem hypothecam, in qua sibi satisfacere posit, uti generali hypotheca in præiudicium secundi creditoris, ergo siue secundus creditor habeat generalem siue specialem in ea re, a qua petit & conatur excludere primum creditorem iure obtinebit. Nam si aliter diceretur, q opus esset attendere ordinem verborum, sequeretur unum, quod deuiaret à iure, quod cum text. in d. l. 2. loquatur de priori creditore habente specialem hypothecam, intelligendus esset ratione ordinis uerborum & nõ rerum: & tñ recepta est doctorum snia in contrariũ, ut ibi per Saly. & Fulg. ac Negus. in dicto suo trac. de pigno. in 5. par. in 2. membro nu. 51. Ripa in d. l. priuilegia. nu. 21. Did. vbi supra in versi. 4. adnotandum erit, Paris. in consi. 50. nu. 38. uol. 1.

Quò verò ad secundum dubium nõ insudando vbi non expedit, pro firmo tenetur, quòd quando in instrumento facta est priori creditori hypotheca specialis in aliqua re & demũ generalis aliis, adiecta ta-
8 men clausula, ita quòd † specialis non deroget generali & econtra, quòd clausula ipsa operatur ut specialis hypotheca modo aliquo non impediat generalem, ac si ea minime adiecta fuisset, ut explicare uidetur Cassan. in catalogo mundi parte 12. consideratione 119. col. 12. Did. ubi supra versi. decimò fortasis. Paris. in consi. 103. nu. 3. vol. 3. quos omnes citat Decisio Pedemontan. 159. in fin. Nam si diceremus, quòd huiusmodi clausula hunc effectum non operetur, sequeretur quòd frustra esset apposita, contra l. si quando. de lega. primo, Bal. in rub. C. de contrahend. emptio. in 1. q. Ang. in l. 2. de. C. locati. Decius in ca. licet causam. nu. 9. de proba. Bero. in consi. 130. nu. 9. uo
9 lu. 2. item, & † quòd inducta in fauorem ipsius creditoris redundarent in eius odium, quod non est dicendum. l. quod fauore. ff. de legibus, & sic ad diminutionem creditoris, quod iuri repugnat l. si mancipia. ff. de fund. instruc. Ruin. in consi. 18. nũ. 8. uolu. 1. & 96. nume. 2. uol. eod. Soci. Iun. in consi. 159. nu. 91. uol. 2.
10 Nam † dicta clausula operatur, ut creditor non cogatur agere magis ex speciali quam ex generali etiam in præiudicium secundi creditoris, unde si est in facultate sua agere ex qua hypotheca sibi placet, non est dubium quòd primus creditor potest agere ex hypotheca generali contra secundum, etiam si haberet specialem hypothecam. l. 2. ff. qui pot. in pignor. habean. l. si generaliter. C. eodem titulo Cepha. in consil. 135. colum. penul. in fin. Didac. ubi supra uersicu. 7. constat, in fi. Negus. in dicto suo tracta. de pigno. in quinta parte in secundo membro colum. penulti. in princi. Nam dicta clausula operatur perinde ac si creditor arbitrio suo posset eligere uiam quam uellet & agere tam ad bona specialiter obligata quàm ad generaliter hypothecata, ita ut una electa alteri non præiudicetur, in quo casu cessat dispositio dictę. l. secundę, ut per Paris. in dicto consilio 103. colum. prima uolum. 3.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habere non potest armatam familiam, et nu me. 8. sed contra num. 10. & 20.*
2 *Auxilium brachij secularis implorari debet per Episcopum pro executione iustitiæ.*
3 *Brachium seculare licet inuocari possit, tamen id procedit quando remedia ecclesiastica deficiunt.*
4 *Principes seculares sicut recurrere debent ad ecclesiã pro spiritualibus, ita in temporalibus debent recurrere Prælati ad Principes seculares.*
5 *Armorum usus prohibitus est ecclesiasticis personis.*
6 *Clericus arma deferens dignus est excõmunicatione.*

Arma

7 *Arma clericorũ sunt lachrimæ & orationes, fallit ut in nu.26.*

8 *Regula quæ habet, q uno cõmisso uidentur omnia alia commissa sine quibus illud explicari non põt, non habet locum in prohibitis. declara ut in nu.24.*

9 *Inquisitores hæreticæ prauitatis possunt tenere officiales armatos.*

10 *Papa potest dare licentiam clerico pugnandi in bello iusto sine metu irregularitatis.*

11 *Papa ex iusta causa potest bellum indicere præsertim contra infideles.*

12 *Crimen hæresis est ecclesiasticum.*

13 *Dominus temporalis si impediat familiam inquisitoris in delatione armorum, poterit puniri tãquàm turbator inquisitionis.*

14 *Episcopus potest procedere contra hæreticos.*

15 *Absurditas euitari debet.*

16 *Episcopus per suam iurisdictionem potest laicos in certis criminibus capere & corporaliter coercere.*

17 *Episcopus pro defensione sui & suorum potest vti gladio materiali.*

18 *Iudex secularis, ubi uires ipsius non sufficiunt ad exequendum quod suo incumbit officio, implorat auxilium alterius potentioris.*

19 *Officialis alicuius uillæ non habẽs familiam sufficientem potest conuocare incolas & habitantes in illa pro capiendo malefactorem, & si nollent eum adiuuare, tenentur ex condictione l. secunda, C. de his qui latro. abscond.*

20 *Iudices seculares ubi per se non possunt subditos suos domare, inuocant auxilium ecclesiasticũ in subsidiũ.*

21 *Armorum usus nedum prohibitus est clericis sed & laicis.*

22 *Ecclesia licet non habeat exercitium gladij materialis ad inferendam mortẽ alicui uel membri mutilationem, tamen secus est ad exequendum iustitiam.*

23 *Episcopus & eius Vicarius dicuntur officiales communis. & dispositio capi. si sententia. de sen. excõ. in sexto, ita uerificatur in Episcopo delinquente sicut in rectore.*

CONSILIVM XXXVII.

DVBITATIO Exoritur, nunquid
1 † liceat Episcopo familiam habere
armatam, & reperio q Abbas in ca.
significasti. col. fi. uer. & ex his infe-
ro. de off. deleg. refert aliàs fuisse in
terrogatum a quodã Episcopo & ei
responsum dedisse, quòd nõ, nisi haberet iurisdictio
nem temporalem in loco. & Primò propter iura ca-
nonica, quæ prouident in executione iustitiæ, Episco
2 pum † debere implorare auxlium brachij secularis,
c. administratores. ca. Principes. 23. q. 5. facit dictum
Oldra. in consi. 89. circa fi. ubi inquit, q illud implo-
rari non potest, nisi quando ordinarius nihil habet
quod faciat: quia iura loqnuntur si opus fuerit. c. de
offi. ordi. in 6. Feder. de Sen. in consi. 25. col. fi. vbi di-
3 cit, q † licet possit inuocari brachiũ seculare, debet
tñ inuocari cũ necesse est & iuris ordine seruato, ui-
delicet qñ remedia ecclesiastica deficiunt: quia non
debet Iudex delegatus incipere à cauda sed a capite,
cũ iura loquentia de brachio seculari dicant, si opus
est, uel necesse est, ut in c. 1. de offi. ord. Dec. in c. cum
non ab homine. num. 7. de iud. scilicet, qñ ordinarius
excõmunicauit aliquẽ, aggrauauit uel regrauauit, &
effectus fuerit incorrigibilis, ut per Calca. in consil.
119. col. fin. & sic ex his apparet, q armatam familiã
Episcopus pro executione iustitię habere non possit
sed pro ipsa recurrendum sit ad brachium seculare.
4 Secundò facit, nam † sicut pro spiritualibus Princi-
pes recurrere debent ad ecclesiam, ita in temporali-
bus debent recurrere prælati ad Principes seculares
c. cum ad uerum. & in c. si Imperator. 96. dist. ne offi-
cia eorum promiscuis actibus turbentur. l. consulta
diualia. C. de testa.
5 Tertiò facit, quia † usus armorum prohibitus est cle
ricis, seu ecclesiasticis personis. ca. clerici. de uita &
6 honesta. clerico. & in tantum q † contra faciens gra-
uiter peccat, quod colligitur ex eo q delictum est ex
communicatione dignũ, quæ non fertur nisi pro gra
ui crimine c. nullus. c. nemo 11. q. 3. Abb. in d. c. cleri
7 ci. col. 1. nam † arma clericorum sunt lachrimæ & ora
tiones c. conuenior. 23. q. 8. ubi sic ait Ambrosius. do-
lere potero, flere potero, gemere potero aduersus
arma, milites, globos, quia lachrimæ meæ arma sunt
meæ, talia. n. instrumenta sunt sacerdotis, aliter. n. nec
debeo nec possum resistere. Ex quibus uerbis uidetur,
q sacerdos ex orationibus & lachrimis debet malis
resistere & non per potẽtiam temporalem, & sic ostẽ
ditur quod Episcopus non habet iurisdictionem tenẽ
di familiam armatam.
Quartò demonstratur, Nam ab ipso Christo dictũ
fuit Petro, uolenti defendere eum ab iniuria iudęo-
rum. Conuerte gladium tuum in uagina, ut habetur
in Euangelio, & transumptiuè 23. q. 8. c. 1. item & in
ueteri Testamento dixit Deus ad Dauid. Non ędifica-
bis mihi templum: quia uir sanguinis es, ut habetur
in c. 1. de consecra. distin. 1.
Quintò, ita uoluit Abb. in ca. cum non ab homine.
nu. 8. de iud. & Felyn. in c. significasti. col. 2. in fi. uer.
utrum Epus. de offi. delega. Nec obstat, q in cõtrariũ
tenuerit Bald. in l. nam salutem. §. fi. ff. de offi. præfec.
uig. ubi p illum tex. inquit, q sicut officiales cõis pos
sunt arma portare ita & familia Epi, cum habeat im-
perium in sua diœcesi; quia responderi potest, q illa
tio Bald. non uidetur bene procedere de officialibus
communis secularibus ad ecclesiasticos, quibus ar-
morum usus prohibitus est, dicto c. clerici.
Nec similiter habet obstare si dicatur, q imò sibi
vr̃ concedi dicta facultas accessoriè, per rõnem tex.
8 in c. præterea. de offi. deleg. ubi † commisso uno ui-
deantur omnia commissa sine quibus illud explicari
non potest. Quia rñdetur, q regula illa locum non
habet in prohibitis, & sic non uidetur extendi ad ar-
ma quæ prohibita sunt, ut in dicto. c. clerici.
Sed præmissis non obstantibus contraria sñia est
de iure uerior, q imo Episcopo competit facultas
tenendi familiam armatam & pro fundamẽto huius
9 partis facit tex. in clem. 2. §. fin. de hæret. ubi † Papa
concessit facultatem inquisitoribus, ut possint arma
tos officiales tenere, ex quo datur ĩtelligi, qđ penes
Papam est potestas habendi armatos & mouendi ar-
ma in criminibus ad ecclesiasticum forum spectanti-
bus, aliàs non potuisset inquisitoribus eam concede
re, unde ad laicos de necessitate in his non est recur-
rendum, ut contraria præsupponit opinio. & quod
pęnes Papam sit huiusmodi potestas probatur ex not.
per Abb. in dicto capit. clerici. ubi quærit, nunquid
10 † Papa possit dare licentiam clerico pugnandi in
bello iusto sine metu irregularitatis, & concludit,
quòd sic: quia Papa constitutionem ecclesiæ, quæ pro
hibet clericum pugnare in bello iusto, potest illam

11 relaxare,maximè cum † ipse Papa ex iusta causa bel
lum indicere possit,præsertim contra infideles c.om
ni & c.præterea 23.quæst.8.
Secundo facit, Nam nulli dubium est,ꝙ inquisito
res hæreticæ prauitatis pro exequẽdo officio sibi cõ
misso possunt habere familiam armatam,ut in clem.
1.§.porrò.de hæret.quia secundum Car.ibi cõcessio
armorum hoc casu spectat ad iudicem ecclesiasticũ,
12 sicut † crimen hæresis.c.uergentis.extra de hæret.&
& in tantum uera est huiusmodi cõclusio secundum
13 eum,ꝙ † si dominus tẽporalis impediat familiam in
quisitoris in delatione armorũ ꝙ Secundum Gemin.
poterit puniri tãquàm turbator inquisitionis,per id
quod notat Innoc.in c.1.de off.deleg.si uero hoc per
14 mittitur inquisitori ergo & Episcopis, † qui contra
hæreticos procedere possunt.Cle.1.de hæret.& si ali
ter diceremus sequeretur absurdũ,uidelicet, ꝙ inqui
sitores cap possent per familiã suam nõ facere hære
ticũ,quẽ citare pñt, arrestare,capere, & tute custodi
re,emancipare ponendo etiam in compedibus & ma
nicis ferreis,ut in dicta cle.1.§.si quod, & ꝙ Episco
pi ex defectu familiæ non possint officium suum exe
qui,qđ absurdum est dicere,cum tam Episcopis quã
inquisitoribus detur huiusmodi facultas capiẽdi hæ
reticos & alia faciendi de quibus supra , ut in dicta
clem.1.§.præter ꝙ.ut igitur euitetur absurditas ipsa
15 † quæ omnino euitari debet.l.nã absurdũ.ff.de bon.
libert.cle.2.de magis. & tollatur differẽtia inter unũ
casum & alium,quæ esse nõn potest ratione identita
tis,uidetur dicendũ ꝙ ideo Papa Episcopis non con
tulit facultatem tenendi familiam armatam contra
hæreticos ex eo , ꝙ sciebat ꝙ ipsis tanquã ordinariis
facultas huiusmodi competebat,aliàs si non compe-
tiisset,utique dubitari non potest, quòd eis sicut in-
quisitoribus concessisset.
16 Tertiò accedit. Nam†Episcopus per suam iurisdi-
ctionem põt ẽt laicos certis criminib.capere & cor-
poraliter coercere, ut est tex.cum glo.in ca.contra
idolorũ 26.quæst.5.c.attẽdẽdum 16.q.4.c.2.de adult.
quia nemo dubitat egere ministris armatis.
Quarto accedit.Nã,ut inquit Gemin.in c.dilecto.
col.2.uer.quæro,quia tex.de sent.excom.in 6.Episco
17 pus†pro defensione sua & suorum potest uti gladio
materiali in homines cuiuscũque iurisdictionis, si er
go ei pro priuata utilitate hoc permittitur,ergo mul
to fortius pro executione iustitiæ,quę respicit publi
cã utilitatẽ,quæ prefertur priuatę, ut per docto.in l.
1.ff.solut.matr.
Quinto in terminis nostris uoluerunt Bald.in d.l.
nam salutem.§.fi. Barba.& Dec.in ca.significasti de
off.delega.& rursus in c.cum non ab homine.de iud.
quia isto casu usus armorum pro executione iustitię
uidetur licitus:quia cum ipsius executio permittatur
ordinario,oĩa ad id necessaria permissa uidenẽ c.prę
terea, de off.deleg.Idẽ tenuit Stepha.Aufrer.in trac.
de potestate ecclesiastica nu.18.ubi inquit,ꝙ Eps fa-
miliares,aut seruientes armatos habere põt cã custo
diendi scalatos & ducendi per uillam Tolosę, & ꝙ
possunt portare enses & arma defensiua uel ẽt inua-
siua, suadens ita caueri in concordatis inter officia-
rios Regios & spirituales Tolosę factis.pro quo , di-
cit facere , quod scribunt Mod.in d.c.significasti.&
Bald.in d.l.nam salutem.§.fi.licet Abb.cõtrarium te-
neat ubi supra , quam partem libenter sequuntur of-
ficiarij Regij. hac quoq; sñiam latè prosequiẽ Gun-
disal.in trac.de heret.quest.11.uer.ex quo infertur.
ubi ait, ꝙ ista opinio sibi placet,quam obseruat com
munis usus,& mouetur quasi ex primis duobus fun-
damentis per nos supra pro hac parte adductis.

Non obstant mõ quæ ex aduerso allegata uidẽtur
quia ad primum argumentum respondentur, ꝙ licet
ordinarius recurrat ad brachium seculare in subsi-
dium , tñ per hoc non infertur , quin ẽt immediatè
possit habere familiam armatam,ut patet in inquisi-
tore hæreticorum, qui potest inuocare brachium se
culare, cap.officium.§.denique.de hæret.in 6.& ta-
men ipse potest habere officiales armatos, dicta cle.
1.in fi.de hæret.ita Dec.in d. cap.significasti. col.fi.
Vlterius dicitur, ꝙ per dictum Abbatis non proba
tur intentum opinionis contrariæ, quoniam inter ip
18 sosmet seculares iudices idem obseruatur, ꝙ † unus
implorat auxilium alterius, ubi uires ipsius non suf-
ficiunt ad exequendum quod sibi incumbit,tex.est in
l.si quis in hoc genus.C.de episco.& cler.& ideo in-
quit Paris.de Put.in trac.sindi.in uerbo brachium.ꝙ
non solum unus iudex potest implorare brachium al
terius iudicis potentioris, sed(quod plus est(officia
19 lis † alicuius uillæ non habens familiam sufficiẽtem
põt conuocare incolas & habitãtes in illa pro capiẽ
do malefactorem , allegat Bald.in d.l.si quis in hoc
genus.& subdit ꝙ si nollent eum adiuuare & uellent
ut fugeret,teneaẽ ex cõditione.l.2.C.de his qui latr.
occulta.allegat Ang.in l.1.C.de nil.ager.rump.Item
20 ẽt uidemus,ꝙ† iudices seculares inuocant auxilium
ecclesiæ in subsidiũ.ubi per se non possunt suos sub-
ditos domare,ut ꝑ Inn.in c.licet ex suscepto.de foro
comp.ita Gundisalu.ubi supra,ubi inquit hoc notan.
Ad 3m rñdetur,ꝙ hic nulla vr̃ esse cõfusio,ex quo
unus non se intromisit de officio alterius, sed sua tñ
exequiẽ iustitia,ut per Dec.in d.c.significasti, col.fi.
Ad tertiũ respondetur plurib.modis, & Primò,ꝙ
21 usus †armorum est prohibitus uedum clericis sed ẽt
laicis, ut in ti.C. de usu arm.& de utroq; per Abb.in
d.c.clericum.in prin.& Imol.in cle.2.col.pen.circa
fin.de hæret.
Secundò respondetur, id uerum esse regulariter,
secus uidetur pro executione iustitiæ,ut per glo.fi.in
capi. dilecto.de sent.excom.in 6.ita Dec. ubi supra
ubi inquit, ꝙ per hoc etiam respondetur ad tex.in c.
22 inter,ex aduerso allegatum. plus dicitur, ꝙ † licet
ecclesia non habeat exercitium gladij materialis,il-
lud est ad inferendũ mortem alicui uel membri mu
tilationem,& hoc casu intelliguntur iura adducta in
contrarium, secus autem ad exequendum iustitiam
sibi cõpetentem per superius dicta,ita Gundisal.ubi
supra.istud ẽt sentit Dec.ubi supra.¶ Non obstat ꝙ
arma clericorum sunt lachrimæ & orationes. Quia
rñdetur,istud esse uerum regulariter, tamen nos ui-
demus , ꝙ etiam in pluribus casibus licitum est uti
materialibus, ut in cap.dilecti.de sent.excom.in 6.
Non obstat, quod dictum fuit per Christum Pe-
tro;Quia respondetur , ꝙ nõ solus Christus locutus
est cum Petro sed etiam alijs laicis, ut colligitur ex
eo quod in eadem auctoritate subijciẽ dum dicitur.
Nam oĩs qui gladium accipit gladio peribit. Sic ẽt
respondeẽ ad aliam auctoritatem ꝙ illa loquitur de
effusione sanguinis iniusta. Nam Dauid proditoriè
fecerat interfici Vriam, ut committeret adulterium
cum Bersabeæ eius uxore, & adhuc non fuerat pœ-
nitens,qñ illa uerba sibi dicta fuerunt,sed nos loqui
mur de executione iustitiæ fiendæ, quæ est licita &
iusta,ergo &c.ut per Abb.in d.cap.clerici.col.2.uer
sicul.nec obstat prima auctoritas.
Penultimo nõ obstat,ꝙ illatio quam facit Bald.in
d.l.nam salutem. §.fi.subsistere non uideatur: Quia
respondetur , ꝙ imò ualet : qñ dum Bald.loquitur
de officialib. cõis , eius dictum uerificatur etiam in
23 Episcopo:quia † ipse & eius Vicarius dicuntur offi-

ciales communis, ut per Anch. in consi. 342. quem sequitur Dec. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 10. de const. & in c. sanè. col. fi. de offi. deleg. ubi etiam dicit, quod id quod disponitur in c. si sententia bi. domini uel Rectores. de sent. exc. in 6. videlicet, quòd propter delictum Rectoris potest interdici locus, uerificatur etiã in Episcopo delinquente, qui etiam dicitur Rector Ciuitatis, & in terminis nostris ita dixit Dec. in d. ca. significasti. col. fi.

24 Vltimò non obstat, quod in prohibitis locum non habet regula, quòd ubi alicui quid conceditur, uidétur etiam permissa omnia per quæ peruenitur ad illud. Quia respondet Dec. ubi supra, quòd in isto casu pro executione iustitiæ hoc prohibitum non vr, & quòd regula prohibitiua præualere non debet, quãdo affirmatiua est magis specialis: quia tunc illa attenditur, cũ species derogat generi, ut in regula generali per speciem derogetur. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum quando est factum proximiori agnato, ad illud admitti debet qui proximior reperitur tẽpore conditi testamenti. declara ut in nu. 35.*
2 *Relictum factum familiæ intelligitur de his qui erant de familia tempore testamenti uel mortis testatoris.*
3 *Substitutio quando est facta de liberis, non intelligitur de liberis qui non erant tempore testamenti uel mortis testatoris.*
4 *Plures quando sub nomine collectiuo simpliciter uocantur, puta descendentes, illi soli uocati intelliguntur, qui tempore testamenti uel mortis testatoris concepti uel nati erant.*
5 *Filiorum appellatione ubi ueniunt nepotes, admittuntur solum qui erant nati uel concepti tempore conditi testamenti uel mortis testatoris.*
6 *Quæ dispositio ampliatur procedere etiamsi conditio sit collata in futurum euentum incertum.*
7 *Ius conditionale transmittitur ad descẽdẽtes. sed contra nu. 12.*
8 *Filius repræsentat personam patris & in eius locum intrat: quia gradus non corrumpitur seu alteratur sed repræsentatur.*
9 *Proximiores illi dicuntur quos nemo antecedit.*
10 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione in iure est ualidissimum.*
11 *In fideicommissarijs substitutionibus semper dici potest, hoc casu substitutio de re non loquitur, si uis dicere contrarium proba.*
12 *Quod amplia procedere siue loquamur de substitutione uulgari.*
13 *Siue de pupillari.*
14 *Seu de reciproca & omni alia comprehensa in illa.*
15 *Siue de fideicommissaria substitutione.*
16 *Quamuis substitutus esset nominatus.*
17 *Ius conditionale si non transmittitur in hæreditate ascendentium ad descendentes, ergo multo minus in hæreditate transuersalis in transuersalem.*
18 *Ius conditionale ex coniectura ata mente testatoris transmittitur.*
19 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*
20 *Testator quod non loquitur uelle non præsumitur, & num. 28.*
21 *Testatoris affectio potissimum in fideicommissis consideratur.*
22 *Agnatus proximior dicitur per respectum ad illum cui succeditur.*
23 *Primogenitus non dicitur per respectum ad illum cui succeditur sed per respectum ad secundo genitum.*
24 *Primogenitura est qualitas habens actum momentaneum, quæ acquiritur incontinenti cum quis nascatur, sed proximitas habet tractum successiuum, ideo secundum qualitatem temporis variatur, sed altera non.*
25 *Vocatio specialis proximioris est attendenda.*
26 *Interpretationi locus non est ubi uerba sunt clara.*
27 *Testatorem non sufficit ita uoluisse nisi disponat.*
28 *Testatoris voluntas ex eius uerbis concipitur.*
29 *Voluntate testatoris in corde retenta à uerbis testatoris non recedendum.*
30 *Voluntas testatoris primum locum obtinet.*
31 *Voluntatem testatoris sequi debemus sicut uenator leporem.*
32 *Interpretatio fieri non debet quæ à sapientibus reprehendatur.*
33 *Filius repræsentat patrem in dispositione legali, secus in dispositione hominis.*
34 *Filius quòd succedat in locum patris procedit quando agitur de successione aui vel alterius ascendentis, vel quando agitur de successione patrui carnalis, secus in alijs casibus.*
35 *Dispositio testatoris quando est collata in aliquod tps futurum & incertum, tunc illa dispositio, quæ respicit futurum tempus, non restringitur ad proximiores, qui erant tempore conditi testamenti vel mortis testatoris, sed extenditur ad existentes tempore euenientis conditionis.*
36 *Dispositio testatoris collata in tempus futurum, non restringitur ad descendentes natos tempore conditi testamenti sed etiam in nascituros.*
37 *Substitutio quando est facta per uerba denotantia tractum temporis futuri comprehendit etiam nepotes conceptos & natos post mortem testatoris.*
38 *Tempus existentis conditionis solummodo inspicitur in legato conditionali.*
39 *Verba, eo casu, sunt limitatiua fideicommissi & substitutionis ad casum expreßum.*
40 *Testator si in substitutionibus suis tunc vltimo moriẽti substituit proximiores, ista verba exponũtur, hoc est, quod per fideicommissum illi succedant, qui tunc proximiores reperiuntur.*
41 *Dictio, tunc, denotat extremitatem temporis, & limitat dispositionem testatoris ad casum tantum formaliter expressum.*
42 *Verba, eo casu, important extremitatem temporis.*
43 *Verba, eo casu, idem important quòd dictio tunc.*
44 *Testator in dubio uidetur uelle quod lex disponit.*
45 *Testator fingitur cogitare quòd lex disponit.*
46 *Proximior quando uocatur, & sunt plures in eodem gradu, perinde est ac si testator uocaret proximiores in numero plurali.*
47 *Numerus singularis uerificatur in pluribus, uel econtra, pluralis uerificatur in uno, quando eadem est ratio.*

48 *Testator quando substituit filio decedenti sine liberis, si filius decedit relicto uno filio uel filia, excluditur substitutus sicut si plures liberi relicti essent.*

49 *Plura quando habent eandem rationem, licet de uno fiat mentio, uidetur fieri exemplariter & non restrictiuè.*

50 *Singulare pro plurali capitur & ècontra vicissim.*

51 *Numerus singularis in omni materia, etiam vbi non sit fauor libertatis, verificatur in plurali.*

52 *Successio in capita & nõ in stirpes locum habere vi detur in successione fratris post fratres filiosque fratrum.*

53 *Testator faciens mentionem de primogenitis tam post institutionem qàm post substitutionem & in medio de agnato proximiore, censetur etiam uoluisse quòd agnatus proximior sit primogenitus.*

54 *Vna pars declarat aliam.*

55 *Testamentum si una parte facit mentionem de masculis & in alia de filio simpliciter, intelligitur de filys masculis.*

56 *Qualitas apposita in vno capitulo testamenti uon dicitur repetita in alio capitulo separato, claro & non dubio continente orationem perfectam & diuersas personas.*

57 *Dispositio testatoris facta in uno casu non extenditur ad alium.*

58 *Qualitas masculinitatis expressa in uno capite non trahitur ad aliud caput, nec ad aliud censet repetita.*

59 *Qualitas masculinitatis solum uenit consideranda in casibus prouisis & expressis non autem in aliis omissis.*

CONSILIVM XXXVIII.

IN præsenti consultatione prima facie dicendum uideretur Illustrem Comitem Georgium Triuulcium filium quon. Illust. Comitis Ioannis Firmi admittendum esse & admitti debere ad fideicommissum factum por quon. Illust. Ioannem Triuulcium in suo ultimo testamento exclusis Illust. Comitibus Ioanne Iacobo & Francisco fratribus, & altero Francisco Marchione omnibus etiam de Triuulciis: quoniam ambigui
1 iuris non est, quòd † quando fideicommissum factum
est proximiori agnato, is admittendus est, qui proximior reperitur tempore conditi testamenti. l. cum
2 ita. §. in fideicomisso. ff. de leg. 2. ubi † relictum factum familiæ intelligitur de his, qui erant de familia tempore testamenti uel mortis testatoris, secundum Bar. in l. si cognatis. col. 2. ff. de reb. dub. ubi etiã Soci. ad idem est tex. in d. l. si cognatis. Soci. in cons. 10. col. fi. uol. 3. pro qua sententia facit quod noluit
3 Alex. in cons. 184. in princ. vol. 2. ubi † qñ substõ est
facta de liberis, non intelligitur de liberis qui non erant tpe testamẽti nec mortis testatoris. Bar. in cõs. incl. Bonauentura. ubi cõcludit, ꝙ si testator instituit aliquem & eius liberos, intelligitur de natis tpe testamenti, Ancha. & Imol. in c. indicante. de testa. ubi
4 † quoties sub nomine collectiuo plures simpliciter
uocantur, puta descendẽtes, illi soli uocati intelligũtur, qui tpe testamenti uel mortis testõris nati erant uel concepti, per dictum. §. in fideicõmisso. & iõ ubi
5 † appellatione filiorum ueniunt nepotes, ut per docto. in l. Gallus. §. instituens ff. de lib. & posth. admittuntur solum qui erant nati uel concepti dictis temporib. uel altero ex eis, & ita aliàs cõsultum fuit per plures Aduocatos Florentinos & Senenses, quib. se subscripserũt dñs Franciscus de Acolitis & Andreas Siculus, quæ consilia reperiuntur impressa post consilia Marian. Soci. Goza. in cons. 36. nu. 7. cum seq. quæ
6 † conclusio secũdũ Alex. in citato consi. 184. amplia
tur procedere, etiam si cõditio sit collata in incertũ euentum futurum, quem sequitur Dec. in cõs. 95. col. 5. circa. fi. idem Alex. in cons. 219. in fi. uol. eod. Anc. & Imol. ubi supra. Soci. in cõs. 73. nume. 27. uol. 4. per l. peto. §. fratre. cum gl. de leg. 2. Rui. in cons. 86. num. 10. cum plurib. sequentibus. uol. 2. & in consili. 112. nu. 12. uol. eo. Cum igitur dictus Illust. Comes Ioannes Firmus fuerit proximior Illust. fideicommittenti
7 tempore sui testamenti uel mortis eius, sequiĩ ꝙ † tan
quam proximior potuit transmittere ius suum conditionale, & ex persona sua in eius filiũ Comitẽ Georgium, quamuis ipse mortuus fuerit pendẽte conditione fideicommissi, per gl. in l. is cui ff. de actio. & obli. l. in personã. C. de fideic. So. in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Treb. & ꝙ ex hoc capite ueniat ad ipsum fideicommissum admittẽdus dictus Comes Georgius.

Secundò dr̃, ꝙ cum dictus Illust. Comes Georgius. sit filius prædicti quon. Illustr. Comitis Ioannis Firmi & representet eius personam ac sit in eodẽ gradu cum quon. Illust. domino fideicommittente, in quo erat eius pater. §. cum filius. instit. de hæred. quæ ab in
8 testa. quia † gradus non corrũpitur nec alterat̃ sed re
presentatur, ut inquit Bald. in l. 1. C. de secund. nup. Alex. in consi. 26. col. pen. in fi. uol. 3. Ias. in l. Gallus in §. quidam rectè. in 2. lect. colum. 4. ff. de lib. & posthum. Paris. in consi. 36. col. 3. uol. 2. ꝙ succedere debeat in dicto fideicommisso exclusis præfatis Comitibus Ioan. Iacobo, Fran. & altero Francis. Marchio. sicut si uiueret eius pater, qui potuisset succedere in ipso fideicõmisso. facit quod scribit Bar. in l. 1. §. si sit nepos. ff. de collat. dot. ubi inquit, ꝙ tex. in auth. cessante. & in auth. post fratres. C. de suis & legit. hæ̃d. ac tex. in §. hoc autem priuilegium. in auth. de hæred. ab intesta. qui dicunt, ꝙ nepotes succedunt in locum suorum parentum, intelliguntur, idest, in gradu proprio, ut proinde succedant in locum parẽtum suorum, & tantum habeant quantum haberet eorum pater si uiueret.

Veruntamen si maturè & diligenter omnia considerentur, contrarium de iure uerius esse in terminis nostris liquidò apparebit, ꝙ excluso dicto Comite Ioanne Georgio uti remotiori dicti Illust. Comites Ioan. Iacob. & Franc. fratres & alter Fran. Marchio tanq̃ proximiores quon. Illustr. fideicommittenti admitti debeant ad ipsum fideicommissum stan
9 te conclusione uera quæ habet, quod † proximiores
illi dicuntur, quos nemo antecedit. l. proximus. l. proximi l. in uulgari. ff. de uerb. sign. Corne. in cons. 154. colum. secunda, uersicu. nec obstat. uolum. 3. Paris. in consi. 20. numer. 21. uolum. 2. Port. in consi. 55. nume. 57. ¶Quòd autem excludendus ueniat Comes Georgius demonstratur arguendo à sufficienti partium
10 enumeratione, quòd † argumentum in iure ualidissi
mum est l. patre furioso. ubi notant omnes & in specie Ias. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. glo. in l. 1. in gloss magna circa medium. ff. de actin. & obligatio. Paris. in consi. 67. nume. 13. uol. 4. Soc. Iun. in consi. 79. num. 49. uolum. primo, 81. numer. 9. & 110. nume. 44. uolum. eod. Grat. in consi. 25. numer. 12. volum. 2. & 29. numer. 19. uolum. eodem. Nam primò, aut ipse Illust. Comes Georgius uult uenire ad ipsum fideicõmissum tanquàm in specie nominatus, & hoc dice

re

re non potest: quia de eo nulla mentio habetur in ipso fideicommisso, & hoc per regulam, quæ habet, ꝙ
21 † in fideicommissariis substitutionibus semper dici potest, hoc casu substitutio non loquitur de te, si uis dicere contrarium proba. Soc. in consi. 62. col. 3. uol. 3. & in consi. sequenti col. 8. Paris. in consil. 8. nu. 11. uol. 2. Gozad. in consi. 21. nu. 8. Soc. Iun. in consi. 135. col. 3. vol. 2. cősi. 111. nu. 27. uol. 1. & 102. nu. 23. uol. eod. Craue. in consi. 161. nu. 16.

Aut uult uenire secundò uirtute transmisionis: quia Illustr. quondam Comes Ioannes Firmus eius pater, qui erat proximior tempore conditi testamenti uel mortis testatoris, quamuis mortuus ante euentű conditionis ipsius fideicommissi, ius ipsum conditionale ad eum transmiserit, & hoc etiam dicere nő potest: quoniã ius conditionale non transmittitur in hæreditate ascendentium ab ascendente in filios uel descendentes, si fideicommissarius decedat pendente conditione, ergo nec in hæreditate transuersalium, ut per Bar. in dicta. l. unica. §. sinautem. C. de cad. tollen. l. hæredes mei. §. cum ita, ubi glo. expressa in uerbo, suscepisset. ff. ad Trebel. ubi Alex. inquit illum tex. ad hoc esse meliorem de iure. glo. Bart. & alii in l. 1. C. de his qui ante aper. tabul. Ias. in consi. 80. in fi. uol. 1. ubi dicit, quòd nő inuenit aliquem scribentium de mundo, qui deuiet ab hac couclusione, & in l. cum filio. in 5. notabili, de lega. 1. quã glo. in dicta l. is cui. reprobant cõmuniter doctores, ut tradunt. Alex. in consi. 36. col. 2. vol. 3. 92. col. 2. consi. 62. col. 1. uol. 7. & 198. in princip. uol. 6. Paris. in consi. 18. nu. 67. uol. 2. 77. col. 1. & 237. nu. 77. 89. nume. 10. uol. eod. Soc. in consi. 77. in princip. uolum. primo, Bero. in consil. 117. numer. 7. uolum. 2. & 94. nume. 13. cum sequenti uol. eod. Dec. in consil. 416. in fi. & in consi. sequenti col. secunda, Soc. Iun. in con. 117. nume. 16. cum nonnullis sequentibus uolum. primo, ubi citat hanc esse approbatissimam conclusionem à qua nephas esset in iudicando, & consulendo recedere, quod & inquit ibi Curt. Iun. & Paris. in subscriptione ipsius cõsilii. Crot. in l. prima, colum. 15. uersicu. quinta conclusio. de lega. primo, ubi respondet omnibus dictis & considerationibus Socin. in l. hæredes mei. §. cum ita, qui contrarium tenuit, & sic attestetur hanc esse communem à qua in iudicando non est recedendum. idem Socin. in consi. 6. colum. tertia & quarta, volum. 3. Rub. Alex. in consi. 8. nume. 3. 35. numer. 6. & 43. colum. secunda, Curt. Iun. in consi. 69. in prin. 92. num. 8. & 96. in princ. Craue. in consi. 152. nume. 13. Cepha. in consi. 283. numer. 22. Ruin. in consi. 77. num. 10. uolum. 3. 79. num. 13. & 130. num. 2. uolum. eod. Natta in consi. 68. numer. 6. & 191. nume. 2. quod
22 † procedere uidetur, siue loquamur de substitutione vulgari. l. si & pluribus ff. de suis & legit. hæred. l.
23 toties. ff. de acqui. hęred. siue † de pupillari. l. qui liberis. §. hęc uerba. l. sed si plures. l. qui habebat. ff. de
24 vulg. & pupil. siue † de reciproca, & de omni alia comprehensa in illa, dicta. l. qui plures. l. Lucius. §. pu
25 blius. eod. tit. de uulgar. & pupil. siue † de substitutione fideicommissaria. l. si cum plures. ubi gloss. ff. quando dies lega. cedit, Alex. in consi. 36. colum. secunda volumi. 3. 198. in princip. uolumi. 6. & 62. colum. prima uolum. 7. Curt. Iun. in subscriptione consilii Soc. Iun. 117. in primo uolum. Bero. in consil. 94. nume. 13. vol. 2. Craue. in consi. 152. numer. 3. & Rub. Alex. in consi. 35. nu. 6. si igitur hec sententia passim
26 procedit in hęreditate ascendentiũ, quamuis † etiam substitutus esset nominatus, ut per Paris. in citato cõsilio 18. numer. 66. in consi. 77. in princip. uolumi. 2.
27 quanto † magis hoc dicendum uenit in hæreditatę transuersalis, & ubi substitutus non fuit in specie nominatus. ¶ Nec habet obstare si dicatur, quòd pręmissa conclusio, etsi uera sit, tamen locum sibi uindica-
18 re non potest, ubi † possit apparere de contrario ex coniecturata mente testatoris, ꝙ transmisio locum haberet: quia tunc ea sibi locum arrogat, fideicommissario etiam moriente conditione pendente, Bal. in l. unica. C. ut actio ab hæred. colum. prima, Socin. in dicto. §. cum ita, colum. quarta, Dec. in consi. 417. colum. secunda, Curt. Iun. in consi. 96. in princ. 87. in fin. 69. in princip. & 111. colum. 6. quam partem uti communem sequitur Paris. in consil. 77. numer. 10. uol. 2.

Quia respõdetur, ꝙ in casu, de quo agitur, nulla penitus extat coniectura testatoris, quòd uoluerit transmissionem fieri. Imò contrarium uoluit, dum ad fideicommissum uocat agnatum proximiorem, & sic ꝙ seruaretur gradus prærogatiua, in qua gradus proximitate non fuit repertus quondam Illustr. Comes Ioannes Firmus tempore secutæ conditionis, quæ attendi debet, ut infra dicetur, sed prædicti Illust. Ioãnes Iacobus, Franciscus & alter Franciscus Marchio, nam si testator hoc voluisset, uidelicet, ꝙ transmitteretur hoc fideicõmissum ad dictum Comitem Georgium, utique hoc exprimere sciuisset, cũ tempore cõditi testamẽti essent in rerum natura, tam dictus quõdam Illust. Comes Ioãnes Firmus ꝗ Illustr. Georgius eius filius: vnde cum nõ expresserit, datur intelligi, ꝙ noluit transmissionem locum habere. l. 1. §. sinautem.
19 C. de cad. tollen. & † quia iste casus omissus fuit a testatore ideo remansit in dispositione iuris communis, de qua supra. l. commodissimè. ff. de lib. & posthum. quod & alia ratione demonstratur. Nam si testator non dilexit dictum quondam Illust. Comitem Ioãnem Firmum in eius testamento in instituendo eum, qui erat sibi proximior tempore dicti testamenti & maioris ætatis quàm esset Illustr. quondam Comes Ioannes Iacobus hæres ab eo institutus & remotior: quia primus ætatis annorũ quadraginta & alter quindecim, & de dicto Comite Ioanne Firmo nullam mẽtionẽ specialem fecerit nec de eius filio in institutione & substitutionibus, meritò insurgit, ꝙ noluit trãs
20 missionem ipsam locum habere. Nam † qđ testator non loquitur uelle non præsumitur, Bal. in l. quidam cum filiũ ff. de hæred. instit. in l. unica. §. sinautem ad deficientia. per illũ tex. C. de cadu. tollen. Deci. in cõ
21 si. 63. col. 2. Paris. in consi. 3. nu. 8. vol. 3. item † affectio testatoris potissimum in fideicõmissis consideratur, Rub. Alex. in consi. 36. nu. 9.

Aut tertiò uult uenire uti primogenitus quondã eius patris, ad successionem ipsius fideicommissi, præsupponendo ꝙ dum testator uocat agnatũ proximiorem debet subaudiri primogenitum, & iterum dicitur, quòd ex hoc capite uenire non potest: quia in terminis nostris non fuit uocatus dictus Comes Ioã. Firmus uti alicuius primogenitus sed fuit uocatus agnatus proximior, inter quos casus magna extat
22 differentia. Nam † proximior agnatus dicitur per respectum ad alium cui succeditur, quia si tempore quo Titius decedit, ego sim sibi proximior, quamuis alius ante fuerit proximior, mihi defertur hæreditas: quia uerum est me esse sibi proximiorem. sed
23 quando quis uocatur uti primogenitus, non † dicitur primogenitus per respectum ad illum, cui succeditur, sed per respectum ad secundo genitum. si ergo nunc, cum Titius moritur ego sim secundo genitus, licet sim proximior Titio, non tamẽ est uerum ꝙ ego fuerim primogenitus sed frater meus, qui præmortuus est, & ideo si extat ex eo aliquis descendens

non possum uindicare mihi ius primogenituræ, sed ipse sibi primò nascendo uindicauit pro se, & suis
24 posteris, quia † hæc est qualitas habens actum momētaneum, quæ acquiritur incontinenti cum nascatur, sed proximitas habet tractum successiuū, ideo secundum qualitatem temporis uariatur, sed altera nō sic, argumēto l. insulam infra bienniū ff. de uerbo. oblig. ita Paul. de Castro in consi. 161. col. 5. in fi. secundum
25 antiquam impressionem. ¶ Vlterius dicitur, q† uocatio specialis proximioris est attēdēda, ut per Alex. in con. 123. in princip. uol. 1. pro cuius confirmatione facit q uoluit Ang. in cons. 305. vbi vult, q si testator uoluit, quòd legatum factū uxori post eius mortem reuertatur ad filias institutas & ad earum hæredes, q superstite una filia illa præfertur heredibus extraneis alterius prædefunctæ: quia filiæ sunt nominatæ in specie & hæredes in genere, Soc. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posthum. dum uoluit, quod si quis instituat fratrem & eius liberos, quòd non tantum liberi admittuntur ordine successiuo tanquam uocati per nomen collectiuum secundum Alex. & Aret. ibi sed etiā idem ordo seruari debet inter patrē & filios, & sic frater debet præferri, ut æqualis sit determinatio l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupil. & ratio est secundum Ruin. in consi. 101. nu. 10. uolum. 2. ubi citat Alex. Ang. & Soci. quia frater dicitur uocatus nomine speciali licet non sit expressum nomine proprio. ¶ Præterea dicitur, quòd non debet fieri aliqua sub-
26 auditio: quia † interpretationi locus non est, ubi uerba sunt clara, ut in casu nostro, ubi uocatur proximior agnatus. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de lega. 3. Ceph. in consi. 222. nu. 8. item dicitur, quòd si testator id uoluisset utique dixisset, quòd cum non expresserit aliud sensisse uidetur, dicta. l. 1. §. fina item ad deficientis C. de cadu. tollen. Nam testator quod non loquitur uelle nō præsumitur, Bald. in dicto. §. finautē. Dec. in consi. 696. nu. 19. & in consi. 465. num. 7. &
27 non sufficit † testatorem ita uoluisse nisi disponat, Bald. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit. quæ
28 † uoluntas dicitur concipi ex uerbis testatoris. l. Gallus §. quidam rectè. de lib. & posthum. & ideo dixit
29 Bal. in c. mandatum. de rescrip. quòd † uoluntas testatoris in corde retenta non attenditur, sed in casu nostrò non sunt aliqua uerba testatoris apta ad hoc, ergo &c. ¶ Vltimò dicitur, quòd cum mens testatoris fuerit talis, ut demonstrant eius uerba à quibus non
30 est recedendum. l. nō aliter. de leg. 3. cum † obtineat primum locum. l. in conditionibus primum locum.
31 ff. de cond. & demon. quod † uoluntatem ipsius testatoris sectari debemus sicut uenator leporem, Bal. in l. quidam. C. de hæred. instit. Socin. Iun. in cons. 84. in
32 princ. vol. 1. item dicitur † si alia fieret interpretatio utique à sapiētibus licitè possemus reprehendi, quod utique faciendum non est. l. Saluius Aristo. ff. de lega. præstan. Soc. Iun. in consi. 76. nu. 11. uol. 2. Crot. in cō si. 56. nu. 26.

Aut quartò uult uenire ex ui repræsentationis subintrando locum patris sui in dicto fideicōmisso per §. cum filius. de hæred. quæ ab intesta. cum similibus, & etiam hoc facere non potest multiplici ex capite.
33 & Primò, illud quod dicitur, quòd † filius repræsentet patrem, procedit in dispositione legali, secūdum quam filius ingreditur locū patris in hæreditate aui & aliorum ascendētium, uel in hæreditate patrui carnalis, amitæ uel matertera, secus quando agitur in dispositione hominis, quia tunc cessat huiusmodi repræsentatio. Bald. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de lega. 2. Alex. in cons. 4. colum. 4. uers. fortificantur uol. 4. & in consi. 129. col. 2. uer. istis sic. uol. 5. Dec. in consi. 1. 87. col. fi. 527. nu. 9. 553. in princ. & 408. in fi. vbi inquit, ita fuisse iudicatū in Rota Curiæ Romanæ 478. in fi. 474. nu. 7. & 480. nu. 9. Ias. in l. 2. C. de success. edic. & in consi. 37. inter consilia Rub. Alex. ubi attestatur hanc sententiam ueram & magis communem. idem Rub. in consil. 36. cum quatuor sequentibus. Goz. in consi. 29. col. 2. Paris. in consi. 30. nu. 63. uol. 2. 90. num. 46. uol. eod. Soc. Iun. in consi. 9. nu. 2. uol. 2. 149. nu. 10. uol. eod. & 140. nu. 11. uol. 3. quam partem uti communem sequuntur Bero. in consi. 94. nu. 15. uol. 2. Grat. in consil. 27. nu. 20. uol. 1. & uti frequentiori calamo receptam Dec. in consi. 480. Port. consi. 52. nu. 5. cum sequenti. ubi inquit, quòd maior pars doctorū maximè auctoritatis sequitur hanc opinionem, quæ tenenda est, tanquàm magis ueram & magis communem. & in cons. 128. nu. 12. Crot. in cōsi. 9. & quam uti magis communem sequitur Alcia. in cons. 25. tomo. 1. lib. 2.

Verum quia multi sunt qui disentire uidentur ab hac sententia, ut dixi in consil. meo. 68. in 1. uol. ideo & alio modo respondetur, quod filius non ingreditur locum patris, quando testator substituit. proximiores, ut per Didac. in libro prac. quæst. cap. 37. ubi reprobat Tiraquel. aliter sentientem, pro cuius confirmatione adducitur Port. in consi. 128. col. 3. in fi. uersi. quibus tamē non obstantibus, ubi inquit, quòd si testator substituit proximiores, frater solus excluso nepote ueluti proximior admittitur: nā cum testator proximiorem nocauerit, sanè ordinem graduum uerè non autem interpretatiuè perpendisse uidetur, & ideo quòd cum hæc interpretatio iuris rationi accomodatior est, præferenda est, ne aliàs proximioris adiectio superflua esset, quod à iuris ratione dissidet. l. si quando, de lega. 1. quod & aliis rationibus comprobat, quas non refero, cum uideri possint. idem tenuit Paris. in consi. 30. num. 59. uol. 1. & in consi. 40. nu. 17. uol. eod. & Dec. in consi. 1. col. fi. uersi. 4. sed in casu præsenti testator uocauit agnatum proximiorē, ergo &c.

Tertiò respondetur, quod supradicta conclusio locum non habet in hæreditate aliorum transuersaliū, in qua filius non subintrat locum patris, cum tātum ea procedat, ut supra dictum fuit, in hæreditate ascendentium uel patrui carnali, Ang. in §. reliquum. in authenti. de hæred. ab intesta. in 3. notabili Dec. in cō si. 1. col. 2. 87. col. fi. 527. nu. 9. Paris. in consi. 30. nu. 4. uol. 2. & in cons. 20. nu. 25. uol. eod. ubi dicit, quod licet de iure communi uerum sit, quod † in successio-
34 ne filius repræsentet locum patris præmortui uel matris quādo agitur & tractatur de successione aui uel alterius ascendentis. item & quando agitur de successione patrui, secus tamen in aliis casibus: quia tunc non subintrat locum patris nec eum repræsentat, sed proximior succedit, & qui potior est in gradu transuersalium, potior est in successione earum. iterum in consi. 36. colum. 2. uolum. 2. Port. in consil. 52. nume. 5. & 111. num. 5. sed in casu nostro sumus in successione transuersalium, ergo non obstat conclusio supradicta.

Et quod in terminis nostris attendi non debeat proximitas tempore conditi testamenti uel mortis testatoris sed tempus euenientis conditionis, apertè demonstratur ex communi conclusione, quæ habet,
35 q † quoties dispositio testatoris est collata in aliquod tempus futurum & incertum, tunc illa dispositio, quæ respicit futurum tempus, non restringitur ad proximiores, qui erant tempore testamenti, iuxta l. si cognatis. ff. de reb. dub. sed extenditur ad existentes tempore conditionis euenientis, & sic in tempus

quo

quo defertur fideicommissum ita Ioan. And. in addi. ad Spec. in rubrica de testa. col. 3. uersicu. item Lambertinus. Alexan. in consi. 22. & 26. uolum. 3. Dec. in
36 consi. 38. col. 4. ubi † dispositio testatoris collata in tempus futurum non restringitur ad descendentes natos tempore conditi testamenti sed etiam in nascituros, & sic in his qui reperiuntur tempore conditionis fideicommissi, & in consil. 217. in fin. ubi dicit, quod licet quando testator in fideicommisso uocat alios filios hæredes institutos & suos pronepotes, nati & concepti post mortem proaui testatoris non uideantur esse de suis. l. Titius. ff. de suis & legit. tamen illud procedit in successione ab intestato non quando agitur de successione ex testamento collata in euentum cuiusdam incertæ substitutionis. quia eo casu attenditur tempus euenientis conditionis. rursus in consi. 253. in fi. 468. col. 4. in fi. uersic. & dominæ Aluisiæ. 498. nu. 20. & in rubrica. C. de succes. edic. Soc. in consi. 10. col. fi. uolum. 3. ubi concludit, quod & si quando uocantur cognati uel illi de familia à testatore ad aliquod fideicommissum ueniant tantum illi, qui reperiuntur de familia tempore mortis, ut in l. cum ita. §. in fideicommisso. de lega. 2. tamen quando fideicommissum est conditionale, satis est quod sint agnati & de familia concepti tempore existentis conditionis, Ruin. in consi. 22. nu. 8. uol. 2. 96. nu. 17. ubi in terminis nostris loquitur 100. nu 5. 219. nu. 10. 258. nu. 15. & in consil. 223. nu. 16. uol. eod. ubi substitutione facta sub illa conditione, si domus alienabitur, ueniunt descendentes nati uel concepti tempore alienationis. & sic purificatæ conditionis. rursus in consi. 143. nu. 10. uol. 3. Paris. in consi 31. nu.
37 41. uol. 2. ubi tradit, quod † quando substitutio est facta per uerba deuotantia tractum temporis futuri cō prehendit etiam nepotes conceptos & natos post mortem testatoris, & quod attenditur tēpus euenientis conditionis, & quod satis est quod concepti reperiantur tempore quo cedit dies fideicommissi, in cō sil. 39. nume. 16. 41. nume. 9. 83. nume. 13. 88. colum. penult. in princip. & in consil. 36. nume. 10. uolum. eod. ubi concludit, quod si testator filio suo seu liberis præmorientibus, & decedentibus uocat liberos masculos filiorum suorum superuiuentes, dicta uerba considerant tempus euenientis conditionis, & sic illos qui tunc temporis erunt superuiuentes, & non conceptos nec natos tempore conditi testamenti uel mortis testatoris. & ideo quod satis erit, quod tē pore euenientis conditionis pronepotes, de quibus in casu suo, reperiantur superuiuentes, cum testator non tantum cogitauerit de natis sed etiam de nascituris. motus hac ratione, quia dicta dispositio erat collata in tempus conditionis euenientis, per l. ei quoque. ff. de pecul. lega. Alcia. in consi. 80. num. 3. in 3. tomo, & hanc esse communem opinionem attestātur Cepha. in consi. 16. nume. 63. & 262. nu. 8. & magis communem Rub. Alex. in consi. 8. in fin. & in consil. 28. col. 3. & Ceph. in allegato consi. 262. nu. 16. Curt. Iun. in consi. 111. nu. 19. idem uoluit Soci. Iun. in consil. 126. nu. 53. uol. 1. ubi dicit, quod quando fideicommissum est dilatum in futurum euentum & in euentum conditionis, si nulli masculi superfuerint, qui euentus erat incertus, & poterat longissimo tempore post mortem testatoris euenire, quo tempore non potuissent reperiri aliquæ fœminæ ex suis descendētibus, quæ eo uiuo fuissent in rerum natura sed aliæ post mortem natæ uel conceptæ, quod illæ omnino ad fideicommissum admittendæ sunt: quia de eis etiā testator sensisse uidetur, & illas quantum ad fideicōmissum censetur dilexisse, licet nunquàm uiderit, ad hoc facit gl. in l. eum qui. in uerb. conditio. ff. de con-
38 di. & demon. ubi sic dicitur † in legato conditionali solummodo tempus existentis conditionis inspicitur, allegat. l. interuenit. ff. de lega. pręstan ubi id etiā uult Odofred. prout & dictam. l. ad hoc allegant Soc. in l. si cognatis. in 4. notabili. in uer. ex quibus infertur. ff. de reb. dub. Cepha. in consi. 16. nu. 63. & Crot. in consi. 58. num. 27. uers. non obstant. sed in casu nostro uerba sunt plusquàm clara, ꝙ dispositio dicti quondā Illustr. domini fideicommittentis est collata in futurum euentum cōditionis & incertum: quia prædictus dominus testator instituit hæredem suum Illustr. Ioannē Iacobum Triuulcium & ei substituit filium eius primogenitum masculum legitimum & de legitimo matrimonio, uel eius primogenitum si minus, alium filium maiorem natu post primogenitum dicti substituti si aderit, & ubi deficeret linea descendentium dicti hæredis sui instituti, eo casu sibi substituit agnatum suum masculū legitimū in gradu proximiorem. Cum ergo collata sit dicta dispositio testatoris in futurum tempus & incertum, certè negari non potest quin attendi debeat proximitas agnati tempore euenientis cōditionis, & sic ꝙ supra dicti Illustr. domini Ioannes Franciscus & Iacobus fratres unà cum altero Illustr. Francisco Marchione. qui reperiuntur proximiores agnati tempore quo cessit dies fideicommissi, admittendi ueniant ad ipsum fideicommissum excluso prædicto Illustr. domino Georgio tanquam existente in remotiori gradu. Nam aliter dicere esset insulsum & supinum & contra omnem rationem legalem. ¶ Nam aduertendum est. quòd cum testator tempore sui testamenti cogitauerit, ꝙ in casu euenientis conditionis incertę propter multas substitutiones per eum factas, quæ longissimum tractum temporis respiciunt, non poterat esse in rerum natura quondam Illustr. Comes Ioannes Firmus tempore sui testamenti sibi proximior. ideo ordinauit, quod proximior agnatus, qui reperiretur tempore euenientis conditionis, admitteretur & non proximior tempore testamenti. unde cum ista sit clara uoluntas & mens testatoris, quæ omnino attendi debet, cum omnia regat, gubernet & primum locum obtineat, obseruanda uenit l. in cō ditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. Nā eam sequi debemus ut uenator leporem. Bal. in l. quidam. C. de hæred. insti. Soc. Iun. in consi. 84. col. 1. uolu. 1. & in consi. 126. in princ. uol. eod. & tanto magis hoc dicendum uenit stantibus uerbis ipsius testatoris, dum dicit. quod ubi deficeret linea descendentium hæredis sui instituti, eo casu sibi substituit agnatum suum masculum in gradu proximiorem. Nam ponderanda sunt illa uerba eo casu, quæ sunt limitatiua fideicommissi & substitutionis ad casum in quo linea descendentium hæredis instituti deficeret, & sic ad tempus, quo dies fideicommissi cedit & hoc ex mente & uoluntate testatoris, quæ ex huiusmodi uerbis colligitur, ad tradita per Ancha. in consilio 357. colum. tertia, uersicu. 3. Roma. in consilio 131. in uersicu. 2. Dec. in consil. 99. col. tertia, & in consil. 336. colum. prima, inquit, quod dicta uerba limitant fideicommissum, ita ut non trahatur dispositio
39 testatoris extra illum casum, & in consil. 273. vbi † illa uerba restringunt dispositionem precisè ad casum expressum, ergo ad casum euenientis conditionis, Paris. in consi. 30. nu. 55. volu. 2. vbi post alios ibi per eū
40 citatos inquit, quòd † si testator in substitutionibus suis tunc vltimo morięti substituit proximiores, ista uerba exponuntur, hoc est, quòd per fideicommissum illi succedant, qui proximiores tunc reperiūtur, quia

illa

41 †illa dictio, tunc, denotat extremitatem temporis. l.
4. §. fi. ff. de condi. & demon. & limitat dispositionem
testatoris ad casum tantum formaliter expressum, er-
go idem dicendum uenit in casu nostro per dicta uer
42 ba eo casu, (quæ†etiam important extremitatem tem
43 poris, cum idem importent illa†verba eo casu, quòd
dictio tunc, gl. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthu.
in uerbo tunc, ubi Ange. in 8. col. exponit dictionem
tunc, idest, eo casu, uel eo tempore.

Restat modo, ut remoueantur, quæ in contrarium
adducta fuerunt, & quoad primum dicitur, quòd ar-
gumētum ipsum procedit in legato uel fideicommis-
so puro & simplici secus in conditionali, glos. in d. l.
eum qui. in verbo, conditio. ff. de condi. & demon. So-
ci. in d. l. si cognatis. in 4. notabili, Pau. de Cast. in con
sil. 78. uiso præmisso. secundum antiquam impressio-
nem. Ruin. in consi. 96. nu. 17. vol. 2. & 123. nume. 16.
volu. eod. sed nos sumus in fidei commisso conditio-
nali, ergo &c.

Similiter ad secundum respondetur, ꝙ in contra-
rium est communis opinio, ut uideri potest supra in
ver. aut vult venire secundo.

Vltimò non obstat representatio supra allegata:
quia, vt supra dictum fuit in ver. aut quartò vult veni-
re, satis liquidò constat ex rationibus & auctoritati-
bus ibi allegatis representationi locum nō esse in ca
su, de quo agitur.

Quoad ultimum caput dicitur, quòd ex quo dicti
Illustres Comites Ioannes Iacobus & Franciscus, ac
Marchio Franciscus reperiuntur proximiores dicto
Illust. quondam fideicommittenti tempore euenien-
tis conditionis (ut supra dictum fuit) tanquàm existē
tes in eodē gradu succedere debent oēs in dicto fidei
commisso, quamuis in substitutione fuerit vocatus in
numero singulari agnatus proximior, vbi deficeret li
nea descendentium hæredis instituti quoniam indu-
44 bitati iuris est, quòd†testator in dubio videtur velle
id quod lex disponit, & ꝙ succedentes habeant succe
dere secūdum ordinem legis. l. cum fratrem. vbi Bal.
in fin. C. de cond. inser, Deci. in consi. 47. in fi. Port. in
consi. 52. nu. 10. Crot. in cons. 36. nume. 4. l. Gallus. §. j.
vbi Scribentes. ff. de lib. & posth. & in l. hæredes mei.
§. cum ita. ff. ad Treb. Alex. in cons. 55. nume. 4. vol. 4.
45 quoniam † testator fingitur cogitare illud quod lex
disponit, Bal. in l. precibus. col. pen. in prin. C. de im-
pub. & aliis substit. Crot. in consil. 7. nu. 38. Emilia. in
consi. 44. nu. 5. & 12. nu. 17. 60. num. 4. & 139. in fi. sed
sic est, quòd secundum veras & communes cōclusio-
46 nes, quādo†uocatur proximior, & sunt plures in eo-
dē gradu, perinde est acsi testator uocaret proximio-
res in numero plurali. §. si plures. insti. de legit. agna.
succes. vbi licet lex uocet proximum ad successionē,
si tamen sunt plures æquè proximi & in eodē gradu,
omnes pariter admittuntur, ergo uidetur ꝙ uocatio
47 agnati proximioris ad omnes extendatur. Nam†nu-
merus singularis tunc verificatur in pluribus vel ecō
tra numerus pluralis verificatur in uno, quando ea-
dem est ratio, puta quando reperiuntur plures in eo-
dem gradu, nam nulla diuersitas considerari potest,
ꝙ unus magis admittatur quàm alter, ideo omnes si-
48 mul admittuntur. similiter quando † testator substi-
tuit filio suo decedenti sine liberis, & filius decedit
relicto uno filio uel filia, ratio suadet, quòd ita exclu
datur substitutus sicut si liberi plures relicti essent l.
non est sine liberis. ff. de verb. signi. l. j. ubi omnes no-
tant C. de condi. insert. Port. in cons. 13. nu. 25. Natta
in cons. 200. num. 6. secus quando esset diuersa ratio:
quia tunc numerus singularis ad plures nō pertinet.
l. fi. ff. ad Treb. Craue. in consi. 161. num. 4. & ita in ter
minis nostris consuluit idem Craue. in consi. 280. nu.
3. cum sequentibus. Facit, quod uoluit Bal. in l. de qui
49 bus, char. pen. ff. de ll. ubi inquit, quòd† quando plu-
ra habent eandem rationem, licet de uno fiat mētio,
uidetur fieri exemplariter & non restrictiuè, & Bald.
sequitur Alex. in cons. 75. nu. 4. uolu. 5. Nec mirū hoc
50 esse uidetur, cum†uicissim singulare pro plurali ca-
piatur & ècontra, Zas. in l. 2. nu. 32. ff. de orig. iur. Bal.
in l. cum inter ueteres. C. de fideicom. libert. ubi uult,
51 quòd†in omni materia, etiam ubi non sit fauor liber
tatis, numerus singularis uerificetur in plurali, Ias. in
l. qui filiabus. §. j. de leg. j. Stante igitur hac conclusio
ne, quæ uera est, & ab omnibus recipitur, indubitata
resultare uidetur sententia, quòd cum dicti Illust. Co
mites Ioannes Iacobus & Ioannes Franciscus fratres
ac Marchio Franciscus sint in pari gradu & non sunt
52 fratres fideicommittentis nec filii fratrum, ꝙ†fidei-
commissum distribui debet inter eos in capita & nō
in stirpes, per tex. in §. si uerò neque. in auth. post fra-
tres. C. de legit. hæred. & ubique per Scriben. Paris. in
cons. 37. in fi. uolu. 2. Ange. in §. cum filius. col. 2. in fi.
ver. item quia, insti. de hære. quæ ab intest. Ruin. in cō
si. 154. in prin. vol. j. Bero. in cons. 68. col. 2. in princi,
vol. j. Emil. in cons. 70. nu. 16.
53 Nec habet obstare, quòd†cum testator fecerit men
tionem de primogenitis tam post institutionem hæ-
redis quā post substitutionē, tūc de agnato proximio
re, quod etiam multum cōsonat, quòd uoluerit agna
tum proximiorem substitutum, qui in medio claudi-
54 tur, fore primogenitum: quia†una pars declarat aliā
l. qui filiabus. cum aliis uulgaribus. ff. de lega. j. & per
ea quæ notat Dec. post alios relatos in cons. 515. vbi
55 † si facta fuit mentio de masculis in una parte testa-
menti & in alia parte testamenti sit dictū de filio sim
pliciter, intelligitur de filiis masculis. Quia respon-
detur, quòd licet istud sit uerum, tamen nō debemus
56 dicere, quòd†qualitas apposita in uno capitulo testa
menti dicatur repetita in alio capitulo separato, cla-
ro, & nō dubio cōtinente orationem perfectam & di
uersas personas, ut est casus præsens, maximè cum in
uno quoque capitulorum ipse testator specialem &
claram fecerit substitutionem & dispositionem, quo
fit ut clausula & qualitas in una apposita nō possit re
ferri ad aliam, ut per Bar. & modernos in l. talis scri-
ptura. §. fi. de lega. j. Alcia. in cons. 8. nu. 34. in 3. tomo.
eo etiam maximè: quoniam regula generalis & com
57 munis habet, quòd†dispositio testatoris facta in uno
casu nō extēdatur ad alium. l. commodissime. ff. de li
be. & posth. Paris. in consi. 87. nu. 49. uol. 2. nec ita pas
sim procedit decisio Decij & aliorum per eum cita-
torum: quia cōtrarium tenuit idem Deci. in cōsi. 416.
nu. 19. Alex. in cōsi. 38. nu. 3. cum sequenti uolu. 7. ubi
58 manifestè cōcludit, qualitatē †masculinitatis expres
sam in uno capite non trahi ad aliud caput nec ad a-
liud cēseri repetitam. & in cōsi. 87. uolu. 2. ubi deter-
59 minat, quòd†qualitas masculinitatis solū uenit cōsi
derāda in casibus prouisis & expressis nō aūt in aliis
sic omissis, & sic ad casum præsentem dicta qualitas
primogenituræ cōsiderata & expressa erga descendē
tes hæredis & agnati proximioris nullo pacto cense-
tur repetita in casu præsentis substitutionis factæ de
agnato proximiori, in quo fuit omissa. Nam si testa-
tor hoc uoluisset uerisimiliter sciuisset hoc dicere, vu
de cum omisserit & non expresserit uidetur uoluisse
dispositionem suam terminari secundum dispositio-
nem iuris communis, quæ est, quod appellatione pro
ximioris agnati ueniat agnatus proximior & alij exi
stentes in pari gradu. §. si plures. instit. de legit. agna.
succes. & non primogenitus proximior tantum, &

contra

contra Deci. ubi supra, multum latè consuluit Paris. in consi. 36. uu. 17. cum pluribus sequentibus uolu. 3. ubi cum Curt. Seni. attestatur hanc esse communem. Iaso. in d.l. qui filiabus. colum. j. ubi dicit hoc summè notandum.

SVMMARIVM.

1 Pronomen, meum, præsens tempus significat.
2 Testator si dicit, substituo filio quandocunque decedenti sine filijs legitimis proximiores meos, illud pro nomen, meos, intelligitur tempore mortis testatoris & non postea.
3 Dispositio testatoris quando est collata in aliquem futurum euentum & incertum, in quem verisimiliter erat dubium, an tunc temporis extarent proximiores, qui erant tempore conditi testamenti, uel mortis tunc attenditur proximitas (secundum communem opinionem) tempore euenientis conditionis.
4 Testator quando diuertitur ad plures gradus, ita quòd uerisimiliter non cogitauerit de conceptis in uita, ad mittuntur nati post mortem.
5 Declaratio ad l. si ita. ff. de aur. & arg. lega. quòd in casu ipsius legis non fiat restrictio ad tempus præsens con fectionis testamenti ex ui & natura pronominis meum, sed ex vi & natura dispositionis, quæ est præ sentis temporis.
6 Pronomini non accidit tempus, sed genus, numerus, figura, persona, & casus.
7 Participio bene accidit tempus sicut uerbo.
8 Dispositio dictæ l. si ita. non refertur ad futura sed tan tum ad tempus præsens, quia tempore testamenti te stator non poterat præuidere, quæ futura esse possent uestes, quas legabat, secus si præuidere potuisset: quia tunc uenirent & futuræ.
9 Verba moderari debent secundum naturam subiectæ materiæ.
10 Verborum interpretatio sumitur à ratione subiectæ materiæ.
11 Verba in dubio semper sunt intelligenda & restringẽda secundum naturam subiectam.
12 Dispositio dictæ l. si ita, procedit, nisi uerbum præsentis temporis sit tale, quod eius effectus differatur in futurum: quia tunc iudicatur secundum tempus futurum.
13 Dispositio dictæ l. si ita limitatur non procedere quan do uerbum præsentis temporis ratione adiuncti potest importare futurum: quia tunc uerba ratione adiuncti perdunt naturam, & capiuntur secundum adiuncti naturam.
14 Verba, eo casu, adiecta tempori præsenti operantur, ut uerbum præsens trahatur ad futurum.
15 Verba, eo casu, denotant extremitatem temporis.
16 Verba præsentis temporis cum aduerbio tunc, referuntur ad tempus futurum.
17 Dictio tunc, significat extremitatem temporis.
18 Dictio tunc, idem importat quòd illo tempore.
19 Verba eo casu, idem significant quòd tunc.
20 Dispositio dictæ l. si ita. limitatur locum non habere ubi aliter constat de uoluntate testatoris, quòd uoluerit futura comprehendi.
21 Verborum rigor & forma postergatur in ultimis uoluntatibus, ubi de mente testatoris constat.
22 Verba semper debent deseruire intentioni testatoris & non è contra.
23 Verba sub iugo proferentis tanquàm sub proprio originali consistunt: quia mens loquentis dicitur radix & substantia uerborum.
24 Verba non debent esse sine uirtute aliquid operandi.
25 Verbum quodlibet debet intelligi positum, ne frustra prolatum dicatur, & ne ociosum remaneat.
26 Verba qualibet, dictiones, & syllabæ debent intelligi posita, ut aliquid operentur.
27 Mens testatoris ante omnia inspicienda est, cum totũ faciat in testamentaria dispositione.
28 Reprobatur Bal. in consi. 477. uol. 3.
29 Erubescimus cum sine lege loquimur.
30 Paria sunt legem non allegare uel allegare sed ineptam.
31 Dispositio l. si cognatis. ff. de reb. dub. locum habet in legato puro & simplici non autem conditionali.
32 Doctoris auctoritas eatenus probat quatenus lex quã allegat docet.
33 Lex. prima. §. si quis proximior. ff. unde cognati & l. Titius. eo. ti. procedunt in successione ab intestato nõ autem ex testamento.
34 Opinio illa dicitur esse probata, quæ est disputata per doctores, non autẽ quando persunctoriè loquuntur.
35 Testator, uocãs consanguineos masculos & proximiores de patrimonio seu eius cippo, non intelligitur uocasse, qui reperiuntur tempore mortis sed tẽpore conditionis sequutæ.
36 Terminus, Eius, est pronomen.
37 Illatio recta fieri non potest ex separatis & diuersis.
38 Secunda substitutio recipit interpretationẽ à priore.
39 Verba testatoris quando sunt dubia, tunc sumitur interpretatio à præcedentibus, secus quando sunt clara: quia tunc uerba ipsa attenduntur.
40 Verba testatoris quoties sunt clara, ab eis non conuenit discedere, nec ultra quærendum est.
41 Verba quando sunt clara, non est facienda quæstio mẽtis statuentium.
42 Quod amplia procedere, etiam si actus periret.
43 Verba quando sunt clara non recipiunt interpretationem a consuetudine.
44 Verba quando sunt clara non sunt intelligenda secundum actus.
45 Tenor inuestituræ & eius uerba potius sunt inspicienda quàm natura feudi.
46 Verba expressa denotant uoluntatem testantis.
47 Verba clara per iuris subtilitatem aut strictam uerborum interpretationem impediri non possunt.
48 Nepos ex primogenito iam mortuo præfertur secundum communem secundo genito.
49 Primogenitura est qualitas momentanea, quam subito quis acquirit.
50 Qualitas primogeniti translata censetur in nepotem.
51 In materia primogenituræ succeditur ut in materia feudali.
52 Rationis diuersitas ubi est, ibi & esse debet diuersa iuris dispositio.
53 Testator censetur uelle se conformare cum dispositione iuris communis.
54 Qualitas adiecta uerbo, licet regulariter intelligi debeat

beat secundum tempus uerbi,tamen id fallit,nisi ex uerbis testatoris appareat de contrario.

55 *Conditio quando habet tractum successiuum non sufficit eam momento temporis implere.*

56 *Verbum deficere,intelligitur post mortem.*

57 *Qualitas requisita ad actum debet adesse tempore, quo actus sumat effectum.*

CONSILIVM. XXXIX.

POST Absolutum consilium editum in fauorem Illustrum Comitum Ioãnis Iacobi,Francisci fratrum de Triuulcijs,ac alterius Illustr.Francisci etiam de Triuulcijs Marchionis,mihi ex parte eorũ transmisse fuerunt nonnullæ difficultates, & allegationes eleuatæ per Excellentem aduocatum Comitis Georgij de Triuulcijs, ex quibus demonstrare conatur ipsum Comitem Georgium tanquam proximiorem quondam Illustr.fideicommittenti,præferendum esse in fideicõmisso,de quo agitur, prædictis Illustribus fratribus ac Francisco Marchioni;Et quamuis ipsis satis optimè responsum uideatur per Excellentem consultorem dictorum Comitum & Marchionis,& uerè perspiciam ipsas allegationes magis tendere ad offuscandam ueritatem quàm ad ipsam illuminandam, cum facile sit unicuique contradicere, sed difficiliter dicta sua bene sustinere, ut aliàs solebat dicere Excellentiss. Rin. præceptor meus, dum legeret in Gimnasio Bononiensi. Recoligendo spicas aliquas post terga dicti domini Consultoris uonnulla addu cam in medium pro comprobatione eius, ex quibus demonstrabitur omnem iustitiam militate in fauorem prædictorum Comitum & Marchionis, prædictumque Comitem Georgium omnino excludendum à consecutione dicti fideicommissi.

Et deueniendo ad rem, uideo quod prima limitatio partis aduersæ tendit ad hoc,quod qualitas agnati sui sibi in gradu proximioris,debet referri ad tempus testamenti,propter illud pronomen,meum,adiũctum ad uerbum,agnatum,quia per ipsam demonstrationem meum , tempus testamenti non autem futurum ostenditur. l. si ita. ff. de aur. & argen. lega. ubi

1 Bar. in princip. inquit , nomina † possessiua meum, tuum & suum præsens tempus significare,& per no-

2 tata per Bal.in consi.477.uol.3.ubi † si testator dicat substituo filio quandocunque decedenti sine filijs legitimis proximiores meos,illud pronomen meos, intelligitur tempore mortis testatoris & non postea per l.si cognatis.ff.de reb.dub. quem sequuntur apostillantes ad Bar.in d.l.si cognatis.& nota.Ias.in con sil.159.col.pen.uersi.4.uol.4. & Ruin. in consi. 164. nu.5.uol.3.Alcia.in consi.78.nu.3.lib.9.

Sed ipsa limitatione non obstante contrariam sententiam,quam amplexus est insignis consultor dictorum Comitum & Marchionis , teuendam esse arbitror. & in primis moueor & dico,quod in casu præsenti dicta uerba, agnatum meum,non possunt intelligi de agnato existente tempore testamenti uel mortis testatoris , sed tempore purificatæ conditionis: quoniam(ut dictum fuit in supra dicto consi.)ista est uera & indubitata conclusio ac ab omnibus appro-

3 bata,quod quando † dispositio testatoris est collata in aliquem futurum euentum, & incertum,in quem uerisimiliter erat dubium , an tunc extarent proximiores qui erant tempore conditi testamenti uel mortis,tunc attẽditur proximitas tẽpore euenientis conditionis,ut demonstraui in ipso consilio,pro cu ius conclusionis confirmatione adduco etiam Ruin. in consi.68.nu.9.uol.5.in consi. 117.nu. 20.uolu. 2. 159.nu.8.191.num.16.& 13. uolu. eod.ubi loquitur quando testator reuocauit proximiores post defẽctam lineam masculinam, Dec. in consil.223.in fin. Cort.Iun.in consi.111.nu.19. Soci.in l.si cognatis.co lum.16.uersicu.quarta & ultima conclusio.ff.de reb.

4 dub.ubi † quando testator diuertitur ad plures gradus,ita quod uerisimiliter non cogitauerit de conceptis in uita,admittuntur nati post mortem,qua con-

5 clusione stante cum sit receptissima,respondeo † ad dictam.l.si ita.& dico uetum non esse , quod in casu ipsius legis fiat restrictio ad tempus præsens confe ctionis testamẽ ti ex ui & natura illius pronominis, meum,sed ex ui & natura dispositionis , quæ est præsentis temporis, cũ regula sit cõis, quod extensio nõ fit ad futura,per tex.in l.fi.ff. de libe. lega. in fin. ubi non est pronomẽ, meum,& tamen intelligitur & restringitur dispositio ad existentiam temporis presentis,ita in terminis Alex.in l.1.col.2.ff.de ferijs.ubi inquit, quod etiamsi non esset adiectum pronomen meum,in casu dictæ.l.si ita, ramen dispositio testatoris referretur ad tempus præsens;quia testator tempore testamenti non poterat præuidere, quæ futuræ esse possent uestes quas legabat,ut notat Bar.in l.fin. C.quæ res pig.oblig.pos.& ut probatur in l. fi. §. qui indiuisam.ubi Bar.de leg.2.accedit etiam quod scribit Pau.de Cast.in cons.88.col.2.uol.1.dicens,quod & si ita tex.in d.l.si ita dicat, quod istud uerbum seu pronomen,meum,significat tempus præsens, tamen hoc non potest procedere ex propria natura dicti

6 pronominis,meum: quoniam † pronomini non accidit tempus,sed genus,numerus,figura, persona & casus & quod hoc contingit ratione participij subaudi

7 ti,uidelicet existens meum, cui † participio bene accidit tempus sicuti uerbo,& ideo tex.in d.l. si ita.inquit,quod dicendo meum,præsens tempus intelligitur,quod uerbum,intelligitur, importat aliquid tacitum,quod non fuit expressum sed pro expresso habetur,ut est dictum participium existens . cum igitur dicta lex loquatur in legato puro, & simpliciter facto, nõ mirum si non trahitur ad futura: quia dispositio simpliciter facta refertur ad tempus ipsius dispositionis,Rub Alex.in l.non solum.§.morte.nu.202. ff. de no.ope.nun. Vnde lex ipsa non facit ad terminos nostros,cum simus in casu,in quo dispositio collata est in futurum euentum & incertum , ut iam sæpius dictum fuit , in qua tempus purificatæ conditionis attenditur,& sic dictus terminus , meum , casui nostro obstare non uidetur.

Secundò respondetur,quod legatum,de quo in di

8 cta.l.si ita, ideo † non refertur ad futura sed tantum ad tempus præsens,quia testator tempore testamenti non poterat præuidere,quæ futuræ esse possent uestes quas legabat.Bar.in d.l.si ita.col.2. uersi. si uerò de magno præiudicio,Alex.in d.l.1.col. 2. de ferijs. secus autem quando præuidere potuisset, quia tunc ueniunt & futuræ,Rub.Alex.in d.§.morte.num.202. Castr.in d .consi.88.col. 2.Ang.in consi.261.colum. 2.Craue.in l.1 .nu.34.de lega. 1. At in casu præsenti nos sumus in terminis,in quibus testator uerisimiliter cogitare poterat, quod tempore purificatæ conditionis non poterat esse aliquis de agnatis, qui erãt tempore testamenti uel mortis suæ,propter tot longas substitutiones per eum factas, & quæ lougissimum tractum habere poterant,ergo nõ mirum si dicta dispositio, quamuis facta cum termino, meum , trahitur ad futura.

9 Tertio respondetur. Nam † ratione subiectæ mate-

riæ

tia uerba moderari debet.l.si uno. ff.loca.l.si olei.ubi Bar.C.eo.tit.l.insulam.ff.de præscrip.verb. Cepha.in consi.259.nu.33.Soci.Iun.in cons.j.nu.120.vol.j.ubi
10 †uerborum interpretatio sumitur à ratione subiectæ
11 materiæ Bero.in consi.66.nu.14.uol.j.ubi†uerba semper sunt in dubio intelligenda & restringenda secundum materiam subiectam,& in consi.106.nu.24.uol.eo.& in terminis de pronomine,meum, Ceph.in consi.256.nu.57.sed subiecta materia dictę dispositionis testamentariæ,quæ est collata in dictum futurũ euentum & incertum dictat,ut ille terminus,meum, trahatur ad tempus,quo dies fideicommissi cedit, ergo illud attendi debet.

12 Quartò respondetur,quòd†dicta lex procedit, nisi uerbũ præsentis temporis sit tale, quòd eius effectus differatur in futurum, quia tunc iudicatur secundum tempus futurum.l.filiã.in uerbo referuntur. ff.de aur.& arg.leg.quem tex.ad hoc allegat Ang. in citato cõsi.261.col.j.at in casu nostro effectus istorum verborum, agnatum meum, differtur in futurũ,uidelicet tẽpore purificatæ conditionis,ergo &c.

13 Quintò respondetur,quòd†dicta lex limitatur,nisi uerbum præsentis temporis ratione adiuncti possit importare futurum: quoniam tunc uerba ratione adiuncti perdunt naturam,& capiuntur secundum adiũcti naturam,Affli.in c.j.§.fi.col.5.de feud.guard.& in c.j.col.fi.de contro.inter Epis.& vasal.Soc.Iun. in cõsi.167.col.fi.uol.j.Bero.in consi.17.nu.6.uol.2.sed in
14 terminis nostris uerba,†eo casu,operãtur,ut uerbum
15 præsens trahatur ad futurum,cum†denotat extremitatem temporis,ut in indiuiduo decidit Bar.in l.pen.
16 ff.de testa.tutel.ubi inquit,quòd†uerba præsentis tẽporis cum aduerbio tunc,referuntur ad tempus futurum.Nec obstat secundum eum dicta. l.si ita, quia re-
17 spondet Bart.quòd†istud est propter dictionem tũc,
18 quæ significat extremitatem temporis,quia†tunc,aduerbium idem importat ꝙ,illo tempore, ergo subdit Bar.non potest intelligi de præsenti,cum hoc pronomen,ille,sit demonstratiuum de longinquo. idem tenuerunt Ang.in allegato consi.261.col.2.in fin.Butr.ç.quia circa.col.2.de priuileg.Hercul.in sua disputatione prima,in uersi.quintò fallit.& Craue.in l.j.nu.33.ver.7.limitatur de lega.primo.Nec habet obstare, quòd Bart.ibi loquitur, quando est aduerbium tunc, quia respondetur, ꝙ idem dicendum est qñ sunt ver-
19 ba,†eo casu, quæ idem significant quòd tunc, ut per Ang.in l.Gallus.in prin.post glo.ibi in 7.col.ff.de libe.& posth.& quæ etiam important extremitatem tẽporis,Deci.in l.fina.in j.notabili C.de impub.& aliis substi.Soc.Iun.in consi.190.nu.9.vol.2. Bero.in cõsi.99.nu.9.uol.2.& 35.nu.2.uol.3.

20 Sextò dicitur,quòd†dispositio dictæ.l.si ita,limitatur, locum non habere ubi aliter constaret de mente testatoris, quod uoluerit futura comprehendi, licet referantur uerba ad tempus præsens, Cald.in consil.j.de constit.Ang.in citato consi.261.col.3.in prin.in ver.ordo igitur.Craue.in d.l.j.nu.29.uersi.tertiò limi-
21 tatur, nam†uerborum rigor & forma postergatur in ultimis uoluntatibus, ubi de mente testatoris cõstat, Ang.in consil.222.in princ.per l.tertiam,C.de liber.præter.Soc.Iun.in consi.85.nu.7.uol.j.97.nu.13.uol.
22 3.item testatoris†uerba semper debent deseruire intentioni ipsius non autem econtra, cap.2.requiris.de appella.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excusa.tuto.Soc.Iun.in consil.120.nu.25.uol.j.& 124.nu.16.uol.eo.& ideo eleganter dicebat Bal.in c.mandatum. in princ.
23 de rescrip.quòd† uerba sub iugo proferentis tãquàm sub proprio originali consistunt: quia mens loquẽtis dicitur radix & substantia uerborum,Soc.Iun.in consi.10.nu.20.uol.j. sed in casu præsenti constat de uoluntate testatoris, ꝙ uoluerit comprehẽdere futura, ut patet:quoniam dispo suit,ꝙ ubi deficeret linea descendentium hæredis sui instituti, substituebat agnatum suum legitimum ut supra,idest, ex legitimo matrimonio procreatum sibi proximiorem. quæ verba ex legitimo matrimonio procreatũ,non possunt adaptari ad tempus conditi testamenti, cum eo tempore nullos haberet agnatos ex nõ legitimo matrimonio, ergo ex dictis uerbis clara perspicitur mẽs testatoris,
24 ꝙ intellexerit de futuris,aliàs dicta †uerba essent sine uirtute aliquid operandi,contra.l.si quando de lega.primo,& notata per Bal.in rub.C.de contrah. em
25 pr.q.9.Soc.Iun.in consi.116.nu.55.uol.j.nam †quodlibet uerbum debet intelligi positum, ne frustra prolatum dicatur,& ne ociosum remaneat,Socin.Iun.in
26 consi.j.num.44.vol.4.imò †uerba quælibet & dictiones,ac etiam sillabæ debẽt intelligi posita ut aliquid operentur & ne sint ociosa. cum ergo ista sit mens te-
27 statoris,ab illa recedendum nõ est:quia†ante omnia inspicienda est.l.in conditionibus primum locum.ff.de condi.& demon. cum totum faciat in testamentaria dispositione.l.ex facto. la grande. circa medium. ff.de hæred.insti.

28 Non obstat†decisio Bald.in citato consi. 477.quia respondetur, quòd eius dictum subsistere non potest
29 quoniam Bald.sine lege loquitur, & ideo†erubescimus cum sine lege loquimur,uulgata .l.illam.de collat. Nec refragatur, primo allega. l. si cognatis. de
30 reb.dub.quia†dicitur, paria esse non allegare legem uel allegare sed ineptam,uulgata.l.quoties. ubi Iaso. ff.qui satisda.cog. faciunt scripta per doctores in l.4.
31 §.condemnatum.ff.de re iudi.sed†d.l.si cognatis.loquitur, quando legatum relictum fuit purum & simplex non autem conditionale ut hic, ut dixi in d.consi.& ita legem ipsam etiam declarant Ruin.in consil.96.nu.16.cum sequenti uol.2.160.nu.10. & in consi.191.col.fi.uol.cod.Soc.in consi.10.col.fi.uolum.3.& hanc esse communem tradit Cur.Iun.in consi.58.nu.
32 6.Nam†doctoris auctoritas eatenus probat quatenus lex quam allegat docet,Bar.in l.non solum.§.liberationis uerba ff.de cib.lega.Dec.in consi.622.nume.5.Port.in cons.36.nu.53.idem etiam respondet Rui.in
33 consi.159.nu.12.uol.2.ubi † & respondet ad l.primã §.si quis proximior. ff.unde cogna. ꝙ ea procedit in successione ab intestato non autem ex testamento, ut etiam dixerunt Alex.in consi.26.in ult.col.ubi etiam ita respondet ad l.Lucius.ff.eod.tit.Ruin.consil.158.nu.15.circa fi.uol.2.Dec.in consil.445.nu.20.207.in fi.Paris.in consil.36.nu.10.uol.2.Nec uis fieri potest, quòd opinio Bald.sit cõmuniter approbata,quia per dominum Consulentem ẽt bene fuit responsum, ꝙ
34 † illa opinio dicitur approbata, quando est disputata,non autem quando perfunctoriè loquuntur doctores,Paris.in consi.91.col.fi.uol.3.Soc.Iun. in consil.j.col.fi.uol.j.& 119.nu.6.uolu.j.Grat.in consil.55.col.5.uol.j.Ceph.in consi.278.numer.10.sed in terminis Bal.nõ apparet de aliqua disputatione, imò apparet(ut dictum fuit)ꝙ malè fundatur eius opinio,ergò ei nullatenus standum,& contra eius sententiam (licet de eo non faciat mentionem)tenuit Ruin.sibi cõtrarius in consi.96.nu.16. cum sequenti uol.2.in quo casu ẽt consuluit Paris.in cons.36.uol.2.& pro sententia nostra bene facit quod scribit Crot.in consil.54. quærit
35 enim ibi Crotus,testator†uocauit cõsanguineos masculos & proximiores de patrimonio seu eius cippo, nunquid intelligatur uocasse illos solũ qui reperiuntur de familia tempore mortis,& inquit,ꝙ prima facie uideretur dicendum quòd sic,per l.si cognatis.de reb.

reb.dub. tamen postea concludit contrarium, & respondet ad obiectum, quòd illud non procedit quan do fideicommissum est cōditionale, per l. interuenit.
36 de leg. præstā.& tamen ibi erat terminus, eius, † quod est pronomen, ut per Bero. in consi.57.nu.48. uolu.2.

Respondetur & alio modo per insignem consulētem, & maturè ad Bal. quòd eius decisio, quatenus esset uera, non quadrat ad casum præsentem: quia in casu suo ille terminus, meus, erat coniunctus comparatiuo proximiores, ita quòd erat appositus ad determinationē uerbi, proximiores. ideo meritò dubitari poterat, an prædictum comparatiuum, proximiores, restringeretur ex adiecto termino, meus. at in casu nostro illud comparatiuum, proximiorē, nō habet adiectum pronomen, meum agnatum, unde cū illud pronomē accessoriè respiciat agnatum, ad illum restringendum est, Bar. in l. fi. ff. de reb. dub. dum allegat l. filium. ff. quando dies lega. ced. Alex. in l. si idem cū eodem. §. fi. ff. de iurisd. om. iud. Paris. in consi.36. nu.2.& uol.j.86.nu.48.uol.2. Abb. in consi.75. col.2. uol.1. & nō est referēdum ad dictū uerbum, proximiorem, uti habens qualitatem determinatum ex illo uerbo, mihi, addito comparatiuo, proximiorem, Abb. in c. cum dilecti. de appellat. & Paris. in consiliis supra citatis. item si diceremus, illud pronomen, meum, referri ad comparatiuum, proximiorem, utique illa dictio, mihi, esset superflua, quod dicere non debemus l. si quādo, de lega. primo. cum (ut iam dictum fuit) uerba quę libet & dictiones ac etiam syllabæ debēt intelligi posita, ut aliquid operentur & ociosa non sint, Soc. Iun. consi.89.nu.15.uol.3.

Vltimò dicitur, quòd etiam præsupposita opinione Bald. pro uera, illa nihil facit ad propositum: quia in casu nostro multa concurrunt, ut supra demōstraui, dum responsum est ad l. si ita. ff. de aur. & arg. lega. ex quibus clarè liquet, uerba testatoris debere intelligi de futuris proximioribus & non de presentibus tēpore conditi testamēti uel mortis testatoris, quæ ces
37 sant in casu Bald. unde † ex separatis & diuersis recta fieri non potest illatio. l. Papinianus exuli. cum aliis uulgaribus. ff. de mino.

Circa secundam limitationem, quia illi maturè & accuratè responsum fuit per dominum Consulētem, pertranseo cum ipsius responsione & illi adhereo.

Similiter non obstat tertia limitatio, quæ secundū dominum Georgium resultare uidetur à mente testatoris, collecta ex uerbis testamenti à qua in fideicommissis ius omne depēdet, uidelicet, quòd sicut in prima institutione descendentium à quondam Comite Ioanne Iacobo hærede instituto testator, dum uocauit eius primogenitum & postea in infinitum, nō cōsiderauit eum, qui haberet qualitates tēpore euenientis conditionis, & sic quòd qui tunc esset primogenitus cæteris præferretur, sed uoluit primogeniti præmortui filium illi præferri, qui tempore conditionis impletæ esset maior natu & proximior, ita etiam uoluit in secunda substitutione, ut qualitas non attendatur tempore conditionis impletæ sed præmortui, qui qualitates habuerat, filius eius, qui de præsenti qualitates habet, præferatur, quod arguitur ex regu
38 la generali, quòd † secunda substitutio interpretationem recipit à priore. l. fi. ubi Scribentes ff. ad Trebel. Dec. in conf.227.nu.3. tum etiam ex uerbis testatoris, qui ordinem supra datum expressè repetere uoluit. Quia respondetur, quòd huic limitationi respōsum fuit acutissimè per dominum Consulentem, quòd ue
39 rum est, quòd † quando sumus in dubio, sumenda est à præcedentibus, secus quando uerba testatoris sunt clara, quia tunc attenduntur uerba ipsa. Ambigui.n.
40 iuris nō est, quòd † quoties uerba testatoris sunt aperta, ab eis non conuenit discedere, nec ultra est quærēdum l. non aliter, de lega.3. l. ille aut ille. §. cū in uerbis. eo. titu. Soc. Iun. in consi.3. num.36. uol.j. consi.2.
41 nu.29. uol. eo. & in consi.71. nu.9. uol. eo. ubi † quando uerba sunt clara non est facienda quæstio, quę fuerit mens statuentium, Dec. in consil.51. col.2. circa fi.
42 & in tantum uera est huiusmodi cōclusio, quòd † procedere uidetur etiam si actus periret, Ias. in l. quoties. ff. de uerb. obli. Craue. in consil.288. col.2. in fin. Item
43 † etiam dicta uerba non recipiunt interpretationem à consuetudine, Deci. in consi.49. col.2. nec à statuto Barba. in consi.36. uol.2. Cepha. in consi.199. num.7. cum pluribus sequentibus. & in consi.138. num.6. ubi
44 † quando uerba sunt clara, nec quidem secundum actus sunt intelligenda, hinc est secundum eum quod
45 uidemus, quòd † tenor inuestituræ, & eius uerba sunt potius inspicienda quàm natura feudi. c. j. ubi feudistæ. de duobus fratrib. & c. rursus in consi.251. nu.21.
46 & Bero. in consil.71. nu.8. uol.j. Nam † uerba expressa denotant uoluntatem testantis, Cepha. in conf.87. nu
47 mer.8. quæ † per iuris subtilitatem aut strictam uerborum interpretationem impediri non debet, Soc. Iun. in consi.113. nu.34. uol.j. Quòd autem sit clara uoluntas testatoris, patet ex uerbis ipsius, quæ (ut dixi) demonstrant eius voluntatem, Soci. in consil.13. nu.17. vol.4. quia in casu præsenti verba aliqua non sunt significantia nec apta significare, quòd substitutio aliqua facta fuerit in fauorem primogeniti proximioris agnati. Imò dicitur, quòd diuersa est dispositio institutionis à substitutione facta de primogenito proximioris: quoniā si in prima substitutione est nominatus nepos primogeniti præmortui ante euentum cōditionis vel illius purificationis, id euenit: quia cum ius primogenituræ esset radicatum in persona quon. Illustr. Ioannis Iacobi hæredis instituti. opus fuit, q recta linea ipsius obseruaretur, & quòd non fieret digressio ad transuersales, cū sit de natura primogeniti constituti ad deferendum aliquod patrimonium primogenito, ut gradatim linea recta attendatur dū fieri potest, & quòd non fiat diuersio ad transuersales, qui à primogenitis eiusdem gradus fuerunt exclusi, ut per Did. in tract. variar. resolut. c.38. nu.6. unde nō debet esse mirum (ut etiam dicit dominus Cōsultor) si radicata primogenitura in persona quond. Illustr. Ioānis Iacobi voluerit nepotes ex filio prædefuncto
48 præferri secundo genito, cum † ea sit natura primogenii & à iure constitutum sit, ut cum quis decedit relicto nepote ex primogenito iam mortuo & secundogenito, licet ipse sit proximior fratri, is nō sit primogenitus, sed qui decessit, vt est videre apud Oldra. in consi.224. Alb. in proœ. Pand. in ver. discipuli. Bal. in l. ex hoc iure. col.2. versic.6. quæritur. ff. de iust. & iur. Abb. in c. licet de uoto vbi Anch. nu.18. Floria. & Cardi. in vlt. q. Io. And. in addit. ad Specu. in rub. de feud. col.3. ver. redeundo. Alua. in c. j. vbi etiam & Præpos. de feud. March. Soc. in consil.47. vol.j. Gram. decis.1. Anch. in c. grandi. in 2. notabili. de supplen. negl. prælat. Rom. conf.29. Io. Cirier. de primogen. lib.j. q.25. & sequenti. Pau. de Cast. in l. is potest. nu.2. vbi etiam Are. col.2. de acqui. hered. Io. Fab. in §. cum filius. col.2. Instit. de hære. quæ ab intesta. Did. abundè in tract. prac. quæst. c.38. num.6. Tiraq. latissimè in tracta. primogen. quæstio.40. & hanc esse communem firmant Bal. in consi.10. col.4. vol.1, 356. vol.2. Aret. in consi.164. Cassa. in consi.53. col.17. versic.11. non obstat & magis communem. Alc. parerg. ca.15. quia quamprimum natus est, sibi, & posteris ius primogenituræ
49 uindicauit, cum † primogenitura sit qualitas momē-

tanea,

tanea, quam continuò quis acquirit ut natus est, Pau. de Cast. in d. consi. 164. & ita etiam confestim alios excludit postea, quandiu superest uel aliquis ex eo, & hoc ius ueluti ex propagatione, & radice ipsius competat, ideo nimirum si quocunque postea tempore tractatur de iure primogenituræ filius primogeniti tanquam primogenitus præferatur, quod iure non recipitur in transuersali, quoniam filius admittendus non est nisi purificata qualitate in persona patris. Item & si testator nepotem uoluit admitti,
50 id resultat etiam ex eo quia † qualitas primogeniti translata censetur in nepotem, ut per doctores in c. licet. de uoto. Scribentes in l. is potest. de acqui. hær. Rui. in consi. 19. col. 1. uol. 1. quod inductum fuit ex consuetudine & dispositione particulari, ut per doctores communiter in d. l. is potest. teste Bero. in consil. 72. nu. 35. uol. 1. quod aliter dicendum uenit in transuersali, qui non transmittit qualitatem, nisi postquā fuerit in eo radicata ut in casu præsenti. unde primogenitura, quæ fuerat ante non est habenda in consideratione, cum non extiterit tempore, quo actus deducendus est ad effectum, iuxta notata per Dec. in consi. 214. col. 1. per notata per gl. in Clem. ut hi qui. in uerbo constitutus. de æta. & qualit. & ideo bene dixit Alb. in consi. 60. in fi. ex quo pater primogeniti non erat in rerum natura quando mortua est Do. Monica, de qua in casu suo, quod primogenitura eius patris non erat considerabilis, cum non extiterit tempore quo actus deducitur ad effectum, quod & pro-
51 bat dominus Consultor alio medio: quia † in materia primogenituræ succeditur ut in materia feudali, teste Cels. in consi. 38. nu. 10. & in qua materia feudali nepos succedit auo, licet pater præmortuus sit excluso patruo, non sic in transuersali, ut hic, quia filius ex patre præmortuo non excludit patruum. & pro comprobatione Celsi. in d. consi. uideatur Socin. in consi. 47. nu. 4. uol. 3. ubi expresſim utitur hac comparatione, & similitudine nec non & Ceph. in consi. 251. nu. 49. ubi plures auctoritates citat. Cum igitur
52 ex his satis appareat † diuersam fore rationem inter primogenitum agnati proximioris & primogenitū qui descendit ab hærede instituto, sequitur quod & diuersa debeat esse iuris dispositio. l. fi. de calum. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerb. oblig. Bero. in consi. 20. nu. 7. uolu. 3. Soci. Iun. in consi. 15. nu. 31. uol. 1. & tanto magis sumenda est huiusmodi resolutio, cum sit conformis
53 iuri, cum † qua testator censetur uelle se conformare. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. ubi latè per Sribentes, Dec. in consi. 278. nu. 4. & sic demonstratur, quod dicta limitatio non habet obstare optimis iurib. prædictorum Illust. dominorum Com. & Marchionis.

Ad Quartam & ultimam limitationem, quæ satis
54 Frigida esse uidetur, dicitur, quod licet † qualitas adiecta uerbo regulariter intelligi debeat secundum tempus uerbi, tamen regula ipsa limitatur locum sibi uindicare, nisi ex uerbis testatoris appareret quod etiam intellexerit in futurum, ut uoluerunt Alcia. in consi. 499. in fi. Ripa. in l. Centurio. num. 44. ff. de uulga. & pupil. & Euerard. in consi. 5. nu. 20. allegati per dominum Consulentem, quibus addo & Ripam in l. ex facto. nume. 38. uersi. 4. intellige. de uulg. & pupil. ubi inquit regulam ipsam procedere, si qualitas sit talis, quæ in se non habeat inclusum tractum successiuum, aliàs requiritur perseuerantia. l. semper. §. nego
55 tiatores. ff. de iure immu. & ideo uidemus, q † quando conditio habet tractum successiuum non sufficit eam momento temporis implere. l. Meuia. §. fina. de annu. lega. Alex. in consi. 43. nu. 12. uol. 3. Rui. in consil. 9. nu. 8. uolum. 5. ubi dicit, quod quamuis quando quis substituit alicui, si decesserit sine filijs, sufficiat ad exclusionem substituti, quod filij extent tempore mortis, tamen secus est quando quis substituitur deficientib. liberis, seu quando ex instituto nullus ex liberis superesset, non referendo se ad tempus mortis nec ad aliud tempus, quia tunc liberis quandocunque deficientibus, etiam post mortem instituti, admittitur substitutus, rursus in consi. 126. nu. 12. uolu. eo. ubi sic declarat dictam regulam, allegans Socin. idem tenere in l. solemus. ff. de cond. & demonst. Ias. in l. si quis hæredem. col. pen. uersic. 4. notabiliter limita. C. de inst. & subst. At in specie nostra ex uerbis testatoris satis in aperto est, ipsum uoluisse dispositionem suam intelligere in futurum, & sic in euentum conditionis, ut ibi, Et ubi deficeret linea descendentium dicti hçredis mei instituti, eo casu substituo agnatum meum masculum legitimum ut supra mihi proximiorem. quæ uerba nempe demonstrant tempus purificatæ conditionis attendendum, & sic tem-
56 pus quo linea descendentium deficeret, quod † uerbū intelligitur post mortem eorum, ut est tex. iuncta gl. in uerbo. deficientes. in §. hinc nobis. in auth. de hær. & Fal. Paris. in consi. 18. nu. 13. uol. 2. in cons. 93. nu. 3. uol. eo. & in consi. 20. nu. 20. uol. 2. & eo magis in casu præsenti id admittendum uenit, cum in ipsa dispositione sint apposita uerba, eo casu, quæ denotant extremitatem temporis. l. 4. §. fi. ff. de cond. & demonst. Paris. in consi. 32. nu. 88. uolu. 1. & sic tractum futuri temporis, & ad terminos nostros adducitur decisio Parisij in consi. 30. nu. 57. uol. 2. ubi determinat, quod ex quo testator tunc ultimo morienti substituit proximiores, ista uerba exponuntur, hoc est q per fideicommissum succederent illi, qui proximiores tunc reperiunt: quia illa dictio, tunc, limitat dispositionem testatoris & illam restringit ad extremum temporis cui adiicitur, d. l. 4. §. fi. Socin. Iun. in consi. 180. nu. 49. uol. 2. ergo idem ubi sunt apposita dicta uerba, eo casu, quæ idē important q dictio, tūc, ut p Ang. in l. Gallus in prin. in 7. col. delib. & posth.
57 Secundo respondetur, quod † qualitas requisita ad actum debet adesse tempore quo de illo agitur & tēpore quo actus consummat effectū. l. 2. de aur. & arg. lega. Bar. in l. ex facto. col. 2. ff. de hær. insti. quod maximè inquit uerum Ripa in responso 131. num. 15. in substitutionibus, in quibus oportet qualitatem adesse tempore quo dispositio substitutionis sumit effectum. l. ex facto. §. si quis autem susceperit. ff. ad Treb. Gerard. Mazol. in consi. 3. nu. 35. ubi tradit, quod dispositio testatoris per uerbum præsentis temporis cōtinet futurum, quando actus quem mandauit fieri uenit post mortem agendus, & sic tempore consumationis, sed in casu præsenti, qualitas ipsa, si attēdi debet, sumere debet effectum & consummationē in tēpus euenientis conditionis, ergo &c.

His igitur firmis manentibus, quæ à doctorib. recepta sunt, concludendum esse arbitror, prædictum Comitem Georgium, non obstantib. limitationibus suis, quibus abundè responsum fuit, uti remotiorem Illust. quon. Comiti fideicommittenti excludendum esse à fideicommisso de quo supra. iam dictosq; Marchionem & Comites, qui tpe testamenti uel mortis testatoris eidem erant æquè proximi, sicut quondam Illust. Comes Ioannes Firmus, qui pendente cōditione ipsius fideicommissi mortuus est, uti proximiores dicto testatori tempore quo dies fideicommissi cessit, ad ipsum fideicommissum admittendos & omnino admitti debere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius æquiparatur usufructuario.*
2 *Vsufructuarius, qui malè utitur feudo, deteriorando eum notabiliter, priuatur usufructu.*
3 *Vsufructuarius si arbores fructiferas incidit, expellitur ab usufructu.*
4 *Vasallus propter notabilem deteriorationẽ feudi feudo priuari debet. & nu. 8.*
5 *Quod procedit etiam in emphyteuta.*
6 *Auth. qui rem. C. de sacrosan. ecc. etsi loquatur in emphyteuta ecclesiæ, tamen etiam locum habet in emphyteuta priuati.*
7 *Conductor, qui malè uersatur in re eidem locata, expellitur à locatione sibi facta.*
8 *Feudatarius Regis, si abutitur feudo ad depopulationem uasallorum & exterminationem eorum redigẽdo ipsos in seruitutem, feudo priuari debet.*
9 *Vasallus incidendo arbores fructiferas priuatur iure suo.*
10 *Captura in se continet iniuriam.*
11 *Iudex si deuenit ad capturam alicuius non praecedenti aliquali informatione, talis captus potest agere actione iniuriarum contra iudicem.*
12 *Captus nullis praecedentibus informatio nibus sine impensa relaxari debet.*
13 *Captus sine aliquali informatione potest impunè à quolibet priuato eximi à carcere.*
14 *Habens merum, mixtum imperium, & omnimodã iurisdictionem, etsi iustitia mediante quem possit incarcerare, non tamen iniustè: quia non licet dominis in subditos sæuire, nec eos carcerare.*
15 *Carcer est mala mansio & species torturæ; imò morti æquiparatur.*
16 *Carceratus iniustè potest impunè aufugere.*
17 *Fugiens à carcere, licet habeatur pro confesso & conuicto, tamen secus est quando quis indebitè detinetur.*
18 *Dominus facere denegans iustitiam subdito, feudo secundum communem priuatur.*
19 *Vasallus conuictus de culpa feudo priuatur.*
20 *Seruitia noua & insolita exacta per dominum per uim & metum præsumuntur extorta.*
21 *Vasallus, si domino nouum iuramentum præstat præter antiquam consuetudinem, præsumitur extortum.*
22 *Præsumptio est contra potentem.*
23 *Iudex repellitur ab officio propter nimiam seueritatem.*
24 *Dominus si est nimis superbus & molestus subditis feudum perdere debet.*
25 *Dominus sæuiens in seruos quàm par est, uendere eos cogitur.*
26 *Pater, si contra pietatem paternam malè tractat filium, cogitur eum emancipare.*
27 *Vir nimium seuerus in uxorem ab ea separatur.*
28 *Dominus, qui abutitur dominio, indignum se facit dominari.*
29 *Vasallus malè tractans subditos tunc demum feudo priuatur, quando trina præcessit monitio facta uasallo per superiorem, de bene tractando subditos.*
30 *Monitio non requiritur quando notoriè uasallus malè tractat subditos.*
31 *Maiestas Cæsarea à Deo creata est, ut iustitiã faciat & oppressos liberet de manu calumniantium, & ut malos coerceat, & boni inter eos quietè uiuant.*
32 *Subditus ualde oppressus à domino eximi debet ab eius iurisdictione.*
33 *Boni domini non debent iniquè percipere res fideliũ.*
34 *Dominus non dicitur, qui bona subditorum iniquè percipit.*
35 *Iniustitia dominorum facit uacillare corda fidelium.*
36 *Dominus non debet esse nimis onerosus, uel contumeliosus exactor sed moderatus, & cum efficacia benignus & cum iustitia humanus.*
37 *Dominus non solum sibi debet consulere sed etiam subditis: quia connexus est status eorum.*

CONSILIVM. XL.

MAGNIFICVM Dominum Franciscum fore priuandum à sua Maiestate Cæsarea feudo ob malam tractationem quam fecit & quotidie facere conat contra subditos suos; eos capi faciendo, iniustè carcerando, ac indebitas, & uiolentas extorsiones exercendo
1 demonstrant sequentia. Nam †feudatarius & usufru-
ctuarius æquiparantur, ut arguit Angel. in consi. 321.
Zas. in tract. feud. in 10. par. nu. 64. Inno. in ca. ad apo-
stolicæ. in versic. præter hoc. de re iud. quem sequitur
Abb. in c. fi. eo. tit. Curt. Iun. in consi. 137. col. j. ca. j. in
quib. cau. feud. amit. Bero. in consi. 118. nu. 12 vol. 3. Ia
cob. de S. Geor. in inuestitura sua in uerbo, dictiq; ua-
salli promisserunt non committere feloniam. in 12.
causa priuationis. Natta in consi. 174. numero 11. sed
2 †usufructuarius qui malè utitur fundo deteriorando
eum notabiliter priuatur usufructu l. æquissimum. §.
fructuarius. ff. de usufruc. Ruin. in consi. 43. in fi. uolu.
2. 206. col. pen. in fi. uol. eod. in consi. 48. nu. 12. uolu.
eo. 57. in prin. uol. 4. Gul. de Cun. Castr. & Ias. in auth.
qui rem. C. de sacrosan. eccl. & Picus in l. Titia cũ te-
stamento §. Titia cum nuberet, q. 36. ver. nunc pro cõ
plemento. de legat. 2. Natta in citato consil. 174. Me-
noch. in tract. de arbitr. iud. c. 78: Ias. in consi. 17. in 1.
3 col. uol. j. Curt. ubi supra. hinc uidemus, quòd †si arbo
res fructiferas incidit expellitur ab usufructu, ut in d.
§. usufructuarius. Doc. in d. auth. qui rem. Ias. in d. con
si. 17. in j. col. Bar. in l. in fraudem §. fin. ff. de iure fisci.
Natta ubi supra. Picus in allegata q. 36. Afflic. in ca. j.
nu. 45. quib. mod. feud. amit. Rui. in consi. 58. nu. 5. no
lu. j. quia dicitur malè uersari in re & illam deterio-
rem reddere, & in consi. 88. in prin. uol. eod. ergo idẽ
dicendum uidetur ex ui dictæ æquiparationis in va-
4 sallo †ut feudo priuari debeat propter notabilem de-
5 teriorationem rei feudalis. Nam †idẽ uidemus in em-
6 phyteuta, ut nõt. in d. authẽ. qui rem; qui †tex. & si lo-
quatur in emphyteuta ecclesiæ tamen etiam locũ ha-
bet in emphyteuta priuati secundum Guido. de Suza
Pet. Cyn. Alex. & Ias. ibi. Rui. in consi. 58. nu. 4. uolu. j.
& 88. in prin. uol. eod. in consil. 43. in fi. uol. 2. & 206.
col. pen. in fi. uolu. eo. Menoch. in d. c. 78. & hanc esse
communem attestatur Ias. in l. diuortio. §. si fundum.
7 ff. solu. mat. idem †uidemus in conductore l. quæro. §.
inter locatorem. ff. loca. Bal. in l. æde. per illum tex.

C. eod.

C.eod.tit.Scribentes communiter in d. §. si fundum.
Ruin.in d.consi.58.nu.4.Menoch.qui alios citat in d.
consi.78.dixi de omnibus his in consi.49.in 2. uol.&
in specie,quòd uasallus ,qui abutitur notabiliter re
feudali , priuetur feudo,uoluerunt Paul.de Castro &
Ias.in d.auth.qui res Bald.in c.j.§.publici latrones,in
uerbo,inordinati.de pace tenen.Afflic.in c.1.§. aut si
libellario, numero 26. quibus mod. feud. amitt. ubi
8 dicit,quòd † si feudatarius Regis abutitur feudo ad de
populationem uasallorum & exterminationem eorũ
redigendo ipsos in seruitutem,debet feudo priuari,si
cut uisum fuit in Imperatore Federico,qui tirannico
modo imperauit,unde fuit priuatus,ut in c.apostoli-
cæ.de re.iud.in 6.Rom.Alex.& Ias.in d.§.si fundũ,ubi
etiã Ias.inquit,communem esse doctorum sentẽtiam,
9 ꝙ † uasallus incidendo arbores fructiferas priuatur
iure suo,idem in prælud.feud.in num.68.& in consi.
17.col.1.uol.1.Cla.in §.feudum. q.47.Moder. Paris.
in consuet.Paris.§.30.num.166.Afflic.in ca. 1.§.præ-
dictis.nu.8.quæ sit prima cau.benef.amitt. Natta ubi
sup.Menoch.in d.cas.78.num.4.Iacob.de S. Georgio
in d.2.cã priuationis.Cur.Iun.in trac.feud.in 4.part.
22.causa priuationis.si ergo ubi agitur de deteriora-
tione feudi uasallus priuatur feudo,quãto magis hoc
dicendum uenit quando deliquit in personas subdi-
tos iniustè captiuando,indebitè incarcerando , uio-
lentas extorsiones faciendo,sententiasque crimina-
les proferendo nullo penitus agitato processu . Nam
10 scire debet hic Magnificus uir,quod† captura perso-
nę in se habet iniuriam,Bal.in l.per diuersas.in 10.
q.C.mãd.ubi allegat Inno.in cap.quia,de iud. & ideo
11 iura illas ualde abhorrent,quod uidemus,quia † si iu
dex deuenit ad capturam alicuius non præcedente
aliquali informatione,talis captus potest agere actio
ne iniuriam contra iudicem.l.penult.ubi Scriben .C.
qui bon.ced.poss.Alex.in consi.17.nu.18.col.pe. uo.
12 1.Foler.in prac.sua crim.col.1.& † ꝙ talis captus re-
laxari debeat sine impensa,Bal.in l.si pacto quo pœ-
nam.& ibi Ias.C.de pac.per.l.fi.§. nullo tempore. ff.
de lib.hom.exhib.Bos.in suo trac.crim.in titul.de ca
13 ptura nu.4. & similiter ꝙ†taliter captus põt a quoli-
bet priuato impune a carcere eximi. l.1.§.Offilius.cũ
duabus sequentibus,ne quis eum qui . Bos. ubi supra
14 numer.5.item dicitur,quod†licet habens merum, mi
xtum imperium & omnimodam iurisdictionem iu-
stitia mediante possit aliquem incarcerare, ut per Ia
cob.de S.Georgio in inuest.sua feud.in uerbo cũ me-
ro,mixto imperio.Brun.in consi.69.col.3. non tñ in
iustè:quia nõ licet dñis in subditos sęuire nec eos car
cerare,licet in eos(ut dixi)habeat iurisdictionẽ om-
nimodam.l.libertos.C.de obseq.patr.præstan.ibi,ne-
que uincula perpeti.per quẽ tex. ita tenuit Amenel.
in suo sing.incip.Casus est, imprin.quẽ sequitur Grã
15 mat.in decis.104.col.2.cum † carcer sit mala mansio,
quæ est species torturæ,Mars. in §.attingam. numer.
28.& in §.expedita num.11.ac in cons.29.38.48.nu.
24.Imò & morti ęquiparatur.c.j.§.denique. quę fuit
prima cau.benef.amit.Bos.in tit.de carcera.in princ.
16 hinc dr̃,ꝙ†iniustè carceratus potest impune aufuge-
re,Alex.in l.sed si eximendi.§.Item si quis. ff. ne quis
17 eum qui.Bos.in tit.de carcera .nu.48. & ꝙ † licet fu-
giens a carcere habeatur pro confesso & conuicto.l.
ad comentariensem.C.de custod.reo.tamen secus est
quando indebite quis detinetur,Bart.in l.uis eius. C.
de proba.Bos.ubi supra numer.6.Vlterius, clarum est
18 apud omnes ꝙ † dominus denegans facere iustitiam
subdito perdit feudi proprietatem,glo.in c.1. §. Item
qui domino.quæ fit prima cau.benef.amit.quam com
muniter approbatam inquit Francisc.Marc.in q.375.

numer.5.Cur.Iun.in trac.suo feud.in 7.par.in 3. cos.
in fi.uersi.& fortius.Afflic.in capitu.j.de mil.uas. qui
contu.est.numer.102.Clar.in §.feudum.q.67.Ana.cõ
19 sil.7.colu.j.Plus dicitur,ꝙ†uasallus quando conuin
citur de culpa potest feudo priuari,Abb.& Fely. in c.
quę in ecclesiarum.C.de constit.per tex.in capit.j.de
feud.sine culpa non amit.sed hic dominus conuinci-
20 tur de culpa : quia † exigit noua & insolita seruitia,
quę per uim & metum præsumuntur extorta.Ioan.
Andr.in ca.j.de præscrip.in 6.Bal.in c.4.qual.uasall.
21 iur.deb.fidel.domino.ubi dicit,ꝙ † si uasallus domi-
no nouum iuramentum præstet pręter antiquam con
suetudinem,illud præsumitur extortum,cum nõ præ
sumatur suo superiori cõsensisse in id quod non debe
ret,nec suum iactasse uideatur. Alc.in consil.167. nu.
12.ubi concludit,quod si dominus in præstatione ho
magii ultra cõsuetudinem antiquam exegit pro quo
libet urnam oliuarum:Item sibi promittat,quod irẽt
ad suum molendinum,ꝙ dicta promissio non tenet:
quia huiusmodi seruitia præsumuntur per metum in
dubio extorta.Natta in consi.185.in fi.Aret.in consi.
22 24.in 4.col.Riminal.in consi.140.num.3.nam†con-
tra potentem præsumitur.l.j.C.de fund. limitropho.
libr.11.l.qui per potentiam.C.de om.agr.deser. libr.
eod.& ideo cum ex his constet de crudelitate sua pri
uari debet feudo , Alberic. in l.bene a Zenone. C. de
23 quadr.præscri.sicut etiam uidemus,quod†propter ni
miam seueritatem iudex repellitur ab officio. Barto.
in l.prima,in fi.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur. Affl.
in c.j.§.fi.nu.46.quibus mod.feud.ami.& in c.j.§ .sed
24 nec est alia. quæ sit prima cau.benef.amitt.ubi † do-
minus si est nimis superbus & molestus subditis , feu
dum perdere dębet,per not.per Luc. de pen.in l.fun-
di.C.de loca.præd.ciuil. lib.11.Paul.de Cast.& Iaso.
in d.authẽ.qui res.Menoc.in trac.de arbitr. iud.caus.
78.& 139.num.3 .Bal.& alii in c. j. §.publici latro-
nes.de pace tenen.Alex.in l.diuortio.§.si fundum.co.
2.ff.solut.matr.Cur.Iun.in consi.137.col.1. Afflic. in
decis.265.col.11.in fin.num.72.Socin.Iuni.in consi.
134.numer.38.uol.3.Pręposi.in pręlud.feud.Socin.in
consi.172.num.4.uol.·.Alc.in consil.167.in fin. Me-
noch.in trac de recup.poss.in 10.remedio numer.86.
in consi.causę Finariensis in 3.artic.num.14.Bero. in
25 consi.81.numer.20.uol. j. Nam uidemus , ꝙ † domi-
nus sœuiens in seruos durius quam par est, eos uen-
dere cogitur.l.2.ff.de his qui sunt sui uel ali. iur. ubi
Cy.& Bal.§.1.& 2.instit.eod.tit. ubi Ioan. de Platea
Porc.Faber & Aret.& Petr.de Bellaper.col. pen.uer-
si.argumentum.Boer.decis.304.col.11.in fin.uersicu.
una tamẽ.Menoc.in trac.de arbitr.iud.cas.139. Idem
26 dicimus † in patre qui filium emancipare cogitur , si
eum contra pietatem paternam malè afficiat.l.fi.ff.
si a paren.manu. glo.in §.fin.inst.quibus mod ius pa-
tr.potesta.soluitur.Coras.in l.qui liberus.numer. 18.
27 ff de ritu nup. sic † uir nimium sœueius in uxorem
ab ea separatur.c.literas.de rest.spol.quod dicere so-
lemus,uirum agentem contra uxorem ad recuperan
dam illam repelli posse opposita exceptione sæuitiæ
Ripa in l.naturaliter.§.nihil cõe.num.34 de acquir.
pos.Paris.in consi.54.numero.7.& 12 uol.4.Nam in-
quit Bald.in c.1.in uerbo,priuarentur.qual.do. prop.
28 priue.ꝙ†dominus,qui abutitur dominio , indignum
se facit dominari.Natta in consil.164.num.12. Afflic.
in c.1.§.Item si quis feudum.num.41.quib.mod.feud.
amit.& in.§.aut si libellario.num 28.eo.tit.

Nec habet obstaret si dr̃ , ꝙ etsi uera sint quę sup.
deducta fuerunt,tamẽ ea intelligi debent cum grano
salis,uidelicet qñ trina præcessit monitio facta uasal
lo per superiorem de bene tractãdo subditos , ut per

Bal.& alios in d.§.publici latrones,de pace. tené. So
ci.in consi.272.nu.9.ubi dixit,quod si dñs habens Ca
strum in feudum malè tractat homines dicti Cast.sub
ditos,dominus superior directus potest eũ admonere
ut eos debito modo tractet sub pœna priuationis feu
di,quem sequitur Boe.decis.304.nume.7.Ias.in auth.
qui res.col.2.in princ.C.de sacrosf.eccle. ubi limitat
prædicta procedere trina monitione præmissa,p tex.
cum gl.in c.1.de mil.uasal.qui cõtumax est,ubi uasal
lus non priuatur feudo propter eius contumaciam in
non respondendo nisi trina citatione interueniente.
Ias.in consil.593.nume.3.Idem uoluit Iacob.de S.Ge
orgio in d.authẽ.qui res.& in inuest.sua in uerbo di-
ctique uasalli promisserũt.in causa priuationis.12.So
ci.Iun.in cons.134.nu.51.uol.3.Bero.in consi.81. nu.
19.uolu.1.q̃ si dominus fuit a superiore suo monitus
semel,ut desistat exigere a subditis iniusta & non cõ-
sueta seruitia ac onera imponere,& non desistat, po-
terit feudo priuari per superiorem quia nõ sunt tolle
rãdæ illicitę & nõ cõsuetę exactiones aduersus sub-
ditos,& in cõs.79.nu. 81.uol.1.ubi tradit, q̃ ex mala
tractatione subditorum uasallus non est feudo priuã
dus,nisi legitima monitio domini præcesserit,& q̃ le
29 gitima censetur monitio † si est trina uel una facta in
personam,aut publicè facta fuerit,quia tunc si spreue
rit monitionem & fuit contumax feudo priuari de-
bet Curt.Iun.in trac.feud.in 7.par.uer. quæro igitur
in primis circa finem;& hanc esse cõ.opi.firmat Bos.
in suo trac.in ti.de Princip.nu.56.Bal.in auth. statui-
mus.in ult.notabil.C.de epis.& cler. ubi qui non fa-
cit iustitiam debet amittere iurisdictionem post tri-
nam monitionem,dixi in cõs.18.num.29.uol.3. Mo.
Parisiẽ.in cõsue.Parisiẽ.tit.1.§.2.glo.4.nu.14.Affiic.
in c.1.§.Itẽ si quis nu.41.quibus mod.feud.amit.in c.
1.§.licet uasallus.si de feud.fue.contro.inter dom.&
agna.nu.13.Quia rñdet plurib.modis.& Primò,q̃ ista
declaratio locũ hrẽ põt si in culpa fuit in omittẽdo.se
cus si in faciẽdo,ut distinguit Bal.in d.§.publici latro
nes.ubi ẽt Præpos.Verũ quia ista distinctio a docto-
rib.nõ recipit,ut latè demonstraui in d.consi.18.col.
pe.quãuis ea(si uera eẽt)faceret ad casũ nrm ubi cul-
30 pa fuit in faciẽdo.Secũdò respõdet,q̃ † in casu de quo
agitur nõ requiritur monitio,cum notoriè constet sę
pe & sæpius uasallum malè tractasse subditos , ut hic
cõstare dicitur ex publicis actis,ut per Mod.Parisien.
ubi supra num.24.quem sequitur Menoch.in cõs.cau
sæ Finariensis in 2.artic.nu.17.ergo &c.

Ex his igitur quę supra dicta fuerunt concluden-
dum esse arbitror,prædictum dominum Franciscum
31 per suam Maiestatem Cæsaream,† quæ a Deo crea-
ta est ut iustitiam faciat & oppressos liberet de ma-
nu calumniantium,l.illicitas.§.ne potentiores. ff.de
offi.pręsid.Cuma.in consi.20.col.pen.& ut malos co
erceat,& boni inter eos quietè uiuant.c. non frustra
in fi.23.q.5.ex dictis malis suis tractationibus , iniu-
stitia , extorsionibus , & seruitijs indebitè extortis
priuandum esse dicto feudo . & si uult ei uti aliqua
benignitate in nõ priuando eum feudo,quòd saltem
eximat a iurisditione sua subditos oppressos , & gra-
uatos,prout iustitia suadet,teste Fabr.in l.officium.ff.
32 de offi.proconsf.& lega.ubi inquit,quòd † si subiectus
est grauatus,debet eximi a iurisdictione. Idem Fabr.
in §.fi.de his qui sunt sui uel alie.iur.Guid. Pap. quę-
stio.62.Guliel.Benedic.in c.Raynutius. in uerbo con
didit il.j.num.56.ubi tradit , ita fuisse iudicatum in
parlamento,dixi in consi.18.num.30.uol.3.& respe-
ctu uniuersitatis,ut sua Maiestas pro innata sua iusti
tia condemnet dictum dominum Franciscum ad re-
stitutionem indebitè & iniustè extortorũ, & quod in
futurum à præmissis se abstineat sub pœna priuatio-
nis dicti feudi & aliis imponendis arbitrio suo. Nam
33 † boni domini non debent iniquè percipere res fide
34 lium: quia aliàs nõ † dicitur dominus qui iniquè per-
cipit bona subditorum.Ita Iser.& Affli. in c.1.§.Cor-
radus.de prohib.feud.alie.per Lotha. ubi loquitur in
Rege,ergo multò fortius hoc debet habere locum in
istis dominis inferioribus.Plus aduertere debent , ut
35 inquit Affli.ubi supra,quòd † iniustitia dominorũ fa-
36 cit uacillare corda fidelium & quòd † dominus non
debet esse nimis onerosus uel cõtumeliosus exactor
sed moderatus & cum efficacia benignus, & cum iu-
stitia humanus.Iac.Ardizo.in summa in titul. quibus
mod.feud.amit.Affli.in c.1.§.ad hæc.nu.5.hic finitur
37 lex Feder.Nam † dominus non solum sibi debet cõsu-
lere sed ẽt subditis:quia connexus est status eorũ,Af-
fli.in c.1.in 3.notab.hic finitur lex Fede. Caueant igi
tur domini ab istis nouitatibus , extorsionib.& iniu-
stitiis, & ne pellem subditorum excorient , & uix eis
spiritum precarium dimittant, ut per Bal.in l.ex hoc
iure.ad fi.de iust.& iur.Barba. in proœ.Cle.§.quoniã
nulla,col.4.Petr.Gerard.notab.73.Iaco.de S.Geor.in
inuestit.sua in uerbo,qui quidem inuestiti,quia ultra
quòd erunt priuandi feudo,scire debent, q̃ clamitãt
ad cęlum uoces oppressorum,& q̃ Diuina Maiest. ni
hil relinquit impunitum.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ etsi feudo regulariter sint incapaces tamen in multis casibus succedere possunt, & inter alios in feudo emptitio.*

2 *Feudum emptitium non habet naturam ueri feudi.*

3 *Feudum emptitium sapit naturam allodialem propter pretij receptionem.*

4 *Princeps si pro feudo pretium recipit, istud significat uenditionem, etiamsi uteretur uerbo, indulgemus.*

Feudum emptitium dicitur magis successio ex natura contractus quàm feudi.

6 *Iura quæ prohibent fœminas succedere in feudis, quia sunt contra ius commune & continent rigorem, strictè intelligi debent in feudo recto & gratis concessio non in emptitio, quod non dicitur rectũ nec gratiosũ.*

7 *Feudum emptitium transit ad fœminas. non solũ quando præstatio pecuniæ interuenit, sed etiam seruitium personale uel iuramentum.*

8 *Fœmina admittitur in feudo conditionato, ut est quando feudum conceditur ad certum seruitium explicabile per fœminam sicut per masculum, & quod explicari potest per idoneum substitutum, quamuis nõ sit absoluta ab his quæ continẽtur sub forma fidelitatis.*

9 *Vasallus licet teneatur ad contenta in capitulis fidelitatis, tamen non tenetur esse in pugna cum domino quia in dictis capitulis hoc non cõtinetur. sed contra num.30.*

10 *Iuramentum fidelitatis solum concernit ea quæ solent exigi à domino & non alia: quia censetur remissa. declara ut in num.33.*

11 *Fęmina ex quinque rationibus est incapax bonorum feudalium.*

12 *Fęmina etsi in feudo emptitio succedere possit, quamuis nonnulli legum uertices tenuerint contrarium, tamen istud secundum communem locum habet quando feudum simpliciter pretio integro emitur.*

13 *Fęmina non succedit in feudo emptitio, quando principali-*

cipaliter fuit concessum ex gratia & non propter pecuniam.

14 *Res si tradatur & pretium, si praeponderat pretium dicitur uenditio & emptio, si res permutatio.*

15 *Intentio concedētis colligitur ex proœmio cōcessionis.*

16 *Assertio feudatarij nocet succedere uolentibus.*

17 *Attenditur quod principaliter agitur.*

18 *Statutum si imponit pœnam turbatoribus status reipublicae, debet intelligi de his qui principaliter turbāt.*

19 *Statuto si caueatur, q̄ de uenditione fructuum debeat solui gabella, si quis uendiderit fundum plenum fructibus, fructus non sunt gabellandi, cum principaliter non uendantur sed secundariò.*

20 *Feudum non potest dici emptitium sed gratiosum, quādo concessum reperitur cum clausula de plenitudine potestatis.*

21 *Feudum non potest dici habere naturam emptitij, quādo datum reperitur secundum naturam antiqui & auiti feudi.*

22 *Recedendum non est in dubio à uerbis quando aliter non constat de contrario.*

23 *Feudum emptitium quādo conceditur simpliciter absque remissione contentorum in capitulis nouae & ueteris fidelitatis, uasallus tenetur praestare iuramentū fidelitatis.*

24 *Feudatarius semper dicitur obligatus ad ea quae continentur in fidelitatis sacramento.*

25 *Seruitia personalia non possunt praestari per mulierem.*

15 *Verba potius debent impropriari quam quod tertio præiudicium inferatur.*

16 *Clausula non obstante collatione alteri facta,debet intelligi de collatione inualida , ne alteri præiudicium fiat.*

17 *Gratia facta motu proprio non præiudicat tertio.*

18 *Restitutio facta per Principem,in qua declarat confiscationem pro non facta haberi & irritam esse, nō tollit Ius quæsitum tertio.*

19 *Bona acquisita per tertium ex condemnatione non ueniunt in restitutione bonorum.sed contra secundum communem nu.26.*

20 *Rebelles & bāniti,qui ex forma statuti institui nō possunt,si hæredes instituantur & demum restituti fuerint,reconualescit institutio & trahitur retro ante conditum testamentum.*

21 *Restitutio quando est facta in pleniori forma extenditur ad bona in alium translata.*

22 *Bona in tertium alienata ueniunt in restitutione facta per principem,in qua declarauit condēnationem irritam & pro non facta,ita quòd de ea non possit obiici.*

23 *Princeps licet sine causa non possit auferre ius quæsitum tertio,tamen secundum communem potest ordinare,quod tertius ille non audiatur a suis magistratibus & officialibus.*

24 *Restitutus,ut proximè,si fundat se in sua priori possessione,& ei opponatur de confiscatione ,poterit re*

plicare, q; excipiens non debet audiri.

25 *Acquisitio bonorum, quando ad tertias personas peruenit ex sola condemnatione, & immediatè originẽ sumit ab ea & non ex alio actu, uenit in restitutione bonorum: quia per restitutionem causa illius acquisitionis redditur ad non causam.*

26 *Restitutio facta in pleniori forma fortior est, quàm simplex restitutio.*

27 *Indulgentia plena comprehendit restitutionem bonorum.*

28 *Remissio iniuriarum quando est facta simpliciter sacerdoti in foro pœnitentiali uel conscientia, etsi non operetur in foro contentioso quin agi possit, tamen si est facta plena remissio extenditur ad forum contentiosum.*

29 *Restitutio simplex degradati & beneficio priuati licet non trahatur ad beneficium, tamen ad illud extẽditur si est facta plena restitutio.*

30 *Verba geminata fortiora sunt quàm simplicia.*

31 *Dictio perinde, denotat omnimodam similitudinem.*

32 *Princeps si in restitutione dicat, uolumus & decernimus fore & esse perinde acsi banniti & rebelles nunquàm fuissent, talis restitutio trahitur etiam ad fructus perceptos.*

33 *Bona acquisita per tertium ueniunt in restitutione facta per Principem, quando constat de eius mente.*

CONSILIVM. XLV.

ARGVENDO à sufficienti par-
1 tium enumeratione, † quod argu-
mentum in iure est fortissimum. l.
patre furioso, ubi Scribentes. ff. de
his qui sunt sui uel alie. iur. gloss. 10
l. j. in gl. magna. circa medium. ff. de
actio. & obl. Paris. in consi. 67. nu. 13. uol. 4. Soci. Iun.
in consi. 79. num. 49. uolu. primo, consi. 81. nume. 9. &
in consi. 100. numer. 44. uolu. eod. prima facie dicen-
dum uidetur, quòd si dominus Ascanius de Cataneis
uult se iuuare gratia Principis sui per uiam indulgen
tiæ, quòd uigore illius non potest consequi restitu-
tionem bonorum suorum confiscatorum per senten-
2 tiam rebellionis contra eum latam: quoniam † per in
dulgentiam sola pœna remittitur. gloss. in §. pari ra-
tione, Insti. quib. mod. ius patr. potest. sol. Bal. & Imo.
in l. liber homo. §. si hæres. ff. de hæredi. instit. Ias. in l.
Gallus. §. & quid si tantum. num. 78. ff. de lib. & post-
hum. ubi etiam Socin. Iun. num. 108. Ange. de Gamba.
in consil. 71. numer. 51. in primo tomo crim. Ruin. in
consi. 31. num. 6. uol. 5. Paris. in consi. primo, num. 33.
uol. 4. Deci. in ca. quia diligenti. nume. 8. de elec. Feli.
in cap. urgentis. nume. 8. de hæret. Bero. in consil. 76.
nume. 104. & 107. uolu. primo, Bos. in tract. suo crim.
in titul. de remis. princip. ex clem. col. prima, & hanc
esse communem inquit Foler. in constitutione regni
3 præsenti constitu. de iust. & iur. numer. 9. nec † etiam
per eam tollitur infamia & honoris ac dignitatis ma
cula, ut habetur in l. fin. C. de genera. abolit. in uerbo.
indulgẽtia (Patres conscripti) quos liberat notat, nec
infamiam criminis tollit sed pœnæ gratiam facit. l.
prima. l. generalis. C. de sent. pas. Gomes in tract. uar.
resolut. in 3. tomo in tit. de tortur. reorum. nume. 38.
uersic: si uerò fiat. Bero. in dicto consil. 76. nume. 107.
quod sanè intelligendum est, nisi in indulgentia spe-
cialiter esset facta abolitio infamiæ. Sal. in l. cum in-
dulgentia. In prima oppositione. & in l. fi. col. fi. C.
de sent. pas. uel quando ultra indulgentiam facta fuit
restitutio specifica ad famam. Bart. & alij in d. l. j. &
fi. Saly. in l. fi. C. de abolit. genera. Paris. in citato con.
j. nu. 15. cum sequenti uol. 4.

Aut uult se iuuare ex restitutione ipsius principis
4 & tunc dicendum est, quod † in ipsa restitutione ueni-
unt tantum bona & iura, quæ reperiuntur pœnes fis-
cum & non pœnes tertium. l. prima, ubi Bart. & alij
in l. fi. C. de sent. pas. Doctores communiter in l. Gal-
lus. §. & quid si tantum. de liber. & posthum. Paris. in
consi. primò, num. 21. uol. 4. 69. nume. 196. uolu. 3. &
5 isto casu † restitutio trahitur retro & æquiparatur iu
ri postliminii. l. si quis filio exheredato. §. penul. ff. de
iniust. & rup. testa. Ang. & Imol. in l. si alienum. §. in
extraneis. ff. de hæred. instit. Paris. in citato consi. 69.
6 num. 196. q; † ius postliminij facit, quod omnia sint in
pristino statu. l. postliminij. in prin. ff. de capt. & post-
lim. reuer. facit quod extinctum pœnitus fuit, Cast. in
d. §. & quid si tantum. & Bos. in d. tit. de remis. ex sola.
clem. prioc. nu. 21. uerum est secundum Claud. in d. §.
& quid si tantum. col. 5. in fi. uer. & subdit. ac Lancel.
7 Dec. ibi, in tantum q; † in tali restitutione nõ ueniunt
bona semel alienata & demum redempta, licet resti-
tutionis tẽpore iam in fisci dominio essent. Isern. in c.
8 in fi. de uasal. decrep. † ita nec etiam fructus percepti
ut probat tex. singularis in auth. idẽ de Nestorianis C.
de hæret. ubi dicitur, quòd si quidam liberi sunt fide-
les, alij uero non, portio & hæreditas omnium debet
esse apud fideles, & si postea fuerint cõuersi restituun
tur ipsis eorum partes siue fructibus, & ibi expreisè
hoc notant Alber. & Saly. Bos. ubi supra. num. 11. do-
ctores communiter in dicto. §. & quid si tantum, Go-
mes. in dicto suo trac. uariar. resol. in 3. tomo in titu.
de tortura reor. num. 33. uersi. item adde. & Bursat. in
consi. 54. numer. 13. ubi ista est communis opinio, &
9 † q; non ueniant in ipsa restitutione bona alteri quæ
sita & alienata, uolunt communiter doctores in di-
cto. §. & quid si tantum. Bos. in locu supra citato nu.
3. & 11. Fely. in c. inter quatuor. colu. penult. & fin. de
maio. & obed. & ista est recepta doctorum senten-
tia secundum Bursat. in citato cons. 54. numer. 12. ubi
10 ex hoc infert, quòd † talis restitotio non trahitur ad
condemnationes feudatariis acquisitas, Anchar. in
consi. 160. in primo dubio, Afflic. in ca. primo, in uer-
11 bo, & bona committentium, num. 127. ubi si † Prin-
ceps aliquem restitui t, non dicitur illum restituere
ad feudum iam alteri quæsitum: & ratio huius con-
12 clusionis est: quia † priuilegium Principis eiusque
beneficium semper debet intelligi, saluo iure alicu-
ius & absque alterius præiudicio. l. secunda §. si quis
a Principe. ff. ne quid in loco publ. Bero. in cõsil. 76.
num. 104. & 107. uolum. primo, Abb. in c. inter qua-
13 tuor. de maio. & obed. quod † etiam procedere ui-
detur, si solum ius esset quæsitum in spe non autem
in re, cap. quamuis. de rescrip. in 6. Nam idem iudica-
mus de re quæsita in spe quod de iure quæsito in
re. Ioan. Andr. in capit. iuris ignorantia. de reg. iur. in
6. Aret. in consi. 17. in fio. Vnde, cum restitutio sic
quoddam beneficium a Principe concessum, non de
bet in præiudicium tertij interpretari. c. ex tuarum,
de auto. & usu pal. Crot. in dicto. §. & quid si tantum.
nume. 117. Dec. in consil. 525. numer. 7. cum sequenti.
14 ubi ampliat hoc procedere † etiam si agatur de mo-
dico præindicio & adeo uera est hæc sententia, quod
15 potius † uerba debent impropriari quã quòd tertio
præiudicium inferatur c. cum super eo. de offic. dele-
gat. & ideo inquit Composto. in cap. causam quæ, de
16 rescrip. quem ibi sequuntur omnes, quod † uerba Papæ

non

non obstante collatione alteri facta, debent intelligi
de collatione inualida, ne alteri præiudicium fiat, ꝙ
17 † etiam locum habere uidetur, si gratia facta sit mo-
tu proprio. Abb. in c. causam que. de testib. Dec. in cō
sil. 32. col. fi. 544. in fi. 525. col. fi. & 606. in fi. Ruin. in
consi. 97. nu. 7. uol. 5.
Aut uult uenire ex capite dictæ restitutionis sub
18 eo prætextu, quòd † ea etiam trahatur ad bona alteri
quæsita ex ui uerborū appositorum in ipsa restitutio-
ne, ubi Princeps declarauit talem confiscationē pro
non facta haberi & irritam esse, propter quæ uerba, ēt
tollitur ius quæsitum tertio, & omnia decisa & se-
quuta ex tali confiscatione resoluuntur & retractari
debent. glo. in clem. j. in uerbo pro infectis. de immu.
eccle. quam doctores ibi sequuntur. Card. in cap. quia
diligentia. de elec. ubi inquit, ꝙ si princeps restituit
bannitum non obstante quacunque cōdemnatione,
quam uult haberi pro infecta, talis bannitus etiam
bona in alium translata recuperabit, quē sequitur ibi
Imol. in fi. & Dec. in consi. 252. col. penult. in fi. cum
sequenti. Quia respondetur ꝙ sententia Card. proce-
dit & locū habet, quoties in restitutione essent adie-
cta uerba, & ꝙ ei nihil obijci possit. Imol. in dicto ca.
quia. ubi dicit se uidisse de facto, ꝙ nullus contractus
factus in bonis confiscatis ualuit, licet secundum eū
malè faciant Principes in sic faciēdo: quia decet Prin
cipem obseruare cōtractum, ca. primo, de prob. & ita
intelligit Card. & Imo. Ruin. in consi. 21. num. 9. & in
uer. non obstat igitur in primis. & cōtra Dec. cōsuluit
Neuizan. in con. 68. nu. 47. uersi. nec obstat.
19 Aut uult se iuuare ex dicta restitutione, quòd † ea ope
retur effectum suum contra acquisita per tertiū: qm̄ di
cta acquisitio fuit facta immediatè ex ipsa condemna
tione absque facto uel cōtractu Principis uel fisci, ꝑ
ea quæ dixit Bald. in d. §. & quid sit tm̄. in proprijs ter
minis. Quoniam etiam isto casu restitutio non trahi-
tur ad dicto modo quæsita, ut uoluit Gomes. in trac.
uar. resolut. in titul. de tortur. reorum, colum. antepe.
uer. sed his non obstantibus. ubi inquit, ꝙ etiam isto
casu ille cui per legem uel dispositionem hominis bo
na delinquētis sunt applicata, non tenetur bona resti
tuere, nec sibi auferuntur, mō sit sequuta apprehensio
siue non. Vnde ex istis uidetur dicendum, quòd dictus
dn̄s Ascanius uirtute dictæ condemnationis, & con-
fiscationis non debeat consequi bona acquisita domi
no Antonio eius fratri ex fideicommisso paterno, cu
ius dies cessit per mortem domini Laurentij, qui de-
cessit sine filijs tempore dictæ rebellionis & proces-
su super ea pendente.
Sed maturè, & diligenter omnibus cōsideratis, cō
trariam sententiam in casu nostro amplectendam
fore arbitror: & pro fundamēto huius partis facio cō
clusiones infrascriptas, quarum Prima est, quòd quo-
ties condemnatus in cōfiscatione bonorū ex clemen
tia Principis restituitur, talis restitutus recuperat om
nia bona cōfiscata, quæ penes fiscum reperiuntur ex-
tare, ut est communis theorica Scribentium in d. §. &
quid si tm̄ Crot. in consi. 127. nu. 13. ubi dicit, ꝙ sim
plex restitutio, bāniti cōprehendit bona delinquētis
per fiscū nō alienata, & ꝙ talis restitutio, cū nō infe-
rat alteri præiudicium, trahitur retro. Ang. & Imo. in
l. si alienum. §. in extraneis ff. de hæred. inst. ubi dicūt,
20 ꝙ † si rebelles & bāniti q ex forma statuti institui non
possunt hæredes instituātur, demum restituti fuerint,
reconualescit institutio: quia trahitur retro restitu-
tio, etiam ante conditum testamentum. Ias. in l. fin.
colum. tertia, in fi. ff. de constit. Princip. Ang. a Gamb.
in consi. 71. nu. 9. cum sequenti inter consilia crimi.
Petr. Bell. in tracta. de re milita. folio. 123. numer. 21.
ubi dicit hanc esse communem. & Iul. Clar. in sua
prac. crim. in §. fi. q. 59. in uer. quero nunquid.
21 Secunda est conclusio, quòd † quando restitutio est
facta in pleniori forma, extenditur etiam ad bona in
aliū translata, ut est qn̄ in restitutione dr̄, non obstāte
22 aliqua cōdemnatione, quam † declarat irritam & pro
non facta, ita quod de ea non possit obijci. ut uolue-
runt Card. & Imol. in d. capit. quia diligenti. de elec.
23 qui dicunt, ꝙ † licet Princeps sine causa non possit au
ferre ius quęsitum tertio, tamen potest ordinare, ꝙ il
le tertius non audiatur a suis magistratibus, & officia
libus, & quod ab illis talis allegatio nō recipiat mo
derando ipsorum iurisdictionem. l. j. in princ. ff. de iu
risd. om. Iud. Alex. in d. §. & quid si tantum. nume. 20.
uersicu. 2. limitatur. ubi addit post Card. ita de facto
seruari. Soc. ibi num. 17. Fely. in cap. inter quatuor. nu.
9. de maio. & obe. Paris. in con. j. nu. 38. uol. 4. Ruin. in
con. 21. nu. 9. uol. 5. ubi ait, ꝙ quando conceditur resti
tutio plenissima, puta quis restituitur in integrū per
principem nō obstante aliqua condemnatione, quam
uult haberi pro non facta nec de ea posse obijci, quòd
nullus cōtractus in bonis confiscatis ualuit, ut tradit
Imol. in dicto cap. quia diligenti. ubi inquit ita uidis-
se de facto, licet subdat quòd malè faciunt sic facien
do, quia decet Principem obseruare contractum ca. j.
de proba. licet ille tex. non obstet: quia hoc casu prin
cipaliter cōdemnatio, quæ est de iure ciuili, irritatur
& tollitur, quod etiam sine causa Princeps facere po-
test. ideo etiam cōtractus, qui sequuntur ex ea uel pro
pter eam, possunt in consequentiam tolli non autem
directò & principaliter. d. c. j. quod isto casu loquitur
& intelligitur subdit tamen Imol. ut refert. Ruin. ꝙ
ille, qui emit, regressum poterit habere contra princi
pem a quo habet causam. l. j. & 2. C. de quadr. præscr.
24 & iō dicit Rui. quòd † si restitutus fundat se in sua pro
pria possessione, & ei opponatur de cōfiscatione, po-
terit replicare, quod excipiēs non debet audiri pro-
pter rescriptum, Mandans quòd iudex illum non au-
diat. iterum ipse Ruin. in cō. 31. nu. 7. uol. eod. ubi idē
repetit: & in con. 33. nu. 5. uol. j. cum qua sententia ēt
transeunt Ias. in d. §. & quid si tantum. nu. 77. Galiaul.
nu. 72. in fi. Port. in con. 49. nu. 7. & hanc esse commu
nem opinionem attestatur Ruin. in citato consi. 21.
num. 9. uers. non obstat igitur in primis. Viuius in ll.
com. opi. in uerbo bannitus seu deportatus, Asca. de
patr. potest. cap. ult. nu. 44. & magis communem Rub.
Alex. in consi. 154. nu. 5. uer. j. quia.
25 Tertia est conclusio, quòd † quādo acquisitio bono
rum ad tertias personas peruenit ex condemnatione
& immediatè causam & originem habet ab ea & non
ex alio actu inter fiscum & tertium, restitutio subse-
quuta comprehendit etiam dicta bona penes ter-
tium existentia, Bald. in l. Gallus §. & quid si tan-
tum. ff. de lib. & posthum. ubi Alex. numer. 13. Ias. 56.
uersicu. 2. limita Bellam. in decis. Rotæ. 743. cum se
quenti, Fely. in c. inter quatuor. numer. 9. de maio. &
obed. Paris in consi. primo, num. 47. uolumi. 4. ubi di-
cit, quod quando acquisitio bonorum ad tertias per-
sonas seu ad Regium fiscum peruenit, ex ipsa sola
condemnatione & immediatè originem sumit ab ea
& non ex alio actu, restitutio demum facta extendi-
tur etiam ad bona penes tertium existentia, Bero. in
consi. 60. num. 19. uolumin. 3. ubi inquit, quod quæ-
dam sunt quæ tertio acquiruntur ex illo actu, qui po
stea per restitutionem rescinditur, & tunc restitutio
trahitur ad hæc, quę illi tertio fuerunt quæsita, Ra-
tio est: quia per restitutionem causa illius acquisitio
nis redditur ad non causam. l. fi. C. de sent. pa. Quæ-
dam sunt quæ non acquiruntur immediatè ex illa cau 26

ſa ſed ex nouo negotio per fiſcum cum tertio g-
ſto,& tunc ad illa nõ porrigitur reſtitutio: quia ipſa
nõ trahit cauſam immediatam illius acquiſitionis ad
non cauſam:& ſubdit inferius,ꝙ ubi cõdemnatio,cõ
fiſcatio bonorum & acquiſitio,quę fit a tertio, & ſic
ambo iſti actus cauſantur ab una eademque radice,ui
delicet,a ſententia criminis,ſeu delicti,tunc ex uni-
ca reſciſsione,quę fit per reſtitutionẽ,omnia tollunt,
Secus ſi ipſi actus non cauſantur ab eodẽ iure nec ab
eadem radice ſed a diuerſis;quia tũc de uno nõ infer
tur ad aliũ:¶Firmis igitur manentibus præmiſsis con
cluſionibus, tanquam in iure uerisſimis, & com-
muniter a doctoribus receptis,ex ipſis infero pro fun
damento præſentis conſultationis inficiari non poſ-
ſe,quin dominus Aſcanius uigore dictæ reſtitutionis
conſequi debeat omnia bona,quæ penes fiſcum repe
riuntur & ſimiliter acquiſita per eius fratrem prętex
tu condemnatoriæ contra eum latæ.Imò plus dicitur
ꝙ ſi aliqua ex confiſcatis eſſent alienata in tertium &
in ipſum tranſlata per fiſcum,quod adhuc etiam alie-
nata uenirent in ipſa reſtitutione,cum ea facta repe-
riatur in pleniori forma,per ea quæ dicta ſunt ſupra
26 in 2.concluſi.Nam indubitati iuris eſt,quod† fortior
eſt reſtitutio facta in pleniori forma quam ſimplex,ut
patet,nam ſimplex indulgentia ſolam continet remiſ
ſionem pœnæ,& tamen quando cum ipſa eſt adiun-
27 ctum uerbum,plenam uel pleniorem † uenit quoque
in ea reſtitutio bonorum.Dec.in c.quia diligẽtia.nu.
8.uerſicu.limitari tamen poteſt.de elec.Bal. in tit.de
pace Conſtan.in uerbo plenitudine gratiæ.Fely.in c.
inter 4.nu.10.de maio.& obed.in c.uergẽtis.in 2.col.
de hęret.Claud.in l.Gallus §.& quid ſi tantum.col.6.
uerſ.quòd tamen ſingulariter limita.ubi etiam Galia.
nu.64.de lib.& poſtum.Pariſ.in conſi.j.nu.37.& 51.
uol.4.

28 Secundò accedit.Nam†quando remiſsio iniuriarũ
eſt facta ſimpliciter ſacerdoti in foro pœnitẽtiali uel
conſcientiæ,iſta nõ operatur in foro cõtẽtioſo quin
agi poſsit,Bart.& alij in l.ſi.tibi.§.j.ff.de pact.& in l.
non ſolum.§.j.ff.de iniur.Ruin.in conſi.13.nu.2. uol.
5.& tamen ſi eſt facta plena remiſsio extenditur etiã
ad forum contentioſum,ut in eo agi non poſsit. Bal.
in c.j.§.iniuriam.colum.ſecunda,de pace iur. firma.
Alex.in dicta.l.ſi tibi.§.primò,ubi etiam Iaſ.colu. pri
ma.Iaſ.in l.poſthumo.colu.penu.C.de bon.poſ. cont.
tab.Anib.in repet.l.nemo poteſt,numer.262.ff.de le-
ga.j.

29 Tertiò facit;†Nam reſtitutio ſimplex degradati &
priuati beneficio non trahitur ad beneficium,& tamẽ
ſi plenè eſt reſtitutus per eam recuperat beneficium.
Spec.in tit.de lega.§.j.uer.quid ſi degradatus. Ioann.
And.in c.quamuis.ubi etiam Gemi. in fin. de reſcri.
in 6.Iaſo.in d.l.poſthum.col.pen.& in d.§.ſi tibi. ac
Anib.in d.repetit.l.nemo poteſt num.263.& tãto ma
gis hoc dicẽdũ uidetur in caſu de quo agitur,ubi prin
ceps geminatè ultra ſupra dicta facit mentionem de
30 pleniori reſtitutione,quæ†uerba fortiora ſunt quam
ſimplex funiculus,Doct.in l.baliſta.ff.ad Trebel. Bar.
in l.cum ſcimus.C.de agric.& cenſ.li.11.quod & for
tius demonſtratur ex aliis uerbis in dicta reſtitutio-
ne poſitis,dũ dr̃,perinde ac ſi dictus Aſcanius rebel-
lis nunquam fuiſſet & ipſorum bona cõfiſcata nõ fuiſ
ſent,quæ uerba important,ꝙ uirtute dictæ reſtitutio
nis dictus Aſcanius poterit recuperare eius bona,
etiam ſi poſſeſſores cauſam a fiſco habuiſſent: eo
31 quia † dictio, perinde, denotat omnimodam ſimili
tudinem.l. ſed & ſi lege. §. perinde. & ibi Ang. ff. de
peti. hæred. pro qua ſententia facit quod notat
32 Crot.in conſil. 127. numer. 15. ubi inquit. quod † ſi
in reſtitutione dicatur,uolumus & decernimus fore
& eſſe perinde acſi dictus Marcuſantonius & alij in
mandato deſcripti banniti & rebelles nunquam fuiſ-
ſent & ipſorum bona iure confiſcata nõ fuiſſent.ꝙ ta
lis reſtitutio cõcepta ſub his uerbis operatur ꝙ dicti
de Maluetijs,de quibus ibi,poterunt recuperare fru-
ctus perceptos ex eorum bonis, etiamſi poſſeſſores ta
lium bonorum cauſam a fiſco habuiſſent:eo quia di-
ctio,perinde,omnimodam ſimilitudinẽ denotat, per
dictum.§.perinde.qui fructus(ut ſupra dictum fuit in
prin.)non uenirent in reſtitutione ſimplici,iuxta no.
per Scriben.in dicto.§.& quid ſi tantum,quam dictio
nẽ,perinde,ad terminos noſtros etiam põderat Port.
in con.48.col.2.in fi.uer.uenio ad ſecundum.Fortifi-
catur hæc ſentẽtia etiam ex alijs uerbis deſcriptis in
ea dum dicitur,in omnibus & per omnia reponit pe-
rinde acſi nullum facinus commiſiſſet.quę cõceptio
uerborum latiſsima,ibi:plenisſimè,& in omnib. & ꝑ
omnia,operatur ut ſub forma huiuſmodi reſtitutio-
nis alienationes interim factę reuocẽtur,ut in termi
nis dixit Port.in citato conſi.48.nu.7.

Reſtat modo ut ad confutationem adductorum in
contrarium deueniatur,& in primis dico quod in ca
ſu noſtro non eſt tractandum de indulgentia ſimpli-
ci,ut loquuntur iura & deciſiones allegatę,ſed de re-
ſtitutione plenisſima,ut clarè conſtat ex his quę ſu-
pra latè dicta fuerunt, in qua ueniunt bona cõfiſcata
ut notant omnes doct.in dict.§.& quid ſi tantum. &
in aliis locis ſupra citatis.

Pariter non obſtat ſecundum argumentum, quòd
regulariter in reſtitutione non ueniunt niſi bona,quę
reperiuntur penes fiſcum & non acquiſita tertio,ne ſi
bi inferatur præiudicium.Quia reſpondetur,quod in
præſenti caſu nõ requiritur per dominum Aſcanium
niſi quod reſtituatur ad recuperationem bonorum cõ
fiſcatorum,quæ extant pœnes fiſcum, cum bona ipſa
per eum nõ reperiãtur alienata, ut eſt cõis ſchola do
ctorum,ut abunde ſupra dictum fuit, nec nõ & ad bo
na ſubiecta fideicommiſſo paterno,cum per talem ad
miſsionem nullum illatum cenſeatur pręiudiciũ fra-
tri,qui non tenet neque poſsidet dicta bona,& ſi etiã
poſsiderentur,adhuc dicetur,quod uirtute dictę reſti
tutionis teneretur ad illorum reſtitutionem:quia(ut
iam dictum fuit)communis extat doctorum ſententia,
ꝙ quando bona ſunt tranſlata in alium mediãte facto
hominis,hoc eſt,mediante alienatione fiſci, tunc re-
ſtitutio Principis non trahitur ad bona facto homi-
nis alienata,ut uoluit gloſ.& notant doctores in d. §.
& quid ſi tantum.ſecus ſi bona ſine alio actu hominis
eſſent acquiſita tertio per condemnationẽ:quia tunc
reſtitutus recuperat illa bona.l.ſiue patronus,in prin.
ff.de iurepat.ubi patronus reſtitutus recuperat ius pa
tronatus.quia ipſo facto tale ius amittit per deporta
tionem,ita Cyn.Ang.Alex.Are.& Iaſ.in d.§.& quid ſi
tantum.& doct.ſupra citati in tertia concluſi.& quã-
uis Gomes in loco ſuperius citato auſus fuerit dicere
contrarium,malè ſentit,cum communis ſit contra eũ
a qua in iudicando non eſt recedendum,quã quoque
ſententiam amplectitur Natta in conſil.470.num.20.
qñ non fuit per tertiũ apprehẽſa poſſeſsio,ſecus ſi ali
ter:quãuis in hoc ultimo capite aliter loquanť doct.
dũ dicũt,ꝙ bona exiſtẽtia pœnes tertium recuperan
tur per reſtitutum ut per Pariſ.Bero.& alios ſupra ci-
tatos.Nec refragatur etiam,quod reſtitutus non recu
perat bona alienata,quamuis Princeps in reſtitutio-
ne dixerit & declarauerit,confiſcationem pro nõ fa
cta haberi & irritam.Quia rñdet,quòd & ſi Dec.in d.
cap.diligentiam.& in conſil.252.colu.penul.teneat
contrarium, tamen (poſita illa opinione pro uera)

dr,quòd in casu nostro sunt illa uerba,ita quòd nihil obsici posfit. quæ operantur restitutionem trahi ad alienata,ut abunde supra dictum fuit. Vlterius dr, ꝙ
33 † ét in terminis nostris tertio præiudicatur, qñ constat Principem ita uelle.ut clarè dicit Parif. in consi. j.nu.40.uol.4.Affiic.in decif.361. col.pen. ubi dicit, restitutionem extendi ad bona ét alienata, qñ cõstat de mente restituentis, & cessat obreptio.Claud.in l. uenia.col.fi.ubi ét Dec.nu.9.C.de in ius uoc. Bero.in consi.76.nu.113.uol.j.ubi inquit,ꝙ quando sumus in casu, in quo Princeps pro pace iucunda aliquos ad gratiam recipit, seu indulgentiam concedit, utendo uerbis prægnatibus, ex quibus apparere posfit de mẽte ipsius uolentis plenariè eos reintegrare,& restitue re, tunc præiudicatur tertio. Sed in terminis nostris adsunt in restitutione facta per Principem dño Aica nio nedum uerba plenisfima sed plusquam plenissima, ut supra ostensum fuit, ergo dicta restitutio etiã ad alienata & in alium translata trahitur & extenditur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Verborum prolixitas inimica est sapientibus.*
2 *Consulens respondere debet ad rem,sine truffis & generalibus,quæ solent apponi ornatus causa.*
3 *Veritas est mater iustitiæ,cui omnia cedunt.*
4 *Veritati semper locus esse debet.*
5 *Statutum de lucro dotis secundum magis communem est ualidum in iure.*
6 *Lucrum dotis, quod defertur marito uxore decedente sine liberis, datur in recompensationem onerum matrimonij.*
7 *Statutum de lucro dotis habet locum in matrimonio momentaneo.*
8 *Statutum ubi loquitur cum aliqua qualitate, eã probanda uenit, aliàs locum nõ habet dispositio statuti.*
9 *Confessio est superlatiua probatio omnium aliarũ probationum.*
10 *Cõfessioni partis magis creditur quàm dictis testiũ, etiamsi mille essent.*
11 *Instrumento habenti omnes suas solemnitates standum est.*
12 *Instrumentum præsumitur uerum, publicum & solemne,& omnia in eo contenta esse uera, & à partibus prolata.*
13 *Instrumentum est ueritas apparens, probatio probata & non probanda, non indigens discusfione sine disceptatione fori.*
14 *Instrumentum habet uim diffinitionis.*
15 *Instrumenti casus ubi est dubitare non uidetur, & de eo dici potest,noli me tangere.*
16 *Simulationis exceptio secundum communem opponi non potest, quando quis iurauit in instrumento, omnia & singula fuisse & esse uera.*
17 *Statutum loquens in dote data uel promissa locũ non habet in dote confessata, quia aliud est dos data uel promissa,& aliud dos confessata.*
18 *Statutum de lucro dotis,cum sit correctorium iuris cõmunis.strictè debet intelligi, & uerba eius propriè intelligi debent.*
19 *Statutum de lucro dotis non est extra casum suum & in eo comprehensum trahendum ad aliquam consequentiam.*
20 *Argumentum a contrario sensu habet locum in statuto de lucro dotis.*
21 *Dos de iure communi debet reuerti ad dotantem uel ad eius hæredes.*

CONSILIVM XLVI.

1 QVONIAM † uerborum prolixitas inimica est sapientibus, ut concur ram cum Are.in consi.11.in princ.
2 & qui bene † consulit, respondere debet ad rem fine truffis & generalibus, quæ solent apponi ornatus cau sa,ut inquit idem Aret.in consi.5.colum.1.Idcirco in præsenti consultatione omisso fastu & pompa uerborum ne frustra uidear denigrare papirum,ut in simili dixit Ias.in cõsi.5.in princip.uol.3.& aherẽ-
3 do ueritati,quæ † mater est iustitiæ, Bal. in l. liberti ni.ff.de stat.hom.& cui omnia cedunt cap.ueritate.8.
4 distinc.&† semper esse debet locus.l.penul.§. mulier. ff.de proba.& maximè cum requisitus sim ad meram ueritatem explanandam, prætermittam allegationes ad partes, quandoquidem illas non expedire cogno
5 scam.Dico quod & si in iure certisfimum sit,ꝙ † statu tum de lucro dotis ualidum sit,ut dixi in trac. de lu-
6 cro dotis q.j.& † lucrum ipsum marito deferri uxore decedẽte sine liberis propter onera matrimonij, iuxta glo.in l.si donaturus.ff.de cond.caus.data, de qua ratione latè dixi in dicto trac.in q.4.ubi demonstraui hanc esse magis receptam sententiã, quamuis Pha nuc.in suo trac.de lucro dotis,aliter sentire uideatur & malè:quam partem tenuerunt Bal.in l.cum multæ. num.4.C.de dona.prop.nupt.Cur.in addit. ad Barto. in d.l.si donaturus.Vinc.ab.Ocha.in rubrica.ff.solut. matr.nu.59.in consi.176.& Cro.in fi.& in l.j.nu.161. uersi.præterea;eod.tit.& Purpur.in l.2.nu.39.eod.tit. Tiraquel.in l.si unquam,in uerbo donatione largitus. nu.217.C.de reuocan.dona.Bero.in consil. 40. num. 26.uolum.j.& in consil.sequenti.oume.10. & 15. & quam affirmant frequentiori calamo receptam Port. in consi.56.num.7.Alcia.in consi.103. columno. 1. in princip.& Dominus Ofasc.in decif.sua Pedemon.21.
7 nu.17.ac similiter† illud habeat locum in matrimonio, quod momento durauit, ut est firma doctorum snia,ut ostendi in d.tracta.de lucro dotis.in q.49. & cum eo ét pertranseunt Port.in consi.21.nu.94.& Ca tel.Cotta in memor. suis in memor. incip. statutum Mediolani. uersic.quæritur.Tamen dicitur etiam, ꝙ statutum famosisfimæ Ciuitatis Mediolani dispones maritum prẽmortua uxore sine communibus liberis lucrari dotem datam uel promissam, ubi etiam data non sit,dummodo dotantes fuerint in mora soluendi,non habet locum in casu,de quo agitur, ex infrascriptis. Primò: quoniam in iure tritum est, quod
8 † ubi statutum loquitur cum aliqua qualitate,illa pro banda est, alias dispositio statuti locum non habet.l.prima.§.ait prætor.ff. ne quid in loco public. Alex.in consil.3.numer.7. uol.2.Soc.Iun.in consil.5. numer.30.uol.2.doctrina est Ioan.Andr. & aliorum in cap.primo,de homicid.in 9. sed in casu præsenti non apparet, ꝙ isti domini Mapheus & Philippus de Pirrouano fuerint in mora in dando dotem promissam dicto domnio Antonio.Imò quod illam habuit, ut infra dicetur: ergo cessare debet dispositio dicti statuti de lucro dotis, cum qualitas moræ requisita a statuto probari non posfit per fundamentum in eo,Soc.Iun.in consi.4.num.30.uol.2.
Quod autem ipsis dominis de Pirrouano ascribi

L 3 non

nō posſit aliqua mora demōſtrarī.Nā ſi uideaſ chirographū factū per dictos dominos prędicto dño Antonio pro dote dominę Virginiæ ſororis domini Philippi & nepotis prædicti domini Maphęi,utique clarè cognoſcetur,quòd ipſi promiſerunt domino Antonio pro dote libras.29.mille in diuerſis temporib.uidelicet,15.mille in actu mřimonij, quę uidenī ei ſolutæ, ut conſtat ex eius confeſsione(ut præſupponi-
9 tur in facto)quæ†conceſsio eſt ſuperlatiua probatio omnium aliarum probationum, Doctores in l. cum te. C. de tranſac. Craue.in conſi.65.colum. ſecunda, nam tantę eſt uirtutis & efficaciæ confeſsio, quòd
10 † magis creditur confeſsioni partis quam dictis teſtium,etiamſi mille eſſent.Innoc.in capit. cum contingat.de offi.deleg.docto.in l.2.§.creditum ff.ſi cer. petat.quos ſequitur Burſat.in con.111.nu.14.& alias 14.mille in termino annorum 5.in una uel 4. uicib. ſoluentib.ipſis dotantib.fructus illarum ad rationē 5.pro centenario,ceſſante interuſurio pro illa parte, quæ perſolui contigiſſet, quas quidem conſequutus eſt ipſe dominus Antonius infra duos menſes poſt dictum chirographum, ut conſtat ex inſtrumento confeſsionis ipſius,ubi confitetur ſe habuiſſe plenam & completam ſolutionem ac integram ſatisfactionem dotis. Nam chirographum legitur factum de
11 menſe Maij & confeſsio de menſe Iulij,cui † inſtrumento ſtandum eſt, cum habeat omnes ſolemnitates a iure requiſitas, & de quibus per Scrben.in capit.
12 j.de fide inſtrum.& †præſumatur uerum, publicū & & ſolemne,& omnia in eo cōtēta eſſe uera,& a partibus prolata.Bal.in l.2.in ultima char.C.de reſcin.uē. Bertr.in conſi.14.nume.15. uol.2.Bero.in conſi.j. nu.
13 18.uol.2.&†ueritas apparēs.probatio probata, & nō probanda non indigens diſcuſsione ſiue diſceptatione fori.Bald.in l.Imperator.la j.in j.lectu. ff. de ſtat. hom.Iaſ.in l.admonendi.col.53.uerſicu. ſucceſsiue.
14 ff. de iureiur. & †habens uim diffinitionis. Bald. in conſil.233.poſt principium uolu.primo,& in conſil.
15 215.col.ſecunda uolum.2.ubi ait, quòd † ubi eſt caſus inſtrumenti, non uidetur dubitandum,& de eo dici poteſt,noli me tangere.Bald.in conſi.400. uolu.5. nec contra eum poſsit opponi exceptio non numeratę dotis,ut per Bar.& alios in l.fi.C.de nō nume. pec. Bal.in l.qui pecuniam.ff.ſi cert.pet.Soc.in conſi. 81. col.j.uol.3.& in con.81.nu.13.uol.j.Craue. in conſ. 282.col.pe.ubi loquitur in eo qui renuntiauit exceptioni non numeratæ dotis cum iuramento; nec
16 ſimiliter aliqua allegatio ſimulationis †cum iurauerit omnia, & ſingula contenta in dicto inſtrumento uera, iuxta communem deciſionem doctorum in l.nemo poteſt.de lega.primò,& Boer. in tracta.de uirt.inramen.nu.111.

Secundo dicitur,ꝙ ex alio capite dictus Dñs Antonius nō pōt cōſequi lucrū,de quo in ipſo ſtatuto: qm̄ ſtatutū ipſum loquitur in dote data uel promiſſa,
17 quod†locum non habet in dote cōfeſſata:quia aliud eſt dos data uel promiſſa & aliud dos confeſſata,Bal. in con.333.in 4.uol.ubi inquit,ꝙ ſtāte ſtatuto, ꝙ uir ſoluto matrimonio lucretur quartā partē dotis uxoris ſuæ a quocunque fuerit datā,tale ſtatutum locum non habebit in confeſſata:quia aliud eſt dos data, & aliud dos cōfeſſata,ut notaī in ſimili in l.aſsiduis.qui pot.in pign.hab.& in cō.467.in fi.uol.4.ubi loquiī de dote percepta,de quo dixi in trac.meo de lucro dotis in q.6 nu.4.ſicut ēt uidemus,ꝙ non habet locū in dote ficta,ut ſimiliter dixi in d.trac.q.75.nu.10.Nec mirum,quia cum huiuſmodi ſtatutum ſit correctoriū iuris communis,Ang.in conſi.158.colu.prima,Abb. in conſi.79.uolu.2.ſtrictę debet intelligi & eius uerba intelligi propriè.Bal.in l.ſecunda,C.de dot. promiſ.
18 ubi dicit, quòd † in lucris,quæ proueniunt ex forma ſtatuti,uerba eiuſdem debent intelligi propriè & ſtrictè interpretari.Ang.in citato conſi.158.ubi ait,ꝙ cū hmōi ſtatutū ſit directè contra ius cōmune .l.ubi adhuc.C.de iure dot.& l.dos a patre.C.ſolu.mat.& ſtrictè ac propriè intelligēdū.l.cōſtitutionib.ad munici
19 pa.extra†caſum ſuum & in eo cōprehēſum nō eſt trahēdū ad aliquā cōſequentiā. l.qđ uero. ff.de ll.Pariſ. in con.14.col.2.uol.3.ubi tradit tale ſtatutū, ex quo nō cōtinēt in ſe aliquā rationē ſcriptam, eſſe ualde exorbitās & cōtrariari cōmuni,cū tollat in parte vxori liberam facultatē diſponendi de rebus ſuis, quo fit ut ad unguē & cōtextū ſeruādū ueniat & a uerbis ipſius non recedēdū,ex quo eſt præciſi fori & ſtricti iuris,dixi in dicto trac.in 2.quæſt.quæſt.95. numer. 4. Vnde ex his uidetur dicendum,quòd cum in caſu noſtro nulla data ſit mora in dando dotem per dictos dominos de Pirronano, ratione cuius multa permittuntur in odium moroſi, ut cōſtat ex his quæ dixi in dicto tract.in quæſt.ſeptima.ubi determinaui, ſtatutum de lucro dotis datæ uel perceptæ etiam locum habere in dote promiſſa,ſi mulier fuit in mora in tradendo dotem:quia ex quo ſtetit per eam quo minus ſolueretur,perinde haberi debet ac ſi dos percepta foret, & conditio ſtatuti adimpleta, ut etiam dixi de dote confeſſata, & ubi nulla data eſt mora per ar-
20 gumentum a contrario ſenſu quòd † in tali ſtatuto locum habet, ut dixi in quæſt.43.dos debet reuerti ex diſpoſitione dicti ſtatuti ad dotantes uel hære-
21 des. quod † in hoc uidetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis. l. dos a patre. C. ſolut. matr.l.ab hoſtibus.in princip.ff.ſolut.matr.cap.fin.§. ſanè.ubi Abb.& alij de dona.inter uir.& uxor. & ſic quod dominus Antonius excludendus uenit a lucro ipſius ſtatuti,quod in huiuſmodi caſu ex rationib.ſupra allegatis locum habere non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſimulatum dicitur corpus ſine ſpiritu.*
2 *Contractus ſimulatus cum deficiat in ſubſtantialibus non eſt contractus.*
3 *Contractus ſimulatus dicitur coloratus ſiue depictus, qui extrinſecus apparet aliquid,ſed intrinſecus non habet ſubſtantiam.*
4 *Simulatio appellatur imago, quæ habet ſuperficiem ueri ſed non medullam.*
5 *Inſtrumētum ſimulatum,licet ſuperficialiter appareat eſſe inſtrumentum,tamen ſubſtantialiter & intellectualiter non eſt inſtrumentum,& cum careat effectu carere etiam debet nomine.*
6 *Simulatio probatur ex coniecturis,& præſumptionibus,& de quibus ſtatur arbitrio iudicis.*
7 *Simulatio demonſtratur ex non numeratione pecuniæ.declara ut in num.30.*
8 *Pecuniæ numeratio requiritur in uero & reali depoſito.*
9 *Confeſsio depoſitarij non probat uerā numerationē.*
10 *Verba,quæ habuerunt & receperunt appoſita in inſtrumento non important numerationem.*
11 *Simulationis coniectura oritur ex uicinitate actuum & breuitate temporis.*
12 *Vicinitas actuum eſt ſufficiens præſumptio ad probationem ſimoniacæ conuentionis.*
13 *Contractus præſumitur uſurarius ex uicinitate actuū.*

Simu-

14 *Simulationis coniectura oritur ex uicinitate actuum. declara ut in num.30.*

15 *Simulatio arguitur ex temporis breuitate & ex his quæ fiunt incontinenti,& unico contextu.*

16 *Instrumentum depositi simulatum secundum communem non ualidatur iuramento. declara ut in num. 31.*

17 *Iuramentum non habens consensum dicitur carere anima.*

18 *Iuramentum quando apponitur super contractu simulato non indiget rescissione.*

19 *Iurans omnia, & singula contenta in instrumento esse uera, a dicto iuramento poterit petere absolutionē. sed contra num.36.*

20 *Instrumentum depositi dicitur probatio probata, & ueritas apparens, inducens euidentissimam probationem.*

21 *Instrumentum depositi habet executionem paratam.*

22 *Exceptio compensationis non admittitur cōtra instrumentum depositi.*

23 *Priuilegia ueri depositi secundum communem, locum etiam habent in deposito egrediente fines depositi ueri.*

24 *Priuilegia depositi extenduntur etiam ad depositum confessionatum.*

25 *Instrumentum in dubio præsumitur uerum.*

26 *Præsumptiones tres oriuntur ex instrumento, quòd sit uerum, publicum, & solemne.*

27 *Contractum simulatum qui uult dicere debet probare etiam speciem simulationis, quæ de iure sit improbata.*

28 *Tria sunt genera simulationum.*

29 *Simulationis causam non sufficit simplicitꝛ probare nisi etiam uerificetur, quòd ab initio contractus interuenerit, adeo quod non sufficeret, si ex post facto id ageretur.*

30 *Coniecturæ plures requiruntur ad probandum plenā simulationem.*

31 *Simulationem opponere non potest, qui iurauit in instrumento omnia & singula fuisse & esse uera.*

32 *Iuramenta duo plus operantur quàm simplex iuramētum.*

CONSILIVM. XLVII.

PER Magnifi. Dom. Mapheū patruū & Philippū nepotē de Pirrouano dubitari vr̄, an instrumētū depositi celebratū per Magnificū dn̄m Antoniū de Raude cū eis, sit de iure ualidū, & ipsi stādū sit. Primo quidē aspectu uideretur dicendum quòd non, quia† illud est
1 simulatū, ergo corpus sine spiritu. Bal. in l. j. C. plus ualere quod agitur. & ideo dicit Bart. in l. nemo potest.
2 de lega. 1. ꝙ† contractus simulatus cū deficiat in substantialibus nō est cōtractus Bal. in l. ab Anastasio. in
3 4. notabi. C. mand. ubi ait, quòd† contractus simulatus dicitur coloratus siue depictus, qui extrinsecus apparet aliquid, sed intrinsecus non habet substantiam, & in l. ei qui. C. de distrac. pigno. quòd simulatio appellatur imago, quæ habet superficiem ueri sed non medullam, & quod appellatur collusio. Iaf. in consi. 170. col. 4. uer. 9. uol. 2. alibi. in l. fi. §. in cōputatiōe. in
5 ul. col. C. de iure delib. inquit, † ꝙ licet instrumētum simulatum superficialiter appareat esse instrumentum, tamen substantialiter & intellectualiter nō est instrumentum, & cum careat effectu carere etiam debet nōmine. Iaf. in l. nemo potest. in 1. lect. col. 7. in fi. uer. 4. quærit Bartol. ff. de legat. primò. Paris. in consil. 53. num. 11. uol. 1. & in cons. sequenti nu. 26. & in cō. 86. nu. 3. uol. 3. & per tale instrumētū nullū ius tribuitur. Ruin. in con. 113. nu. 5. uol. j. Port. in consi. 192. nu. 4.
6 ¶Quod† aūt sit simulatū probatur ex cōiecturis & præsumptionib. infrascriptis, quæ coniecturę & præsumptiones sufficere uidenť ad probationē simulationis. Bart. & cæteri in l. post cōtractū. ff. de donatio. Dec. in con. 644. nu. 4. 659. nu. 15. & 587. col. 2. Soc. in cō. 18. nu. 24. uol. j. Bologni. in cō. 25. in prin. Crau. in cons. 73. nu. 7. & 156. nu. 7. Ceph. in cons. 198. nu. 16. Paris. in cons. 53. num. 8. uol. j. & in consil. sequenti numer. 21. 62. num. 35. uolum 3. & in consi. 86. numer. 29. uolum. eod. Port. in consi. 22. num. 26. & de quibus coniecturis statur arbitrio iudicis. Afflic. decis. 40. Craue. in consi. 156. num. 24. Cepha. ubi supra. Soci. Iuni. in consi. 84. num. 8. uol. 4. Paris. in consi. 53. & 54. supra citatis Port. in citato consi. 22. num. 20. Menoch.
7 in trac. de arbitr. iud. in casu. 254. Nam † simulatio prima demonstratur ex non numeratione pecuniæ, quæ non interuenit in huiusmodi dispositione, argumento not. per Barto. in l. centum. ff. de adim. lega.
8 Rui. in consi. 170. numer. 5. uolum. 4. quæ † tamen requiritur in uero & reali deposito, Doctores in l. se-
9 cunda, ff. si cert. petat. Nam† confessio depositarij non probat ueram numerationem nec uerum actum, Iaf. in consi. 172. column. secunda, uolumin. 2. Nec obstat
10 si dicatur, ꝙ in dicto instrumento dicitur † quæ habuerunt, & receperunt, quia hæc uerba non important numerationem, ut per Bar. & alios in l. si ex cautione. C. de non numer. pecun. ubi dicit, quòd si Titius confessus fuerit habuisse, & recepisse centum, quæ habuit & recepit, nec additur in præsentia mei notarij & testium, hoc instrumentum de necessitate non importat numerationem: quia totum illud esse potest de confessione partis, quæ dicit confiteor me habuisse, & recepisse centum, quę habui, & recepi. Ruin. in consi. 29. column. penult. uolum. primo. Al-
11 cia. in consi. 4. numer. 7. Secunda† simulationis coniectura oritur ex uicinitate confessionis dotis receptæ factæ per dictum Magnificum dominum Antonium prædictis dominis de Pirrouano & ex instrumento depositi confessionati 14. mille librarum statim & incontinenti facto post ipsam confessionē coram eisdem testibus & notarijs ac in eodem loco ex qua uicinitate actuum & breuitate temporis colligitur manifestè, quod prædictum depositum fuerit factum contemplatione confessionis præcedentis, & confessio prætextu depositi subsequentis, adeo quod unus actus dicitur inesse alteri. l. petens. ubi notant omnes, C. de pac. & in l. lecta. ff. si cert. peta. glo. in l. ut iusiurandi. in uerbo libertatis. ff. de oper. libert. Dec. in consi. 182. column. secunda, uersicul. accedit. Alex. in consi. 25. colum. fi. uolum. 2. & ideo uidemus, quod ex uicinitate actuum colligi potest sufficiens præsumptio ad probandum delictum, ut est
12 tex. in cap. officij. de elec. ubi gloss. 1. dicit, quod hęc præsumptio est sufficiens ad probationem simoniacæ conuentionis. Dec. in dicta l. petens. in 2. notabi-
13 li. Plus † ex dicta uicinitate præsumitur contractus usurarius. Ripa in l. si uentri. §. fi. colum. secunda, uer. sextò facit. ff. de priuil. cred. Abb. in consi. 5. column. secunda uolum. primo, & de his uide ad saturitatem per Anto. Gabr. in suis com. opin. lib. primo in titulo

14 de præsump.conclusione.13.& ꝙ† ex dicta uicinitate actuum oriat coniectura simulationis,notat Bal.in l.per diuersas.in fi.uer.20.quærit.C.mand. ubi dicit, ꝙ si prætium est numeratū in instrumento,sed clā fuit restitutū,& incōtinēti cessio simulata:quia in dubio præsumit actū de reddendo,ex quo statim est facta restitutio.Rui in cons.42.col.pen.circa finem uersic.ad istud rndetur.uol.1.Pari.in cons.55.nu.44.uol.j.& in
15 cons.86.nu.34.uol.3.ubi† quæ incōtinēti fiūt & unico contextu arguunt simulationē propter tēporis breuitatē,Curt.Sen.in con.58.col.2.in princip.uersi. sed præmissis omnibus.Por.in consi.22.nu.17.& eo magis augetur simulatio,cum appareat,quod post dictū instrumētū depositi,dicti dñi de Pirrouano in quadā scriptura se obligauerint & promisserint pdicto Magnifico domino Antonio præsenti & acceptanti de soluēdo libras septē cētū singulo anno pro interesse libra.14.mille de qbus ipsi erāt debitores dicti domini Antonij,& hoc donec ei erit satisfactum de ipsis libris.14.mille qd interesse sibi soluit:qa dictæ 14.mille libre sunt pro resto dotium dominæ Virginiæ uxoris domini Antonii prædicti,dato ꝙ appareat in instrumēto,ꝙ dictæ libræ.14.mille sint depositatæ pœnes dictos dominos de Pirrouano per præfatū dominum Autonium,qui sustinet onera matrimonij : insiciari enim non potest,quin ex hac scriptura apertè demōstret ipsa simulatio;nam ad quid erat opus facere dictam scripturā,si instrumenta cōfessionis totius dotis & deposita fuissent uera,certè non fuerat necessarium, nnde ex hoc aliter dici non potest,nisi quòd prædicta scriptura facta fuerit animo demonstrādi instrumentum dicti depositi simulatē & fictitiè conceptum, maximè cum in dicta scriptura dicatur (Ancora che appara che nel instrumento che dette libre 14.milia,siano presso depositarij di detto signor Autonio,qual sostiene il carico del mrīmonio)unde cum simus in claris coniecturis simulationis,ex quib. (ut dictum est)probatur simulatio,dicendum uenit in strumento ipsius depositi nō esse standum.

16 Nec habet obstare si dicatur,ꝙ† dictum instrumentum depositi etsi simulatum ualidetur iuramēto:Quia respondetur, in contrarium esse communem doctorum sententiam,ut est gloss. communiter approbata in l.emptione.C.plus ualere qnod agitur.Ias.in l.nemo potest.in prima lectura,in 8.col.de leg.j.in l.j. in fi.de iureiur.Crot.in l.si constante.col.53.ff.solut.matr.& in con.12.nu.23.Alex.in l.pen.in 3.notabili. C. de transac.Curt.Iun.in consi.108.nume.13.Abb.in c. ad nostram.de emp.& uend.Aug.in l.1.C.de dot.cau. non num.Pau.de Castr.in l.si quis pro eo.colum.1. ff.
17 de fideiuss.ubi dicit rationem illius glo.esse quia† cum tale iuramentum non habeat consensum dicitur carere anima,& ideo per illam gloss.inquit Bal.in l. ro
18 gasti.§.si tibi.col.fi.ff.si cer.petat.quod† quando iuramentum apponitur super contractu simulato non indiget rescisione.Cur.Iun.in consi.53.num.7.

Similiter non obstat,quòd prædicta conclusio locum non habeat, quando quis iurauit omnia & singula contenta in instrumento esse uera & nolle illi contrauenire,ut in casu præsenti,quia tunc tale iuramentum ualidat contractum simulatum,ut notāt omnes in l.uemo potest.de lega.primò. Quia responde-
19 tur,ꝙ† poterunt dicti domini petere absolutionem a dicto iuramento,ut per Imol.in dicta.l.nemo potest. Afflic.in decis.60.Soc.in consi.54.nu.84.uol.1.

Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam in casu de quo agitur, ueriorem esse arbitror,ꝙ dominus Antonius consequi ualeat dictas libras 14. mille, de quibus in instrumento ipsius depositi, cum
20 illud †sit probatio probata & ueritas apparēs, Bal.in l.Imperator.la j.col.2.ff.de stat.hom.& in l.2. C. quo do fisc.uel priua.& inducat euidentissimam probationem cap.licet causam,ubi Scriben.de proba.Paris. in consi.104.nu.64.uol.1.Tiraquel.latissimè in tract.de retrac.fo.mihi.391.nu.20.cum sequentib. habeatque
21 †executionem paratam.l.pe.in uerbo illico.& in uerbo modis omnib.ubi notant omnes.C.depos.Alex.in l.fin.C.de edic.diui Adr.tollen. ubi etiam Iascolu.1. uersi.adde secundum casum.Barba.in c.2.de depo. Anto. de Cana.in trac.de execut.instru.quęst.septima. Cra. in responso.77.num.2.in prima par.& in respōso 63. num.18.in 2 par.Petr.Rebuf.in constit.regiis artic.6. glo.3.num.16.Gabr.Sard.in anno.ad Mathes.in fin.5. Rimi.in consi.71.nu.42.Alb.in cons.3.nu.12. dixi in
22 consi.17.in j.uol.& in tātū est priuilegiatū† ut non admittatur contra eum compensatio. Bart.& Bal. in l. fi.C.de compensat.Bal.in consi.317. uolumin. 3. Cagnol.in l.contractus.num.26.ff.de iureiur.& in l.singularia.numer.11.ff.si cert.pet.Ripa & Moder.in l.secunda,ff.si cert.petat.Plot.in l.si quādo nu.431.C. de ui.& Gabr.Sard.ubi supra.

Nec habet obstare si dicatur, præmissam conclusionem procedere in deposito formali & naturali ,ut illico nolenti ei qui deposuerit reddere modis omnibus compellatur . l.si quis pecuniam . C. depos. non autem in deposito,ut sibi depositarius illud teneat & ipsum restituere non teneatur nisi ad certum tempus,quod dicitur excedere fines depositi .l. Lucius. ff.depos.Barba.in consi.7.colum.septima. uolumi.2. Neuiza.in consil.48.in charta ultima,uersi.facit, nec in deposito confessionato.Bald.in consi.384.uolu.1. Soc.In consi.143.colum.pennlt.uolumi.primo, dup. in consi.171.uol.2.Cagnol.in dicta.l.contractus .& in l.singularia.num.11.Ripa in l.secunda,ff.si cert.pe
23 tat.Quia respondetur,qnod† etiam priuilegia ueri depositi habent locum in deposito egrediente fines depositi, neri.Ias. in l. secunda , in princip. columna. secunda,ubi etiam alij.ff.si cert.petat. ubi secundum Curt.Iun.hęc sententia probatur in l. si hominem . in §.quoties.cum lege sequenti.ff.depos.ubi priuilegium,de qno ibi , competit & deposito qnod fuit cōsumptum,& per consequens ubi fuit translatum dominium.Ang.in §.præterea.colum.prima,instit.quib. mod. re contrah. obligat.quod dicit bene notandū. Alb. in consi.3.nn.primo, Cur.Iun.in l. bona fides . col.secunda,ff.depos. & hanc esse communem opinionem attestatnr Purpurat.in dicta. l. secunda, col. tertia,dixi in consil.17.numer.6.uolu.primo,quibus addo Riminal.in consi.101.numer.38.& Nattam in
24 consi.438.numero.7.& in specie† in deposito confessionato ita uoluit Bald.sibi contrarius in consil.256. uolum.primo,ubi dicit quod in dicto deposito non admittitur compensatio, Paulus de Castr.in consi.9. secundum antiquam impressionem.Curt.Iuni.in dicta.l.secunda,in princip.column.quinta,& in ipsa. l. bona fides . column.penult.de quo articulo latè scripsi in dicto consi.17.quam sententiam etiam amplexus fuit Petr.Rebuf.in suis constit. regiis articulo 6. glo.3.nume.19.& in articulo secundo gl.1.nume.56.

Verum quia difficultas omnis residet ad respondēdum argumentis in contrarium adductis ad illorum confutationem me conuerto,& ad primum de instrumento isto,quod sit simulatum , dicitur quòd
25 imò est uerum,prout† in dubio præsumitur.l.quis.ubi Bal.C.si quis alteri uel sibi. Dec.in consi.491. nume. 4.Bero.in consil.166.num.19.uolumin.primo. Paris. in consi.53.num.6.uolumin.primo.Grat.in responso 157.numero.13.in secunda part.Natta in consil.628. numer.

numer.19.Port.in consi.66.num.5. Dominus Osasc. in decis.sua Pedemonta. 42.numer. 7.ubi contractus præsumitur ualidus & ue rus,cum nemo præsumatur uel
26 le delinquere .Nam† ex instrumēto tres oriūtur præsumptiones,quòd sit uerum,publicū & solemne,& quòd oia in eo descripta sunt uera,& placa a partib.Bal.in l.secūda,in ultima charta.C.de rescin.uēd.quē sequūtur Ber.in con.1.nu.19.uol.2.& Bert.in con.14.nu.5. uol.2.item dicitur quòd† qui uult dicere contractū si
27 mulatū,nihil agit, & nihil potest obtinere,nisi deducat & probet etiam speciem simulationis & talē,quæ de iure sit improbata.Bart.in cōs.65.col.2.ubi inquit
28 †tria genera esse simulationum:Aliquando enim uere fit unus contractus & perpetuo duraturus,sed simulatur alius contractus,Aliquando autem fit unus contractus uerè sed modico tempore duraturus.Aliqñ & tertio casu nullus fit cōtractus in rei ueritate sed oia finguntur & simulantur,& cū aliqua ex his simulatio nib.fit prohibita,aliqua uero permissa , necesse est quòd qui asserit cōtractū simulatū illicito modo,debeat id cōcludēter probare.Alb. in con.3 .in 2.col.& in cōs. 45.num.23.Dec.in cons.463 num.8.Ias.in consi.170. col.4.uersi.10.considerat.uol.2.Bero.in cons.65.col. 3.uol.2.Ruin.in con.32.nu.4.uolu.4.Paris.in consil. 54.nume.7.uolum.j.58.col.j.uolum.eod. & 77.nu.6. uol.3.Port.in con.68.in prin.& 192.in prin.59.nu.5.
28 *Præsumptio tanta est pro filio nato in domo uiri, ꝙ quamuis quandoque mulier diuerterit, adulterium commiserit, seu diu penes maritum sterilis fuerit, præsumitur filius mariti, nisi probetur absentia aut infirmitas mariti, per quam constare non possit esse illius filium.*

29 *Nullum quod est non potest producere effectum.*

30 *Statutum si disponat, ꝙ contra instrumentum uel sententiam non possit opponi nisi exceptio falsitatis,eo non obstante poterit opponi, instrumentum non esse instrumentum & carere debitis solemnitatibus.*

31 *Paria sunt non extare instrumentum uel extare sed nullum.*

32 *Comes Palatinus & si uigore potestatis suæ possit legitimare ad feuda, tamen id procedit quando legitimatio non peccat in obreptione uel subreptione.*

33 *Subreptio & obreptio uitiat legitimationem, cum in ea exprimi debeat qualitas personæ legitimandæ, quæ possit retrahere Comitem Palatinum ad legitimationem concedendam uel ad difficilius admittendam.*

34 *Quod amplia procedere, etiamsi in rescripto legitimationis sit clausula non obstante.*

35 *Decretum Principis, quòd quis non possit legitimare in territorio suo sine ipsius licentia ualet, & est fauorabile.*

36 *Testibus non deponentibus uerisimilia non est credendum.*

37 *Liber,non continens uerisimilia non probat.*

38 *Verisimile quod non est falsitatem imaginis habet.*

39 *Verisimilitudo est cognata naturæ & è contra,non uerisimile naturæ aduersatur & est eius inimicum.*

40 *Argumentum à communiter contingentibus est ualidum.*

41 *Infamia & dedecus morti æquiparatur.*

42 *Proprietas filiationis probatur ex eo, quòd quis natus est in domo mariti & ex eius uxore.*

43 *Testibus uerisimilia deponentibus etiam si sint pauciores magis creditur.*

44 *Iudex ex iusta causa testibus plenè deponentibus fidem adhibere non debet, quæ causa dicitur iusta ꝗ uã do non deponunt uerisimiliora.*

45 *Testibus, qui consonant cum iure communi magis standum est.*

46 *Tractatus primus filiationis tanquàm habens pleniorem probationem præfertur secundo tractatui.*

47 *Filius si fuit tractatus tanquàm filius usque ad mortẽ patris, & deinde post illius obitum alius illum tractauerit,nominauerit & habuerit in filium, attenditur primus tractatus, etiam si mater affirmaret illũ esse filium secundi.*

48 *Nominatio & tractatus in decisorijs petitorij nõ sufficiunt.*

Fama

49 *Fama quæ requirat ad eius probationem.*
50 *Testes masculi tanquam digniores præferuntur mulieribus.*
51 *Senioribus magis creditur.*
52 *Ditiores præferuntur alijs.*
53 *Statutum expressè prohibens forensem recipere instrumentum ualet.*
54 *Statutum, quando inhabilitat simpliciter notariorium sed cum modificatione, comprehendit etiam forensem.*
55 *Legitimatio redditur obreptitia, si in eius impetratione non fuit facta mentio, quòd feudum erat antiquum.*

CONSILIVM XLIX.

LEGITIMATIONEM Ioannis antonij de Salinerijs ualidam fore non obstantibus oppositionibus factis ex parte Magnificorũ dominorum Alberti & Ferdinandi etiã de Salineriis, prima facie sequẽtia de
1 monstrare uident. Primò.n.clarissimi iuris est, ꝙ†per exhibitionem instrumenti legitimationis Ioannesantonius dr̃ ipse habere fundatam eius intentionem, a-
2 deo quòd † asserenti illam non ualere sibi incumbit onus probandi. Abb.& alij in cap.in præsentia.per il
3 lum tex.de probatio. habilitas † personarum præsumitur ad ualiditatem actus, & qui dicunt actum ualidũ, non habent necessè probare se fuisse habiles, ut actus ualeat, per tex.& ibi Bal.in l.cum te minorem. C. de probatio.& ideo dixit Ioan.de Imol.in cap.fin. in gl, in uerbo.idoneus, de præsumpt.quod quando aliquis allegatur illegitimns & criminosus ad finem eum repellendi debet hoc probare: quia impetrans prima facie habet intentionem fundatam uirtute rescripti, & ideo quod nolens eum repellere tanquam illegitimũ debet id probare. Gozad.in consi.48.nu.11.Curt.Sen: in consi.75.colum.15.in princip.uersi.cũ igitur.Dec. in consi.307.in prin.dixi in consi.61.nu.28.uol.1.67.
4 nu.14.uol.3.& 96.nu.16.uol.eod.instrumentum† enĩ dicitur probatio probata, ueritas apparens, disceptatione fori non indigens. Bal.in l.imperator.col.1.ac probatio euidentissima, & realis, ut de omnibus his & aliis ad saturitatem per Tiraquel.in trac.de retrac. fo.93.nu.20.cum pluribus sequentibus.
5 Secundo dicitur, quòd† licet spurius nõ possit succedere in feudis ex consuetudine feudali c. primo §. naturales.si de feud.fue.cõtro.inter dom.& agna. qui tex.etiam procedit in spuriis teste Cur.Iun.in consi. 158.num.4.ubi inquit, quod ita quotidie de facto seruatur, quem sequitur Clarus in lib.4.suarum sententiarum in uerbo.feudum, quæst.72.etiam si sit legitimatus, dicto cap.naturales.ubi omnes, quia in simplici potestate legitimandi non includitur potestas legitimandi ad feuda. Signo. de Homod. in consil. 220.ubi assignat tres rationes, quem sequitur Car. Mediolanen. in cap.per uenerabilem. uersicu.quod autem.col.49.qui filii sunt legit. Curt. Iun. in trac. feud.in tertia par.quæst.septima, tamen sententia ipsa fallit, quando quis est legitimatus ad feuda a supremo Domino. gloss.& docto.d.capitulo naturales, qui dicunt sufficere si in legitimatione dicatur quod tales filii succedant in feudis, licet nõ exprimatur ad talia & talia feuda, nisi secundum Lauden. ibi essemus in maximis dignitatibus, quia in eis legitimati non succedunt, nisi facta fuisset specialis mentio. Bal.in l.eam quam.C.de fideicom.Curt. & Clar.ubi supra, quam glo.in dicto capit. naturales dicit communiter approbatam Paris.in consi.primo num.76.uol.2.Ruin.in cons.36.nu.18.uol.1.Cur.Iun. in consi.139.num.primo, Natta in consi.500.numer. 50.Soc.in consi.3.nu.2.uol.3.Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatur.num.18.ad Trebel.& hanc esse communem attestatur Boer.in decis.123.num.6.Curt.Iun. in consil.157.numer.28.quos sequitur Clar. ubi supra.
6 uel etiam si†sit legitimatus a Comite Palatino habente potestatẽ legitimãdi ad feuda, ut in casu præsenti, Ioan.Antonius fuit ab eo legitimatus ad feudũ Terzolij.Signo.de Homod.in dicto consi.220. num. 4. Paris.in citato consi.1. num.123.uolu.2.ubi inquit, hãc esse communem.Moderni Parisien.in consuet. Paris. §.8.glo.prima.nu.38.Clarus in allegata quæst.82. Nã
7 nulli dubium est, ꝙ† Imperator potest committere alteri potestatem legitimãdi.Bal.in l.prima ff.de tutor. uel curat.dat.ab his.Moderni in l. Gallus. §. & quid si tantum.ff.de lib.& posthum.Canonistæ in dicto ca. per uenerabilem.Paris.in consi.2.in prin.uol.2. cons. 3.in prin.4.in prin.& 5.uol.eod.in prin. Soc. Iun. in
8 consi.93.nu.2.uol.3.& ideo dicunt Scriben.ꝙ † legitimatio facta a Comite Palatino dicitur facta ad Imperatore, per regulam, qui per alium facit.de reg. iur. & iuxta illud, quod uoluit ueritas Dominica: Qui uos recipit, & me recipit, & qui uos contemnit & me cõtemnit.Paris.in consi.4.nu.3.uol.2.& consi.5.num. 3. uol.eo.Alex.in cõs.38.in prin.uol.1.Soc.Iun.in cõsi. 121.nu.3.uol.2.& Ceph.in consi.23.nu.13.
Nec habet obstare, quod præmissa legitimatio pec
9 cat in multis.& Primò, quod† Comes Palatinus non potuit uigore suæ potestatis legitimare dictum Ioannemantonium ad dictum feudum Terzolij sine licentia Illustrissimi Ducis, in cuius dominio situm esse reperiatur. Sal.in disputatione incipien. Comes Palatinus, & in alia incipien. Mediolanensis. Card.Alc.in d. cap.per uenerabilem.§.quod autem.nu. 61. Rosel. in trac.de legit.in penult.char.n.25.Cur.Sen. in consil. 65.nu.16.& 73.nu.28.dixi in conf.88.n.26.uol.j.ubi, multos alios citaui, cum quibus conueniunt etiã Soc. Iun.in consi.95.nu.9.uol.3.Paris.in consi.25.col.prima, in fi.uol.1.Alex.in cõsi.25.col.1.in fi.uol.1.Ludo. de Sard.in trac.legitima.in 3.par.in 7.articulo.Alcia. in consi.11.in primo tomo lib.3.Moder. Parisien. in consuet.Paris.in §.8.glo.1.nu.39.Port.in consi. 105. nu.21.Craue.in consi.suo nondum impresso edito in fauorem dominorũ Titi & Adriani de Brunis.
Quia respondetur secundum Alcia.in d. cons. 11. nu.4.d.Sal.fore periculosum, quia contra mentem gl. & Scribentium in d.c.naturales.& contrarium tenuerunt Brun.in consi.j.col.9.& in consi.15.col.pen. Cãpeg.inter dicta consilia, Brun.in cons.2.uol.3. & 11. col.4.Curt.Iun.in consi.j.nu.30.& 154.nu.24.ubi mouetur pluribus fundamentis. Verũ quia ea sentẽtia est magis communiter recepta teste Bosio in tracta. suo in titul. de Principe. numero 185.ideo dicitur quod sententia Salyc.limitatur tantum locum habere, ubi Dux Excellẽtissimus opponeret se contra dictam legitimationem, secus si tertius, ut in casu præsẽti, quia
10 tunc talis facultas eis non competit, quia†quæ in fauorem alicuius inducuntur tacitam habent conditionem, si ei placuerit l.2.ff.de lege cõmis. quam ad hoc allegat Raphael in l. si sponsus. §. si quis rogatus.ff. de dona. inter uir. & uxor. ita in terminis dixerunt Alcia. in dicto consi.11. numer.5.Paris.in consi. primo colũm.penult.in fin.uolum. 2. quorum sententiã secutus sum & comprobaui in con.22. nu.40.uol.
11 Pariter obstare nõ uidetur, quod† legitimatio ipsa

M non

non ualuit, nec similiter institutio facta per dominū
Ioan. Franciscum de dicto Ioan. Antonio tanquā eius
22 filio † quia filiatio probata non uidetur, ut in termi-
nis per Signo. de Homod. in consi. 183. & 221. Barba.
in consi. 27. uol. 1. vbi cōcludunt, legitimationis actū
nō probare filiationem legitimitatis, & sicuti ex tali
defectu redditur nulla & inualida legitimatio, ita
quoque & institutio. Paris. in cons. 10. nu. 31. uol. 2. &
11. uol. 14. & 18. uol. eod. quos sequutus sum in cons.
67. nu. 14. uol. 3. 96. nu. 15. uol. eod. & in consi. 89. nu.
39. uol. 1. Ceph. in cons. 23. nu. 40. Alcia. in consi. 201
num. 58. Bus. in suo trac. in titul. de part. suppo. num.
53 27. Quia respondetur, q † filiatio ipsa satis probata
uidetur ex testibus examinatis ad instātiam prædicti
Ioannisantonij, qui deponere uidentur, ipsum fuisse
nominatum, tractatum & alimentatum à dicto Fran-
cisco tāquam filium, ex quo tractatu constitutus fuit
in quasi possessione filiationis. Bartol. in l. prima, ubi
etiam Mars. numer. 9. ff. de quæstion. Dec. in cons. 54.
col. secunda, ubi post alios ibi per eū citatos inquit,
quòd adeo tractatus cōstituit quem in possessione fi
liationis, q aduersario incumbit onus probandi con
trarium. Afflic. in decis. 28. in princip. ubi etiam ait, q
quasi possessio sufficit in petitione hæreditatis. item
24 † accedit nominatio, quæ iuncta circa actum magis
conuenientem filio quam extraneo probat filiationē.
25 Docto. in ca. per tuas, de probatio. necnon & a fama
publica in dicto loco Terzolij, q etiam filiationē pro
bat. Alex. in cons. 88. nu. 7. uol. 7. institutio facta de eo
uti filio, quę similiter probat filiationem. Butr. & alij
26 in dicto c. per tuas. ac etiam † impetratiō legitima-
tionis facta à iam dicto domino Francisco de memo
rato Ioanneantonio, quæ uidetur inducere præsum-
ptionem filiationis. Cy. Bal. & Saly. in l. nō epistolis.
C. de proba. glo. Bar. Bal. Ang. & Saly. in l. neque pro-
fessio. C. de testa. & si in iuditio petitorio solus tracta
tus non probet filiationem. Cyn. & Bal. in l. non nu-
dis. C. de probatio. Ias. in dicta l. neque possessio, Sal.
in l. non ignorat. C. qui accusa. non pos. sicut etiam so
la nominatio non faceret plenam probationem. glo.
in dicto c. per tuas. Dec. in consil. 462. nu. 5. & pariter
idē dici possit de fama, institutione & impetratione
legitimationis, tamen aliter dicendum uenit quando
omnia supradicta coniuncta reperiuntur. Hinc est, q
27 dixit Butr. & Imol. in dicto c. transmissæ. q † nomina
tio cum institutione probat filiationem. Paris. in con
si. 13. nu. 29. uol. 2. & in cons. 29. nu. 10. uol. eod. Rui.
in consi. 36. nu. 6. uol. 1. 33. nu. 6. uol. 5. Natta in consi.
28 235. in princip. & Ceph. in consi. 48. nu. 18. & q † con
currētibus tractatu, nominatione, fama, institutione
& impetratione legitimationis plenè probet filiatio
nedum in possessorio sed etiam in petitorio, tradit
Alexan. in consi. 88. nu. 6. uol. 7. Ias. in consi. 125. col.
2. uol. 4. Gozad. in cons. 13. nu. 44. ubi dicit tractatum
cum legitimationis impretatione sufficere, & dicit
etiam Ruin. in consi. 36. nu. 6. uol. 1. quòd ex institu-
tione & legitimatione probatur, quam sententiā cō-
munem dixi in consi. 22. nu. 24. uol. 3. Natta in consil.
235. nu. 3. ubi dicit, quòd tractatus filiationis & com
munis opinio probant filiationem, nisi contrarium
probetur, & in consi. 59. nu. 15. ait quòd probatur ex
nominatione & tractatu. Bero. in consi. 161. nu. 6. uo-
lum. 2. Alcia. in trac. præsump. in tertia reg. præsum-
ptione. 38. num. 7. & quòd in petitorio etiam probe-
tur filiatio per nominationem tradit Ceph. in consil.
237. nume. 44. Alcia. in consi. 6. num. 16. ubi nomina-
tio, tractatus & fama probant, nisi ex aduerso probe-
tur contrarium, & eo magis ipsa filiatio probari ui-
detur ex ipsis testibus, dum dicunt, quòd dominus
Ioannesfranciscus conuersabatur & copulam habe-
bat cum Alasina longè antequam matrimonium con
tractatum esset cum Ardizono, illamque tenebat in
domo, ac per multos menses iam prægnātē ex suo se
mine in matrimonio copulauit cum ipso Ardizono,
quę Alasina post contractum matrimonium infra mē
ses quatuor peperit dictum Ioannemantoniū. Ex qui
bus sequitur, quod inquiunt gl. Abb. & ceteri in c. trās
missæ. qui filii sint leg. & in c. Michael. de fil. præsb. q
29 † natus ex concubina, quam quis publicè tenebat in
domo præsumitur natus & concubina. Natta in cons.
205. text. est in l. filium ff. de his qui sunt sui uel
alie. iur. ubi constat maritum aliquandiu cum uxore
non cohabitasse, ut in casu præsenti, ubi Ardizonus
antequam prægnantem Alasinam in uxorem duceret
non habitabat cum Alasina, unde licet postea Ioānes
Antonius natus sit in domo Ardizoni, tamē præsumi
tur filius ipsius domini Francisci & non Ardizoni, cū
natus fuerit (vt dictum fuit) infra quatuor mēses post
cōtractum marimonium cum Alasina, quo casu cum
simus extra casum. l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. in
ferendum uenit, quod sit probata filiatio ipsius Ioan-
nis Antonii.
30 Nec uis fieri debet, quòd † huiusmodi legitimatio
non ualeat tanquam rogata è notario non matricu-
lato, ita disponēte statuto Illustrissimi Ducis, in quo
cauetur, quòd notarius non matriculatus non possit
cōficere scripturam. Quia respondetur, q cum huius-
modi statutum loquatur in personam non comprehē
dit notarium forensem, Doctores in l. cunctos popu-
31 los. C. de sum. trin. & fide. catho. ubi † si statutum di-
sponit, quòd minor uiginti quinque annis nō possit
testari, tale statutū non extēditur ad forensem. Hinc
32 etiam uidemus, q † si statuto caueatur, q filiusfami-
lias possit testari, filius forensis nō poterit testari. l. 3.
in fi. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Doctores in dicta l.
cunctos populos. Ias. in cons. 59. col. 2. uer. nec habet
obstare. uol. 3.
Verum si diligēter omnia linceis oculis perspiciā
tur, contrariam partem in casu præsenti omnino te-
nendam esse arbitror, & pro fundamento huius par-
33 tis assumo conclusionē satis tritā, quæ est q † qui agit
tāquā filius siue legitimus & naturalis, siue spurius &
legitimatus debet hoc probare, ut de primo notat
Aug. in l. liberorū. ff. de his qui no. infam. Dec. in cōs.
54. in princ. 342, col. 5. vol. 2. Butr. in c. peruenit. col.
2. uersi. filius agit. qui filii sint legit. dixi in consil. 32.
nu. 14. uol. 3. & in consi. 19. nu. 23. uol. eod. & de secū
do notat Homod. in consi. 183. & 221. & alii supra ci
tati. At in casu præsenti Ioannes Antonius non pro-
bauit se filium domini Francisci, ergo legitimatio fa
cta de eo tanquam de eius filio non ualet. Corne. in l.
si pater. C. de hæred. instit. ubi dicit se uidisse consul-
tum per dictam. l. & l. nec apud. eod. titul. quod non
ualebat institutio facta à quodā diuite, qui cognoue-
rat mulierē maritatā. & cū pareret cōstāte matrimo-
nio recepit partū in filiū suū, & illū fecit legitimare,
& finaliter ipsum instituit uti filiū legitimatū, quia er
rauit in causa finali ipsius filiationis, Soc. Iun. in cōs.
86. numer. 34. uolumi. 2. dixi in consil. 22. numer. 10.
uolum. 3.
Quòd autem Ioannes Antonius non sit filius do-
mini Ioānis francisci probatur: quia natus in domo
Ardizoni ex Alasina eius uxore, quo casu præsumi-
tur filius prædicti Ardizoni. dicta. l. miles. §. defun-
cto. Clarius enim probari non potest, quem esse fi-
lium legitimum & naturalem alicuius quam ex eo,
34 quòd † natus fuit ex uxore in domo mariti, Dyn. in
trac. de successio. ab intesta. per tex. in dicta. l. filium
difini-

25 diffinimus. Pater † enim est quem nuptię demonstrāt l. quia semper. ff. de in ius uocan. ubi glos. dicit, quod sic probatur quem esse filium præsumptiuè iuris pręsumptione non autem pro certo. quia hoc esset nimis difficile, ut est gloss. in l. Lucius. ff. de cond. & demon.
26 quæ † quidem dispositio dictæ. l. defuncto. ampliatur etiam procedere, si probaretur mulierem maritatam cum alio copulam carnalem habuisse. Cyn. & Bald. in l. si uicinis C. de nupt. ubi loquentes de uxore adultera expulsa a uiro, quæ accessit ad lupinar ibiq; pepe-
27 rit filium dicunt, ꝙ † ita natus censetur filius mariti, quia possibile est, quod ex illo conceperit, ex quo ab alio certo non potest præsumi conceptus, cum fuerit uulgo conceptus. §. si aduersus. inst. de nupt. l. quique. ff. de in ius uocan. Abb. & alii in c. per tuas. de proba.
28 ubi dicunt, ꝙ † tanta est pręsumptio pro filio nato in domo uiri, quamuis ipsa quandoque diuerterit, seu adulterium commiserit, seu diu penes maritum steri lis fuerit quod præsumitur filius mariti, nisi probetur absentia, aut infirmitas mariti, per quam constare nō possit esse illius filium. Bero. in consi. 161. colum. prima. uolumi. 2. stante igitur hoc fundamento pro firmo, quod & comprobabitur ex infra dicendis, restat, ut deueniamus ad responsionem eorum, quæ ex aduerso deducta fuerunt. & ad primum argumentum dicitur, quod licet per instrumentum legiti mationis quis dicatur suam habere intentionem fun datam, tamen id uerum esse arbitratur, quando instru mentum est ualidum secus si nullum, ut in casu præ-
29 senti: nam † quod nullum est, nullum potest producere effectum. l. 4. §. condemnatum. ubi omnes. ff. de re iud. Ias. in l. prima, col. 4. in princip. C. de iur. & facti igno. Bart. in l. diuus Traianus. ff. de testa. milit. ubi dicit, quod si ex forma statuti contra instrumentū uel sententiam non potest opponi nisi exceptio falsitatis quod eo non obstante possum opponere instrumentū non esse instrumentum & carere solēnitatibus a iure requisitis. Alex. in consi. 3. nu. 6. uol. 2. in cōsi. 166. col. 1. uol. eo. in cōs. 33. col. j. uol. j. & in cōsi. 101. nu. 3. uo. 4. Dec. in cap. ex parte. il 2. de of. deleg. & in cōsi. 499.
31 nu. 14. Nam † paria sunt, quod non extet instrumentū uel sit sed nullū, uulgata, l. quoties. ubi Ias. ff. qui sa tisdat. cogan.

Nec refragatur, quòd instrumentū publicum dicatur probatio probata, & ueritas euidens. Quia illud esset uerum, nisi contra ipsum opponatur. But. in ca. cum contingat, de rescrip. & in c. cum dilecti. de don. Dec. in consi. 474. num. 3.

Ad secundum respondetur, ꝙ licet indubitati iu-
32 ris sit, quòd † Comes Palatinus possit legitimare ad feuda, si sibi a supremo domino fuerit attributa facul tas, tamē id procedit, qn̄ legitimatio nō peccat in ob reptione, uel subreptione, ut in casu nostro ubi Ioannesantonius præsupponit in impetratione legitimationis se fore filiū domini Ioannisfrancisci, quod tamen alienū uidetur à ueritate, cum filius esset Ardizoni & Alasinę & natus in eius domo, ut omnes testes deponunt, ex quibus arguitur proprietas filiatio nis ipsius Ioannis Antonij. Bero. in consi. 161. col. 3.
33 uolu. 2. Clarum est. n. ꝙ † subreptio & obreptio uitiāt legitimationem, cum in eam exprimi debet qualitas personæ legitimādæ quæ possit retrahere Comitē Pa latinū ad legitimationē cōcedēdā uel ad difficilius admittēdā c. super literis. de rescrip. Cur. Iun. in con. 225. col. 8. ubi dicit, taciturnitātē uitiare legitimatio nē, si taceātur ea, quæ reddidissēt Principem difficiliorē ad eā cōcedēdā. Ale. in cōsi. 66. col. fi. uolu. 2. ubi inquit, ꝙ si sit narratū filiū esse naturalē cū esset spu-
34 rius legitimatio est nulla, etiam † si in rescripto legiti mationis sit clausula, non obstante. §. fi. in auth. quibus mod. nat. effi. sui, Port. in consi. 106. num. 45. & 49. dixi in consi. 22. num. 11. uolum. 3. sed cui dubium, quod si fuisset expressum Comiti Palatiuo, quod Ioannes Antonius erat natus in domo Ardizoni & ex Alasina uxore, & sic esset in proprietate filiationis, eum non legitimasset, uel si legitimasset, id difficilius fecisset, & tanto magis hoc dicendum uenit, cum modica subreptio uel obreptio uitiet legitimationem. Cur. Sen. in consil. 16. colum. penult. Port. in citato consi. 106. num. 48.

Similiter respondetur ad tertium, quòd cum huiusmodi legitimatio sit nulla ex causis superius expressis, non est facienda uis, quod ea obtenta fuerit uel ne sine consensu Illustrissimi Ducis.

Secundò respondetur, quod satis constare dicitur de oppositione Illustrissimi Ducis, dum per decretum suū ordinauit, quod Comes Palatinus in suo domino sine expressa eius licentia non possit aliquem legitimare, nedum in bonis feudalibus sui territorij sed etiam in allodialibus, quo casu legitimatio aduer sus Principis decretū facta nullius est efficacię. Alex. in consi. 88. num. 11. uersic. nec etiam obstat, uolum. 1. sequitur Port. in consi. 16. num. 74. & in con. 105. nu. 16. dixi in consi. 67. nume. 68. uolum. 3. ubi demonstra
35 uit † decretum ipsum ualidum fore & fauorabile. inqt Barba. in consi. 28. col. 6. uolum. 2. quem sequitur insi gnis Dominus Fran. Bursat. in consi. 76. num. 28. uer. fauorabile, cum factum fuerit propter bonum publicum ut scandala tollantur, quę ab legitimationes pas sim indifferēter admissas a Comitibus Palatinis inter Ciues & subditos principum quotidie oriuntur.

Nō obstat denique, quod probatur filiatio dicti Ioannisantonij ex dictis testium ad suam instātiam examinatorum, qui uidentur deponere de nominatione, tractatu, fama & impetratione legitimationis de quibus
36 supra. Quia respondetur, ꝙ † testibus ipsis fides adhibēda non uenit tanquam non deponentibus uerisimilia l. ob carmen. §. fi. ff. de testibus. Craue. in cōs. 134. num. 30. Curt. Iun. in cōs. 17. nu. 5. Ceph. in cōs. 85. nu. 37. & in cōs. 287. nu. 44. Port. in cōs. 92. nu. 32. & 96. nu. 37. Soc. Iun. in consi. 147. num. 11. uol. 3. Ruin. in consil. 149. numer. 27. uolum. 7. Nam sicut creditur uerisimiliora deponentibus, Cepha. in consil. 169. numer. 10. ita ècontra non est standum testibus uerisimilia non deponentibus, cum reddantur suspecti. Ceph. in cōs. 33. nume. 18. quod enim nō est uerisimile nō est credibile, nec cōsiderabile. l. qui habebat. de lega. 3. Ruin. in cōsi. j. num. 11. ad fi. uol. 4. Cepha. in cons. 76. nu. 52.
37 fa. it quoque quod † in simili dicitur de libro non cō tinēte uerisimilia, qui non probat, Docto. cōmuniter
38 in l. admonendi. ff. de iureiuran. habet † enim imaginem falsitatis quod non est uerisimile. l. milites. §. oportet. C. de. q. Bal. in l. prima col. 3. C. de seru. fug. est
39 † enim uerisimilitudo cognata naturæ, & è contra non uerisimile naturę aduersat, & eius inimica est. l. 1. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. quod autem testes ipsi uerisimilia deponere non uideantur demonstratur: quoniā quis est tā insensatus, qui possit uerisimiliter credere, quòd dominus Ioannesfranciscus, si uolebat habere filiū ex dicta Alasina, uoluerit ipsam prægnātē ex semine suo pēdēte partu maritare, equidē hoc caret uerisimilitudine, cum uideamus a communiter cō
40 tingētibus † quod argumentum est ualidū in iure. l. ne que natales. ubi Bald. C. de probatio. Dec. in cōsi. 596. col. fi. Paris. in cō. 32. nu. 10. uol. 2. & in con. 34. nume. 27. uolum. 3. quod hi qui reddunt aliquas prægnantes non soleant eas maritare nisi secuto partu. Imò eas reponere student in locis secretis, ne ad aures ali

culos peoetrare posſit,quod ſiot pregnantes,ue reddantur infames.item ex alio oon uidentur deponere
uerisſimilia,ſumpto argumento etiam a communiter
contingentibus.quod nō eſt uerisimile,quod quis debeat accipere in uxorem prægnaotem quinqoe menſium,quia ſi aliter facereot ootarentur infamia apud
graues uiros, quę iofamia omnino per unumquemqꝫ
41 euitari debet,cum† infamia & dedecus morti æquipararetur.l.iuſta.ff.de manumiſ.uind.

Secundò ex alio capite dicitur,quod & ſi ſiot quinque teſtes examinati pro domino Ioanne Aotonio ſuper eius filiatione,qui animosè depooere uideanť, ꝙ
dicta Alaſina erat grauida antequam matrimonio copularetur cū Ardizono,qui reddūtur ſuſpecti, Ancb.
in coofi.227.col.3.Alex.in cōſi.15.col.1.uol.3.Cran.
io cōſi.2.num.9.tamen ſunt etiam alij quinque teſtes
examinati ex parte dominorum Alberti & Ferdinandi,qui expreſse teſtificantur,ſicuti dicta Alaſina mortuo primo marito peperit quādam filiam nomine Iuliam,& illinc ad menſem uel circa accepit in maritū
Ardizonum, ex quo illinc ad duodecim menſes uel
circa peperit prædictum Ioannem Antonium, quibus teſtibus tanquam uerisimiliora deponentibus
omnino ſtandum eſſe uidetur,cum dicant ipſum Ioannemantonium natum fuiſſe in domo dicti Ardi-
42 zoni ex ipſa Alaſioa eius uxore † ex qua natiuitate arguitur proprietas filiationis,dicto.§. defuncto. Rui.
in conſi.77.num. 6.uolum.primo,144.num.7.uolum.
5.e 58.num.11.uolum.eod.& 92.num.16. uol.1. quod
equidem procedere uidetur, etiam ſi eſſent paucio-
43 res:quoniam † in iſto caſu maior pars teſtium non attenditur ubi pauciores uerisimiliora deponunt.Corne.in conſ.123.col.3.uol.4.Craue.in conſi.195.num.
44 10.Plus dicitur,quòd† iudex dictis teſtibus etiā ſi plenè depooerent, ex cauſa fidem adhibere non debet
& iuſta cauſa non credēdi eſt,quādo deponuot oō uerisimilia.Fely.io c.auditis.colum.13.de pręſcrip.Cur.
45 Iun.io cōſ.17.col.2.& Craue.in coo.134.nu.37.ꝙ† autem uerisimiliora deponant,ſatis conſtat cum deponāt quod iuri communi conſonat,uidelicet,ꝙ Ioannes Antonius natus eſt ex uiro & uxore, dicto.§. defuncto.ita notabiliter inquit Inno.in cap.auditis. de
pręſcrip.Bald.in c.primo.de cootr.inueſt.Fely.io c.in
noſtra.col.2.uer.præferuntur etiam dicentes. Ruin.
in conſi.145.nu.7.uol.5.

Non obſtat quoque tractatus, nominatio, fama
& impetratio legitimatiooís.Quia aduertendum eſt,
46 quòd† nominatio,educatio,tractatus Ardizoni & Alaſinæ tanquam primns,& habens pleoiorem probationē:quia natus in domo,ex qua natiuitate arguitur
proprietas filiationis.l.filium diffinimus, de his qui
ſunt ſui uel alie.iur. præfertur ſecūdo tractatui,nominatiooi,& impetrationi legitimationis:ut probatur
ex notatis per Prępoſ.in cap.traoſmiſſę. qui filij ſint
47 legit.in penult.charta.ubi dicit,ꝙ† quando quis uſqꝫ
ad mortem patris,id eſt,mariti fuit tractatus ab illo
tanquam filius,deiode poſt illius obitū alius illū tractauerit,nominauerit & habuerit in filiū,attendiť primus tractatus & non ſecundus, etiamſi mater affirmaret illum eſſe filium ſecundi, quia primus tractatus pleniorem habet probationem, cum ſit natus io
domo primi & ex eius uxore.& io antepenult.col.io
uerſic.quando concurrit.dicit etiam,quod ſi prius cōcurrat teſtimonium parentum,eo quia prius oocabāt
& tractabant aliquem ut filium,deinde cœperunt negare eſſe filiū illū expellendo, oec ſibi alimenta, nec
alia filialia præſtando,attenditur primus tractatus &
prior nominatio & noo poſterior,ex quo prior tendit ad fauorem filiationis.per tex.in cap.per tuas.ubi
Dec.io 4.notabili de proba.Bero.in conſi.161.nume.
13.uolum.2.& in conſi.14.nbi tradit,quod ex quo io
caſu ſuo Titius fuit oatus in domo Martini ex Berta eius uxore,& ab ipſis parentibus tractatus,& nominatus ut filius,quamuis ex poſt facto ambo parentes
negaſſent etiam in iudicio illum eſſe filium,huiuſmodi tamen profeſsio & contrarius actus non debet pręiudicare filiationi nec auferre ius quæſitum filio l.fi.
ff.de probatio. Fely.in cap.per tuas.io quarta limitatiooe, de probatio. quia potentior & fortior eſt præſumptio, quæ oritur ex natiuitate filii & uxore & in
domo,quam nominatio & tractatus contrarius.Abb.
in dicto capit.per tuas.ubi etiā Dec.de probatio. quoniā ex natiuitate in domo & uxore arguitur proprietas filiatioois,dicta. l. filium. ex nominatione, uero
& tractatu quaſi poſſeſsio, quæ proprietas eſt potentior c.cū dilectus.de cauſ.poſ.& propr.

48 Vlterius dicitur,ꝙ† io deciſoriis petitorii non ſufficiunt nominatio & tractatus,ut io caſu præſeoti.
Bal.in dicto cap.per tuas.Aug.in conſi.101.col.1.Alciat.in trac.præſump.in tertia regula præſumptione.
33.nu.4.& in conſ.201.ou.58.523.num.4.& 614.Didac.in epit.de ſponſa.io ſecunda,par.cap.8.§.3.nu.9.
Grat.io reſponſo.158.nu.9.in tertia par.Ruin.in conſi.63.oū.12.uol.2.Nat.in conſi.473.nume. 25.Dec.in
conſi.321.col.3.uer.3.Cepha.in coofi.321.col.tertia,
uerſic.3.Cepha.in conſi.82.num.48.dixi in conſi. 23.
num.5.uol.3.ubi eſt magis communis, quod maximè
affirmandum fore exiſtimo concurrentibus alijs, de
quibus ſupra & infra,ex quibus debilitatur dictus tractatus ac nominatio & impetratio legitimationis,&
etiam ceſſare uideutur auctoritates doctorum uolentium,ꝙ etiam io petitorio prędicta ſufficere uideantur,quæ intelligi debent quaodo oppoſitum nō eſſet
probatum.

Nec uis fieri poteſt in fama,quia ſi bene uideantur
teſtes examinati ex parte dicti domini Ioānisantonij,
49 per eos non probatur ipſa fama † cum oon probēt neceſſaria ad ſubſtantiam ipſius probationis,cum nō dixerint a quo habuit originem.Bart.in l.de minori.§.
plurium.& ibi Marſ.ff.de q.Alex.in conſi.255.col.fi.
uol.5.Dec.in conſi.575.num.7.Rui.in conſi.158.nu.
23.uol.5.item nec depoſuerint ſe audiuiſſe a maiori
parte populi.Bart.in dicto,§.plurium. Dec.in conſi.
429.nu.18.Alex.io coofi.94.col. fi. uol.2. Cepha.in
conſ.225.num.38.cum tribus ſequeotibus. conſi.66.
nu.46.Ruio.in coofi.44.nume.41.uolu.4.& io coofi.
145.nume.5.uolu.5.nam teſtes de fama de facili proſternnntur.Ceph.in conſi.250.num.32.

Præterea dicitur etiam,quod dictis teſtibus fides
adhibēda nō uenit, ſed ſic alijs examinatis pro parte aduerſariorum per ſupradicta,& etiam quia ſunt
digniores,quia maſculi:& inter teſtes Ioannisanto-
50 nij ſuot duæ fœminæ,quo caſu † teſtimonium maſculorū tanquā dignius prefertur mulieribus.Abb. io
cap.forus.de uerb.ſign. & hoc ratione inſtabilitatis
quam per ſe habēt,ut notanter dicit Bald.in l.fi.ff. de
fide inſtru.Roma.in rubrica.ff.de arbitr.nu.36. Marā.
in l.is poteſt.num.253.de acqui.hæred.Fely. in ca.in
51 noſtra.col.4.de teſtib.Plus † quia ſeniores,quibus ēt
magis creditur.glo.& docto.in l.cum qoid. ff ſi cert.
52 pet.Fely.in cap.in noſtra.colum.4.de teſtib.item † &
ditiores,qui alijs nō ita diuitibus preferuntur, Cra.
in cō.6.nu.29.Crot.in l.ſi conſtāte.nu.21.ff.ſol.matr.
Burſat.io cō.10.col.2.dixi in cō.24.no. 10. uol.3. cū
plurib.ſequenti.l.ſi chorus.§.fi.de leg.3.ibi ſæpe audiui ſenes ruſticos dicētes.& in c.quib.3.diſt.qui dicit,
ꝙ faciliter inuenitur quod a ſenibus ſciſitatur.Roma.
in l.ſi uero.num.395.ff.ſolut.matr.

Non

53 b. Non obstat denique ultimum, quòd† dictum instrumentum, quamuis rogatum à notario non matriculato naleat, cum statutum loquatur in personam, & sic non habeat locum in notario forense. Quia responde tur duobus modis, & primo, quod dictum statutum expresse prohibet forensem recipere instrumentum cum clausula annullatiua; quo casu cessat obiectum, Ang. in cons. 194. col. 1. Dec. in consi. 17. in prin.

Secundo dicitur, quòd etiam si non faceret expressam mentionem de notario forense sed simpliciter quod notarius non approbatus à Collegio non possit recipere instrumentum, tamen ligaret notarium forensem, quamuis loquatur in personam, quia apud
54 omnes receptum est, quòd † quando statutum non in habilitat simpliciter notarium sed cum aliqua modificatione, tunc comprehendit etiam forensem, ut probatur ex notatis per Bal. in l. cunctos populos. in secunda char. in uerb. 3. casu. C. de sum. tri. & fide catho. ubi dicit, quòd quando statutum aliquid uetat cum aliqua modificatione, puta quòd pater non possit testari inter liberos cum sex testibus, tunc ligat forensem, alleg. l. 2. C. quemad. test. aper. sed sic est in casu presenti, quia dictum statutum non prohibet simpliciter notarium non recipere instrumenta sed cũ modificatione, nisi fuerit approbatus à collegio & matriculatus, ergo &c. & in terminis nostris ita dixit Soci. in consi. 97. col. 2. uol. j. ubi tradit, quòd si statuto caueatur, quod notarius non possit conficere instrumẽ menta, nisi sit matriculatus, iurauerit, & satisdederit, quod comprehendit forensem notarium. Rui. in cõs. 201. uol. j. ubi consuluit, quod stante statuto Mantuano, quod nullus notarius, qui non fuerit per Collegium deputatus, assumptus, approbatus & descriptus in Collegio, & matricula notariorum possit nec ualeat actum notariatus neque aliquem actũ conficere sub pœna, quod si notarius forensis fuerit rogatus in loco subiecto dicto statuto non ualet instrumentum, quia non fuit seruata forma dicti statuti, cum statutũ non inhabilitat precisè notarium sed cum quadam modificatione; uidelicet, quando non est in Collegio receptus & non est in matricula descriptus. dixi in consi. 91. nu. 27. uol. 3. ubi citaui ad hoc alias auctoritates. Ex his igitur concludendum esse arbitror, legitimationẽ predictam non ualere ex causis supra adductis & allegatis, & et quia in impetratione huius legitimationis non fuit narratum Comiti Palatino,
55 quod † feudum Terzolij erat antiquum, ex cuius taciturnitate legitimatio redditur obreptitia. Rui. in consil. 36. nu. 13. uol. j. dixi in consi. 22. nu. 22. uol. 3. quod & uoluerunt Sign. de Homod. in consi. 228. nu. 9. Soc. Iun. in consi. 95. nu. 18. uol. 3. in consi. 14. nu. 3. uolu. 2. & 99. nu. 49. uol. eo. Mod. in consue. Paris. §. 8. nu. 39. Iul. Ferret. in trac. de obed. & pace in fi. Zas. in tractat. feud. in 8. par. nu. 84. Franc. sansoloch. in trac. feud. in 9. par. nu. 68. Isern. Alua. in c. j. §. naturales. ubi etiam Afflic. in 2. notabili, fi de feu. fue. contro. inter domi. & agna. Ceph. in consi. 186. nu. 30.

S V M M A R I V M.

1 *Actor probare debet quod est fundamentum suæ intentionis.*
2 *Intentio cuiuscunque probanda est, siue quis agat, siue excipiat, siue asserat, siue neget, alias succumbere debet, etiam si reus nihil præstiterit.*
3 *Litigans temerè in expensis condemnandus est.*
4 *Pactum de retrouendendo probari debet per duos testes.*
5 *Testes singulares non probant.*
6 *Testes mille singulares tantum probãt quantũ unus.*
7 *Pactum de retrouẽdẽdo quando probatur per testes singulares & coniecturas.*
8 *Testis deponens super confessione facta parte præsente facit semiplenam probationem.*
9 *Probationes plures imperfectæ ubi non differunt numero & specie non coniunguntur, secus si differunt numero & specie.*
10 *Probatio unius testis de ueritate, & probatio famæ, uel cõfessionis factæ per duos testes in absentia partis, uel per unum testem in præsentia partis, plenè probant.*
11 *Actus agentium non debet operari ultra eorum intentionem.*
12 *Confessiones factæ parte præsente, & si probent, tamẽ id intelligitur quando a parte fuissent acceptatæ quod declara ut in num. 18.*
13 *Testis unus omni exceptione maior deponens de pacto de retrouendendo iuncto cum iuramento suppletiuo facit semiplenam probationem.*
14 *Testis omni exceptione maior dicitur quando contra eius personam nihil opponitur.*
15 *Iuramentum suppletiuum & si deferendum non sit in causis magnis, tamen hoc locum non habet ubicunque aliquid est probatum ultra semiplenam probationem.*
16 *Confessiones factæ a diuersis parte absente faciunt præsumptionem.*
17 *Pactum de retrouendendo plenè probatur ex duabus confessionibus probatis per duos testes deponentes diuerso tempore sed parte præsente.*

CONSILIVM. L.

QVONIAM Apud omnes receptũ
1 est, q † actor probare debet id quod est fundamentum suæ intentionis: l. uerius, ff. de probatio. l. ei qui dicit. ff. eod. tit. l. actor quod asseuerat. C. eod. ti. Soc. Iun. in consi. 12. num. 3. uol. 3. Port. in cos. 55. nu. 10. 136. nu. 8. & 169. nu. 6. ubi
2 inquit, q † probãda est cuiuscunque intentio, siue quis agat, siue excipiat, siue asserat, siue neget, alias succũbere debet, etiam si reus nihil presiterit. l. qui accusare. C. de eden. Soc. Iun. in consi. 75. num. 3. uol. primo. Cepha. in consi. 218. nume. 3. & 268. nu. 2. alias taquã
3 temerè † litigans debet in expensis condemnari. l. eum quem temere. ubi Bart. ff. de iud. Ideirco uidendum uenit, an Domina Antonia de Sorleonis que egit contra Dominum Franciscum de Cesarinis ad retrouenditionem palatij Maluesini uigore pacti sibi facti (ut asseritur) probauerit intentionem suam.
5 Primaque facie dicendum uidetur q non, cum † pactum ipsum probari debuerit per duos testes. l. ubi numerus. ff. de testib. & ita in terminis nostris tradit Alex. in consi. 122. uolu. primo, quem sequitur Gozad. in l. secunda, num. 335. circa fi. C. de pac. inter empt. & uend. quod equidem probatum non reperitur per dictam Dominam Antoniam. ¶. Nec habet obstare si dicatur, quod adsint sex testes, qui super dicto pacto deposuerunt. Quia respondetur, quod
5 † omnes sunt singulares, qui non probant. Bald. in l. de quibus. ff. de II. Dec. in consi. 402. nume. 13. & Bal. in l. iusiurandi. uersi. deinde nota. C. de. testibus. ubi

 ait,

6 ait, quòd † tantum probant mille testes singulares quantum unus. Alex. in consi. 21. uol. 4. Dec. in consil. 310. in fi. Soc. Iun. in consi. 50. nu. 5. uol. 1. 146. num. 9. uol. eo. & 90. nu. 8. uol. 2. ¶Nec refragari uidetur si dicatur, quòd imo pactum de retrouendendo probatur per testes singulares & coniecturas, ut uoluit Pau. de Cast. in consi. 280. secundum antiquam impresionē.

7 Quia dicitur, quòd † aut sumus in casu, in quo præsumitur contractus usurarius, & agitur de probatione fraudis, & tunc sufficit probare pactum per coniecturas, & ita loquitur Castr. ubi supra. Aut uerò agitur de probando pactum ad finem & effectum, ut sequatur retrouenditio, & non ut redarguatur contractus usurarius, & tunc requiritur uera probatio duorum testium, Alex. in citato consi. 122. uol. 1. ita notabiliter distinguit Dec. in consi. 18. col. fi. quam distinctionem inquit menti tenendam Gozad. in d. l. 2. nu. 355. ¶Pariter non obstat, quòd in casu præsenti probetur plenè ipsum pactum per testes examinatos ad instantiā ipsius dominæ Antoniæ: quia Petrus Antonius deponit de confessione dicti pacti facta per dictum domi-

8 num Franciscū præsente ipsa domina Antonia, † quæ facit semiplenam probationem, & similiter Albertus Gaia deponit de alia confessione facta etiam præsente parte, quæ ambæ confessiones simul iunctæ faciūt plenam probationem, teste Pau. de Cast. in citato con

9 sil. 280. col. 3. Quoniam respondetur, quod † ubi plures probationes imperfectæ non differunt numero & specie, non coniunguntur. secus si differunt numero & specie, quia tunc coniunguntur. ita Rui. in consil.

10 72. col. 2. uol. 4. ubi inquit, quod † quando concurrunt plures probationes imperfectę, quæ differunt numero & specie, sicut probatio unius testis de ueritate & probatio famæ uel confessionis factæ per duos testes in absentia partis, quod isto casu dictæ probationes, quæ differunt numero & specie plenè probant, secus quando sunt plures probationes imperfectæ, quæ numero tantum differunt & non specie, quia tūc non coniunguntur ad effectum plenę probationis, sicut quando probantur diuersæ confessiones in præsentia partis, & alij duo de alia simili confessione. & reddit rationem, quia isto casu dictæ confessiones eiusdem speciei intelliguntur factæ, ut quis habeat plures probationes. secundum Bar. & alios in l. triticum. ff. de uerb. obl. per l. Sempronius. ff. de leg. 2. propterea non debent coniungi, ut ex eis resultet una tā-

11 tum probatio, quia † actus agentium non debet operari ultra eorum intentionem. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. sed quando probationes imperfectę differunt numero & specie, una intelligitur fieri ad coadiuuandum alteram, Idcirco coniunguntur ad effectum unius perfectæ probationis, secundum Bart. in d. l. admonendi. qui sic debet intelligi, idem uoluit Butr. in c. licet ex quadam in 3. col. de testib. quem sequitur Alex. in consi. 37. nu. 6. uol. 5.

12 Vlterius dicitur, quod † etiam dato quod tales cōfessiones factę præsente parte plene probarent, tamē illud debet intelligi quando fuissent à patre acceptatæ, & sic a dicta domina Antonia & non aliter. Cy. in l. j. q. 6. C. de confes. ubi etiam Saly. in 15. opposi. Saly. in l. iubemus. C. de liber. cau. ubi infert, quod non sufficit ut testes producti dicant confessionem fuisse factam parte præsente, nisi etiam dicant & acceptante. in l. generaliter in 6. quæst. C. de non nume. pec. Fely. in cap. si cautio. colum. 5. de fide instrumen. in cap. capitulum. colum. 12. de rescrip. Crot. in consilio 41. nume. 9. Ias. in l. postquàm liti. colum. 1. C. de pact. Socyn. in regula, 63. in secunda ampliatione. Bald. in l. suus. C. de repud. hæred. Lup. in cap. per uestras charta 72. col. 2. de dona. inter uir. & uxor. Alexand. in consi. 174. col. 1. uol. 5. & 212. col. 6. in fi. uol. eod. Bertran. in con. 83. & 86. col. 2. uolu. 2. Vital. in trac. claus. clausula 54. Cassan. in consuet. folio 366. col. 1. Paris. in consi. 131. col. pen. uol. 1. Rebuff. in concord. fo. 253. Alci. in rubrica, de uerbo. oblig. nu. 3. quā par tē uti communem sequuntur Ias. in l. error. C. de iur. & facti igno. Curt. Sen. in consi. 78. & Curt. Iun. in cō si. 149.

Verum premissis non obstantibus sententia contraria in casu, de quo agitur, de iure uerior esse uidetur. Quoniā etsi recepta sit doctorum sententia, quod pactum de retrouenendo probetur per duos testes, ut supra dictum fuit: tamen etiam alia est approbata do-

13 ctorū cōclusio, ꝙ † quando pars probauit per unum testē omni exceptione maiorē de pacto de retrouendēdo, ille facit semiplenam probationē: gl. communiter approbata in l. admonendi. ff. de iureiur. ubi communiter Scriben. & in l. bonæ fidei. C. de iureiur. & de hoc est casus in c. fi. de succes. ab intesta. Soc. Iun. in consi. 31. nu. 5. uol. 2. Port. in consi. 12. nu. 9. & quam communem inquit Curt. Sen. in dicta. l. admonendi, numer. 292. & in terminis nostris per Paul. de Castro in consilio. 280. Gozad. in dicta l. secunda, numer. 335. C. de pac. inter empt. & uend. post Alex. ibi per eum citatū, potest ei deferri iurm in supplemētū probationis ad effectum complete probationis. Paul. de Cast. in allegato consi. 280. col. pen. Alex. in consi. 111. uol. 1. Cagnolus in l. secunda, nu. 67. ubi etiam Gozad. nu. 335. C. de pac. inter empt. & uendit sed in terminis, de qui

14 bus agitur, adest unus testis † qui est primus omni exceptione maior, contra cuius personam nihil oppositum fuit. l. optimam. C. de contrah. & commit. stipulatione. qui deponit de confessione dicti pacti de retrouendendo facti per prædictum dominum Franciscum præsente domina Antonia, ergo cum faciat semiplenam probationem, ut dixerunt Castren. ubi supra. Curt. Sen. in dicta l. admonendi. numero. 298. Rui. in cons. 72. col. 2. uol. 4. & Alex. in cōsi. 37. nu. 5. uol. 5. sequitur ꝙ in supplementum dictæ probationis dictæ dominæ Antonię deferendum sit iuramentū suppletiuum ad effectum cōpletæ probationis. ¶Nec

15 uis fieri potest, quod † tale iuramentum non sit ei deferendum, cum causa sit magni ualoris per ea, quæ dicunt Scribentes in d. l. admonendi. & in cap. fi. de iure iur. Paul. de Cast. in cons. 293. nu. 3. uol. 1. Alex. in cōs. 74. nu. 7. uol. primo, ubi dicit, quod uidemus, quòd in causis magnis lex noluit ꝙ deferri iuramentum possit parti in defectum semiplenæ probationis propter suspicionem periurij ratione magni commodi, secus in causis non magnis, ut plene notatur in l. 3. C. de iureiur. rursus in consi. 39. col. fi. uol. 5. & 94. uolum. 6. & 18. nume. 7. uol. eod. & in con. 68. in fi. uol. 3. ubi asserit hanc esse communem. dixi in consi. 82. nu. 22. uol. 2. Quia respondetur, præmissam conclusionē locū nō habere quoties iudex uidet aliquid ultra semiplenam probationē facere pro actore, & uidet personam actoris honestam, quia tunc defertur actori iuramentum insupplementum probationis, ita Rom. in d. l. admonendi, post medium in uerb. in eadem ibi, & in delictis, per tex. in cap. fi. in uerbo & causæ, de iure iur. quem sequitur Alex. in consi. 122. columm. secunda, in fi. uolum. 2. 76. colum. secunda, uolumin. 6. 186. in fi. & 187. in fi. uolum. 7. At in casu nostro ultrà semiplenam probationem concurrunt multa alia adiuuantia dictam semiplenam probationem, uidelicet plures confessiones factæ per dictum dominū Franciscum de dicto pacto absente dicta domina Anto-

16 nia, quæ † & si nōn faciant semiplenam probatio-

nem

nem: quia non probatur per testes contestes, tamen faciunt præsumptionem. Alex. in consi. 24. nu. 46. uolum. 2. Mathes. in notabil. 12. Dec. in consi. 163. col. 2. uer. & talis. item & adest alia confessio facta etiā pręsente parte, quę uidetur etiam adminiculari aliam, de qua supra. Vnde his stantibus & qualitate personæ dominę Antonię honestæ, negari non potest, quod ei dictum iuramentum suppletiuum non sit deferendum.

27 Præterea dici etiam posset quod † imo dictum pactum plenè probatum uidetur ex duabus confessionibus factis per dominum Franciscum præsente domina Antonia licet diuerso tempore, quæ cōfessiones cum sint perfectæ in sua specie, & unaquęq; faciat semiplenam probationem, coniungi debent ad plenam probationem faciendam, ut in terminis uoluit Paul. de Ca. in d. cons. 280. quem sequitur Ruin. in con. 40. in fi. uol. 4. ubi allegando Castren. ubi supra cōcludit, quod duæ confessiones factæ parte absente cōiungūtur & inducunt plenam probationē. Ioa. Baptista Ferret. in consi. 62. in fi. ubi dicit, ꝙ in probādo cōfessionē reiteratā & multiplicatam nunquam attēditur singularitas testium, ac Curti. Seni. in d. l. admonendi nu. 298. ubi dicit sequendo magis communem doctrinam Bart. ibi, ꝙ coniungūtur duæ semiplenæ probationes perfectæ in sua specie, quamuis diuersi generis ad plenam probationem faciendam, & ad hoc adducit dictum consilium Castr. & multa alia, subdens doctrinam ipsam in iudicando esse obseruandam. Soci. Iun. in cons. 90. nu. 13. uol. 2. ubi inquit, ꝙ quando testes deponunt de diuersis confessionibus debiti, dicitur probatum debitum, licet testes circa confessiones dicantur singulares.

Non obstant modo adducta in contrariū, Quia ad primum respondetur, quòd & si pactum de retrouendendo probetur per duos testes, tamen etiam probat per unum testem deponentem de cōfessione dicti pacti facta præsente parte iuncto iuramento suppletiuo ut per Alexan. Cagnol. & Gozad. ubi supra.

Similiter non obstat dictum Ruin. in dicto consil. 72. quia dicitur ipsum sibi ipsi contrarium fuisse, ut in dicto consi. 60. in fi. & contra Alex. etiam sunt decisiones supra citatæ, quas non repeto.

28 Vltimò non refragatur dum dicitur, quòd † licet confessiones factæ præsente parte probent cōtra cōfitentem, tamen istud procedit quandò fuerint acceptatæ ꝑ partē & non aliter. Quia dicitur, quod cōtrariam sententiam tenuerunt Abb. in cap. fin. in 4. notabili. ubi etiam Barba. colum. octaua, de succes. quæ ab intesta. Paul. de Cast. in citato consi. 280. colum. tertia, Ruin. in consi. 72. column. secunda uol. 4. Io. And. ab Exea in libro pactorum num. 4. ubi dicit, ꝙ contraria opinio est rigidā. Curt. Sen. in l. admonendi num. 298. de iureiu. Dec. in l. postquam liti. col. 1. & 4. C. de pac. ubi etiam Purpurat. column. nona, in capitu. at si Clerici. col. 11. de iud. Franc. in c. fi. col. 11. de iureiur. in 6. Are. in con. 60. Bertrā. in cō. 177. col. fi. uol. 3. Catel. Cotta in memoriali incipiēte, confessio. Paris. in cō. 75. nu. 85. uol. 1. Soc. cōs. 228. col. 2. & in cōs. 12. colū. fi. uol. eo. Alex. in l. suus. C. de repud. hæred. Cacialup. in l. admonendi col. 67. de iureiur. ubi dicit hoc esse de mēte omniū Canonistarū. Gual. in caut. sexta, in tit. de lega. Ruin. in consi. 128. colu. 4. uol. 2. Natta in con. 260. in fin. Alcia. in trac. præsump. in tertia regula, præsumptione 21. ubi dicit hanc partem ueriorem & communem. Claud. in d. l. postquā liti. col. 2. & Dominus Franc. Bursat. in con. 2. num. 13.

Secundò responderi potest, quod prima sententia locum sibi uindicat quòad effectum reuocationis, ut confessio non possit reuocari, quia tunc requiritur acceptatio, & ita loquitur Salycet. dicta l. generaliter. Barb. in d. c. fi. col. octaua, de successio. ab intesta. Dec. in citato cap. at si Clerici num. 25. de iud. So. in regula. 69. in prima fall. Ias. in l. error. colu. prima, C. de iur. & facti igno. & per Anto. Gabr. in suis com. opin. lib. j. in tit. de confes. conclusione secunda uersi. pro concordia, ubi multos alios citat.

Tertio limitatur dicta conclusio, ut locum non habeat quando confessio facta parte pręsente est ei fauorabilis, ut in casu presenti. Alexan. in dicta. l. suus C. de repud. hæred. Paris. in citato consil. 75. num. 58. uolum. 2. & Anton. Gabr. ubi supra colum. penult. & fi. ubi multos concordantes allegat. Iacob. Emil. in consi. 20. num. 6. Petr. Duen. in regula. 119. numer. primo, in fin.

SVMMARIVM.

1 *Ius oritur ex facto, in quo totum pondus rei consistit.*
2 *Diuisio fieri potest de re subiecta fideicommisso.*
3 *Iura, quæ uolunt, quod in feudo paterno locum habeat ius accrescendi inter fratres, procedit, quando in diuisione aliquid remansit de feudo penes superuiuentem.*
4 *Argumentum procedit de feudo ad fideicommissum.*
5 *Diuisionis natura est, quod unus diuidentium teneatur alteri de euictione.*
6 *Diuisio, quæ fit a partibus uim habet permutationis.*
7 *Aequalitas in diuisione est seruanda inter fratres & inæqualitas euitanda.*
8 *Aequalitas est inductiua concordiæ & inæqualitas discordiæ.*
9 *Feudum si in diuisione fratrum peruenit ad unum et alteri allodium, mortuo illo, cui obuenit feudum relicta filia hærede, dominus feudi potest ad se feudū auocare, nec filia pro tali aduocatione agere potest contra patruum.*
10 *Quod amplia procedere, quando etiam feudum non euinceretur a domino sed a fratre superstitæ.*
11 *Euictio non debetur per uenditorem emptori cohæredi, quando illa sequitur ex ordinatione defuncti.*
12 *Fideicommisso non intelligitur renūciatum per diuisionem bonorum, etiam quod in ipsa esset clausula, de defendendo in omnem casum & euentum & ab omni persona.*
13 *Bona subiecta restitutioni fideicommissi assignata uni in diuisione, licet possint ab eo auferri, tamen euictio sibi non debetur, etiam si esset promissa: quia ubi euictio sequitur ex facto alicuius uel eius authoris, non potest in illo casu de euictione agere.*
14 *Fideicommissum non censetur remissum per simplicē diuisionem.*
15 *Remissio fideicommissi censetur species donationis, quæ non de facili præsumitur.*
16 *Quod amplia procedere, si in diuisione fuisset promissum de non contraueniendo.*
17 *Protestationes conseruant ius protestantium.*
18 *Bal. in l. prima, colum. fi. C. quand. non peten. part. communiter reprobatur.*
19 *Regula l. uindicantem ff. de euictio. locum non habet, ubi euictio sequitur ex natura rei uel ex facto authoris.*

CONSILIVM. LI.

1 QVONIAM † ex facto ius oritur.l.si ex plagis.§.in cliuo Capitolino. ff. ad l.Aquil.Bar.in l.prima.colum.secunda.C.de lit.contesta.Soc.Iun.in consi.49.in princ.uol.primo.58.in princi.uolum.eod.& 94.nume.28. uolum.2.& in quo totum pondus rei consistit. Bald. in l.petens.C.de pac.Paris.in consi.32.nume.23.uol. 1.ut clarior reddatur presens consultatio factum ipsum proponitur,quod est tale. Magnificus quondam Dominus Lodouicus de Balneis Mantuanus instituit hæredes tres nepotes ex fratre,uidelicet , Magnificũ D.Marcumantonium,Fabritium,& Ferrandum,& unicuique decedẽti sine filiis substituit superstites,& prohibuit bona sua alienari,quia uoluit perpetuò in sua familia remanere , nec unquam exire de nomine & familia ipsius testatoris.Demum hi tres instituti,cum inter eos deuenissent ad diuisionem bonorum tam patrui quam patris,conuenerunt ut Magnificus Marcusantonius tantum habeat quędam bona paterna,Dominus Fabritius quędam bona a patruo relicta & fideicommisso subiecta & quedã alia bona paterna cũ onere soluẽdi Magnifico Dño Ferrãdo fratri pẽsionẽ seu libellũ limitatũ ad ratã bonorũ paternorũ & patrui. Accedit ꝙ Magnificus Dñs Fabritius,qui habuit bona patrui subiecta fideicommisso & alia paterna , & qui alteri fratri tenebaĩ soluere pẽsionẽ,ab humanis decessit nullis relictis filijs,& multo ære alieno pressus adeo ꝙ eius creditores istãt immitti ĩ possessionẽ bonorũ ipsius defuncti;Fratres ex aduerso replicãt dicti n.Magnifici Dñi Marcusantonius & Ferrãdus,ꝙ cũ dicta bona Magnifici Dñi Ludouici sint prohibita alienari & ad eos spectent,tanquam uocati ex substitutione patrui nõ possunt a creditoribus molestari: Creditores uerò dicunt non uenisse casum fideicõmissi,nisi respectu portionis Domini Fabritij.& sic tertiæ partis non aũt aliarũ duarũ tertiarũ,quæ spectabãt fratribus superstitib.& sic ipsis Magnifi. D. Marcoantonio & Ferrãdo à quib.D.Fabritius causam habuit uirtute diuisionis,& ideo ipsis licere percipere commoditates ex dictis duabus partib.cum onere soluendi illam portionẽ D.Ferrando.Modo quæritur,quis ipsorum partium melius induat arma.Omnibus igitur animaduersis uidetur prima facie dicẽdum,ꝙ† etsi diuisio huiusmodi fieri potuerit,Bar.& alij in l.q.Romę.§. duo fratres.in decima quęst.ff.de uerb.oblig.Alex.in cõs. 7.col.2.uol.5.& in consi.176.in fi.uol.6.Tamen vr̃ qđ uigore ipsius diuisionis Magnificus D. Marcusantonius,cui obuenerunt alia bona paterna,nõ possit impedire creditores,quin mittatur in possessionẽ dictarũ duarũ tertiarũ cũ onere supradicto , ut consequaĩ commoditatẽ dictarũ duarũ tertiarum,quod probari uidetur ex infrascriptis.& Primò ex notatis per Bal.
3 in l.i.col.fi.C.quã.nõ pet.part.ubi inquit,ꝙ† iura,quæ uolũt,ꝙ in feudo paterno habeat locum ius accrescẽdi inter fratres, seu ꝙ frater succedat fratri etiã facta inter eos diuisione,locum habeant,quando ad superuiuẽtem aliquid remansit de feudo,quia tunc portio potest.portioni accrescere,secus ubi feudum in totũ fuisset in diuisione præmortuo assignatum , quia tũc nihil ei accrescit.& cum Bald.pertranseunt Alex. in consi.15.col.fin.uol.1.Cur.Sen.in consi.50. colu. 10. uersi.secundo etiam ultra.Dec.in consi.263.columnn. pen.in fi.ergo idem dicendum uenit in casu præsenti,ubi bona subiecta fideicommisso in totum deuenerunt in diuisione ad unum ex dominis fratribus ,
4 arguendo † de feudo ad fideicommissum.Iser.in ca.1. §.hoc quoque.col.fi.in prin.de succes.feudi. Deci. in consi.445.num.33.Soc.in consi.116.col.fi.uol.1.

Secundo dicitur,ꝙ cum dictus D.Marcusanton. teneatur de euictione alteri fratri uirtute dictæ diuisio
5 nis,de† cuius natura est,ꝙ unus diuidentium regulariter teneatur alteri de euictione l.si familiæ. C. famil. ercis.l.si fratres.ubi Bart.& alii.C.com.utr.iudic.l.cũ pr̃.§.euictis,de leg.2.Rui.in cõsi.11.col.2.uer.3.principaliter.uol.5.Bar.& alij in l.q.Romę.§.duo fratres,
6 in ulti.q.de uerb.oblig.quia diuisio† quæ fit a partib. habet uim permutationis.l.communi diuidundo.§.si debitor.cõ.diuid.Ripa in d.§.duo fratres.nu. 97.& ꝙ nõ possit repellere creditores ab immissione. de qua supra requisita per.l.uindicantẽ.ff.de euict.ubi quem de euictione tenet actio,eundẽ agentẽ repellit exce-
7 ptio.Tertiò accedit.Nam† æqualitas est seruanda inter fratres in diuisione,& inæqualitas euitanda,cum
8 † æqualitas sit concordiæ inductiua & inæqualitas discordiæ.Soc.in consi.4.col.2.in 1.uol.Rub.Alexã. in consi.7.nume.7.sed si nos diceremus,ꝙ dictus Magnificus D. Marcusantonius deberet habere dicta bona paterna libera & Magnificus D. Fabritius subiecta fideicommisso , utique induceretur inæqualitas inter ipsos, cum magna sit differentia inter unum casum & alium . Igitur ut ipsa inęqualitas euitetur dicendum uenit,ꝙ dictus D.Marcusantonius non possit impedire creditores in dicta immissione, cum de euictione contra eum agi possit.Doctores in l.cũ pater. §.euictis.de lega.2.Bald.in auth.ex testamento.col.1. de colla.uel saltem immittendi sint in possessionẽ dictarum duarum tertiarum ad effectum de quo supra.

Verumtamen eis non obstantibus contrariam opinionẽ in casu nostro ueriorẽ esse arbitror,quod Magnifici DD.Marcusantonius & Ferrandus molestari non possunt per creditores D. Fabritii in dictis bonis subiectis fideicommisso , & quæ ad eorum manus peruenerunt per mortem.D.Fabritij ex ui substitutionis ordinatæ per D. Ludouicum ipsorum patruum & in eius testamento.Ad quod dicendum moueor ex infrascriptis.& Primo ex decisione Bartol.& aliorum in l.si familiæ.C.fam.ercis.ubi concludunt,
9 quòd † quando uni ex fratribus hæredibus obuenit ex causa diuisionis feudum & alteri allodium,ꝙ mortuo sine masculis illo,cui obuenit feudum relicta filia hærede, si Dominus aduocauit ad se feudum , filia non possit agere pro tali aduocatione contra patruum. Alex.in consi.21.col.3.uersic.3. principaliter uol.5.Ruin.in consi.7.col.2.uol.1.92.col.2 .uolu.eo. consi.11.col.fi.uol.1.& 42.num.19.uol.eod. Aretin. in consi.3.in prin.ubi loquitur , quando uni in diuisione assignata fuit res emphiteutica & alteri bona allodialia.Bero.in consi.108.num.22.uolu. 1.si ergo filia heres non potest agere in casu supradicto contra patruum , ergo multominus debent posse agere creditores contra prædictos D. Marcumantonium , & Ferrandum ad effectum de quo supra , & dicunt Bald.& Salyc.in d.l.si familiæ. in ultima quæst. post
10 Guid. de Suza.idem esse † quando feudum non euinceretur a domino feudi sed etiam a fratre superstite,ut quia feudum erat paternum, & ex natura inuestituræ poterat euinci a filia fœmina mortuo fratre sine masculis,quos sequuntur Rui.in d.consi. 11.colum.fi.146.num.3.uol.eod.137.num. 12. uolum. 2. & 92.numer.26.uol.3.Alex.in citato consi.22.col.3.Bero.in consi.108.numer.22.uolum.1.Socin.Iuni.in cõ. 119.col.1.uol.3.& ideo dicit Bal.in dicta . l. si familiæ.in uers.ultimò quæritur.ꝙ non tenebitur patruus ad quem rediit feudum,filiæ fœminæ facere partem de allodiis,quæ iure optimo possidet ex diuisione.

Ergo

Ergo idem concludendum uenit in terminis nostris, s. quòd cum dicta bona fideicommisso subiecta, quæ peruenerunt ad dictum D. Fabritium ex diuisione, & qui sciebat ea subiecta restitutioni, fuerint euicta secundum naturam suam & ex facto authoris eorum, quòd dictis creditoribus nullum ius competit in dictis bonis nec in aliqua eorũ parte. Et accedêdo magis ad proxima, pro hac parte adduco Craue. in consi. 24. nu. j. ubi inquit, quòd in casu suo Nobilis Frãciscus non tenebatur de euictione duplici respectu. Primò, quia Castrum, de quo ibi, vr euinci ex facto substitutionis authoris Nobilis Petri ex substitutione facta per Nobilem Antonium eius patrem, quo casu cessat obligatio de euictione. Bart. in d. §. duo fratres. in j. q. Secundò, quia dictum Castrum fuit euictum fm naturam suam: quia erat subiectũ restitutioni, de quo notitiam habebat Dom. Petrus tpe diuisionis. Iõ non vr locus iudicio euictionis, & quamuis Craue. in casu suo recedat ab hac sñia, idest per alia media, ut ibi per eum. Rui. in consi. 146. nu. 2. uer. sed præmissis. uol. j. inquit, quòd si Petrus emptor & Andreas uenditor erãt hæredes Cosmę ex testõ cum quibuldã aliis, & omnes adinuicem substituti, si alter eorum decesserit sine filiis masculis, & qui Petrus sciens dictam institutionem & substitutionem, emerit partem hæreditatis & bonorum hæreditariorũ dicti Andreę cũ pro missione de euictione, quòd secuta euictione p mortem Andreæ sine filiis decedentis, & per quem euenit casus substitutionis, indistinctè non debetur euictio promissa ẽt respectu pretii: quia † ubi plures fuut 21 cohæredes, qñl inter se contrahunt, unus nõ tenetur alteri de euictione, cum sequatur ex ordinatione authoris sui defuncti, & qui ordinauit, quòd uno defuncto sine filiis pars sua perueniat ad alios, sicut nec teneretur ex euictione secuta facto ipsiusmet, cui euicta est, fm Bar. cum quo alii transeunt in d. l. qui Romę. §. duo fratres. in j. q. & subdit Ruin. non esse faciẽdam differentiam inter diuisionẽ eo casu, quo loquũtur Doct. ubi supra, & emptionẽ, qñ emptor fuit sciẽs & contingit euictio ex natura rei uel ex ordinatione authoris, cum utroq; casu militet eadẽ ratio. Et ideo non mirum (secundum eum) si Alex. in consil. 21. col. 3. uol. 5. loquitur de actu diuisionis uel alio simili. Ergo idem dicendum uenit in casu nostro, ubi Magnificus Dominus Ludouicus in suo testõ prouidit, quòd unicuique decedenti sine filiis substituebat superstites. Iterum Rui. in consi. 11. col. fi. nu. 12. uol. 4. ubi tradit, quòd cum in casu suo D. Iacobus uolebat admitti ad feudi ex ordinatione authoris sui defuncti & sic patris sui, qui ordinauit & prouidit, quòd uno ex fratribus moriente sine filiis alius succedat, filiæ Dominorum Leonelli & Christophori non possunt agere de euictione contra Dñm Iacobum. Rursus in consil. 22 137. nu. 12. uol. u. 2. ubi consuluit, quòd † per diuisionẽ bonorũ factam non intelligitur remissum fideicommissum, ẽt quod in diuisione esset clausula de defendendo in omnem casum & euentum & ab omni persona: quia dicta clausula includit solum quamlibet litem, casum, & euẽtum euictionis, quæ sequi posset ex facto tertii, sed non includitur in ea euictio, quæ prouenit ex natura rei uel ex facto illius, qui promittit uel authoris sui. l. fundum, de euict. & ideo subdit, si petatur fideicommissum post mortem alterius per sui peruenientem, dr peti ex facto grauati seu authoris illius præmortui, qui illud reliquit, & quòd reputatur factum ipsius grauati, fm glo. in l. si seruus. in prin. ff. de condit. furt. Item ex facto ipsius proprio. i. ex quasi suo contractu, quem iniuit adeundo. l. apud Iulianũ. §. fi. ex quib. cau. in poss. ea. allegat ad hoc notata in d. l. si familiæ. quod & uoluit idem Ruin. in consi. 7. col. 23 pen. in fi. uol. 3. ubi dicit, quòd † licet bona assignata uni in diuisione possint ab eo auferri, eo quòd restitutioni fideicommissi subiaceant, tñ quòd euictio sibi non debetur, ẽt si esset promissa: quia quòd bona sibi assignata possint ei auferri ex capite pmisso, hoc prouenit ex facto suo, idest, ex sua conuentione & pmissione, & ideo non debet audiri: quia si propter talem promissionem eo præmoriente sine filiis ab hærede suo fuisset ablata per alterum ex fratribus suis superuenientibus, non posset eius hæres contra illum, qui euicit, agere de euictione. quia ubi euictio, sequitur ex facto alicuius uel eius authoris, non pôt in illũ casum de euictione agere. d. l. fundum meum. Rursus in consi. 92. nu. 28. cum seq. uolu. 3. dicens, quòd et quo euictio sequitur ex facto Alberti, de quo ibi, ex quo ex præordinatione defuncti à quo causam habuit bona deuenerũt ad alios ex fideicommisso, & cuius personam Albertus representat, factum ipsius defuncti cẽsetur factum Alberti, & perinde est acsi ipse à quo euincitur sibiipsi euicisset, prout di. unt Bar. & cæteri in d. §. duo fratres. in j. q. & in terminis fideicommissi idem uoluit Soc. Iun. in consi. 12 8. num. 13 r. uers. 4. & postremò. uol. j. Soc. In consi. 31. nu. 6. uõl. 4. Ex his igitur resultare vr uera conclusio, quòd sicut hæres dñi Fabritii non pôt agere de euictione contra dominos Marcumantonium, & Ferrandum, ex causis & rationibus supra adductis & allegatis, ita nec possint agere contra eos prædicti creditores, & eo magis id dicendum uenit, cum dicta diuisio facta fuerit simplici-24 ter, † per quam non censetur renuntiatum fideicommisso. Bart. & cæteri in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 25 j. q. ff. de uerb. obli. qñ † remissio ipsa donationis cuiusdam speciem esse censetur, quæ non facilter presumi consueuit. l. cum de indebito. de probat. l. Campanus. ff. de oper. libert. Ruin. in consi. 137. nu. 6. uer. sed præmissis. uol. 2. Alb. in consi. 34. nu. 6. & quam partẽ uti cõem amplectuntur Alex. in consil. 205. nu. 4. uol. 6. Ruin. in consi. 92. nu. 26. uol. 3. Bero. in consi. 130. in 26 prin. uol. 2. Imò plus dr, quòd † ẽt si fuisset promissum in diuisione hincinde de non contraueniendo, nõ cẽseretur remissum ipsum fideicommissum, Bart. in d. §. duo fratres. in 2. q. Rui. in consi. 137. supra citato, ubi asserit hanc esse cõem. ac in d. consi. 92. nu. 20. in fi. & Bero. ubi supra. Port. in consil. 135. nu. 16. cum seq. & Ias. in consil. 173. nu. 6. uol. 4. ubi consuluerunt in casu, in quo erant aliæ clausulæ maiores, & tñ concludunt, per diuisionem non fuisse renuntiatum fideicõmisso. Si ergo non censetur ei per dictam diuisionem renuntiatum, ergo multo magis id fatendum uenit in terminis nostris, stantib. protestationib. factis per diuidentes in ipsa diuisione, quòd per eam non intẽdebant recedere a testõ d. quon. Magnifi. D. Ludouici patrui, aut fideicommisso in illo testõ contento præiudicare, sed illesum remanere: per quam clausulam satis apertè demonstratur, diuidentes ipsos noluisse de-27 rogare ipsi fideicommisso. Nam † protestationes conseruant ius protestantium. gl. in l. si debitor. §. j. uersi. salua pignoris causa. ff. qui pot. in pig. hab. l. non solũ §. morte. ubi Ias. nu. 50. ff. de nou. oper. nun. Port. in cõ si. 61. num. 40. ubi protestatio ius protestantis in tuto collocare existimatur. & in consi. 117. nu. 3. ubi refert uatio iuris Isach & Salomonis in bonorum paternorum diuisione facta, ut sub fide mutuare possint, de illo nihil quicquam diminutum fuisse iudicãdum est, cum reseruatio ipsa eius qui reseruat ius tueatur. ca. cũ uenerabilis. de excep. & in casu nostro per Cepha. in consi. 296. nu. 9. cum sequenti.

Superest modo ut ad contraria respõdeatur, & de uenien-

ueniendo ad primum argumentum dr̃, ꝙ non obstat
18 †decisio Bald.in d.l.j.C.quand.non peten. part.quia est sibi contrarius, ut patet ex notatis per eum in d.l. si familię.in fi.ubi dicit,quòd si res non euincitur per dominum sed per patruũ puellæ, ad quem rediit feudum:quia unus decessit sine masculo hærede, ꝙ euincenti non obstat exceptio diuisionis. Rursus in l.j.in 11.q.ff.de rer.diuis.dicens, ꝙ si uni fratrum datum est feudum in parte,& ille decedit absque herede,feudũ reuertitur ad fratres , subdens de hoc esse casum in c. satis bene.de prohib. feud.alien.per Lotha.& contra Bal.esse communem inquiunt Are.in l.qui Romæ. §. duo fratres.in 10.q.ff.de uerbo.obli.Ruin.in consi.8. col.pen.uer.non obstant notata.uol.1.& in consi.11. col.fin.uol.eod.Vnde sicut in casu,de quo supra,non obstat illa decisio, ita nec illa obstare habet in terminis nostris.

19 Ad secundum respondetur, ꝙ †regula dictæ.l.uindicantem.non militat,ubi euictio sequitur uel ex natura rei,uel ex facto authoris, ut de primo per Barto. Bal.Ang.& Sal.in d.l.si familiæ. dum uoluot in terminis qõnis ibi formatæ per glo.quando uni ex fratrib. in totum peruenit feudum,alteri allodium,& ille decedit sine filiis masculis relicta filia fœmina si quidẽ ecclesia uindicat feudum , filia non poterit agere de euictione , dummodo nõ promiserit de euictione in specie secuta ex natura rei:quia simplex promissio de euictione intelligi debet secundum naturam actus super quo interponitur.l.si legati.serui nomine.de leg. j.Alex.in consi.21.col.3.uol.5.Rom.in consi.503.colum.fio.uer.ultimo moueor. Crot.in d.§.duo fratres, nu.78.& Ripa num.43.Ruin.in consi.13.col.fi.uolu. j.consi.7.nu.10,consi.14.col.5.uers. sed contrarium. in consi.42.num.19.uol.eod.consi.137.num.32.uolu. 2.& 72.num.5.uol.5.Dec.in consi.411.col.fi.Bero.in Consi.41.num.48.uol.j.ubi dicit,quòd ubicunq; euincitur res ex qualitate inhęrente ipsi rei seu ex natura rei,tunc non debetur euictio l.si.quis domum . §.pen. ff.loca.Videtur enim res cum sua qualitate & natura adiudicata.l.& puto.§.fi.ff.fami.ercis.Bal. in d.l.si familiæ,col.ult.uer.2.noto.Iterum in consil.156.num. 10.uol.eod.Crane.in consil.24.col.j.Vel ex facto authoris,Bart.& alii in l.qui Romæ.in §.duo fratres.in q.j.in uer.quarto dicit,ubi & cæteri. de uerb.obliga. Alex.in citato consi.21.col.3.Ruio.in allegato consi. 21,col.fin.uer.quod etiam probatur.in consi.137.nu. 22.uol.2.Vnde eum in casu præsenti euictio fuerit secuta ex natura rei & præordinatione & facto authoris, uidelicet substituentis , sequitur ꝙ iudicium aliquod per creditores intentari non potuerit neq; possit contra prædictos Magnificos D. Marcumantoniũ & Ferrandum.

Ad ultimum respondetur . ꝙ ista rõ inæqualitatis tollitur ex doctrina Bar. & aliorum in d.l.si familiæ. ubi(secundum eos) sufficit æqualitatem fuisse seruatam ab initio & partes in diuisione fuisse æquales. prout in casu nostro , ubi quælibet pars sua portione contenta fuit:Vnde si post ex aliquo casu de nouo cõtingenti inæqualitas accideret,illa non debet esse in consideratione nec attendi , ut in propriis terminis dixerunt Socin.Iun.in consil.159.in fi.uol.2.& Bero. in consil.108.in fin.uol 1. qui ambo consuluerunt in uno & eodem casu: Nam in terminis nostris non potest considerari inæqualitas,eum ultra bona subiecta fideicommisso obuenta in diuisione Magnifi. Do. Fabritio etiam peruenerint alia bona paterna , ut in instrumento diuisionis continetur , quòd alia ratione data non fuerunt, nisi ratione æqualitatis seruandæ, quæ inter ipsos fratres seruari debet , d.l.cum pater. §.euictis.de leg.2.Item aduertendum est, quòd si bona obuenta dicto D.Fabritio nõ fuissent ęqualia aliis bonis peruentis D.Marcoantonio,utiq; non se astrinxisset & obligasset ad soluendum libellum Magni.D. Ferrando alteri fratri tanti ualoris , prout se obligauit,cum nemo præsumatur iactare suum.l.cum de indebito.ff.de proba.cum aliis uulgaribus.

SVMMARIVM.

1 *Testium publicatio quando est facta & dicta testium sunt didicita,prohibentur alij testes recipi & examinari timore subornationis.*
2 *Iudex quando pronuntiauit parte instante dicta testium esse publicata & aperta, & pro publicatis & apertis haberi uult,& intendit, non admittuntur alij testes.*
3 *Duplex funiculus plus operatur quàm simplex.*
4 *Probationes fieri debent ante conclusionem in causa & non post.*
5 *Conclusio in causa est renuntiatio omnium probationũ. & defensionum producendarum.*
6 *Cõclusio in causa ubi est facta , amplius deduci uel probari non potest.*
7 *Conclusione in causa facta nihil est producendum nec admittendum sine partis consensu.*
8 *Instrumentum productum post conclusionem in causa habetur pro non producto.*
9 *Conclusium quando est in causa , de ea iudicatur acsi esset lata sententia.*
10 *Conclusio in causa altero ex tribus modis fit.*
11 *Conclusione facta dicitur liquere de causa,& post eam non est cognoscere sed cognitum esse.*
12 *Publicatio testium,quæ de iure non ualuit, non est impedimento,quin testes examinari possint.*
13 *Actus quando est nullus eius reiteratio non impeditur.*
13 *Testes , qui nulliter deposuerint , non obstante eorum publicatione possunt de nouo recipi , licet partes testificata didicerint.*
15 *Nullitas examinis causata ex causa partis impedit repetitionem testium &. restaurationem temporis probatorij.*
16 *Nullitas etiam per uiam exceptionis non potest allegari per eum qui nullitati causam prabuit.*
17 *Quis dicitur esse in culpa , si non petit impedimentum remoueri,quod à superiore remoueri potest.*
18 *Testes minus legitimè examinati post publicationem testium possunt examinari , quando culpa iudicis nõ fuerunt perfectè examinati,secus si culpa partis.*
19 *Negligentia arguit culpam.*
20 *Negligentia succurri non solet.*
21 *Imputari sibi debet,qui sua negligentia se excludit.*
22 *Renuntiare quis tacitè uidetur , qui sua negligentia tempus assignatum ad actum expediendum labi permittit.*
23 *Sententiæ acquiescere uidetur & appellationi renuntiare,qui congruo tempore non appellat.*
24 *Regressus non datur ad renuntiata.*
25 *Negligentia arguitur in eo , qui cum opportunis remedijs ad actum uti posset,id non fecit.*

Negli-

26 *Negligens ex sua negligentia commodum reportare non debet.*

27 *Testes post publicatas attestationes possunt examinari super eo, super quo pars diuinare non potuit.*

28 *Publicatio testium examinatorum pendere uidetur à uoluntate eius, qui testes examinare fecit.*

29 *Instrumēta de nouo reperta licet possint produci post conclusionem in causa, id tamen intelligitur uerum esse, dummodo ante conclusionem in causa quis diligens fuerit in perquirendo, alias secus.*

30 *Testium repetitio & examinatio post publicatas attestationes fieri non potest, ubi proceditur etiam de æquitate.*

CONSILIVM LII.

DVPLICI ex capite concludendū esse arbitror, restaurationem temporis probatorii requisitam ab Antonio Barbarino minimè ei concedendam fore, ex rationibus & causis infrascriptis. Primo quidem ca-
1 pite: quia cōis theorica est Scribentium, quòd† qñ facta est publicatio testium & didicita sunt dicta testiū, prohibētur alii testes recipi & examinari timore subornationis. Clem. 2. de testibus. c. fraternitatis. ubi doćto. eod. tit. & in auth. qui semel. C. de proba. Alex. in consi. 181. uu. 4. uol. 7. Anch. in consil. 223. Bero. in cō si. 100. col. 1. uol. 3. Ruin. in consil. 164. nu. 4. nol. 4. Anto. Gabr. in suis com. opin. in tit. de testib. uer. 4. limi-
2 ta, uel † qñ iudex pronuntiauit parte instante dicta testium esse publicata & aperta & pro publicatis & apertis haberi uult & intendit, ut uoluit Bar. in authē. qui semel. col. 3. uer. quædam est publicatio. quem sequitur Alex. in consi. 181. nu. 3. uol. 7. ubi tradit, quòd ad hoc ut impediatur noua productio testium pp publicationem, requiritur quòd iudex prouūtiauerit dicta testium esse publicata & aperta & pro publicatis & apertis haberi. Si igit in uno ex causis supradictis impeditur productio nouorum testium, ergo multo
3 fortius ubi ambo supra dicta concurrunt, nā † duplex funiculus plus operatur quam simplex. auth. itaq. C. com. de succesf. not. in l. balista. ad Treb.

Secundo ex capite: quia ordo iudiciarius expostu-
4 lat, ut † probationes fiant durante instantia & ante cō clusionem in causa & non post c. pastoralis. de except. l. peremptorias. C. sent. rescind. non posse. Ossich. decis. 146. nu. 13. Conclusio enim in causa est terminus exclusiuus omnium probationum. §. quia uerò in authē. de testib. Cacialup. in l. admonendi. nu. 234. de iureiu. glo. in c. cum dilectus. de fi. instr. Maran. in tracta. de ord. iud. parte 6. in 15. actu. in princ. ubi inquit
5 †conclusionem in causa esse renuntiationem omniū probationum & defensionum producendarum. Natta in consil. 251. in fi. Menoch. in tract. de arbit. ind. q.
6 39. num. 25. ubi † ea facta amplius deduci uel probari non pōt. Rub. Alex. in l. naturaliter. §. nihil cōe. num. 263. de acq. poss. Bero. in consi. 129. in fi. nolum. 2. ubi
7 †post conclusionem in causa nihil est producendum nec admittendum sine partis cōsensu, & ideo nos ui-
8 demus, quòd † instrm productum post conclusionē in causa hr pro non producto. Bar. in l. admonendi. col. 3. in fi. ubi etiam cæteri, de iureiur. Bero. in consi. 119. in fi. nol. 2. Port. in consi. 134. nu. 15. huiusque dicti ra
9 tio est: quia † qñ est conclusum in causa iudicatur de dicta causa acsi lata esset sūia. Bald. in l. si mater. in §. tandem. ff. de except. rei iud Ias. in l. licet. col. 2. C. de procura. Cepha. in consi. 51. nu. 19. Bero. in consi. 184. nu. 5. uolu. 3. Vnde cum in casu præsenti conclusio in causa facta fuerit: quia petitum per Antonium sñiam ferri, & quæ ab aduersario acceptata fuit, per quā petitionem expresfè dr esse conclusum in causa & non tacitè, ut dixit Menoch. ubi supra, ubi in nu. 4. dicit,
10 conclusionē in causa altero ex tribus modis fieri, † ali quando expresfè ut quando petitur sñiam ferri: tacite, cum actum faciunt, quo demonstratur non esse amplius locum productioni probationum, ut quādo petitur causam consilio sapiētis committi. Tertiò, cum litigantes omnibus probationibus renuntiant. Fel. in c. cum dilectus. num. 27. de fi. instr. sequitur, quòd amplius aliquid probari non potest: quoniam, ut ait Natta in consi. 251. in fi. iudex ordinarius post conclusionem in causa nouas probationes admittere non dēt: quia conclusio ipsa est terminus (ut iam dictum fuit)
11 exclusiuus omnium probationum, & † quia conclusione facta dr liquere de causa. glo. in uerbo, liquere. in c. significauerunt. de testib. & post eam non est cognoscere sed cognitum esse. Archidiaco. in c. fi. de in integ. restitu. relatus per Bal. in auth. qui semel. in fin. C. de probat. Menoch. ubi supra in prin.

Nec obstat, quòd quando testes sunt nulliter examinati, quia extra tempus probatoriū, talis nullitas non est impedimento, quin saltem mediante restauratione temporis probatorii possint repeti, ex doctrina Bar. in d. auth. qui semel. col. 3. uersi. quæro quid si
12 publicatio. ubi concludit, quòd † publicatio de iure non ualuit: quia parte non citata, uel die feriata, uel ob alium defectum, talis publicatio non est impedimento. arg. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contrab. Alex. in allegato consil. 181. col. 3. in prin. Ferret.
13 in consi. 153. Nam † quando actus est nullus, non impeditur reiteratio eiusdem actus. l. qui per salutem. ff. de iureiurā. & ideo dicit ibi Bar. per illum text. quòd
14 † testes, qui nulliter deposuerunt, non obstante publicatione, possunt denuo recipi, licet partes testificata didicerint. Idem Bar. in d. auth. qui semel. in fi. col. gl. in c. cum causam. quę. de testib. & ita omnes tenere in quit Ias. in d. l. qui per salutem. col. 3. Quia respōdetur ad decisionem Bart. in d. l. qui per salutem. & in aliis locis supra citatis, quę magis vr obstare, quòd illa lo
15 cum sibi non uindicat, ubi † nullitas examinis causata fuisset ex culpa partis, quæ examinari fecit testes post lapsum temporis probatorii statuti à lege com-
16 muni uel municipali: quoniam† nullitas et per uiam exceptionis nou est allegabilis per eum, qui nullitati causam præbuit. l. 1. §. si omnes. in fin. ff. de uentr. inspiciend. Crahe. in tract. de indem. mul. nu. 33. At in casu nostro dictus Antonius Barbarinus dedit causam ipsi nullitati: quia cum sciret uel scire deberet tēpus probatorium sibi ordinatum à lege cōi uel statutaria fuisse extinctum, non debebat procurare, quòd testes examinentur, & demum requirere à iudice quod publicarentur, ac dicta ipsorum testium didicere, prout fecit, sed petere debebat restaurationem tēporis probatorii lapsi. Vnde cum hoc non fecerit, culpa sua nō debet ei prodesse, sed nocere, cum poterat remouere tale impedimentum mediante recursu ad superiorē, per regulam l. tertiæ, §. quid ergo. ff. de contr. iudi. tu-
17 tel. ubi † quis dr esse in culpa, si non petit impedimentum remoueri, quod à superiore remoueri pōt. Crot. in consi. 31. nu. 15.

Et pro hac sententia facit, quod scribit Guli. de Cuneo in l. ueluti. ff. de eden. ubi per illum tex. inquit, q
18 † testes minus legitimè examinati possunt post publicationem attestationum examinari, quod dictum reputant uerum Bald. & Ang. ibi quando culpa iudicis exami-

examinantis non erant perfectè examinati ; secus si
culpa partis: ut quia minus diligenter & perfectè ca-
pitulauit per c.per tuas.de testib. Fel.in d.c. fraterni-
tatis. col.3.in prin. Ergo idem dicendum uenit in ter
minis nostris,ubi interuenit negligentia dicti Anto-
19 nii,quæ† negligentia arguit culpam. l.magna negli-
20 gentia.de uerbor.signi.cui†succurri non solet.l.non
enim.ff.ex quib.cau.maio.Gui.Pap.q.473.Alex. in cō
21 sil.105.col.2.in fi.uolu.5.Debet†enim sibi imputare,
qui sua negligentia se excludit.l.ueteres ff.de iti.actu
22 que priua.quinimò†tacitè vr̄ renuntiare, qui sua ne-
gligentia permittit labi tempus assignatum ad actum
expediendum.Calca.in cons.15.col.13.in prin.Hinc
23 uidemus,ꝙ†qui congruo tempore non appellat,cen
setur acquiescere snīæ & appellationi renuntiare. l.
24 ab eo.C.quom.& quan.iud.&†ad iura renuntiata nō
datur regressus.l.quæritur.§.si uēditor.ff.de ædil.edi.
Cepha.in consil.235.nu.20.cum duobus sequent.Ar-
25 guitur†enim negligentia in eo, qui cum opportunis
remediis ad actum uti posset id non fecit.Soc.in cōs.
273.col.4.Crau.in consi.132.nu.4. Cum itaq; hic An
26 tonius fuerit negligens, †non debet ex sua negligen
tia commodum reportare.l.itaque fullo.ff.de fur.

Pro qua responsione accedit quoque quod scribit
Soc.in ca.fraternitatis. nu.23.ubi concludit,quòd ēt
quis admitti pōt ad probationem post publicatas at-
testationes super eo,super quo ante publicationē nō
potuit super eo facere examinari,nec etiā quòd ei su
per hoc imputari possit. Ergo secus à contrario sen-
su,quando potuit sibi imputari, ut in casu nostro, se-
quitur Antonius Gabr. in loco supra relato num.39.
cui accedit quod tradit Crau.in consi.65.in princ.&
27 74.nu.6.ubi ait, quòd†testes post publicatas attesta-
tiones possunt examinari super eo, super quo pars di
uinare non potuit ante publicationem ; ergo secus si
28 potuit prouidere & non fecit,ut hic.cum†publicatio
testium examinatorum dependebat à uoluntate eius,
qui nulliter testes examinari fecit. Abb.in c.significa
uit.in 2.colum.de testibus.& ad cuius petitionem de
bebant publicari.Socin.Iun.in consi.34.nu.5.&9.uo
lum.primo.

29 Additur ēt ad hoc alia conclusio quæ habet, ꝙ†li-
cet post cōclusionem in causa possint produci instru
menta de nouo reperta.Butr.Imo.& Abb.in c.cum di
lectus.de fi.instr.Bart.in l.admonendi col. 2.de iure-
iurā. id tamen uerum esse arbitratur, dummodo ante
conclusionem in causa quis diligens fuerit in perqui
rendo,aliàs secus.

Dicitur etiam,ꝙ cōmnnis opinio supra relata non
procedit, ubi concurrunt tot.& tanta, de quibus su-
pra,uidelicet , quòd pars sciuerit nullitatem exami-
nis faciendi post lapsum cuiuscunque temporis pro-
batorii,illiusque publicationem institerit , ac didi-
cerit testificata,indeque petierit causam expediri, &
sic concluserit in casu,quo conclusio ab aduersa par
te fuit acceptata , quo casu concurrentibus prædictis
non uidetur quòd admittenda sit aliqua restauratio
temporis probatorii ad effectum repetitionis requi-
sitæ:quoniam quando facta est cōclusio in causa mu-
tuo partium consensu regula stat firma,quòd post eā
ēt non possunt produci instrumenta . Ripa in d.l.ad-
monendi.nu.48.in fi.

30 Vltimò non obstat , quòd † ex quo in dicta causa
proceditur de æquitate admitti debeat dicta repeti-
tio,ut uoluit Homod.in consi.79.col.pen. Quia rn̄de
tur,quòd etiam ubi proceditur de æquitate habet lo-
cum conclusio , quòd publicatis attestationibus nec
testes examinati nec alii produci possunt. Aret.in ca.
constitutis.col.2.in fi.de testib.& in c.fraternitatis. co
lum.8.de testib.Alex.in consi.83.col.fi.uol.4.Ant.Ga
br.ubi supra in 3.ampliatione.

SVMMARIVM.

1 *Ius exigendi decimas de iure spectat ad Rectorem parochialis.*

2 *Decimas soluere quilibet tenetur.*

3 *Ecclesia parochialis fundatam habet intentionem contra omnes suos parochianos super solutione decimarum, & dicenti contrarium incumbit onus probādi.*

4 *Deus neminem excipit à solutione decimarum.*

5 *Decimas soluere tenentur possessores & qui fruges terræ percipiunt & non alij.& nu.13.*

6 *Aliud est uniuersitas & aliud sunt singuli homines ipsius.*

7 *Vniuersitas dicitur alia persona & aliud corpus à singulis de uniuersitate.*

8 *Debitum uniuersitatis non est debitum singulorum.*

9 *Liberatio facta uniuersitati non liberat singulos homines uniuersitatis.*

10 *Lis uniuersitatis non dicitur singulorum nec è contra.*

11 *Compromissum uniuersitatis nō est compromissum singularium personarum.*

12 *Vasallus uniuersitatis non est uasallus singulorum, ueluti si promisserunt aliquid non facere in certo loco, promissio ipsa intelligitur quando uniuersaliter aliquid facerent.*

13 *Actore non probante reus debet absolui etiam si nihil præstiterit.*

14 *Temerè litigans uenit in expensis condemnandus.*

15 *Sententia lata contra particulares ipsis non citatis nō ualet.*

16 *Citatio est fundamentum iudicij.*

17 *Citatio requiritur ut quis se defendere possit.*

18 *Citationem negans dicitur defensionem denegare.*

19 *Citatio est de iure diuino.*

20 *Citatio dicitur de substantia iudicij, qua omissa sn̄ia lata contra absentem non citatum ei obesse non potest*

21 *Citatio in qualibet causa interuenire debet.*

22 *Citatio per Principem auferri non potest.*

23 *Citatio necessariò requiritur pro ordine & ualiditate processus.*

24 *Citationis defectus potest semper opponi.*

25 *Citatus ut quis dicatur non attenditur commissio de citando sed executio.*

26 *Citatio contra singulares personas nominatim fieri debet.*

27 *Personas particulares nomine proprio specificare non est necesse in libello.*

28 *Mandatum quando debet referri ad singulos de uniuersitate ita exprimi debet.*

29 *Mandatum habens limitatum non potest fines mandati egredi.*

30 *Procurator constitutus ab uniuersitate non est procurator in causis singulorum nec è contra.*

31 *Mandatum uniuersitatis ut ualeat, requiritur ꝙ sint duæ partes ex tribus, & debent describi singulariter nomina constituentium,qui præsentes sunt.*

32 *Procurator præsumitur mandatum intellexisse eo modo quo illud executus fuit.*

CON-

CONSILIVM LIII.

INSPECTIS his, quæ abundè & eleganter deducta fuerunt per Magnificum Consultorem D. Laurentium Bertonum, placet mihi iuridica conclusio per eum firmata, & licet subtiliter per eum scriptum sit & ita ut nullus ferè locus addendi relictus uideatur, tamen ne inconsideratè uidear ad subscribendum adijsse, & ut mihi satisfaciam, pro iustitiæ clariori demonstratione nonnulla paucula su
1 bijciam. Et dico, quòd † ius exigendi decimas ad rectorem parochialis ecclesiæ spectare de iure dr̄, Ho
2 stien. in sum. de decimis. §. fi. circa fi. & † ad earum solutionem quilibet tenetur. c. 1. de præscr. in 6. c. à no
3 bis, de decimis. & † ecclesia parochialis habet fundatam inteutionem contra oẽs suos parochianos super solutione decimarum. & qui uoluerit dicere se
4 non teneri, debet illud probare, quoniam † Deus neminem à solutione decimarum excepit, Abb. in d. c. à nobis. Bero. in consi. 19. num. 2. uol. 1. Tamen quod
5 † ad illarum solutionem tenentur parochiani possessores, & qui fruges terræ percipiunt & non alij, ut hr̄ Exod. c. 12. d. c. à nobis. gl. in c. tua nobis. de deci. in fi. in gl. in uersi. sic inquit, ecclesiam posse conuenire & cogere ad soluendum decimas & primitias, possessores prædiorũ & rerum, pro quibus decimæ soluũtur, siue suo siue alieno nomine possideant aut colant c. si quis laicus. 16. q. 1. cum decima tanquam onus reale sequatur possessorem. l. fi. in fi. ff. de contrahen. emp. c. cum non sit. de decim. Paris. in consil. 6. nu. 6. uol. 4. Bero. in consi. 19. nu. 7. uolum. 1. Ferret. in consi. 138. nu. 10. sed in casu occurrenti uniuersitas Cameranę non possidet aliqua prædia, sed ab alijs possideantur, meritò ergo sequitur, quòd uniuersitas ipsa seu Agentes pro ea non potuerunt condemnari ad ipsarum solutionem, imo (quod est fortius) nec conueniri, ut infra dicetur.

Secundò dicitur, quod etsi homines de uniuersitate prædia possideant & fructus ex eis percipiant: tamen pro dictis decimis non potuerunt conueniri, minusque nec condemnari agentes pro ipsa uniuersitate sed singuli de uniuersitate debebant conueni
6 ri, cum † aliud sit uniuersitas & aliud sint singuli homines ipsius. gl. in l. sicut. §. si quid. ff. quod cuiusque uniuer. nom. notant omnes in c. cum omnes, de constit. Crot. in consi. 245. nu. 9. Bero. in consi. 92. nu. 16.
7 uol. 1. in cosi. 8. nu. 22. uol. 3. ubi † uniuersitas dr̄ alia persona & aliud corpus à singulis de uniuersitate. Pa
8 ris. in consi. 91. nu. 1. uol. 4. & ideo uidemus, quod † debitum uniuersitatis non est debitum singulorum nec è contra. Bertran. in consi. 242. col. 1. uol. 3. Afflic. super constitu. regn. fol. 317. in rubr. de animal. in pasq.
9 assede. nu. 12. Item & quòd † liberatio facta uniuersitati non liberat singulos homines uniuersitatis. Dec. in consi. 61. col. 3. nu. 3. Ripa in c. cum te. de rescrip.
10 nu. 43. & similiter † lis uniuersitatis non dr̄ singulorum nec è contra. Corn. in consi. 293. nu. 11. uolu. 3.
11 Plus uidemus, quod † etiam uasallus uniuersitatis uel capituli non est uasallus singulorum, quia aliud sunt singulares personæ & aliud cõgregatio uel collegium. gl. in l. 2. ubi Bal. & alij. ff. quod cuiusque uniuer. nom. Hinc etiam dixit Pet. de Anch. in consil. 205. quod si Veneti promiserunt aliquid non facere in certo loco, promissio illa intelligitur, quando uniuersaliter aliquid facerent, non autem haberet locum promissio, nec obligati intelliguntur uocati, si unus Ciuis Venetus nomine suo singulariter illud faceret, quia dispositio, quæ concernit plures ut uniuersitatem, non habet locum in eis consideratis ut singulis, sequitur Dec. in consi. supra citato. 61. col. 2. uersi. & ad propositum. Et quia deuenimus ad hæc tempora, in quibus iudicare debentes non cõtentantur de generalibus regulis, more pauperum doctorũ sed de decisionibus specialibus, ut inquit Fely. in c. 1. col. 5. in prin. de præscr. Ideo in terminis adduco cõsil. Beroi. in consi. 19. nu. 31. uol. 1. ubi loquitur de primitijs & decimis, quæ in hoc casu à pari procedunt ut ibi dicit, ꝙ adhoc ut cõe seu uniuersitas hominum ad solutionem primitiarum & decimarum teneatur, requiritur ꝙ homines ut uniuersi & non ut singuli ex prædijs frumenta & alios fructus percipiant ad uniuersitatis utilitatem & commodum, alioquin si si constaret ipsos homines non ut uniuersos nec ad uniuersale commodum sed ut singulos ad priuatam utilitatem fructus percipisse & prædia sic coluisse, non possent homines ut uniuersi & tanquam commune conueniri sed ut singuli & particulariter. Hæc enim inter se differunt & tanquam à personis diuersis factum censetur, uidelicet ꝙ aliquid fiat à commune seu ab hominib. ut uniuersis, aut à pluribus ut à singulis. l. 1. §. quid. & in d. l. sicut §. si quid. ibique Bar. ff. quod cuiusque uniuers. nom. Vnde cum in casu presenti non constet, ꝙ commune & homines Cameranæ ut uniuersi prædia aliqua possederint & coluerint, nec ex prædijs & possessionibus positis in territorio dicti loci fructus perceperint ad commune & uniuersale bonum dicti communis, concluditur ipsos non potuisset conueniri nec condemnari, sed ꝙ
13 absoluendi erant, quia † actore non probante reus debet absolui etiam si nihil præstiterit, l. qui accusare. C. de eden. ita Bero. ubi supra, & col. pe. in fi. & ul
14 terius, ꝙ † actor ipse tanquam temerè litigans condẽnandus erat in expensis. l. eũ quem temere, de Iud.

Nec uis fieri potest, ꝙ dictus Rector produxerit libellum nedum contra homines Cameranæ uti uniuersos sed etiam ut singulos, ut in primo processu folio 6. & 7. Quia respondetur, ꝙ licet hoc sit uerum,
15 tamen † quod citatio solum fuit executa contra dictos homines ut uniuersos seu dictam uniuersitatem non autem ut singulos, ut lices uidere ex ipso processu. Vnde sequitur, quod male actum fuit contra eos, & per consequens quod sententia lata per iudicem
16 ipsis particularibus obesse non potuit, nam † citatio est fundamentum iudicij. Spe. in tit. de citat. §. i. & ita per illum tex. tradit. Abb. & alij sequuntur in c. quoniam contra. de proba. in uerbo citationes. Citatio
17 † enim requiritur, ut quis se defendere posit, & ideo
18 † negans citationem dicitur denegare defensionem, quæ cum iure naturali concedatur, nemini auferri
19 debet cle. pastoralis. de re iud. Imo † potest dici de iure diuino. Nam & ulterius, cui manifesta sunt omnia secreta, non prius Adam damnare uoluit quam citasset, dicendo Adam ubi es. ut habetur Genesis 3. Abb. in cap. cum olim. col. penul. de re iud. Franc. Marc. in q. 665. nu. 10. in parte i. Soc. Iu. in consi. 108. nu. 48. cũ tribus seq. uol. 2. & ideo dicit Bar. in l. prolatam. C.
20 de sen. & interlo. om. iud. quod † citatio dr̄ de substantia iudicii, quia omissa sñia lata contra absentem non citatum erit nullius momenti, nec in aliquo sibi
21 præiudicabit, & ideo pro regula dicimus, quòd † in qualibet causa debet interuenire citatio omniũ personarum, de quarum præiudicio agitur, alioquin iudicium parti absenti & non citatæ nullum infert grauamen. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. de unoquoq;. ff. de re iud. Soc. Iun. in consi. 122. nu. 34. uol. 2. & in tan
22 tum est de substantia iudicii, quòd † nec à Principe au

ferri

ferri potest. Port. in consi. 2. nu. 7. adeo quòd si nō prę cessit, actus redditur nullus. Port. in consil. 209. num.
23 27. Nam † pro ordine & ualiditate processus necessariò requiritur citatio, Soc. Iun. in consi. j. nu. 76. uolu. 4. Bero. in consil. 19. nu. 35. uol. 5. & 65. num. 150. uol.
24 eod. in tantum quòd † eius defectus semper pōt opponi. Dec. in consi. 63. col. fi. dixi in consi. 29. nu. 39. uol. j. Imò plus dr̄, quòd etiamsi iudex commisisset citationem contra dictos homines ut singulos, quod tamen
25 factū non reperiť, hoc non sufficeret: quia † non attenditur commissio sola de citando sed ēt executio, ut quis dicatur citatus, ut in terminis uoluerunt Abb. & alii in c. quoniam contra. in uerbo, citationes de proba. Bero. in consil. 51. nu. 30. uol. 3. Vnde ex his concludendum uenit, quòd cum Rector non habuerit litem & causam mouere contra particulares homines, ut colligitur ex citationis decreto & exequutione, in quibus apparet homines tanquàm particulares nō fuisse citatos, ut habetur in processu, quòd aliquid non potest dici gestum contra dictos homines ut singulos, quòd eis habeat obesse, ut in simili à contrario dixit Bero. in consi. 19. col. 4. uersi. tertiò, quod non solum. uol. j.

Vlterius dr̄, quòd etiā dato quòd libellus esset generalis & extenderetur ad eos, & ordinata esset citatio contra ipsos, tñ quod ex quo generalitas ipsa non fuit expressa in citatione, uidelicet, illos homines specialiter & nominatim in processu & citatione exprimendo, argumento eorum quæ habentur per Bar. in l. si quis intentione ambigua. de iud. Dec. in cap. in præsentia. de probatio. ꝙ non ualuit processus quoad singulos homines, qui conueniri & citari potuis-
26 sent ad solutionem decimarum, quoniam † illi erant expresè & nominatim in processu & citatione specificādi, & quod si aliquod iudicium factum fuit, illud factum vr̄ tanquàm contra personas incertas de certis. quod non ualuit ex defectu citationis incertæ &
27 uagæ. Nam † licet in libello necesse non sit specificare ꝑsonas particulares nomine proprio, contra quas concipitur libellus c. sedes. de rescrip. c. 2. in fi. eod. titu. in 6. tñ requiriť, quòd in processu & citatione nominatim exprimantur, alioquin non ualet processus nec sñia illius uigore lata: quia & si iudex dicatur generaliter habere iurisdictionem habitu super omnes & singulos comprehensos seu aptos cōprehendi sub illa generalitate, non tñ illam dr̄ habere cōtra singulos & particulares actu & exercitio, nisi nominatim & specialiter exprimantur, & ante illorum expressionem citatio non ualet, quæ dr̄ de processu ca. quoniā contra. de probat. & de substantia sñiæ l. de unoquoque. de re iudic. & hæc expressio & nominatio debet fieri per iudicem decernentem citationem. Nec sufficeret si executor citationis illam faceret, quia formā commissionis excedere diceretur nominatim exprimendo personas absque expressa iudicis commissione, & consequenter nihil ageret c. cum dilecta. de rescript. l. diligenter. ff. manda. ita in terminis dixit Bero. in citato consi. 19. num. 32. cum pluribus sequentibus uolu. 1.

Pariter non obstat, quòd mandatum procuratoriū vr̄ factum ēt nomine singularium personarum Cameranæ. Quia respondetur, hoc esse alienum ab omni ue-
28 ritate: quia † qñ mandatum debet referri ad singulos de uniuersitate, id debet exprimi, cap. nimis. de exces. prælat. c. generaliter. de elec. in 6. Dec. in c. eam te. colum. fi. in prin. de rescrip. quod factum non reperitur in casu præsenti: quia, si bene inspiciantur uerba mandati, ea sunt restricta ad uniuersitatē & homines uniuersitatis non, aūt ad singulos, ut singulos, quo casu
29 mandatum † habens limitatum non pōt fines mandati egredi. l. diligenter. ff. manda. Alexan. in consil. 25.
30 in fi. uol. 2. Nam nulli dubium est, quòd † procurator constitutus ab uniuersitate non est procurator in causis singulorum. l. 2. ff. quod cuiusq; uniuers. nom. Dec. in d. c. eam te. col. fi. in prin. & in consi. 61. nu. 3. Anto. Gabr. in suis com. opi. in tit. ꝙ cuiusque uniuer. nom. conclusi. j. nu. 2. Rota in decis. 426. in nouis. facto. in cau. 6. dubio 23. Alex. in consi. 44. uol. j. prout nec procurator singulorū est procurator uniuersitatis. Deci. in consi. 672. col. 2. Vant. de nullitate. in tit. de nullit. ex defec. inhabil. manda. n. 154. Nec refragatur, quòd in instr̄o mandati descripti sint plurimi ex ipsis hominibus Cameranæ, qui procuratores constituerunt.
31 Quia aduertendum est, quòd † ad hoc ut mandatū uniuersitatis ualeat requiritur, quòd sint duæ partes ex tribus ipsius uniuersitatis. l. nulli. l. planè. ff. quod cuiusque uniuers. nom. c. cum omnes. ubi notant omnes de consti. & debent describi singulariter nomina cōstituentium, qui præsentes sint, Bar. in l. fi. C. de præd. cur. lib. 11. Vant. latè in tract. de nullita. in titu. de nullita. defec. inhab. manda. nu. 151. unde quamuis ibi exprimantur nomina singularium plurimorum, nō potest inferri, quòd ut singuli constituerint procuratores sed ut uniuersi.

Vlterius dr̄, quòd ēt dato (sed non admisso) quòd ēt esset constitutus procurator singulorum, quòd duplici respectū illud non officeret eis: Primò: quia nūquàm processum fuit contra eos sed solum contra ipsam uniuersitatem & agētes eius, ut supra dictū fuit: Secundò: quia dr̄, quòd cum dictus procurator nunquam comparuerit nomine particulariū, nec aliquis actum fecerit nomine ipsorum, cum nunquam euenerit occasio, quia non citati ideo ex his non potest fieri fundamentum aliquod in dicto mandato ad præiu-
32 dicium particularium. Nam † procurator præsumitur intellexisse mandatum eo modo quo illud executus fuit. Ceph. in consi. 220. nu. 36. Vnde ex his pronūtiandum fore arbitror per Reuerendissimum Dominum delegatum Apostolicum in fauorem agentium pro dicta uniuersitate Cameranæ.

SVMMARIVM.

1 *Conuentiones & pacta apposita in diuisione debent inter diuidentes obseruari.*

2 *Fidem fallere graue est.*

3 *Pacta dant legem contractui.*

4 *Omne ius & æquitas mandat conuentiones licitas & honestas utrinque debere obseruari & adimpleri.*

5 *Clausula in fine posita refertur ad præcedentia.*

6 *Clausula in fine posita non refertur ad præcedentia, quæ sint contraria.*

7 *Interpretatio sumenda est, ꝙ quis non censeatur incontinenti uelle se corrigere.*

8 *Nihil est congruentius quàm conuentiones hominum ratas haberi.*

9 *Quæ sunt à principio uoluntatis ex post facto sunt necessitatis.*

10 *Quod semel placuit amplius displicere non potest.*

11 *Clausula in fine posita, & si non referatur ad præcedētia specificata, tamen hoc fallit, si de contraria uoluntate disponentium appareat.*

12 *Actus hominum non debent quicquàm operari cōtra eorum uoluntatem.*

Dictio

13 *Dictio, saluo, est modificatiua, restringitque praecedentia.*
14 *Dictio, saluo, licet sit continuatio praecedētiū modificatiua, tamen tanta est uirtus modificationis praedictae, quòd ubi nō inuenit quod modificet, orationē prae cedentem extinguit & negationem resoluit.*
15 *Protestatio conseruat ius protestanti.*
16 *Verbum, qualibet, est dictio uniuersalis & geminata.*
17 *Verba geminata enixam uoluntatem demonstrant di uidentium.*
18 *Verba ubi sunt clara non indigemus interpretatione.*
19 *Verba clara non recipiunt interpretationem à consuetudine, nec à statuto.*
20 *Verba omnia & singula, sunt geminata.*
21 *Verba debent intelligi ne frustra & ociosè prolata sint.*
22 *Verba qualibet ac dictiones & sillabae debent intelligi apposita, ut aliquid operentur.*
23 *Clausula in fine posita quando est talis, quae se expressè refert ad omnia praecedentia, tunc debet referri tam ad proxima, quàm ad remota & in principio posita.*
24 *Voluntas qualis fuerit ex his quae sequuntur declaratur.*
25 *Clausula in fine posita de per se stans non qualificans proximè praecedentia, ad omnia superiora refertur, ad quae ratione recti sermonis potest referri.*
26 *Imperitia notarij totum mundum destruit & conscientias bonorum uirorum in magno discrimine ponit.*
27 *Imperitia notarij non nocet partibus.*
28 *Notarij quandoque ponunt clausulas & uerba extra materiam, & penitus eorum significatum ignorant.*
29 *Notarij grossities & imperitia non debet obesse uoluntati testatoris.*
30 *Notarij ut plurimum sunt idiotae, ignorantes sensum & intellectum uerborum.*
31 *Recedendum non est à pacto, quod habet expressam mentem & uoluntatem diuidentium.*

CONSILIVM. LIIII.

IN praesenti consultatione prima facie dicendum uř, quòd creditores quondam Magnifici Domini Fabritii Balnei satisfactionem suam consequi debeant in tertia parte bonorum quondam Reuerēdi dñi Ludouici patrui Magnificorum Dominorū Fabritii & Marciantonii fratrum de Balneis subiectorum fideicommisso ex causis & rationibus infrascriptis. & primò:
1 quia nulli dubium est, quòd † pacta apposita in instrumento diuisionis celebratae inter praedictos dños & alios eorum fratres obseruari debent. l. j. & l. iurisgētium. §. praetor ait. ff. de pac. l. j. ff. de constit. pec. ubi di
2 cit legislator, graue † esse fidem fallere l. 1. §. si conueniat. ff. depos. Paris. in consil. 35. nu. 2. uol. 1. quoniam
3 † legem contractui dant. Paris. in consi. 36. nu. 2. uolu.
4 eod. consil. 6. num. 12. uol. 4. Nam † omne ius & omnis aequitas mandat conuentiones licitas & honestas debere utrinque seruari & adimpleri. Paris. in consi. 21. in prin. uol. eod. & in consi. 109. num. 24. uol. 3. sed in instrumento diuisionis celebratae inter dictos Magnificos Dominos Fabritium & Marcumantonium actū fuit, quod illa facta esse intelligatur citra derogationē fideicōmissi, & non aliter nec alio modo pro parte & portione omnium bonorum nunc diuisorū, sed cū grauamine dicti fideicommissi respectu quātitatis eidem fideicōmisso suppositae. ex quibus uerbis colligi uidetur, quod tertia pars bonorum quondā Reueren. & Magnifici Domini Ludouici fideicommittētis, quę spectabat eidem Magnifico Domino Marcoantonio, & data quondam Magnifico Domino Fabritio remaneat libera, & quod creditores dicti quondam domini Fabritij possint in dicta parte satisfieri. Nec habet obstare si dicatur, quod in fine dicti instrumēti adest clausula, Saluo fideicommisso descripto in testamento domini Ludouici Balnei ipsorum fratrum patrui, cui per quamcunque clausulam, quae ponetur in praesenti instrumento diuisionis, non intelligatur esse renuntiatum dicto fideicommisso ab ipsis fratribus, sed
5 remaneat in suo uigore, quae † clausula in fine posita refertur ad omnia praecedentia, ut per Scriben. in l. talis scriptura. ff. de leg. primò. Fely. in c. eamque col. 3. de rescript. & pro regula tradit Alex. in consi. 66. col. 2. uol. 2. Aret. in consi. 115. Socin Iun. in con. 139. nu.
6 5. uol. 1. Quia respōdetur, quod † clausula ipsa non refertur ad praecedentia, quae sint contraria. Rui. in cōs. 114. nume. 3. uol. 3. ut in casu praesenti. Nam ista essēt contraria cum grauamine &c. & in fine sine grauami
7 ne, ut sonāt dicta uerba: Capiēda † n. est interpretatione incontinenti quis uideatur se corrigere. gl. in l. nā ad ea. ff. de cond. & demon. Soc. Iun. in consi. 102. nu. 3. 189. nu. 2. uol. 2. Paris. in consi. 78. nu. 38. uol. 2. con. 30. nu. 27. uol. 4.

Verum praemissis non obstantibus contrariam sententiam in casu, de quo agitur, ueriorem fore existimo. Et pro fundamento huius partis assumo etiam illā conclusionē, de qua supra, quod cōuentiones partium seruari debent. §. per traditionem, insti. de rer.
8 diuis. Soci. Iun. in consil. 84. nume. 28. uol. 2. Nihil † n. est congruentius quam conuentiones hominum ratas haberi. l. prima. ff. de pac. Soc. Iun. in consi. 85. nu. 18. in consil. 139. in princ. uol. 2. quod maximè dicendum uenit in casu occurrenti, ubi pactum, de quo agitur fuit solemni stipulatione ual latum, & sic producit actionem pro eius obseruantia. l. ex placito. C. de permuta. Soc. ubi supra in dicto consi. 139. in prin. Nihil enim est tam conueniens fidei humanę, quam quę placuerunt inter homines seruare. Soc. Iun. in cō. 47. num. 24. uol. 3. consi. 60. num. 16. uol. eod. sicut per cōtrarium, grauissimum est fidem fallere, l. prima, ff. de constit. pecun. Soc. Iun. in consi. 94. nu. 6. uol. 4. Neuiza. in consi. 11. nu. 10. & 98. nu. 18. Cepha. in consi. 91. nu. 24. unde legitur Psalmo 88. Quae procedunt de labiis meis non faciam irrita. Soci. Iun. in consi. 80. nu. 9. uol. 3. & prou. 13. O Fili si spospondesti, illaqueatus es oris tui. Quod ampliatur procedere etiam in principibus cum subditis suis contrahentibus. ut per Cy. Paul. de Castro & alios in l. digna uox. C. de legibus Goza. in consi. 9. num. 44. doctores communiter in c. primo, de probat.
9 Secundo facit quia † sicut ab initio cuique liberum est de re sua contrahere, cum in re sua unusquisque sit moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mand. seu aliquid promittere, ita ex post facto necessitas promittēdi incūbit promissa seruare. l. sicut ab initio. C. de actio. & oblig. l. in cōmodato. §. sicut ff. comod. So. Iun. in cōsi. 94. nu. 7. uol. 4. & in cōs. 91. nu. 35. uol. co. cōs. 41. nu. 7. uol. 3. consi. 60. nu. 15. 137. nu. 67. uol. eo.
10 Tertiò accedit, quòd † semel placuit amplius displi

cere

cere non potest.l.j.§.qui semel.ff.de succes. edit.reg.
quod semel placuit.de reg.iur. in 6.Soc.Iun.in consi.
166.nu.3.uol.3.13 1.nu.64.uol.eo. Ceph.in cons.266.
nu.2.consi.91.nu.23.

His igitur fundamentis sic præmissis, dico ꝙ cum
in diuisione facta inter prædictos Dominos fratres
conuentum fuerit & actum, ut in fine instrumenti di
uisionis legitur, quòd saluum sit fideicommissum de
scriptum in testó quondam Reuerend. Dñi Ludouici
Balnei eorum patrui, cui per quamcunque clausulam
appositam in ipso instrō non intendunt esse renũcia
tum ab ipsis fratribus, sed remaneat in suo uigore, ꝙ
ipsi fratres uel hæredes ac creditores dicti dñi Fabri-
tii nullo modo possunt uenire contra dictam conuẽ-
tionem sed illam obseruare debent & adimplere ex
authoritatibus supra citatis. ¶Et quia tota difficultas
præsentis consultationis consistere vr̃ in responden-
do ad allegata in contrarium, ideo ad illius confuta
tionem me conuerto. & dico in primis non obstare
11 quòd† dicta clausula tanquam in fine posita non refe
ratur ad præcedentia specificata. Quia respondetur,
quòd dicta conclusio procedit nisi de contraria uolũ
tate disponentium appareat. Alex.in consi. 48.uol.1.
quem sequitur Gozad.in consi.58.nu.19.Paris.in con
si.53.nu.35.uol.2.Relatio enim nunquam fieri debet
si contradicit uoluntati disponẽtium, aliàs secus, Ol
dra.in consi.152.nu.2.in fi.Abb.in consi.75.in fi.in 2.
12 uol.Quod ratione suadetur: quia† actus hominũ non
debent quicquàm operari contra eorum uoluntatẽ.
l.non omnis.ff.si cer.pet.Soc.Iun.in consil.81.nu.20.
cum sequenti uol.3.sed in proposito nostro de clara
uoluntate diuidentium constat, quòd uoluerunt clau
sulam ipsam referri ad omnia præcedentia; Quod de
13 mõstratur, primò, ex illa dictione, saluo† quæ est mo-
dificatiua, & restringit præcedentia.gloss.in uerbo, si
purè.in l.idem Labeo.ff.fami.erciscun.quam adducit
Card.in c.exposita.de arbit. in c. qualiter & quando
il 1.de accus. Alex.in l.iudex postquam, in fin.col.de
re iud.Ang.in consi.290.col.2.uer.& hoc.ubi inquit,
14 quòd† licet illa dictio, saluo, sit continuò præceden-
tium modificatiua, tñ tanta est uirtus modificationis
prædictæ, quòd ubi non inuenit quod modificet, ora
tionem præcedentem extinguit & in negationem re
soluit.l.si quis à filio.§.j.ubi glo.ff.de lega.1.sequi-
tur.D.Osasc.in decis.sua Pedemont.164.nu.10.Deci.
in consi.42.nu.12.& 656.nu.6.Paris.in consil.70.nu.
25.uol.3.Natta in consi.372.nu.5.Alb.in consi.13.nu
me.4.Ang.in consi.27.in fin.Crot.in consi. 79.nu.56.
Nam inficiari non potest, quin dicta uerba, saluo fidei
commisso, operentur, quòd partes non intendebant
15 in aliquo illi præiudicare, quæ† protestatio conser-
uauit ius protestantibus.l.si debitoris. in uerbo, salua
ff.quib.mod.pigno.uel hypo.solu.ita in terminis no-
stris dixit Ceph.in consil.296.nu.9.cum seq. & tanto
fortius id suadetur, ponderando alia uerba sequentia
magis clara, uidelicet (Al qual fideicõmisso per qua-
lunche clausola che si ponga nello instrumento pre-
sente de diuisione, non si intenda esser renuntiato da
detti fratelli) per quæ uerba (per qualunche clausu-
16 la) quæ sunt uniuersalia† & geminata, Paris.in consi.
92.nume.7.uol.j.Soc.Iun.in consi.38.col.j.uolu.3.&
17 †quæ demonstrant enixam uoluntatem diuidentiũ.l.
balista.ubi Scribentes.ff.ad Treb.Ruin.in consil.171.
nu.11.uol.3.Ceph.in consil.153.nu.221.nu.6.& 293.
nu.9.manifestè satis constare vr̃, mentem ipsorũ fuis
se nullo modo uelle præiudicare ipsi fideicommisso,
18 quo casu cum† clara sint eorum uolũtas, & uerba, nõ
indigemus alia interpretatione.l.continuus.§.cũ ita.
ff.de uerb.oblig.Ceph.in consil.245.nu.56.& in tan-
19 tum hoc est uerum, quòd nec† quidem à consuetudi-
ne recipiunt interpretationem.Dec.in consi. 49.col.
2.uersi.sed secundum supradictam, nec à statuto, quo
fieri debeat aliqua interpretatio, fieri debet in casu
dubio non in claro Barba.in consi.36.col.pen.uol.2.
Ceph.in cons.199.nu.8.cum seq.Nam ubi uerba sunt
clara & sensus est manifestus, nũquam interpretatio
tantum ualet ut melior sensu existat. l.3.in fi.C.de li
ber.præter.Ias.in consi.99.col.2.uer.præmissis.uolu.
j.Soc.Iun.in consi.39.nu.52.uol.3.129.nu.30.& 136.
nu.13.uolu.eo.Accedit quoque, quod scribit Paris.in
consi.12.nu.174.cum quatuor sequentibus uol.2.ubi
inquit, quòd si in priuilegio Comitis Palatini & ei
concesso à Cęsare sint apposita hæc uerba: Hæc autẽ
omnia & singula facimus, constituimus, ordinamus,
& edimus, perpetuò ualitura decernentes, consisi de
ratione & moderamine cuiuscunque actus faciendi
de honestate per uos habenda; quòd dicta clausula in
fine posita referenda uenit ad singula præcedẽtia, cũ
illa sigillatim concernat, & ad illa referatur, & singu
lis omnibus adaptet, potissime consideratis illis uer-
bis, omnia & singula excludentibus ex præcedẽtibus.
quinimò concludentibus omnia ut uniuersaliter &
generaliter prolatis.c.solitę.de maior. & obedien.&
20 †quia geminata sunt illa omnia & singula, secũdum
Ang.per illum text.in l.2.§.pen ff.de iure codic.ergo
idem in casu præsenti, ubi etiam sunt dicta uerba uni
uersalia & geminata. item & consideranda sunt alia
uerba ibi (Ma resti in suo uigore) quę uerba nihil ope
rarentur si non intelligerentur cum effectu, quod in
nihilo esset derogatum fideicommisso, quod non est
dicendum.argumento l.si quando. ff.de legat.1.Nam
21 †uerba debent intelligi ne frustra & otiosè prolata
sint Soc.Iun.in consi.75.nu.19.uol.3.& 123.nu.8.uo-
22 lu.eo.quinimò† uerba quælibet & dictiones ac ẽt sil
labæ debent intelligi posita, ut aliquid operẽtur.Bal.
in 1ub.C.de contrah.emp.in j.q.Soc.Iun.in consi.89.
nu.15.uolu.3.unde ex his resultare uidetur, quòd di-
cta uerba supra posita (Ma con graueza) non sunt ha-
benda in consideratione, stante mente diuidentiũ in
contrarium, quæ (ut supra dictum fuit) attendi debet
& ab illa non est recedendum.
23 Secundò respondetur, quòd† clausula in fine posita
quando est talis, quæ se expressè refert ad omnia præ
cedentia, tũc debet referri tam ad proxima quàm ad
remota & in principio posita, & per illam omnia ꝑ-
cedentia restringuntur & declarantur. l.talis scriptu
ra.ibique Bar.ff.de leg.primò.l.si.ubi etiam Bart.ff.de
reb.dub.Bero.in consi.191.col.j.uol.3.sed supradicta
clausula expressè se refert ad omnia præcedentia, dũ
in ea dis (Che per qualunche clausula che si põga nel
l'instrumento presente de diuisione, s'intenda renun
24 tiato da essi fratelli al fideicommisso) Nam† uolũtas
qualis fuerit, ex his quæ sequuntur declaratur.Socin.
Iun.in consi.42.nu.13.uol.2.Ceph.in consil.65.nu.8.
& 67.num.3.
25 Tertiò dr̃, quòd† clausula in fine apposita de per se
stans non qualificans proximè pręcedentia, ad oĩa su
periora refertur, ad quæ ratione tecti sermonis põt
referri.l.j.C.de lib.præter.l.3.§.pen. ff.de lib.& post-
hum.Alex.in consi.66.nu.4.uol.1.Ruin.in consi.158.
nu.11.uol.2.Bal.in l.si.ubi etiã Soc.de reb. dub.Alex.
consi.48.col.pen.uol.j.Paris.in consi.53.nu.31.uolu.
2.ubi inquit, quòd relatio dictæ clausulæ in fine ap-
positæ, & stantis de per se & principaliter, fieri debet
ad omnes casus & ad omnes personas, secundũ quod
casus & facti qualitas contigisset & euenisset, & ad-
uersabitur præcedentibus, sed in casu præsenti nulla
est ratio, quare magis debeat referri ad proxima q̃ ad

omnia alia, ut satis supra dictum fuit, ponderãdo illa uerba, (che per qualunque clausula &c.) igitur &c.

Quartò dicitur, quòd cum dicta uerba (con grauezza del fideicõmisso) fuerunt apposita in ipsa diuisione potius per imperitiam & grossitiem notarii quam
26 de mente diuidentium, quo casu imperitia † notarii, quæ totum mundum destruit & conscientias bonorũ uirorũ in magno discrimine ponit, Bal. in consi. 6. in 4. uol. Ias. in l. filium a patre in prin. in ultima col. de li. & posth. Ripa in l. centurio. nu. 83. de uulg. & pup. Cagnol. in l. si librarius. num. 2. de reg. iur. non debet nocere ipsis diuidẽtibus Bald. in l. fi. col. 6. uer. tu dic. de iure codicilli. Soc. Iun. in consi. 69. nume. 17. uolu. 4. Ioan. de Amicis in consil. 29. numer. 8. ubi dicit, ꝙ
27 † notarii quandocunque ponunt clausulas & uerba extra materiam, & penitus eorum significatum igno
28 rant, & quòd † partibus non debet nocere eorum ignorantia, ut dicit Imperator in auth. de testa. imperfectis. post principium, & ne pars offendatur iniustè & indebitè debent intelligi uerba ad ea, quæ ueri similiora sint facto, de quo agitur. Pau. de Cast. in cõ. 217. uer. breuiter. & in consi. 131. in 1. uolu. & de hoc est text. notabilis in l. fina. C. de fideiuss. Ias. in l. errore. C. de testament. Cassan. in consilio 52. numero 18.
29 Ripa in responso. 129. nume. 7. ubi † grossities & imperitia notarij non debet obesse uoluntati testatoris, ut in simili dixit Bal. in l. si cũ te. C. de dona. ante nup.
30 Notarij † quidem ut plurimum sunt idiotæ, ignorantes sensum & intellectum uerborum c. 1. de noua. for. fidel. per quẽ tex. ita dixit Cepol. in trac. de simul. cõ trac. in 8. præsump. Ripa. in l. si unquam. in 21. q. n. 43. C. de reuocan. don. Ias. in aut. nouissima. col. 5. uer. q̃d autem si grossus. C. de inoffi. testa. Crauę. in cons. 147. num. 5. Cephal. in consi. 196. numer. 11. Riminal. in l. testamentum. C. de testa. Cagn. in l. quæ dubitationis de reg. iur. ubi notarij in suis instrumentis apponunt multa uerba superflua, & sæpenumero impertinentia ut in casu præsenti. Inficiari non potest, ꝙ si bene cõsideretur mens diuidentium, ea fuit, ut in aliquo nõ derogaretur fideicõmisso. quon. Reuerendi D. Ludouici ut satis supra demonstratum fuit: Si igitur ita est, quo modo post cadere in mentem sensati, ꝙ in dicto instrumento diuisionis illa uerba (Con grauezza del detto fideicommisso, per la quãtità de'beni à quello sottoposto) fuerint scripta de uoluntate partium diuidentium, certè hoc non uidetur dicendum, & tanto magis hoc admitti debet, quod ex imperitia notarij scripta fuerint ipsa uerba quoniam ipsemet notarius ponit eãdẽ clausulã (cõ grauezza &c.) in parte D. Camillis fratris prædictorum Dominorũ Fabritii & Marciantonij, ad quẽ non spectabat pars aliqua bonorũ dicti quondã Reuerẽdi D. Ludouici fideicommittentis. Igitur ex istis satis colligi potest, quod grossitiès, imperitia, uel simplicitas huius notarii, qui posuit hæc uerba ex capite suo, non debeant obesse & nocere dicto domino Marcoantonio.

Nec obstant allegata pro contraria parte; quia primum argumentum retorquetur, quod imo dictum pactum ultimum, per quod diuidentes non intendunt derrogare fideicommisso per quamcunque clausulam, tanquàm magis clarum & de mente diuidentium debet attendi, & non primum, quod funditus
31 eneruatum uidetur ex supradictis. Non † enim est recedendum a pacto, quod habet expressam mentem & uoluntatem diuidentium, que cum principatum obtineat, cæteris præferenda uenit l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. Alexand. in consi. 34. num. 4. uolum. 2. 21. numer. 18. uol. 3. & 25. numer. 3. uolum. eod. Soc. Iun. in consi. 142. numer. 23. uol. 3. & in consi. 73. nu. 28. uol. eod.

Non obstat, quòd clausula in fine posita non extendatur ad pręcedentia, si sequatur contrarietas uel correctio. Quia respondetur, istud non procedere, quando constat expressè aliter de uoluntate contrahentiũ ut supra dictum fuit: uel & secundo respõderi potest, ꝙ hic nulla est contrarietas uel correctio, cum præcedentia fuerint posita à notario inaduertẽter, & incautè, prout sæpe de multis contingit, nec mirum: quia sæpe clausulas & uerba apponitur in instrumentis ex quadam consuetudine potius quàm intelligant quid scribant. Soc. Iun. in consi. 71. nu. 19. uol. 3. Laus Deo.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum facit probationem probatam & ueritatem apparentem.*
2 *Instrumentum regulariter probat intentionem.*
3 *Instrumentum redditur nullum ex defectu rogitus.*
4 *Notarius in dubio non præsumitur rogatus.*
5 *Notarium rogare est facti, & facta non præsumuntur, nisi probentur.*
6 *Cautus esse debet notarius, ut in instrumento attestetur, se fuisse rogatum, alias si hoc non facit, uel aliter constare non possit de rogitu, instrumentum pro nullo habetur.*
7 *Verbum actum, positum in instrumento probat rogitũ quando appositum est in fine instrumenti, quia tunc demonstrat rem perfectam.*
8 *Perfectam dicitur cui nihil potest addi, imperfectam uero quod crescere potest.*
9 *Instrumentum dicitur habere probationem euidentissimam, quando est ualidum, & habet omnia solemnia, & nihil contra ipsum opponitur.*

CONSILIUM LV.

1 ET si in iure tritissimũ sit † instrumẽtum facere probationem probatam & ueritatem apparentem. Bal. in l. Imperator, la prima col. 2. ff. de stat. hom. l. 2. C. quando. fisc. uel priu. & probationem euidentissimam c. licet cam. de probatio. ubi Scrib. Ber. in cõ. 90. nu. 5. uol. 3. Cephal. in consi. 180. num. 19. 261. numer. 6. & 267. in princip. Menoch. in trac. de arbitr. iud. casu. 205. num. 4. in consi. 7. num. 4. & 29. in princip. Dominus Francis. Bursat. in consi. 7. numer. 43. dixi in consi. 85. num. 38. uolumin. primo, & in alijs locis. Tamen in casu presenti uidetur dicendum, ꝙ instrumentum productũ per Dominum Antonium de Zabolis cõtra D. Gabrielem de Casali nullam penitus fidem faciat,
2 nec eius intentionem probet † prout regulariter solet. l. cum precibus. C. de proba. l. desiderium. C. depos. Cepha. in consi. 261. num. 20. 225. nu. 20. 289. num. 10. quoniam in eo deficit rogitus notarij,
3 de quo non constat, ergo † instrumentum nullum ex defectu dictæ solẽnitatis requisitæ a iure. Ang. in cõsi. 220. col. 1. Dec. in c. primo, nu. 20. de fide instrumen. Cephal. in consi. 294. num. 37.
4 Nec habet obstare si d[illegible]r, quod † in dubio notarius præsumitur rog[illegible] §. nos autem, in auth. de tabel. Barto. in l. D[illegible] testa. Dec. in cõs. 11. nu. 17. uer. & ista conc[illegible] in consi. 104. nu. 37. uol. j. & 28. nu. 56. uol. [illegible] in dec. 267. Bald. in consil. 22. uolu. j. qui dic[illegible]tes contrarium malę

 sentire

entire. Anto.de Butr.post Io.And.in capit.1.de fide instrum.Ang.in dicta.l.Domitius.Quia dicitur hanc opinionem ab omni ueritate alienam, & ꝙ in contrarium est magis recepta doctorum sententia,ut uoluerunt Ang.in consi.74.& in consi.220.ubi inquit, falsum esse,quòd in dubio rogatus esse præsumatur, eo
5 quòd † rogari notarium est facti, & factæ non præsumuntur nisi probentur.l.in bello.§.factæ ff.de capit.& postl.reuer.item & est solemnitas extrinseca, quæ nõ præsumitur.l.1.C.de fide instrum.& hastæ fisca li.10. Card.in consi.133.col.1.uer.sed tenendo.Inno.in c.1.
6 de fide instrum.ubi dicit,utile esse,quòd † notarius in instrumento attestetur, se fuisse rogatum,aliàs si hoc non facit & decedat,uel aliter constare non possit de rogitu,instrumentũ pro nullo habetur.sequitur Alex. in consi.153.col.3.in prin.uol.2.93.uol.4.& in l.sciẽdum.col.pen.ff.de uerb.obliga.Corne.in consi.70.nu.5.uolum.4.Ruin.in consi.12.nu.15.uol.2.Ceph.in cõsi.88.nu.22.294.nu.37.& in consi.238.nu.10. Duen. in regula.111.nume.2.in uersicu.notarrius à partibus.Afflic.in decis.245.numer.9.Craue.in consi.216. nu.7.Paris.in consi.80.col.1.uolumi.4.quam sententiam uti communem sequuntur Dec.in dicto c.1.nu. 20.de fide instrum.Boer.in decis.35.col.pen.in princ. Soc.Iun.in consi.178.nu.3.uol.2.Bero.in consi.1.nu. 48.uol.2. & frequentiori calamo receptam inquiunt Alex.in consi.153.col.3.in princ.uol.1.Ruin.in consi. 144.nu.2.uol.4.dixi in consi.44.nu.26.uol.1.¶ Similiter non refragatur dum dicitur, quòd huiusmodi cõclusio locum sibi non uindicat in casu nostro,ubi rogitus demonstratur ex illis uerbis positis in instrumẽ
7 to. Actum † in tali loco &c.per quæ uerba probatur instrumentum publicatum,quia illa uerba significant rem perfectam.Paul.de Castro in l.si is qui.ff.de testa. Bald.in auth.quod siue.C.eo.titul.unde si illa uerba important publicationem, sequitur ꝙ quando dicitur actum in tali loco,perinde est acsi dictum fuisset, quòd instrumentum fuit publicatum, quo casu dicitur etiã probari,quòd notarius fuerit rogatus secũdũ Bart.cum quo alij transeunt in l.sciendum ff.de uerb. obl.dum uult,quòd si notarius dixerit publicaui, ex tali uerbo dicitur rogitus probari.Ruin.in consi.159. col.4.in princ.uol.4.Paul.de Castro in cõsi.111.col. 1.uol.1.308.uol.eod.Alex.in cõsi.14.nu.8.uol.6.Soc. in consi.142.col.2.duplicato in consi.173.Paris.in cõsi.28.col.pen.in fi.uol.2.dixi in consi.supra citato 44. nu.43.ubi alios retuli.quod & uoluerunt Ias.in consi. 8.col.1.uol.3.Bero.in consi.1.uol.2.& 92.nu.21.in 3. uol.quod dictum extendit Neuiza.in consi.24.nu.24. procedere siue illa uerba sint apposita in principio instrumẽti siue in fine,quem sequitur Menoc.in cõs.48. nu.18.Quia respondetur, prædictam conclusionẽ tantũ procedere, quando dicta uerba sunt apposita in fine instrumenti: quia tunc bene demonstrant rem perfectam, aliàs secus. Ang.in trac.de testamen.in uerbo factam.ubi dicit opus esse, quòd in fine cedulæ testamenti notarius scribat.factum,lectum &c.quod dicit notandum, quia uidit bis in facto.Paul.de Castro in consi.25.col.2.uol.2.& in l.hac consultissima.in fi.C.de testamen.Paris.in consi.27.col.3.in fi.uolu.2. Curt.Iun.in consi.162.in fi.Card.in consi.133.col.2. in princ.Soc.Iun.in consi.147.col.4.in fi.uer.demũ.uolum.2.Soc.in consi.142.col.1.uol.1. Nec uis fieri debet in d. Neuiza.de quo supra:quia ꝓ se allegat Card. in dicto consi.133.col.2.in princip.qui aliter sentit: quia ipse põderat, quòd ante subscriptionem notarii sunt apposita illa uerba Actũ &c.& sic in fine.similiter adducit Barba.in consi.32.colum.nona.uolum.primo, qui hoc non dicit. Imò ex eius dicto colligitur contrarium,dum dicit, ꝙ dicta uerba.Actum &c.ponuntur ad demonstrandum, quòd testamentum est perfectum, & quòd aliud non uult dicere testator; Si ergo testator aliud non uult dicere merito dicendum uidetur, quòd erãt in fine posita & non in principio,quia isto casu non posset dici, quòd illa uerba importarent rem perfectam,cum deinde deberet poni dispositio contrahentium & eorum uoluntas.Nam non potest dici quid perfectum, donec superest aliquid faciendum, Bald.in trac.scisma.in ultima co-
8 lum.ubi inquit quòd† perfectum dicitur,cui nihil potest addi,sed imperfectum dicitur,quod crescere põt.

Pariter non obstat distinctio, quam facit Bald.in rubrica de fide instrumen.in tertia colum.quem sequitur Bero.in consi.92.numer.8.uolu.3.ubi inquit, quòd quando inter notarium & partes lis est de rogitu,in dubio notarius non præsumitur rogatus, sed quando solum inter partes dubitatur, rogitus præsumitur ex eo solum,ꝙ notarins instrumentum scripsit. nam ut actus ualeat fit hæc interpretatio:argumento l.tertiæ, ff.de testa.milit.l.quoties.de reb.dub Non enim intererat notarii instrumentum scribere sed partium, ergo in dubio ad illarum instantiam & requisitionem scriptum debet interpretari. Quia dicitur,quòd in contrarium stat ueritas,ut constat ex locis supra citatis, ubi instrumeutum erat factum inter partes & lis erat inter contrahentes, & tamen doctores communiter uolunt, quòd in dubio non præsumitur rogitus, & si de eo non constet instrumentum redditur nullum. ¶ Nec obstat,quòd instrumentum habet probationem probatam, ut supra in principio
9 dictum fuit. Quia† instrumentum,tunc dicitur habere probationem euidentissimam, quando est ualidum, secus quando nullum,ut in casu præsenti: quia tunc non uenit appellatione instrumenti publici.Barto.in l.prima,§.& parui.ff.quod ui aut clam Bero.in consi.54.nu.30.uolu.2.177.nu.2.uol.1.& 203.nu.13. cum sequenti uol.3.& item & illud locum habet,quãdo instrumentum habet solemnia sua, aliàs secus.l.iubemus.in fi.C.de testa.Bero.in consi.1.nu.46.uolum. 2.& quando contra eum nihil opponitur.Cepha.in consi.287.nu.42.Bero.in consi.90.nume.5.uolum.3. Dec.in consi.478.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Consensus Domini & agnatorum requiritur in alienatione feudi antiqui.*
2 *Necessitatis causa multa permittuntur, quæ aliàs nõ permitterentur.*
3 *Notarij plures si sint deputati ad unum banchum, & unus incepit acta unius causæ, alius ex causa necessitatis potest eam finire.*
4 *Necessitas facit actum probabilem, quia non subiacet legi.*
5 *Superior tempore necessitatis potest inuito uasallo ponere custodes in Castro suo.*
6 *Dominus temporali tempore necessitatis potest ecclesiam incastellare.*
7 *Necessitatis tempore licitum est furari.*
8 *Necessitatis tempore potest quis se & animal suum de fructibus terræ alterius saturare, nec ob id committit furtum.*
9 *Pater tempore necessitatis famis potest uendere filiũ.*
10 *Necessitatis causa licitum est Domino uendere vasallum inuitum.*

Statutum

11 *Statutum etsi disponat, quod non liceat rem in extraneum alienare, tamen ex causa necessitatis famis poterit fieri alienatio, si non inuenitur emptor nisi extraneus.*

12 *Vasa dedicata Deo & illis similia ob necessitatem famis alienari possunt.*

13 *Magistratus licet durante tempore sui officii non possit contrahere, tamen necessaria ad uictum emere poterit.*

14 *Feudum propter aliquam necessitatem inconsulto domino alienari non potest.*

15 *Vtile dominium uasalli non est francum, sed positum seruituti & obsequio domini.*

16 *Dominus requisitus ad præstandum consensum alienationi feudi facienda ex causa necessitatis, si recusat, et inde uasallus feudum alienet inconsulto domino, habetur pro excusato.*

17 *Statuto si caueatur, quod mulier non possit contrahere sine consensu consanguineorum, & ipsi sine causa recusent consentire, poterit mulier contrahere.*

18 *Vasallus si sæpius interpellauit Dominum, ut inuestiret de feudo, & Dominus fuerit in mora, inuestitura habetur pro facta.*

19 *Necessitas causata natura dicitur, ut est edere & bibere.*

20 *Vasallus quando uult uendere feudum ex causa necessitatis cum consensu domini, requiritur quod alienatio non fiat ultra casum necessitatis.*

21 *Alienatio feudi licet ipso iure non ualeat, tamen hoc intelligitur domino uolente.*

22 *Feudum antiquum uenditum sine consensu domini in extraneum, recuperari potest per agnatam proximiorē nullo restituto pretio durāte uita alienantis.*

CONSILIVM LVI.

VISIS ac maturè cōsideratis quæ in themate narrantur prima fronte dicēdum vr̄, quod alienatio feudi Bagnoli facta Dn̄o Francisco de Iolinis per Magnificum Dominū Octauianum de Pōpeis ex cā necessitatis famis legitima fuerit, quāuis in ipsius alienatione,
1 non interuenerit cōsensus dn̄i & agnatorū, † qui in alienatione feudi an si qui requiritur c.1.ubi notāt oēs feudistę.de alien.feudi pater.Curt.Iun.in trac.feud.in 4.par.in uer.3.igitur est regula.Clar.in §.feudū.q.41. dixi in cōsi.60.nu.14.uol.3.& in consi.41.nu.14.uol. 2.quod demonstratur. Nam indubitati iuris est, quòd
2 † ob cām necessitatis multa permittuntur, quæ alias non concederentur, cum legibus non reguletur, de quo in cap.quando.de consuet.& in cap.non est licitum.de reg.iur.Hinc dixit Iacob.Butrig.in l.prima, de
3 offi.pro cons.& lega.& in l.aliquando eo.tit.ꝙ † si sūt plures notarij deputati ad unum banchum, & unus incepit acta unius causę, alius ex causa necessitatis potest ea finire, de quo in cap.cum in plures.de offic. de leg.item uidemus, ꝙ ex cā necessitatis licitū est patri & matri baptizare filium capitu.super quibus.30.q.4. de consecra.distinctione quarta. cap.mulier.& in c. in necessitatem, alibi dixit Ang.in l.diuus.ff.de peti.
4 hæred. quod † necessitas facit actum probabilem. Nec mirum: quia non subiacet legi communi, capit.
5 3.de obseruan.ieiun.& ideo lege cauetur, ꝙ † superior tempore necessitatis potest inuito uasallo ponere custodes in Castro suo, quod alias sibi non permitteretur, Bal.in ca.j.§.quid ergo de inuesti.de re alien. fac.per l.si ita.§.dominus.ff.de usu & habita. Brun. in consi.32.col.2.& 86.col.4.& ideo dixit Luc. de pen.
6 in l.si diuina.C.de exac.tribu.lib.10.quod † dominus temporalis potest tempore belli & necessitatis ecclesiam incastellare, sequitur Capic.in decis.27.col.j. dixi in consi.j.nu.69.cum pluribus sequentib.uolum.2.
7 item † & propter necessitatem frigoris licitum est furari, & furando quis non dicitur peccare cap. discipulos.de consecr. distin.quinta, Sanctus Thomas secunda 2.q.66.& ideo dicit tex.in c.quicunque.ubi Af
8 flic.in primo notabili de pace tenen.quod † tempore necessitatis quis potest se & animal suum saturare de fructibus terræ alterius, nec propterea cōmittit furtum: Et magis accedendo ad terminos famis, uide-
9 mus quod † pater tempore necessitatis famis potest uēdere filiū, qui alias uēdi nō potest.l.j.& 2.C. de patr. qui fil.distrax.Hinc etiam dixit Cyn.in l.secūda. ff. so
10 lut.matr.quod † licitum est domino tempore necessitatis uendere uasallum inuitum, sequitur Alber. in l. prima, C.de noua.Tiraquel.in trac.de retrac. fol. mihi.596.nume.16.& Barba.in repet.rubricæ de reb.eccles. non alienan. colum. 11. uer.undecimo limita,
11 dicit quòd † & si extet statutum, ꝙ non liceat rem in extraneum alienare, tn̄ quod poterit alienari ex cā necessitatis famis, si non inuenitur emptor nisi extraneus, sequitur Tiraquel.ubi supra nu.14.& 28.Plus dr̄
12 quod † ob necessitatem famis licet alienare Deo dedicata uasa & illis similia. l.sancimus nemini C. de sacrosc.eccle.Iacob.Menoch.in suo trac. de arbitr. iud.
13 casu182.nu.30.uidemus & quoque quòd † licet Magistratus durante tempore sui officii non possit contrahere.l.principalibus.ff.si cert.petat.tamen necessaria ad uictum emere poterit. Alex.& Ias post alios in dicta.l.principalibus. & Iaco.Menoch.ubi supra nu.29. si enim in casibus præmissis necessitatis causa hæc ꝑmittuntur: igitur & in casu nostro dicendum uenit, ꝙ ex causa necessitatis famis licuerit domino Alexan. feudum prędictum alienare inconsulto domino directo. Nulla enim omnino necessitas fami par est, teterrimū.n.genus mortis famē esse pronuntiauit Homerus lib.12.& in terminis nostris ita dixit Affl.in trac. protom.col.6.uersi.sed iuxta hoc quærit.

Sed his minimè obstantibus, ulterius cogitanti cōtrarium uerius de iure existimo secundū ea, quæ proponuntur moræ Scæuolę iurisconsulti, uidelicet, quod non licuerit prædicto Domino Alexandro deuenire ad alienationem dicti feudi sine consensu & licentia domini directi. Nam communis est doctorum
14 sententia, quòd † uasallus propter aliquam necessitatem feudum alienare non potest sine consensu domini c.primo §.necessitate, ubi notant omnes.qual. feud.olim.pote.alien.Bald.in capitu.primo §. aut libellario.quib.mod.feud.amit.Dominus Osasc. decif. sua Pedemō.165.col.2.& 171.nu.13.& 18.Iacob.de S. Georgio in trac.suo feud.in uerbo, & cū pacto de nō alienādo.col.4.uer.quero ēt.Tiraque.in tra.de retra. charta mihi 596.nume.17 quam partem communē esse attestantur Curt.Iun.in trac.feud.in 4.par.in 16.q. Afflic.in d.c.primo col.2.qual.olim feud.pote. ali.& Clarus in §.feudum.in quæst.31.uersicul.pone ubi Cur.& Præpos.in dicto c.primo. Curt. Sen. in consilio.50.colum.12.uersicul. secundò, per rationem, Rub.Alex.in consi.110.num.11. & Clarus in ipsa q. 31.loquuntur in terminis necessitatis famis, & tamen omnes uno ore concludunt.ex dicta causa feudum alienari non posse inconsultò domino directo
15 Ratio etenim est: quia † utile dominium uasalli non

est francũ,sed positum seruituti & obsequio domini,
& ideo per alienationis iura domini non minuuntur,
quia statutum est,quòd feudum alienari non posse si
ne cõsensu domini c.imperialẽ.In prin.de prohi.feu-
di alien.per Feder. Doctores in dicto capitu.1.& hoc,
non sine ministerio,cum persona emptoris fortè non
esset ita accepta domino sicut persona uẽditoris,aliàs
sequeretur,ꝙ dominus isto casu haberet uasallum cõ
tra suam uoluntatem,contra capitulum imperialem.
de prohi.feud.alie.per Feder.ita Afflic. in dicto cap.j.
col.2.qual.olim feud.pot.alie.itẽ si uasallus propter
necessitatem posset alienare feudum sine cõsensu do
mini secundum Affli.ubi supra,uideretur ipsum con-
temnere & paruipendere.nõ petendo ab eo assensum
uel secundum Curt.Iun.ubi supra.Alia est ratio,quòd
feudum à principio concessum fuit sub hac tacita con
ditione,ne alienetur sine cõsensu cõcedentis, qui tra
ditioni rei suæ apponere legem potuit,quam uoluit
l.legem.C.de pac.

Nec habet obstare, quòd dictus dominus Alexan-
der requisiuit cõsensum à domino directo pro aliena
tione dicti feudi,ut possit sibi & familiæ suæ succur-
rere de necessariis ad uictũ,quem cõsensum præstare
recusauit, quo casu tunc habetur pro excusato,& ua-
luit alienatio facta.Affic.in cap.j.colum.2. in princi.
26 qual.olim feud.pote.alie.ubi dicit, quòd † debet ua-
sallus existens in necessitate & uolens uendere feudũ
petere assensum domini, & facere totum suum posse
ut assensum consequatur,& si fecit qđ potuit & domi
nus fuit in mora.uasallus est excusatus si illud aliena-
uit sine consensu domini,& ualet alienatio.argumen
to eorum quæ notãtur in l.2.ff.de his qui sunt sui uel
alie.iur.subdens,docto.ita communiter tenere. Bal.
in dicto cap.aut si libellario.in fi.ubi ait, quòd si do-
minus denegat assensum, uasallus poterit uẽdere feu
dum saluo iure ipsius domini,dummodo hoc expri-
matur in contractu. argumento. l.qui Romæ. §.co-
he.ff.de uerbo.oblig.Rub.Alexand.in consil.110. nu.
11.Calca.in consi.50.col.4.Iacob.Menoch.in trac.de
arbitr.iud.casu.182.nu.12.ubi hoc comprobat ex re-
27 cepta doctorum sententia,quę habet,quod† si statuto
caueatur,ꝙ mulier non possit contrahere sine consẽ
su consanguineorum,& consanguinei sine causa re-
cusent consentire,poterit mulier contrahere.Bart.in
l.si cum dotem.§.eo tempore.ff.solut.matr.pro hac ẽt
sententia facit alia communis cõclusio feudistarum,
28 quòd † si uasallus sæpius interpellauit dominum,
ut inuestiret de feudo,& dominus fuit in mora,inue-
stitura habetur pro facta.Isern.in c.1.§.sancimus.quo
tempore miles,ubi ẽt Afflic.n.97.usque ad 101.Bero.
in consi.77.num.33.uer.præterea.uol.1.Clarus in §.
feudum.q.48.uer.sed quid si.ubi tradit, omnes sequi
hãc sententiam,quam communem asserit Iacob. de
Sancto Georgio in inuest.sua,in uerbo qui quidem in
uestiti. post numerum 40.Quia respondetur,quod si
dominus directus consensum præstare recusauit,id fe
cit legitimè & ex iusta causa.Pimo,quia & si dicta sẽ
29 tentia uera sit,sibi locum non uindicat,nisi † ubi ne-
cessitas causata fuisset a natura,ut est edere & bibere
Iacob. Menoch. ubi supra num.25.& nisi uasallus es
set positus in necessitate cum culpa sua,ut quia habe
bat unde ali potuerat,& illa male cõsumpsit, quibus
si moderatè usus fuisset,nihil sibi defuisset, neque in
paupertatem & inopiam deuenisset, ut quia præter
feudalia alia bona libera possidebat,unde si illa con
sumpsit,non potest ex causa uictus necessarii feudalia
alienare, cum ad necessitatem ipsam reductus fue-
rit ex culpa sua, in quam se coniecit l. si fideiussor.
§.si necessaria.ff.qui satisda.cogan.Dec.in cap.quæ in
ecclesiarum num.40.in fi.de constit. ita in terminis
respondet Menoch.in dicto casu 182.nu.38. artic. in
casu præsenti (ut mihi præsupponitur in themate)ip
se dominus Alex.in inopiam & paupertatem deue-
nit ex facto & culpa sua, quia consumpsit alia bona,
quę habebat libera ludendo & meretricicãdo,ergo si
bi imputandum uenit si a domino directo consensum
reportare non potuit.

Secundo respondetur,quod iuridicè assensus ipse
30 per dominum directum fuit denegatus,quia† quando
uasallus uult uendere feudum ex cã necessitatis cũ cõ
sensu domini,requiritur quod alienatio non fiat ul-
tra casum necessitatis cum tantum sit alienandũ quã
tum urgens necessitas requirit.Bal.in cõsi.332.uol.j.
& in cons.20.in fi.uol.2.alias si ultra modũ uult alie
nare nõn est sibi prestandus assensus. Iacob.Menoch.
ubi supra num.32.sed in casu præsenti consensus alie
nationis requisitus a domino directo excedebat mo-
dum necessitatis famis,quia uasallus petiit cõsensum
alienandi feudum a directo domino,quod erat ualo-
ris scutorum decem milium, ideo nimirum si dñs
directus iusta de cã recusauit ꝓstationẽ dicti cõsẽsus.

Non obstant quæ ex aduerso deducta fuerunt,quia
ad primum fundamẽtum respondetur,quod etsi mul
ta concedantur necessitatis causa, tamen quod in ca
su pręsenti alienatio feudi ex causa necessitatis famis
non potuit fieri per uasallum simpliciter sed cum cõ
sensu, domini, ut est communis theorica Scribentiũ
in d.c.j.qualiter fend.olim pote.alie.quo casu cum is
non interuenerit,alienatio redditur nulla,c. imperia
lem.de prohi.feu.alie.per Feder. & tanto magis id di
cendum uenit,cũ dñs declarauerit,nolle ꝙ huiusmo-
di alienatiò locum habeat. quæ declaratio obtenta
31 fuit ad effectũ ne obijci posit,ꝙ † licet alienatio feu
di ipso iure non ualeat quando est facta sine cõsensu
domini tamen hoc intelligitur domino uolente &
non aliter,& ꝙ tertius non potest opponere hanc ex-
ceptionẽ. iuxta doctrinam Bal.in l.fi.in fi.C.de reuo
can.dona.Abb.in cõsi.87.col,2.no.2.Dec.in cõs.138.
col.2.dixi in cõs.57.nu.8.uol.3.

Non ob stat,ꝙ dñs noluit consensum præstare, &
ideo debet haberi ꝓ præstito.Quia ad hoc responsum
fuit,ꝙ ex iusta & legitima causa recusauit assensum.
pro cuius responsionis confirmatione facit conclusio
quæ habet,ꝙ si statuto cauetur,quòd mulier non pos-
sit contrahere sine consensu duorum consanguineo-
rum,ut ualeat contractus alienationis,si recusauerint
consentire,tamen istud intelligitur,nisi iustã causam
habuerint recusandi, ut notant doctores in d. c.eod.
tempore. Accedit etiam quod scribit Afflic.in c.j.§.
sancimus.nu.100.quo tempore miles.ubi dicit,ꝙ etsi
dominus directus,qui diu in uerbis detinuerit uasal-
lum ab eo petendo inuestiturã debeat priuari proprie
tate,tñ hoc procedit,si distulit confirmationem inue
stituræ intra annum & diem sine cã,secus si cum cau-
sa quia tunc proprietate non priuatur.ut ibi per Iser.
& doctores,ergo idem dicendum in casu præsenti.

Nec refragatur,ꝙ sicut pater ex causa necessitatis
famis potest uendere filium. dicta. l. prima, & se-
cunda,ita etiam esset dicendum, quod uasallus pos-
set alienare feudũ irrequisito domino: Quia respon-
detur, longam esset differentiam inter unum casum
& alium: quoniam maiorem potestatem habet pa-
ter in filium quàm uasallus in feudum, quia pater in
filio non habet superiorem, uasallus autem sic, quę
superioritas debet esse auctorizabilis in alienatione
rei feudalis Bald.& Præpos.in dicto cap.primo, qua-
liter feud.olim pote.alie.Vnde ex his concludendum
esse arbitror,dictam alienationem nullatenus de iu-

re

te subsistere posse,& quod licitum fuit Magnifico domino Aurelio de Pompeis agnato proximiori ipsius domini Alexandri agere ad illius recuperationẽ, nullo restituto pretio durante uita dicti domini Alexandri,cum fuerit antiquum,ex his quæ tradunt communiter doctores in cap.primo.in §.Titius.si de feu.fue. contro.inter dom.& agna.Ruin.in consi.69.n.17.uo. 3.Ceph.in consi.133.nu.70.dixi in cõs.57.nu.58.cum
22 plurib.sequentib.uol.3.ubi dicunt,quod† qñ feudum antiquum inter uiuos alienatur in non comprehensum in inuestitura sine licentia domini,ut in casu presenti,illico põt reuocari per agnatũ proximiorẽ nullo restituto pretio nec expectata morte alienantis.

SVMMARIVM.

1 *Homicida tã de iure diuino quam humano mori debet.*
2 *Quod amplia procedere tam in nobili quam in plebeo.*
3 *Testes deponentes de uisu faciunt indicium ad inquisitionem,etiam si leuia sint contra num.24.*
4 *Testes deponentes de uisu faciunt indicium ad torturam.*
5 *Testis unus omni exceptione maior facit indicium ad torturam.*
6 *Indicia quando præcedunt inquisitionem succedunt loco diffamationis,& maximè si sint propinqua & nõ remota.declara ut in num.25.*
7 *Diffamatio non requiritur quando formatur inquisitio ex puro & mero iudicis officio .sed contra,numero. 31.*
8 *Testes duo sufficiunt ad plenam probationem.*
9 *Inquisitio ut possit formari contra aliquem, requiritur secũdum communem, quod præcedat diffamatio.*
10 *Inquisitio formari non potest nullis præcedentibus indicijs.*
11 *Iudices procedentes ad inquisitionem nullis præcedentibus indiciis appellantur mali assessores proterui, ac ignorantes iuris,& nuncupari merentur canes.*
12 *Inquisitio in crimine læsæ maiestatis formari non potest non præcedentibus inditiis.*
13 *Iudex habens liberum arbitrium procedendi, ac secundum suam conscientiam & uoluntatem non potest ad inquisitionem procedere non subsistentibus indiciis.*
14 *Iudex,si ponit reum ad torturam non præcedentibus indiciis,& sequatur confessio illa non ualet, quãuis cum iuramento ratificata,ẽt si superuenissent indicia.*
15 *Periurius non admittitur in testem.*
16 *Periurio testi nõ creditur etiam quoad inquisitionem.*
17 *Periurius non admittitur in testem neque in ciuili,neque in criminali,cum deficiat in eo ueritas,quæ in teste pura esse debet & simplex.*
18 *Iuramento semel uiolato,quod est confirmatorium ueritatis,semper remanet suspicio periurii.*
19 *Officio uno uiolato semꝑ præsumitur defectus in eodẽ.*
20 *Testis periurius emendatus repellitur a testimonio.*
21 *Testis periurius non facit indicium ad capturam.*
22 *Socius criminis non facit indicium ad inquisitionem.*
23 *Socius criminis non admittitur tanquam accusator, nec ut denuntiator,neque ut testis.*
24 *Socius criminis licet in casibus exceptis aliquã faciat ꝑsumptionẽ ad inquirẽdũ.tamen,id intelligitur, quãdo ille posset esse testis,uel accusator alias secus.*
25 *Testes producti super inquisitione,licet probent crimẽ tamen non sufficiunt ad inquisitionem.*
26 *Indicia licet succedant loco diffamationis,id tamen intelligitur contra hoĩem malæ famæ,& opinionis.*
27 *Doctori attestanti de consuetudine non creditur,nisi respectu consuetudinis Curiæ,in qua uersatur.*
28 *Mundus totus obseruat,quod inquisitio facta non præcedente diffamatione redditur nulla.*
29 *Inquisitio ubi est nulla,omnia quæ sequuntur redduntur nulla.*
30 *Exceptio ineptitudinis inquisitionis potest opponi, ẽt si sententia transiuerit in rem iudicatam.*
31 *Indicia ad torturam debent esse certa, probabilia & uerisimilia.*
32 *Probationes in criminalibus ad condemnandum sicut esse debent luce meridiana clariores, ita & indicia in genere suo ad torturam debent esse clara & talia, quæ de iure subsistant.*
33 *Ratio eadem est de toto quoad totum, quæ est de parte quoad partem.*
34 *Testes ut faciant indicium ad torturam debẽt esse omni exceptione maiores.*
35 *Testis debet esse in uulnerabilis.*
36 *Testis esse debet indubitatus,idest,de cuius fide & integritate nullo modo possit dubitari.*
37 *Socius criminis non admittitur contra inquisitum ad torturam,etiam in casibus exceptis,non concurrente alia præsumptione.*
38 *Socii criminis plures non faciunt indicium ad torturã, quando in eis concurrunt plures defectus.*
39 *Testis semel conuictus de crimine furti præcedente accusatione repellitur a testificando in criminalibus, etiamsi secundum communem emendatus fuerit.*
40 *Lusor repellitur a testimonio.*
41 *Testes,qui plures defectus patiuntur,repelluntur a testimonio.*
42 *Quod amplia procedere etiam in casibus, in quibus ueritas alteri non potest.*
43 *Blasphemattores Dei & uirginis gloriosæ repelluntur a testimonio.*
44 *Denunciatori blasphematori non est credendum, cum fidelis esse nõ possit hominib.q Deo extitit infidelis.*
45 *Mulieres admittuntur in criminalibus pro reis.*
46 *Mulieres deponentes pro reis præferuntur Viris.*
47 *Testes minus digni pro reo præferuntur dignioribus.*
48 *Testibus deponentib.pro non delicto magis creditur q̃ deponentibus delictum.*
49 *Testib.dicẽtib.homicidiũ fuisse cõmissũ casualiter magis credit quã deponẽtibus,ꝙ apẽsatè fuerit cõmissũ.*
50 *Innocẽtẽ melius est absoluere quã innocẽtẽ cõdẽnare.*
51 *Promptiores esse debemus in processibus irritandis quam in extinctione corporis humani.*

CONSILIVM. LVII.

1 VIA † omni iure tam humano quã diuino homicidio mori debet. l. 3.C.de Episc.au.ibi.quod fecit sem per expectet.§.item lege cornelia. Instit.de publ.iud.Fely.in rubri. de homici. Ang.in l.3.§.legis.ff.de sic. Affflic.in constit.regn.in titu.de homicid.pun.nu. 12.

Roc.de Curte in repet.ca.fi.de consuet.char. 10. col. 2.uersi.2.infertur. Gand.in trac.malef.in tit.de homi cid.& pœn.nu.4.Bald.de Vbald.inter consi.crim.19. in prin.Bosf.in prac.sua in ti.de homicid.nu. 109 .ubi attestatur hanc esse communem doctorum sententiā, quem sequitur Clar.in prac.sua cri.in §.homi.uer.sed

2 quęro.ubi etiam inquit ita practicari.Et† quę quidem pœna nedum locum habet in plebeo sed etiam in no bili,testes Bolenc.in repet.l. capitalium. §. famosos. nu.64.ff.de pœn.dixi in con.63.nu.2.uol.2.& in con. 39.nu.11.& 77.in prin.uol.3.& in qua condemnatus fuit Magnificus D.Alphonsus de Bartolinis.

Videndum uenit(quia nūc instat tps,ꝙ feratur sententia in causa appellationis) An in ipsa pœna dictus D.Alphōsus legitimè per dominum Iudicem a quo fuerit condemnatus. Et prima facie dicendum uidetur ꝙ sic,cum fuerit legitimè inquisitus de dicto homicidio commisso in personā Do.Constantij de Bardellis præcedentibus legitimis inditijs resultantibus ex dictis per Baptistam de Sanico & Petrum de Vrsis, qui deponunt se uidisse dictum D.Alphonsum interfi

3 cientem prædictū Constantium,quo casu cum† deponant de uisu,& sic de actu immediato, indicium facere uidentur ad inquisitionem.Nam si leuia indicia sufficiunt ad inquisitionem,& ita,seruetur teste Bosfio in prac.sua cri.in ti.de inquisitione.nu.61.quāto magis est dicendum,ꝙ sufficere uideatur dictum ipsorū duorum testium,qui deponunt de ipso maleficio. Nā

4 † si sufficiunt ad torturā,ergo multo fortius ad inquisi

5 tionē.Imò plus dr̄,ꝙ†sufficeret dictū unius ex ipsis testibus,qui fuisset omni exceptione maior.gloss.in l. si quis.C.ad l.iul.maiest.l.maritus.ubi Bar.ff.de q. Pari. in consi.151.in prin.uol.4.dixi in consil.24. in prin. uol.1.¶Nec habet obstare,si dicatur, ꝙ dicta inquisitio tanquam facta nulla pręcedente diffamatione redditur nulla.c.qualiter & quando. de accusa.Alex.in

6 cōs.124.in pri.uol.6.Quia respondetur,quod†quādo indicia præcedūt inquisitionem,ea succedūt loco diffamationis.Angel.in trac.malef.in uer.fama publica. col.2.uersic.& tene menti.ubi ait, ꝙ si contra Titium nō laborat diffamatio,sed sint indicia contra eum, licet ipse communiter reputetur bonus quod credit ꝙ poterit contra eum formari inquisitio : quia indicia sunt loco diffamationis.Aug.Ariminē.in addi.ad Angel.ubi supra,dicēs quod fortiora sunt indicia super ueritatem quā diffamatio : quia per indicia peruenit̄ ad torturam.l.1.ff.de q.Nam indicia nō possunt esse super ueritate,quando in ipsis contineatur diffamatio rei,dummodo indicia sint propinqua & non remota Marsf.in prac.crim.in §.constante.col.9. uersic. supradictam tamen,& in cons.79.col.2.Crot. in cōs. 36.num.3.& dicit Clarus in pract.sua cri.in §.fi. in 6. q.in prin.ꝙ ista est prac.quę communiter obseruatur.

7 Secundo respondetur,ꝙ†quādo inquisitio formatur ex puro & mero officio iudicis, nō requiritur diffamatio.Ang.in repet.l.si uacantia.in uer. de quinto articulo.C.de bon.uacan.li.10.per text.in cap.1.de of fi.ord.& ideo inquit ibi Ang.cautos esse debere rectores terrarum,ut cum formant inquisitionē contra aliquem semper dicant,Hæc est quædam inquisitio,quā facit & format talis potestas ex puro & mero officio, & Ang.sententiam sequitur Arimenen. ibi ubi dicit,quod assessores communiter hoc obseruant.Alex. in consil. 120.columnn.2.uolum.6.Alexan.de Neuo in consi.86.in prin.

Tertio principaliter ꝙ legitimè processum fuerit ad prædictam sententiam contra dictum.D. Alphonsum:facit quia ad hoc sunt duo testes deponētes de ip

8 so maleficio proximo & immediato, † qui sufficiunt ad plenam probationem, & sic ad condemnationem. iuxta.l.qui sententiam.C.de pœnis.l.ubi numerus.ff. de testibus.doctores in l.admonendi.de iureiur. Mar. in consi.31.in prin.dixi in consi.77.in prin.uol.3.Orat.Luc.in consi.161.nu.3.inter consi.crim.

Sed ulterius cogitāti, contrarium de iure uerius esse arbitror,uidelicet,quod si linceis oculis inspiciatur processus agitatus contra dictum D. Alphonsum, luce clarius apparebit sententiam latam contra eum per D.Iudicem a quo,nullam,iniustam,& ab omni legum tramite alienā,& uere apud oēs mirādū est,qūo hic iudex ita supinè & absurdè processerit ad fulminationē ipsius snīæ capitalis, quia inquisitio nulla, & ēt omnia alia quæ sequuntur.Et pro demonstratione præmissorū moueor ex pluribus cōclusionibus cōmuniter ab omnibus receptis,quarū Prima est, quod

9 † ad hoc ut formari posit acquisitio contra aliquē, primo requiritur, quod ante eā præcedat diffamatio. Marsf.in prac.sua crim.in §.constante.nu.33.in consi. 128.in prin.& 136.co.1.in fi.Ang.in l.si uacātia.C.de bon.uacan.li.10.Cram.in consf.38.nu.12.35.num.50. Crau.in consi.62.in prin.Soc.Iun.in consi.113.in pri. uol.3.37.num.2.uol.2.Grat.in consi.74.nu.6.uolu.2. consi.57.nu.9.uol.eod.ubi inquit illam esse probādā per duos testes omni exceptione maiores alias inquisitio nō tenet.Calefat.in cōsi.104.nu.6.in uol.1.Meré. in consf.92.nu.3.Cepha.in cōsf.204.nu.18.Bosf.in prac. sua crim.in tit.de inquisitio. num.8.Plot.in l.si quando.C.unde ui nu.360.Dec.in cōsil.256.nu.12.Cla. in prac.crim.§.fi.q.6.& hanc esse communem doctorum sententiam attestatur Hieron.in addit.ad Ang.in tra. suo in uerbo.hęc est quædam inquisitio.post numerū 68.uersi.2.Riminal.in cōsf.69.nu.26.D.Franc.Bursat. in consf.116.nu.12.& in consi.94.nu.37.sed in casu præsenti in processu nullibi apparet de ipsa diffamatione.ergo inquisitio nulla,ut etiam dixi in consi.24. numer.9.uolumin.primo, & in consi.37.nnmero septimo, uolumine eodem.ubi ultra alias auctoritates citatas demonstraui, hanc esse doctorum receptam sententiam.

Secundò dicitur,quod ad hoc ut deueniri posit ad inquisitionem de substantia requiritur,ꝙ præcedant indicia,aliàs inquisitio corruit,Bart.in l.congruit.ff.

10 de of.præsid.ubi ait,ꝙ†ad inquisitionē specialē,quæ fit cōtra certas personas de crimine,iudex non potest procedere nisi præcedētib.indicijs.per tex.in l. iustissimos.C.de offi.recto.Bero.in consi.167.num.15.uol. 3.dicēs,quod si sine indicijs proceditur ad inquisitionem,indiciū redditur nullum & processus nullus ex defectu substātiæ.arg.l.Iulianus.§.si quis.ff.ad exhib. in cōsf.172.nu.7.uol.eo.Ceph.in cōsf.204.n.18.& 206. nu.21.Rui.in consf.7.nu.2.uol.5.Marc.Ang.in cō.3.in prin.inter cōsf.cri.in 1.li.Quæ cōclusio amplia̅t procedere in cri.læsæ Maiestatis.Fulgosf.in cōsf.173.in 1.co. & ibi inquit,quod generalis consuetudo sic interpretatur,ut ex cōi inquisitionum stilo licet deprehendere. Clar.in prac.sua cri.in §.fi.q.20.ubi reprehēdit iudices, qui nulla fama uel indicijs pręcedentibus formant inquisitiones, prout facere consueuisse officiales Montisferratti, iam dixit Pract.Pap.in forma inquisitionis.in uer.fama publica.uer.2.qđ equidē durū mihi fuit sentire,cū tēpore meo nūquā uiderim ita seruari,& tñ sunt anni quadraginta tres usque in præsentiarū,ꝙ fui & senator per annos 39. & demū Præses huius Senatus,ubi solitū semper fuit seruari iura,sicut in quolibet alio sacro Cōsilio, & refert Clarus ubi supra,Senatū Mediolani aliàs grauiter reprehēdisse Capitaneū Vicomercati,ex eo ꝙ nō pręcedentib.indiciis formabat inquisitionē contra quosdam

dam de Vetlomate. Vital.de malef.in tit.de inquisi-
21 tione.nu.8.ubi appellat† Iudices, qui procedunt indi ciis non præcedentibus ad inquisitionem, malos asses sores, & poteruos, ac ignorantes iuris, subdens q̃ nõ sunt Iudices sed potius canes nuncupari merentur, & ita totum mundũ obseruare tradit Cat.in cons.99.nu. 11.lib.2.crim.ubi etiam subdit, q̃ hæc conclusio est ualde trita, & cõsulẽtes omnes illam affirmant. Grat. in consi.97.nu.12.uol.1.dixi in consi.3.nu.19.uol.3. & in consi.17.nu.8.& consi.12.num.40.uol.eod.quæ
22 † conclusio ampliatur etiam procedere in crimine le sæ Maiestatis.glo.& Doctores in l.si quis alicui. C.ad l.Iul.maiest.Ang.in trac.malef.in uerbo.che hai tradita la mia patria.in prin.Marsi.in l.j.in prin.nu.36.ff. de quæstio.Brun.in trac.de indic.& tort.folio 93.nu. 6.quem sequitur Prat.Conrad.fol.300.in pri.Clarus in prat.crim.§.fi.quæ.64.dixi in consi.64.in prin.uol. 3.& in consi.17.in prin.uol.3.& in tantum uera est hu
23 iusmodi sententia, q̃ † illa etiam procedit & locum habet, si iudex haberet liberum arbitrium procedendi & secundum suam conscientiam & uoluntatem. Ias. in l.milites. C.de milit.test.Mar.in §.cõstantem. nu. Grat.in cõs.74.nu.5.uol.2.Marſ.in cons.25.nu.5.dixi in cons.17.nu.9.& 12.nu.95.uol.3.Bero.in consi.170. nu.13.uol.3.& in hoc standum non est iudici dicenti indicia præcessisse: quia aliter probari debet. Fulgos. in consi.149.col.fi.dixi in citato consi.3.nu.20.Io.de Anan.in cons.59.Cum.in consi.107.col.2.136.col.fi. Grat.in consi.57.nu.11.& 74.nu.8.cum sequenti uol.
24 eod.& hoc in tantum à doctoribus recipitur, q̃ † si iudex poneret reum ad torturam non præcedentibus indiciis, confessio non ualeret, etiam si millies fuisset ratificata.l.pen.ff.de quest.Alex.de Neuo in consi.86.in fi.dixi in dicto consi.17.nu.14.& sequenti & in cons. 12.numer.91.cum quatuor sequentibus, etiam cũ iuramento, & superuenissent noua initia.

Nec habet obstare si dicatur, q̃ imò in casu nostro adsunt duo testes, qui faciunt indicia, uidelicet, Baptista de Sanico & Petrus de Vrsis. Quia aduertẽdum est, q̃ ipsi nullum penitus faciunt indicium ad inquisitionem multiplici ex capite.& Primò: quia sunt periuri,
25 ut licet uidere ex processu, quo casu † periurus non admittitur in testem, gl.in c.per tuas.in uer.adulteri. de simo.quam dicit communiter approbatam Gigas in trac.de crim.lesæ Maiestatis.quæst.11.& inquit Alber.in l.Lutius.nu.3.de insa.quòd ita tenet communiter doctores, sequitur Clarus in prat.sua crimin.in uerbo periurium.uersi.repellitur.decis.Pedemon.72. nu.7.Grat.in consi.74.nu.8.uol.1.Gramat.in consil. 44.nu.11.Cephal.in consi.204.nu.29.& 233.colum. 1.& in consi.seq.ubi nõ admittitur nisi specialiter id caueatur. Anto.Gabr.in suis com.opin.in tit.de crimi nibus conclus.26.num.8.dixi in consi.6.nu.9.uol.2.
26 & in consi.7.nu.22.uol.1.& in specie, quòd† periuro testi non credatur etiam quo ad inquisitionem formã dari, uoluerunt Dec.in consi.179.per capitulum sicut, de testib.ibi.aliquatenus non est admittẽd.Plot.in cõ. si.131.inter consi.cri.Alc.in trac.de præsump.reg.2. præsump.10.nu.2.cum sequenti. Cepha.in consi.204. nu.30.233.col.j.& 234.col.j.Laur.Archou.in suis cõ. opin.centuria.4.in cõclus.39.& 80.ac 81.Fely.in c.te stimonium.col.6.uersicu.3.conclusio, de testibus. ubi
27 † periurus non admittitur in testem neque in ciuili neque in criminali dicto c.testimonium.quia talis caret eo quod est potissimum in teste, scilicet ueritate, quę in teste debet esse pura & simplex, c.pura.3.quæ.
28 9.& ideo † uiolato semel iuramento, quod est confirmatorium ueritatis c.etsi Christus.de iureiur.remanet semper suspitio periurij ca.quicunque 22.q.j.&
29 † uiolato uno officio, semper præsumitur defectus in eod.l.si aliquid.C.de suscep.li.10.Bossius in tit.de op po.contra testes nu.51.Bursat.in consi.79.nu.12.& in cons.34.nu.3.ubi nulla fides ẽt minima adhibetur ad inquirendum, & hanc esse communem doctorum sententiam attestantur Bos.in tit.de inquis.nu.42.Viuius suis com.opi.lib.j.in uerbo in testem.& Bursat.in cõ-
30 si.35.nu.5.& 20.num.6.Quod † ampliatur procedere etiam periuro emendato. Fely.in d.c.testimonium. Cepha.in consi.234.col.j.& etiam in torto, Bos.in d.tit. de inquisit.nu.42.Craue.in consi.6.nu.15.Bursat.in cõ si.79.num.11.ubi hãc asserit esse communẽ.& in con. 20.nu.16.Cepha.in consi.233.col.j.& 234.col.j.Anto.Gabr.in suis com.opin.tit.de crimin.conclus.26. nu.8.Cassan.in consuet.Burgund.in tit.des iusti.§.j. rub.j.gl.6.nu.5.dixi in cons.16.nu.12.uol.j.& in cons. 73.nu.13.uol.eod.sed(ut dixi) isti testes sunt periuri.
31 Nam † si testis periurus non facit indicium ad capturam, ut per Cepha.in consi.232.nu.5.quomodo dicere possumus, q̃ faciat indicium ad inquisitionem, certè nullo modo hoc dici potest.
32 Secundo dicitur, q̃ † inquisitio formari non potest ad assertionem socij criminis. Fulgos.in consi.136. in fi.Anan.in cons.59.col.2.ubi ad propositum dicit,
33 q̃ † non admittitur tanquam accusator, nec ut denunciator, neque ut testis, quia nihil probat. Alex.in cõs. 90.uol.3.Socin.Iun.in consi.58.nu.2.uol.2.consi.36. num.67.uol.eod.Grat.in consi.97.num.8.uol.j.158. num.4.uol.eod.& 59.nu.10.uol.2.Bar.Ghitt.in consi. 157.nu.27.inter con.cri.lib.1.dixi in consi.16.nu.6. cum pluribus sequentibus uol.1.51.nu.25.uol.eo.tit. in casu præsenti dicti duo testes sunt socij, ergo &c.

Superest modo ut respondeatur ad allegata in contrarium. Et deueniendo ad primum argumentum dicitur, q̃ dicta inquisitio fuit nulla: quia formata nulla præcedente diffamatione, quæ tamen causa præcedere debebat c.qualiter & quando.il primo de accu sat.Mar.& alii ubi supra.Nec habet obstare q̃ leuia indicia sufficiant ad inquisitionem secundũ Bos.ubi supra, qui dicit, q̃ ita seruatur, quia illũ reprobat Clar. in prat.sua cri.in §.fi.q.20.uer.ad informandam.

Nec etiam obstant notata per Ang.& alios ubi supra quod indicia habentur loco diffamationis. Quia respondetur, q̃ sententia posset militare, & locũ habere, ubi adessent indicia sufficientia. Marſ.in consil. 79.col.3.in prin.quæ non sunt in casu præsenti: quia duo testes periuri & socij criminis, ut supra dictum fuit. Vlterius inquit Rui.in consi.7.in fi. uol. 5. quod
34 † licet socius criminis in casibus exceptis faciat aliquam præsumptionem ad inquirendum, iuxta. l. fin. C.de accusa.tamen quòd illud intelligitur locum habere, quando ille posset esse testis uel accusator, aliàs secus: sed in terminis nostris hi testes periuri & socij non possunt esse testes nec accusatores, ergo &c. Nec uis fieri potest, quod testes ipsi deposuerint super-
35 delicto. Quia respondetur, q̃ † licet testes producti super inquisitione probẽt crimen, de quo non erat infamatus inquisitus, tales testes ei nõ præiudicant. Spec. in tit.de inquisit.in §.nunc uidẽdum. quẽ ibi sequitur Bal.in addit.in ult.uersi.Marſ in consi.35.nu.6.Gram. in consi.38.nu.12.Grat.in cons.57.nu.10.uol.2 dixi in consi.3.nu.12.uol.3.
36 Secundò respondetur, q̃ † opinio Ang.posset locum habere contra hominem malæ famæ & opinionis. Fulgos.in consil.172.quem sequitur Soci.Iun.in consil.39.nu.67.uol.2.non contra hominem bonæ famæ, ut hic.

Non obstat, quòd inquit Clar.in d.quæstio.6.quod practicatur contrarium, & ita obseruatur cõiter. Quia

respondetur, ꝙ licet eius dictum sit magnũ tamē sper nendum, cum uideamus Doctores antiquos ac modernos concludere, quod diffamatio requiratur, nec sit aliquis eorum, qui dicat, quod de consuetudine aliter obseruetur, nisi saluando eum dicamus, ꝙ illud ꝓcedat in statu Mediolani, in quo ipse moram traxit. iuxta Guald. in caut. 35. de substit. & Hispa. in rub. de dona. inter uir. & uxo. §. hodie tamen. nu. 1. ubi dicũt,
27 ꝙ illa opinio quæ habet, ꝙ † doctori attestanti de cõsuetudine credat, procedit in illa Curia, in qua quis uersatus est doctor, qui in suis scriptis de aliqua consuetudine testatur.

Vlterius dicitur, ꝙ contrariũ tenet Cath. in consil. 99. num. 1. inter consi. diuers. lib. 1. ubi dicit, quod to-
28 tus mundus sequitur, quod † inquisitio non præcedẽte diffamatione, & non sumptis informationibus super ea, est nulla, & quod hæc conclusio est ualde trita, quam omnes consulentes affirmant.

Non obstat denique, quod diffamatio non requiritur, ubi iudex procedit ex puro & mero officio: quia dicitur, communem opinionem esse in contrarium, ut constat ex his, quæ dixi in consi. 24. nu. 90. quibus addo Dom. Quirin. in consi. 26. in 2. tomo consiliorũ crim. D. Franc. Bursat. in consi. 94. nu. 37. Cum igitur
29 dicta † inquisitio ex auctoritatibus præmissis omnino reddatur nulla, sequitur quoq; quòd omnia etiam contenta in ipso processu inquisitionali formato contra dictum D. Alphonsum corruere uidentur, etiam ꝙ testes probarent delictum dicti homicidii impictum prædicto D. Alphonso. Soc. Iun. in cons. 37. nu. 2. uol. 2. 127. in prin. uol. 3. Marf. in cõs. 48. uer. 2. & in prac. crim. in §. constante. nu. 11. in fi. in cons. 128. nu. 8. & 130. nu. 17. Grat. in cõs. 57. nu. 10. uo. 2. in consi. 74. n.
30 7. & 59. nu. 4. uol. eo. adeo ꝙ † ẽt si snĩa transiuisset in rem iudicatam adhuc de ineptitudine inquisitionis posset opponi Ias. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de conditio. indeb. & ratio ipso iure nulla. Grat. in cõsil. 59. num. 5. uol. 2. Marf. in cõs. 130. nu. 17. ¶ Et quamuis hæc sunt satis sufficientia pro absolutione prædicti. D. Alphonsi tamen, etiam dicitur, quod posito (sed nõ concesso quod dicta inquisitio esset ualida & legitima, quod testes prædicti examinati contra dictum D. Alphonsum non faciũt fidem contra eum nec quoad torturam, nec quoad condemnationem, quod probatur. Nã ambigui iuri nõ est, ꝙ indicia ad torturã deñt
31 esse certa, probabilia, † & uerisimilia. l. milites. §. oportet C. de qõ. & tãquã luce clariora in sua specie indiciorum. Bald. in consi. 259. col. 1. ad fi. uol. 1. & in con. 77. col. 1. uol. 3. ubi dicit, ꝙ debent esse probabilia, & uerisimilia, adeo quod iudex sit quasi certus, quæ res relinquatur arbitrio suo. Crau. in consi. 6. num. 12. &
32 & in consi. 99. nu. 1. Nam † sicut probationes in criminalibus ad condemnandum debent esse luce meridiana clariores. l. fi. C. de probat. l. absentem. ff. de pœnis ita & indicia in genere suo ad torturam debent esse clara & talia, quæ de iure subsistant. Bald. in consil. 229. in 2. col. in 3. uol. Marf. in consi. 20. num. 2. in cõ. 50. nu. 16. ubi dicit ad hoc facere regulam quę habet,
33 ꝙ † eadem ratio est de toto quoad totum, quę est de parte quoad partem. l. quæ de tota. ff. de rei uindicat. Bos. in suo trac. crim. in tit. de indicijs & consid. an tortu. nume. 17. sed in casu pręsenti ex dictis ipsorum duorum testium non poteſt resultare indicium suffi-
34 ciens ad torturam, ut patet: quia † non sunt omni exceptione maiores: quia ambo periuri, & testes periuri non faciunt indicium ad torturam, cum periurium enervat omnem fidem in teste, quia caret eo, quod est potissimum, uidelicet ueritate. Abb. & ceteri in c. testimonium. de testib. dixi supra. nam ut testes faciant indicium ad torturam debent esse omni exceptione maiores. Bar. in l. maritus ff. de quæstio. & dicit Bald.
35 in consil. 259. in primo uol. quod † testis debet esse inuulnerabilis. Cacialup. in repetitione. l. admonendi. charta 64. col. 4. uersi. 6. Alex. in consi. 124. col. 2. uol. 6. Craue. in consi. 9. num. 11. dixi in consi. 36. numero 9. uol. 3. alibi Bald. in consi. 41. in fi. uolumin. 5. quod
36 † testis debet esse indubitatus, idest. de cuius fide & integritate nullo modo pòssit dubitari, sequitur Craue. in consi. 6. col. 4. Bos. in tit. de inquisit. nu. 55.

37 Vlterius dicitur, ꝙ † isti sunt socii criminis, qui nõ admittuntur contra inquisitum ad torturam, etiam in casibus exceptis non concurrente alia præsumptione. Sal. in l. fi. col. pen. in fi. C. de accus. Alex. in consil. 89. col. 3. uol. 3. Dec. in consi. 189. col. 6. & hãc esse magis communem opinionem inquit Boer. in deci. 319. col. 3. dixi in cons. 16. nu. 17. uol. 1.

Nec habet obstare si dicat, quod licet sint socii criminis, tamen sunt plures, quia duo, qui faciunt indicium ad torturam, ut inquit Boer. in decis. 309. colũ. 4. Quia respondetur, quod in casu nostro dictum Boe. nihil facit ad propositum, cum procedat, quando
38 † testibus non esset nisi unus defectus, secus quando plures: quia tũc nulla fides adhibenda uenit: At in casu nostro concurrunt plures defectus: quia per
39 iuri, socij criminis, & primus † testis etiam semel cõ uictus fuit de crimine furti, præcedente accusatione, qui repellitur a testificando in causis criminalibus, etiam si postea esset emendatus, ut est communis opinio, teste Barb. in trac. de testibus, in prima parte numer. 23. quem refert prac. Corradi folio. 73. uersic. quarta est quomodo. sequitur Clarus in prac. sua crimin. in §. fi. quęst. 24. uersi. quæro nunquid. Oria. in c. quoniam contra, in uersi. testium depositiones. colu. 25. uersic. 4. causa testium. Item & secundus testis, ul-
40 tra quod sit periurius & socius, est etiam lusor † qui repellitur a testimonio, si est consuetus ludere tempore testimonij, ut in casu præsenti. Dec. in con. 167. col. 7. in fi. Gram. in decis. 11. num. 5. & 40. nu. secundo, dixi in consi. 63. nume. 18. ubi multa de lusore. Quod autem prius testis laborauerit morbo, de quo supra, constat ex processu cõtra eum, agitato & producto. Quod etiam secundus fuerit lusor deponunt primus, tertius & septimus testis, qui optimè conue-
41 niunt in unum. ex quibus sequitur, quod † cum patiant tot & tantos defectus ueniunt in totum repellendi. Soci. Iun. in consi. 118. uol. 1. Cephal. in consi. 169. nu. 16. & 250. num. 33. Barba. in consi. 54. col. 9. uol. 1. & 65. columna quarta, uolumin. quarto. Dec. in consil. 133. column. 3. Marf. in sing. 378. 385. & in consi. 102. columna penultima, Craue. in consi. 249. nu. 11. Grat. in consi. 38. numero nono, Paris. in consilio 53. numero. 35. uolumine 4. Anto. Gabr. in suis com. opin. in tit. de crimin. conclus. 26. nu. 12. Iacob. Menoch. in cons. 98. num. 15. Dominus Fran. Bursat. in consi. 70. nu. 43. dixi in cons. 24. nu. 61. uol. 1. & 3. nu. 51. in 3. uo.
42 ubi multos alios citaui: quod † ampliatur procedere in casibus, in quibus aliter ueritas haberi non potest. Gram. in consilio 45. numero 22. & sequenti Ceph. in cons. 250. num. 34. Grat. in consi. 55. column. pen. uersi. 4. dico, uolumin. 2. ubi inquit, quod etsi testes inhabiles admittantur, ubi ueritas aliter haberi non potest, tamen id non procedit, quando plures patiuntur exceptiones, secus si unam tantum. Socin. in consi. 118. colum. antepenult. uolum. primo. Barba. in consi. 75. in 4. column. uol. 4. Gram. in consi. 58. numero duodecimo, Anton. Gabr. in suis com. opi. in tit. de testibus, conclusione septima, numero 10. Iacob. Menoch. in trac. de arbitr. iud. casu. 99. numer. 7.

Vlte-

Vlterius contra istos testes, & in fauorem dicti do mini Alphonsi, sunt plures mulieres, quę etiam depo
43 nunt, quòd tempore earum testificatus † erat blasphe matores Dei & gloriosissimæ Virginis, ideo repellen d.c.alicui, 3.q.4. Anch.in consi.416.in uer.tertia ex-
44 ceptio.ubi dicit, quòd † blasphematori denuntiatori non est credendum: quia non pôt esse fidelis homini bus, qui Deo extiterit infidelis, 2.q.7.c.non potest, c. qui sine peccato. & in c.in grauibus.3.q.7. Transgreditur enim iste dignitatem & religionem nõis Christiani & sacras regulas. Fel.in c.2.col.pen.in fi.de excep. Ripa in l.admonendi.nu.180.de iureiur. Duen.in reg.testium reprobatio n.23. Nec habet obstare quòd istis mulieribus non sit danda fides in criminalibus.
45 Quia respondetur, quòd † imò admittuntur pro reis. Mars.in consi.63.nu.45.in consi.2.nu.21.Fel.in c.quo niam.in fi.de testib. Petrasg.in fin.11.Gram.in consil.
46 45.col.6.& in tantum admittuntur, quòd † præferun tur uiris aliter dicẽtibus, ut in locis supra citatis. Nec mirum: quia, licet testimonium Virorum præualeat testimonio mulierum. Bal.in l.fi.ff.de fi.instru. Alexã. in consi.136.uol.6. Fely.in c.in nostra. in 3.col.de te
47 stib. Tamen † minus digni pro reo præferũtur dignio ribus.glo.in c.clerici 81.dist. Mars.in consi.51.nu.42.
48 Rui.in consi.158.col.3.& fi.uol.5. Nam † magis credi tur deponentibus pro non delicto quàm probãtibus delictum. Cępo.in consi.60.col.2.inter consi.ciuilia.
49 & ideo uidemus, quòd † magis creditur testib.dicenti bus homicidium fuisse commissum casualiter quàm appensatè. Bal.in c.in nostra.ubi etiam Fely. col.3.de testib. Anto.Gabr.in suis comm.opin.in tit.de testib. conclus.4.nu.41. Ex his igitur uera & solida resultat conclusio, quòd dictus D. Alphõsius omnino à dicto
50 crimine absoluendus uenit. Nam † melius est nocentẽ absoluere quàm innocentem condemnare l.absentẽ. ff.de pœn.& secundum Bal.in consi.347.in fi.uolu.3.
51 ubi ait, quòd † promptiores esse debemus in processi bus irritãdis quàm in extinctione corporis humani. sequitur Craue.in consil.2.in fi.fateor enim ingenuè, quòd si unquam fuit iudex, qui fecit litẽ suam, & qui in sindicatu plectendus sit, quòd est hic honorabilis uir, qui totis uiribus cauet ne in futurum facilis ita sit ad damnãdum homines ad mortem. Nam scire de bet, ꝙ iniustis iudicib.& sitientib. sanguinem humanum preparauit Deus sedem infernalẽ. Deo gratias.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij arguit contractum usurarium: sed contra nu. 10. ubi requiritur, ꝙ quis sit solitus fœnerari.*
2 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij probat semiplenè contractum usurarium, adeò ꝙ poterit deferri iuramentum suppletiuum.*
3 *Contractus in dubio presumitur uerus & ualidus.*
4 *Contractus præsumitur legitimus, licitus atq; iustus.*
5 *Contractus omnis præsumitur celebratus bona fide et absque fraude usurarum.*
6 *Contractus in dubio non præsumitur simulatus.*
7 *Delinquere nemo præsumitur.*
8 *Præsumptio exclusiua delicti semper est capienda.*
9 *Pactum de retrouendendo non dicitur esse reprobatum à iure.*
10 *Asserenti contractum esse usurarium incumbit onus probandi.*
11 *Qualitas pretij demonstrat qualitatem contractus.*
12 *Pactum de retrouendendo facit rem esse minoris pretij.*
13 *Beneficia dicuntur esse minoris ualoris propter onera annexa.*
14 *Reditus beneficiorum tanti æstimandi sunt, quanti ualent deductis oneribus.*
15 *Pactum de retrouendendo dicitur pars pretij.*
16 *Res uendita pro centum cum pacto retrouendendi non ualet nisi septuaginta ratione oneris seu seruitutis uenditioni adiectæ.*
17 *Partes possunt se decipere infra dimidiam iusti pretij.*
18 *Res quando participat de pluribus regulatur à potentiori.*
19 *Contractus non potest iudicari usurarius, si ualdè frequentatur in regione.*
20 *Actum si quis facit, qui cõmuniter licitus æstimetur, licet in contrarium sit ueritas, ut quia sapiat usurã, ex hoc non dicitur usurarius.*
21 *Consuetudo excusat notarios & alios scribentes à pœna falsi, si de more sit, ꝙ contra ius scribantur & sigillentur nomina prælatorum per suos ad hoc deputatos, quamuis de hoc ipsi nihil sciant.*
22 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretii non arguit contractum usurarium, si emptor est timoratæ uitæ, conscientiæ & bonæ famæ.*

CONSILIVM. LVIII.

REVOCATVR in dubium, an cõ tractus uenditionis factus per Magnificum D. Simonẽ de Bal.de massaritio Plodii Magnifi. D. Federico de Castello cum pacto de retrouendendo quandocunque ei placuerit censeatur usurarius? Qõ ista nõ est noua sed antiqua, teste Soc.in consi.248.in princ. & frequens ac utilis, Menoch.in tract.de arbit. iudic. casu 217.in princ.in qua prima facie dicendum vr̃, quòd sic. Primò per gl. in ca.conquæstus.de usur.in illa implicatiua.præser-
1 tim. de usur.ubi uelle vr̃, quòd † pactum de retrouendendo cum modicitate pretii arguat contractum usurarium, ad idem est glo.in ca.ad nostram. de empt.& uend.relata ad tex.ubi uelle vr̃, quòd in dubio præsumatur contractus simulatus loco pignoris & in fraudem vsurarum factus & non uera uenditio si concurrant coniecturæ, de quibus in illo text.qui vr̃ duo requirere, ad hoc ut contractus censeatur simulatus uel usurarius, uidelicet paruitas pretii, de qua in d.ca. & pactum de retrouendẽdo ad certum tempus. Inn. Ioã. And. But. Imo.& Dom.de Nicol.in d.cap.ad nostram. Arch.in c.plerique.14.q.3. Gof.in sum.de usur. Bellame.decis.7. Roma.in consi.423.col.fi.uersi.tamen. & ibi Mandos.in addit.in fi. Bolog.in addit.ad consiliũ. Ana.58.col.1. Host. Capra & Io. Anto.in d.ca.ad nostram. Ang.in consi.243.in fi. Corne.in consi.23.col. 2.uol.3. Affli.decis.40.col.5.in fi.& 65.ubi inquit. D. Alexandrum & D. Andream Maracondam retulisse, sacrum Consilium ita aliàs iudicasse. Bald.de Bar.inter consilia Corn.in consi.23.in 2.uol. Barb.in consi. 27.inter cõsilia Calc.ubi dicit infinitis uicib. ita con suluisse. Pau.de Cast.in consi.109.col.1.uol.2.& in l.1. col.2.C.de pac.inter empto.& uendi. Iaco.de S.Geor gio in l.si quis nec causam.§.1.ff.si cer.pet. ubi ait, hãc sñiam seruari in practica. Lanfran.in repeti.Clem. di

spen-

ſpendioſam.de iud.col.pen.Ambro.de Vigna. in c.ſa
lubriter.de uſur.Albe.de Roſa.in l.emptione. C.plus
ualere quod agitur &c. ubi dicit de facto ſe ita obti-
nuiſſe coram magnis iuris peritis.Bal.Nouel.Puteus,
& Lancel.Dec.ut refert.Cagnol.in l.2.nu.m10. C.de
pac.in d.l.ab emptione.Benedic.de Plumb.in l.roga-
ſti.§.ſi tibi.ff.ſi cer.pet.Homod.in conſi.incip. Certo,
cui ſe ſubſcripſerunt plures eminentisſimi uiri,Bene-
dictus de Plum.Fulg.Thadeus de Vicomerca. Proſdo
cimus de Comitibus Io. Franciſcus de Capitib. liſtæ
D.Henricus de Alla.D.Alex. D. Benedictus de Docto
ribus Ant.de Roſel.qui bis ita conſuluit, quos refert.
Cepo.in tracta.de ſimula.contrac.in 6.caſu.Michael.
Graſ.in ſuis com.opin.lib.j.c.3.nu.8.Balb.in tract.de
præſcrip.in 4.par.5.par.principalis queſt.3.in fi.Gui.
Pap.in conſi.180.Bertran.in conſil.86.in fi.uolu.j.&
109.uol.eo.Calca.in conſi.26.& 85.col.2.Caſſ.in cō-
ſuetu.Burgun.fol.nu.·.ubi tradit ita couſuluiſſe Col-
legium Papienſe,& parlamentum Pariſienſe,quā par
tem uti cōem amplexi ſunt Io.de Imol. in d.c.ad no-
ſtram.Barb.in conſi.51.uol.j.Abb.in conſi. 76.in j.du
bio in j.uol.Capra in reg.97.nu.173.Ferra. in cautel.
17.Emanuel Suarez. in ſuis com. opin.in uerbo uendi
tionis.nu.20.& crebriori calamo receptam inquiunt
Alex.in conſi.49.col.4.uol.3.duplicato in conſil.54.
uolu.6.ubi ēt dicit,quòd in dubio hæc pars eſt magis
tuta pro ſalute animæ & eius exoneratione, Deci. in
conſi.692.Pariſ.conſi.54.num.62.uol.j.Caſſad. in de
ciſ.de uſur.prima,ubi ait, quòd iſta pars in iudiciis ſe
curior eſt & magis cōis,ſaltē quoad Canoniſtas, qui
bus magis quàm legiſtis in hmōi materia peccati eſt
credendum.Cagno.in l.2.nu.5.C.de pac. inter empt.
& uend.Natta in conſi.198.dixi aliàs in conſi.40.uol.
2.Cum igitur in caſu præſenti ultra pactum de retro
uendēdo ſit modicitas pretii : quia res ualoris duorū
millium ſcutorum fuit uendita pro mille, meritò ſe-
qui vr̄,ut dicatur dictus contractus uenditionis cele-
bratus in fraudem uſurarum.

2 Secundò dr̄, quòd†ſaltem cum iſta duo faciant ſe-
miplenam probationem , quòd mediante Iuramento
ſuppletiuo iudicari debeat fœneratitius, iuxta nota-
ta in l.admonendi.ff.de iureiur.

Verum ſupradictis non obſtantibus ulterius cogi-
tando,contrarium de iure eſſe arbitror, quòd contra
ctus ipſe uenditionis nullo modo dicatur factus in
3 fraudem uſurarum,quod demonſtratur. Nam†contra
ctus in dubio præſumitur uerus,& ualidus l.cum pre
cibus.ubi Bal.C.de proba.Idem Bal.in l.rogaſti.§.ſi ti
bi.ff.ſi cer.pet.per tex.in l.qui retētionem. C.de uſur.
ubi in dubio non præſumitur uſura ultra legitimum
modum,& Bal.ſequitur ibi.Iaſ.col.5.uer. nota tamē.
glo.in c.nauiganti. de uſur. Crot.in conſil.141.nu.6.
Soc.Iun.in conſi.27.nu.12.uol.4.Craue. in conſi.145.
nu.2.& in conſi.156.in princ.Dec.in conſi.119.col.4.
uer.8.Natta in conſi.198.nu.5.Inſignis dn̄s Fran.Bur-
ſat.in conſi.117.nu.4.ubi†præſumitur legitimus, lici-
4 tus atque iuſtus.Bal.in rub.de offi.iudi.col.8.uerſi.ad
officium iudicis.ubi inquit , quòd†omnis contractus
5 præſumitur celebratus bona fide & abſque fraude ,
præſertim uſurarum . ſic ēt in dubio†contractus non
6 præſumitur ſimulatus.Bal.in l.quamuis,per illū text.
C.ſi quis alteri uel ſibi . Nam†nemo præſumit delin-
7 quere.l.merito.ff.pro ſoc.Deci.in conſil.197.col.j.in
fi.D.Oſaſch.in deciſ.Pedemont.43.nnmer.7.Pariſ.in
conſi.77.in princip.uolum.3.&†capienda eſt ſemper
8 præſumptio excluſiua delicti.Crot.in conſil.141.nu.
7.Ant.Gabr.in ſuis com.opin.in titu.de crimin.con-
cluſi.2.in prin.

9 Secundo dicitur,quod†pactum de retrouendendo
non dicitur eſſe reprobatum a Iure. l. ſecunda .C. de
pact.inter empt.& uendit.Socin.Iuni.in conſilio 27.
nume.5.uol.4.Cro.in conſi.141.num.2.Ceph.in cōſ.
286.nu.36.Neuizan.in con.88.nu.5.in fi.Dec.in con.
308.& 592.Natta in con.198.nu.2.Bero.in cō.212.n.
6.uol.3.Corne.in con.23.in prin.uol.3.d. dec. Pede-
mon.42.nu.8.in fi.Cum igitur dictus contractus em-
ptionis præſumit uerus , ualidus,iuſtus,& legitimus,
10 utique dicendum uenit , quod†aſſerenti contrarium
incumbit onus probandi ſe habere legem uel cano-
nem aliter dicentem,ſed nullibi reperitur , ergo dici
non poteſt.l.illam.C.de colla.in ca.quid autem. 30.
q.4.ibi,nulla auctoritate reperitur prohibitum. Soc.
in con.248.col.2.in princ.Verum quia tota machi-
na præſentis conſultationis conſiſtere uidetur in ui-
dendo,an contractus præſens ſit uſurarius propter di
cta duo,uidelicet,pactum de retrouendendo & modi
citatem pretii propter auctoritates ſupra citatas. &
poſito quod ſentētia ipſa ſit uera,an ea militet in ter-
minis noſtris . Ideo primo dico , quod iſta duo nō ui
dentur ſufficere,ut uoluerunt Bald.Saly.Iacob.de A-
ret.Cyn.& Dyn.in l.emptione.C.plus ualere quod a-
gitur &c.Paul.de Caſt.in l.rogaſti.§.ſi tibi.col.1. ubi,
etiam Bened.de Plumb.Iaſ.col.3.uerſi.nota multum,
Socin.ad fi.Dec.col.fi.& Purpur.num.70.Bald.in c.j.
de feud.dat.in uicem.l.com.& in conſi.205.uol.2.Ho
ſtien.in ſumma de uſur.§.qualiter,uerſi.ultimo,Io.de
Anan.in c.conquæſtus.de uſur.Anch.in reg.peccati.
queſt.10.de regul.iur.in conſi.277.col.1.& in capi.ad
noſtram.de emp.& uend.Ioan.Rugier.in rub.de cau.
poſ.& propr.charta 6.Crot.in conſilio.141.nume. 5.
Card.in clem 1.quæſt.18.de uſur.Ioan.Cald.relatus a
Petro de Anchar.in dicta reg.peccati.qui dicebat Ca
noniſtas in hoc concordare.Iaſ.in l.quoties.column.
ſecunda,in fi.C. de iud. & in conſilio 21.col.2.uolu.
1.Fabia.in trac.de emptio.& uend.in 7.quæſt.princi
pali.Ceph.in conſ.289.nu.37.Iacobus nouel.in reg.
iur.153.in uer.pactum de retrouendendo . Menoch.
de arbitr.iud.caſu 217.nume 3.Cacialup.in. l.admo-
nendi.nu.225.de iureiur.Lap.de Caſtel.in repet.c.fi.
de iureiur.ubi etiam Maria.Roſar.Buſti in 2.par.ſer-
mo.27.& i trac. de pac. de retrouēdēdo & indefenſo
mentis.charta.11.col.3.Angelica in uerbo uſura.il 1.
Ray.de Forli.ut inquit Archid.in cap.plerique 14. q.
3.Boich.in dicto c.ad noſtrām.ubi etiā Pet.de Per.uſ
citat Corne.in conſi.4.col.prima,uol.1.Barba.in cō
ſi.76.in 1.dub.in 3.uol.Oſaſc.deciſ.42.col.fi. Gozad.
in l. 2.num.153.C.de pac.inter empt.& uend.ubi etiā
Cag.n.50.Cep.de ſimu.contrac.in 6.caſu prin.col.5.
uer.ex his.ubi dicit, quòd iſta opinio eſt uerisſima,&
tenenda in conſulendo & iudicando. Natta in conſ.
586.colu. prima,Ambro.de Vigna. in di c. ad noſtrā.
col.1.ubi dicit,ꝙ iam bis legit illā materiam & uidit
conſilia plurium,quorum copiam habebat , & ſæpius
conſuluit & indicauit,& adhuc iudicaturus erat,pro
pterea uiderat doctores omnes & Legiſtas ac Cano-
niſtas & Theologo.& in 6.notab.dicit , quod ſi eſſet
iudicaturus etiam in conſpectu Dei non iudicaret cō
tractum uſurarium ex modicitate pretii & pacto de
retrouēdēdo,niſi eſſet conſuetudo fœnerandi.rurſus
in c.illo uōſ.in ultimo notabili.de uſur.Laur. à Pin.
magnus praticus in d.c.illo uoſ.ut refert.Lau.de Ro-
dulph.in trac.de uſur.q.6.ubi dicit,quod in prac. ſer
uatur quòd iſta tria requiruntur .Soc.in conſil. 248.
col. fi. ubi etiam inquit , ꝙ ita tenuit genitor eius in
trac.de uſur.quæſt.12.Ioan. Andr. in dicto capi.illo
uoſ.ubi etiam Card.Flor.Bero.in conſil.212. numer.
6.uolumi. 3.& hanc eſſe receptam doctorum ſenten
tiam admittūt Alex.de Neuo in conſi.95. numer.21.

Boer.

Boer.in consi.12.Corn.in consi.224.col.j.in fi.uol.j.
& 240.in fi.nol.eod.Ruin.consi.16.nu.10.uol.4.& in
consi.66.nu.9.uol.eo.Burgos in d.c.ad nostram.Soc.
in consi.155.col.fi.Bero.in consi.165.num. 24.uol.j.
369.num.18.uol.eo.Bal.in consi.359. in fi.uol.5.205.
col.1.uol.2.& frequentiori calamo Alex.in cõs.109.
col.fi.uol.4.Dec.in consi.167.col.2.& 648.col.j.Soci.in consi.248.col.fi.Ias.in consi.150.col.j.151.col.
2.& 153.col.6.in prin.uol.4.Soc.Iun.in consi.50.nu.
2.uol.j.Pau.de Castr.in consi.330.Neuiz. in consi.88.
Corn.in consi.4.col.j.uol.j. Stantibus igitur tot & tã
tis auctoritatibus doctorũ,utique negari non potest,
quin contraria opinio uideatur multum dubia,& for
sitan hodie non sequenda.

Non obstat glo.in d.c.conquæstus, quia aduertendum est,ꝙ expresse non firmat illa duo sufficere, sed
solum istud innuit,cum dicat : & præcipuè si emptor
consuenit usuras exercere,ita ad illam glos.respõdet
Alex.in consi.117.in 4.uol.quem sequitur Ias.in consi.51.col.2.uol.4.in uer.est etiam.

Similiter non obstat tex.in d.ca.ad nostram. cũ sua
glos.quia dr̃, quòd ibi interuenerit pactum de retrouendendo non quandocunque sed à septennio usque
nonennium, & sic infra septennium & nouenniũ uo
lebat liberè lucrari fructus illius medii temporis septem annorum loco usurarum. item & ibi interuene
rit modicitas pretii, habito respectu ad uerum ualo-
21 rem rei.Nam†ex qualitate pretii pręsumitur qualitas
contractus.l.per diuersas.C.mand.Abb.in d.c.ad nostram.col.fi.uer.tertius casus.rursus in consil.77.in j.
uol.Ias.in consi.150.col.j.uol.4.& in consi.153.col.2.
uol.eo.Soc.in consi.248.col.fin. ¶Sed dato quòd alia
opinio esset uerior, Tamen dr̃, quòd pluribus modis
sñia ipsa locum sibi nõ uindicat in casu nostro,& primò : quia non fuit probata modicitas pretii considerata à Scribentibus,quæ esse debet circa dimidiam iu
sti pretii,ut est tex.in d.c.ad nostram.Anch.in consil.
9.col.pen.Ias.in consi.151.col.3.in princ.uol. 4.& in
consi.153.col.3.uol.eo. Quòd autem non sit modicitas pretii circa dimidiam clarè demonstratur:quia &
si uenditum fuit dictum massaritium pro pretio scutorum mille centum,cum esset(ut præsupponitur)ua
loris scutorum duorum millium & centum : Attamẽ
22 considerandum est quòd† dictum pactum de retrouẽ
dendo positum in dicta uenditione facit rem esse minoris pretii quàm si simpliciter & sine dicto pacto uẽ
ditum fuisset. Abb.in c.cum aliquibus. in 2.notabi.de
decimis.Dec.in consi.167.nu.2.Soc.Inn. in consi.46.
nu.4.uol.4.Ripa in l.j.§.si hæres.nu.26.ad Trebe.ubi
inquit, quòd ad probandum contractum usurariũ respicere non debemus uerum ualorẽ rei sed onus adie
ctum,uidelicet,ad pactum de retrouendendo:quia ra
tione illius pacti dr̃ minus ualere.Natta in consi.198.
nu.8.Ruin.in consi.66.nu.9.uol.4.Crot.in consi.141.
nu.4.Ceph.in consi.261.nu.9.Craue.in cons.145.nu.
9.Dñs Osasc.decis.sua Pedemon.41.nu.14. Hinc dici
23 mus†beneficia esse minoris ualoris propter onera ip
sis annexa.Bal.in l.sed si hoc.§. quidam in fi.ff.de con
24 dit.& demonst.ubi dicit,reditus†beneficiorum tanti
æstimandos,quanti ualent deductis oneribus. Rip.in
25 d.§.si hæres.num.26.Nam†ipsum pactum dr̃ pars pre
tii. Abb.& alii in d.c.ad nostram.Dec.in cons.308.nu
me.2.Paris.in consi.81.nu.30.uol.2.Cepha.in consil.
261.nu.7.Neuiz.consi.88.nu.4.Soci.Iun.in consil.46.
nu.41.uol.4.Ruin.in d.consi.66.nu.9.Bero.in consil.
212.nu.6.uol.3.& in tantum hoc est uerum,quòd di-
26 cit Soc.in consi.15.nu.57.uol.j.quòd†res uendita ua
loris centum florenorum cum pacto retrouendendi
non ualet nisi septuaginta, ratione dicti oneris, seu
seruitutis adiectæ uenditioni; quia dicta dilatio dici
tur pars pretii l.j.§.editiones. ff.de eden. & subdit, ꝙ
infallentissimè arbitratur,quòd nullus sanæ mentis,
& prouidus paterfamilias emeret sub dict, onere rẽ
ualentem centum pro septuaginta , & quòd ipse non
emeret:quia dictum onus,seu seruitus adiecta de uen
dendo quandocunque eidem uenditori , dr̃ pars pretii,quod dictum sequitur Tiraquel.in tract.de retrac.
fo.800.in prin.de quo dixi in consi.96.num.4.uol.2.
cui nunc addo doctissimum D.Franc.Bursat. in consi.
9.nu.35.in fi.cum igitur in terminis nostris habita ra
tione dictæ diminutionis dictum massaritium non di
catur uenditum ultra dimidiam iusti pretii sed infra,
sequitur quòd contractus prædictus non potest dici
17 usurarius,cum †partes potuerint inuicem se decipere infra dimidiam iusti pretii.l.item si pretio.§.fin.ff.
loca.Osasc.decis.42.nu.8. ubi est licitum de iure ciui
li & canonico se inuicem decipere in pretio.Alex.de
Neuo in consi.97.num.22.Dec.in consi.167.col.2.in
fi.& ratio est secundum Capram in regula 87.nu. 62.
18 quia†quando res participat de pluribus, regulariter
à potentiori regulatur, sed ubi læsio non est ultra dimidiam,tunc pretium conuentum est maius uel æqui
ualens ipsi læsioni, & sic fauore cõtractus ut sustinea
tur,pretium attenditur & non læsio, secus ubi præpõ
deraret læsio,quod est qñ est ultra dimidiã, sequitur
Osasc.decis.42.nu.8.

18 Secundò respondetur,quòd † dictus contractus nõ
potest iudicari usurarius, cum hmõi cõtractus frequẽ
tetur ualde in regione,ex his quæ dicit Bar. in l.quis
sit fugitiuus.§.apud labeonem.per illũ tex. ff.de ædil.
19 edic.ubi inquit,quòd†si quis facit aliquem actũ, qui
æstimetur cõiter licitus, licet in contrarium sit ueritas,ut quia sapiat usuram,ex hoc nõ dr̃ usurarius, qđ
dictum reputat notandum ibi Saly. propter leges im
ponentes pœnam usurariis. Alex.in consi.93.num.9.
uol.6.Cepha.in consi.13.Dec.in consil.270.col.fi.Ias.
in l.singularia.col.antepen.ff.si cer.pet.Neuiz. in con
si.88.nu.7.Crau.in consi.145.nu.12. & in consi.6.nu.
103.Natta in consi.586.nu.9.dixi latissimè in cõsi.96.
nu.26.uol.2.pro qua sñia ẽt facit,quod uoluit But.in
20 c.2.de fi.instr.ubi dicit,quòd † cõsuetudo excusat no
tarios & alios scribentes à pœna falsi , ut si de more
sit, quòd contra ius scribantur & sigilleutur nomine
prælatorum per suos ad hoc deputatos , quamuis de
hoc ipsi nihil sciant. Nam propter consuetudinẽ hoc
non dicetur falsum,sequitur Alex.in consil.39.nu.2.
uer.ad hoc uol.3.& in consi.8.in fi.uol.6.

21 Tertiò dr̃,quòd†huiusmodi sententia sibi locũ uin
dicare non põt, ubi probatum reperitur emptorẽ fore timoratæ uitæ & conscientiæ ac bonæ famæ, quia
tunc dicta duo non sufficiunt ad præsumptionem cõ
tractus usurarii.ita Soc.in consi.248.col.fi.Crauet.in
consil.145.in fi.ubi inquit,loquendo in terminis nostris,quòd circa memoratos contractus,de quibus in
casu suo,qui arguebantur fęneratitii,aduertẽdum esse,quòd erat probatũ de bona fama illius , cõtra quẽ
agebatur , ex qua purgabantur omnes suspiciones , si
quæ contra eum laborabunt per not.per Bar in l.j.§.
pen.de re milita.idem uoluerunt Ias.in consi. 153.nu.
29.uol.4.& Alcia.in consi.45.quos citaui in cõsi.96.
nu.20.cum nonnullis sequentibus in 2.uol. ubi hanc
sententiam multis mediis comprobaui,quibus dictis
nunc etiam addo Corn.in consi.4.col.3.uol.j.Dec.in
consi.308.nu.7.Alex.de Neuo in consi 95.nu.22.pro
quo accedit etiam quod scribit Calde. in disputatione incipi.usurarius emit.ubi dicit,quòd attẽdi debet
quantitas pretii & qualitas personarum , sequitur Fe
ly.in ca.si cautio.col.24.uer.& de uenditione.de fide

instru-

instrum.sed in casu,de quo agitur, probatum est plenissimè de bona fama emptoris,& quòd apud omnes reputatur ita timoratæ conscientiæ sicut alius,qui sic illius loci,& qui ibi habitat. Ergo concludendum uenit,contractum uenditionis fuisse licitum & nõ laborare aliqua præsumptione usurariæ prauitatis.

Vltimò non obstat, quòd saltem mediante iuramẽto suppletiuo iudicari debet contractus uenditionis feneratitius. Quia respondetur ex mente Lap.de Castelio. in c.fi.de iureiur. quòd ex probatione pacti de retrouendendo & paruitate pretii non defertur iuramentum suppletiuum,quod & uoluit Cacialup.in repetitione.l.admonendi.nu.225.de iureiur.& præsertim istud admittendum uenit in casu nostro, ubi non est probata iniustitia pretii sed contrarium,& similiter edoctum ex consuetudine regionis,in qua frequẽtantur similes cõtractus, & pariter quòd persona emptoris fuit & est bonæ famæ & optimæ conscientiæ, per ea quæ supra dicta fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Veritas disputando magis elucescit.*
2 *Viam ferro aperit qui per contraria scandit.*
3 *Princeps potest tollere præscriptionem.*
4 *Præscriptio tollitur per rescriptum Principis.*
5 *Statutum tollere potest præscriptionem.*
6 *Tempus petẽdæ restitutionis in integrum licet sit quadriennium & continuum, tamen habet principium utile,& nunquam incipit currere nisi à die scientiæ, & ideo si quis staret per centum annos & ignoraret,petere potest restitutionem in integrum.*
7 *Præscriptione centenaria tollitur omne ius cõtra quoscunque,& omni casu currit.*
8 *Anni centum sunt longissimum tempus uitæ hominis.*
9 *Omne quod sub mundiali machina gubernatur, cursu centum annorum renouatur.*
10 *Lege aliqua,statuto,uel priuilegio si inducatur, nullã posse opponi præscriptionem,semper intelligi debet, nisi labantur centum anni.*
11 *Præscriptio tãti tẽporis,cuius initij,memoria non exstat,nunquam censetur sublata per prouisiones tollẽtes præscriptionem.*
12 *Reseruata in signum specialis prælationis & præeminentiæ,licet nunquàm præscribantur contra imperiũ uel Romanam ecclesiam,tamen spatio centum annorum præscribuntur.*
13 *Præscriptio inducta est,ut sit litium finis.*
14 *Cursus temporis immemorialis habet uim concessionis & priuilegij iustè & decenter concessi.*
15 *Præscriptio immemorialis habet uim pacti.*
16 *Præscriptio immemorialis tantum potest quãtum Imperator cum causa.*
17 *Præscriptio immemorialis non tollitur per clausulam non obstante lapsu temporis.*
18 *Princeps tollere non potest præscriptionem immemorialem.*
19 *Declaratio ad Bal.in l.falsam.C.si ex fals.instru.*
20 *Restitutio in integrum non datur contra præsumptionem iuris & de iure, prout est præscriptio immemorialis.*
21 *Restitutio in integrum ut concedatur ex capite ignorãtiæ requiritur,quòd sit probabilis.aliàs secus.*
22 *Iuramentum non facit probabilem ignorantiam.*
23 *Scientia nõ requiritur in præscriptione immemoriali.*
24 *Ciuitas, si ignorante Papa uel Imperatore per tẽpus immemoriale exercuerit,præscribit tale ius.*
25 *Scientiæ præsumptio cum non requiratur in præscriptione immemoriali, si quis uelit eam petere,fortior probatio ignorantiæ requiritur.*
26 *Restitutio in integrum non conceditur actori aduersus præscriptionem immemorialem.*
27 *Officio iudicis præscribitur spatio quadraginta annorum.*
28 *Restitutio in integrum datur ex æquitate.*

CONSILIVM LIX.

QVIA articulus,de quo quęritur,an Princeps potuerit concedere restitutionem in integrum ex clausula generali Dño Alexãdro Cacialup.aduersus pscriptionẽ immemorialẽ, utilis est & difficilis ste Boer.in decis.39.ubi inquit, quòd ab adolescẽtia sua usque ad id ætatis tempus nihil scripsit difficilius propter uarietates doctorũ: ideo ut ueritas ipsius clarior reddatur, sequendo morem meum in arguendo
1 ad utranque partem, cum† disputando ueritas magis
elucescat.l.mixta.§.munerum.ff.de mune.& hono.&
2 †uiam ferro aperit qui per contraria scandit.Bald.in
l.precibus.C.de impub.& aliis substit.col.9.uer.modo contra.Cnrt.Sen.in consi.78.in prin. Prima facie
uĩ dicendum,quòd per Principem restitutio ipsa cõ-
3 cedi potuerit.Nam clarum est in iure,quod†Princeps
potest tollere præscriptionem.l.præscriptio.C.de oper.publ.l.fi.C.de sacrosan.eccl.Soc.in consi.86.col.
fi.uol.j.Aret.in consi.15.col.fin. Ripa in l.nemo pót,
nu.113.de leg.primò,Ruin.in cons.13.nu.5.uol.4.Soci.Iun.in consi.145.nu.56.uolu.j. Cepha in consi.40.
nu.47.Craue.de antiquit.temp.in 4.par.in §.transeo,
nu.39.cum fuerit introducta de iure ciuili, ut ibi per
eum Balb.in tract.de præscrip.in 5.par.q.9.Bru.in cõ
4 si.45.col.3.uer.4.ratione,ubi inquit,quód per †rescriptum Principis tollitur præscriptio completa, ita quòd
non obstet ei contra quem est præscriptum.Odof.&
Albe.in l.quoties.C.de precib.imper.offer.Osasc.decis.102.nu.6. si ergo potest tollere præscriptionẽ utique & concedere huiusmodi restitutionem: Nam pa-
5 riter uidemus, quòd†statutum potest ipsam præscriptionem tollere. Bald.in l.receptitia. colum.2.C.de
constitu.pecu.quem sequitur Ruin.in citato consilio
13.nume.5.

Secundò facit,quod uoluit Bal.in l.falsam. C.si ex
fals.instrum.in uersicu. & ideo si quis.ubi dicit,quòd
6 † licet tempus petendæ restitutionis in integrum sit
tantum quadriennium & continuum,tñ habet principium utile & nunquàm incipit currere, nisi à die sciẽtiæ,& si quis staret per centum annos, petere,pót restitutionem in integrum, quod inquit menti tenendum. Rub.Alex.in cnusi,13.in fi.col.Alex.in cons.4.
39.uol.2.150.col.2.uol.7.39.nu.17.uol.6.Dec.in cõ.
36.col.fi.uersi.nec obstat.Craue.de antiqui.tem.in 4.
par.in §.materia ista.q.24.Corne.in consi.165. litera
A,la 2.uol.2.Grat.in consi.125.nu.13.uol.1.91.n.54.
uol.eo.consi.101.nu.48.uol.2.145.nu.5.& 146.num.
16.uol.eod.Mars.in l.qui ignorans.nu.17.ad l.Corn.
de fals.in sing.372.& in consi.87.num.13.Bal.in cõs.
301.uol.3.

Verumtamen licet urgentia primo aspectu appareant,eis nequaquam obstantibus rectius animaduertendo contrarium de iure uerius arbitror, quòd aduersus

uerſus dictam præſcriptionem Princeps non pôt cõ-
cedere reſtitutionem ; Quoniam indubitati iuris eſt,
7 quòd † præſcriptione centenaria tollit omne ius con
tra quoſcunque & omni etiam caſu currit: ſunt enim
8 † centum anni longisſimum tempus uitæ hominis, &
9 † omne quod ſub mundiali machina gubernatur tanti
temporis curſu renouatur. Bald. in l. j. col. 2. C. de an-
10 na. excep. qui ēt dicit, quòd † ubi lege aliqua, ſtatuto,
uel priuilegio inducitur, nullam poſſe opponi præ-
ſcriptionem, ſemper intelligi debet, niſi labantur an
ni centum: quia præſcriptio centenaria tanquam ſui
natura tollens omne ius, nunquam cenſetur excluſa.
gloſ. in uerbo nulla. in auth. ut de cętero commut. nõ
fiant. ubi Ange. idem notat Alex. in l. nemo pôt. col. fi.
de lega. primò, Rom. in l. j. in fi. ff. de uſucap. dicens ꝙ
11 nunquam per prouiſiones tollentes præſcriptiones
dr̃ ſublata præſcriptio tanti temporis, in cuius con-
12 trarium memoria non exiſtit. Vnde licet † alias con-
tra imperium uel Romanam eccleſiam nunquam prę
ſcribantur ea, quæ reſeruantur eis in ſignum ſpecia-
lis prælationis & præeminentiæ, ut per Io. And. in c.
j. de cleri. ægrot. in 6. tamen ſpatio centum annorum
ēt prædicta præſcribuntur. ut per Ang. in l. j. C. ne rei
dom. Soc. Iun. in conſi. 115. nu. 28. & ſequenti. uolu. 2.
& in conſi. 53. col. 2. in prin. uolu. j. & in conſi. 76. nu.
86. uol. eo. cum pluribus ſequen. & hoc firma ratione
13 ſtatutum fuit propter bonum publicum † ut aliquãdo
ſit litium finis, Anch. in conſi. 170. col. j. to fi. cũ prin-
cipio ſequentis: unde ſi ita eſt in præſcriptione cente
naria, fortius hoc dicendum eſt in caſu præſenti, ubi
lapſi ſunt anni centum triginta & ultra, & hoc: quia
14 † curſus talis temporis habet uim conceſsionis & pri
uilegii iuſtè & decenter conceſſi l. hoc iure. §. ductus
aquæ. ff. de aq. quot. & eſt, ex quo auctoritate Princi-
pis introducta eſt. Bal. in conſi. 439. col. 4. uol. 3. Cra-
15 ue. in conſi. 1 n. nu. 11. necnon † & pacti, Bald. in conſil.
315. col. j. uol. 3. & in conſil. 24. col. 2. uol. 4. Crau. ubi
ſupra Afflic. in c. 1. §. ſi quis per triginta. in 2. notabil.
nu. 5. ſi de feud. fue. contro. inter dom. & agna. ubi in-
quit, paria eſſe aliqua mihi deberi ex pacto uel ex prę
ſcriptione. l. 2. §. Caſsius ff. de aqua plu. arcend. Nam
16 † uetuſtas tanti temporis tantum poteſt quantum Im
perator cum cauſa. Iſern. in c. 1. in uerbo flumina pu-
blica, in 3. col. quæ ſint regal. Iaſ. in l. quominus. colũ.
8. uer. ſecunda ratio. ff. de flum. dixi in conſi. 89. nu. 11.
cum pluribus ſequentibus. uolu. 2. & adeo potens eſt
huiuſmodi præſcriptio tanti tẽporis, cuius initii non
17 ſit memoria, quòd † non tollitur per clauſulam non
obſtante lapſu temporis. Io. And. in ca. 1. de præſcrip.
in 6. ſequitur Caſſan. in conſi. 54. nu. 52. & Soc. Iun. in
conſ. 76. nu. 93. uol. 1. ſi igitur dicta præſcriptio tollit
omne ius, ergo & reſtitutionem in integrum.

Secundò, ꝙ non detur dicta reſtitutio probatur au
ctoritate Anch. in conſ. 170. col. 2. Ruin. in conſi. 103.
nu. 6. uol. 5. ubi dicit, quòd qñ eſt decurſum tẽpus cu-
ius initii memoria non ſit in cõtrarium, quod aduer-
ſus dictum curſum nõ datur reſtitutio ex clauſula ge
nerali. ſecundum Angel. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff.
de uerb. obli. quia ex curſu tanti temporis quis habet
præſumptionem iuris & de iure, contra quam nõ ad-
mittitur probatio in contrarium, Butr. in c. peruenit.
col. 18. uerſ. ad tertium, de cenſib. Abb. in c. cum à no-
bis col. pen. de præſcrit. Pariſ. in conſi. 23. nu. 222. uo-
lu. 1. ubi ait, nullam cadere dubitationem, quin reſti-
tutio ceſſet aduerſus præſcriptionem immemorialẽ.
Natta in conſi. 222. col. 1. in fi. & 456. in fi. Iaſ. in con-
ſi. 209. col. pen. ubi aſſerit, hanc concluſionem indubi
tatisſimam, dicens quoque quòd non credit, quòd ali
quis doctor in mundo unquàm aliter tenuerit, & ꝙ
nullus ſani capitis auderet dicere contrarium. Crau.
in conſi. 201. nu. 37. Soc. Iun. in conſi. 76. nu. 103. uol.
1. in conſi. 6. col. fi. uol. 3. ubi etiam inquit, hoc firmaſ-
ſe collegium Papienſe in conſil. incip. caſus ſic in fa-
cto. col. 5. impreſſo poſt tract. de monetis Mart. Laud.
Barba. in conſi. 41. nu. 13. uol. j. rurſus Soc. Iun. in con-
ſi. 54. col. 3. uol. j. & 115. col. pen. in fi. uol. j. Sena. Man
tua. in conſil. 6. nu. 111. inter conſilia ſtatus Montisfer
rati, Alipran. in conſi. 13. in 3 par. num. 73. collegium
Bononienſe in conſi. 15. nu. 94. Card. Simoneta in cõ-
ſi. 39. nu. 32. inter dicta conſilia, dixi in conſil 3. num.
98. uolu. j.

Quibus ſic ſtantibus, non obſtant quæ ex aduerſo
adducta fuerunt; Quoniam ad primum argumentum
18 reſpondetur, quòd † licet Princeps poſſit tollere præ
ſcriptionem, per iura & auctoritates ſupra citatas, ta
men illa concluſio locum habet in præſcriptione tri
ginta annorum uel 40. non in præſcriptione imme-
moriali, ut conſtat ex ſupradictis.

Similiter non obſtat ſecundum: Quia reſpõdetur,
quòd cõis opinio eſt in contrarium, quòd non poſſit
concedi, ut abundè dictum fuit: Nec obſtare uidetur,
19 † deciſio Bal. in d. l. falſam. & ſequacium, ꝙ quadriẽ-
nii tempus ad petendum reſtitutionem in integrum
non currit niſi à die ſcientiæ, quia tale tempus eſt uti
le à principio, & ideo ēt ſi per centum annos ignora
ret, non nocet ſibi lapſus temporis. Quia dr̃, quòd de
ciſio Bal. & aliorum procedit qñ in integrum reſtitu
tio competit, & aduerſarius ſe fundat in præſcriptio
ne, contra quam datur reſtitutio. Nam tunc uerũ eſt,
quòd principium quadriennii debet eſſe utile, ut per
Bal. & alios ubi ſupra, ſecus ubi ſumus in caſu, in quo
quis ſe fundat in præſcriptione immemoriali, cõtra
quam non datur reſtitutio in integrum ex cauſa igno
rantiæ: quia tunc fruſtra conſideratur, an quis ſcite-
rit uel ne. Nam ubi certum eſt reſtitutionem in inte-
grum non competere, de eius principio nõ eſt diſpu
tandum, cum non entis nullæ ſint qualitates & nulla
accidentia. l. eius qui in prouincia. ubi doct. ff ſi cert.
pet. ita in terminis inquit Soc. Iun. in conſi. 76. nume.
104. uol. 3. 54. nu. 9. uer. ex his patet, & in conſi. 145. nu
me. 81. uol. eo. Senatores Mantuani in conſi. 6. nume.
212. inter conſilia ſtatus Montis ferrati. Pariſ. in con-
ſil. 23. nume. 222. uerſicu. nec obſtat quod dicit Bald.
uolu. primo.

20 Secundò reſpondetur, † quòd non datur reſtitutio
contra præſumptionem iuris & de iure. Ang. in l. in-
ter ſtipulantem. §. ſi ſtichum. ff. de uerb. obl. ſed in iſta
præſcriptione immemoriali eſt præſumptio iuris &
de iure, quę non admittit probationem in contrariũ,
ergo &c. ita Collegium Bononienſe inter cõſilia ſta
tus Montisferrati in conſi. 15. nu. 84.

21 Tertio reſpondetur, quòd † ad hoc ut quis ex capi-
te ignorantiæ reſtituatur, neceſſe eſt, ꝙ ignorantia ſit
probabilis, aliàs non datur. Rom. in conſi. 127. in fin.
Alex. in conſi. 71. col. j. uol. j. Dec. in conſi. 266. col. fi.
303. col. 2. in fi. & in conſi. 564. in fi. Aret. in conſi. 15.
in fi. item & talis, quæ ex omni parte ſit excuſabilis.
Alb. in conſi. 18. col. j. in fi. Soc. Iun. in conſi. 76. nume.
106. uol. j. at in caſu noſtro non apparet, quòd ex ali-
qua iuſta & probabili cauſa conceſſa fuerit dicta re-
22 ſtitutio, niſi uellemus dicere † iuramentum pręſtitum
pro dicta reſtitutione obtinenda facere probabilem
ignorantiam, quod tñ eſt falſum, teſte Craue. in trac.
de antiq. temp. in §. materia. nu. 62. unde cum ignorã-
tia ipſa, quæ eſt iuſta cauſa indulgendi reſtitutionem
in integrum. Anch. in conſi. 170. col. 2. in caſu præſen
ti non interuenit, negati non pôt, quin nulliter con-
ceſſa fuerit, maximè cum præſumptio ſcientiæ ſit cõ-
tra

tra dictum dñm Albertinum, qui obtinuit dictam re-
76 in consi.160.col.2. ubi tradit, quod†quando contractus est nullus ipso iure non potest firmari iuramēto: quia dicitur impossibilis confirmatio, nisi præsupponatur aliquid subiectū confirmabile, ut probatur in c. auditis. de elec. in c. prudentiam. ubi ait Iun. de of. deleg. Bero. in consi.175.num.57.uol.2. Ceph. in cōsi.207.nu.59. Rui. in consi.60.nu.40.uol.4. Soci. Iun. in consi.44.nu.17.uol.2. dicens, qđ licet in practica ista opinio non sit multum tuta: quia multi tenent oppositum, Tamen restringendo eam, quando contractus esset omnino inualidus de iure communi, uł quòd de iure procedat, subdens hanc esse magis communem. dixi in consi.7.nu.39.uol.3. ubi ultra has auctoritates multas alias citaui, quibus etiam addo Port. ita tenētem in consi.80.nu.14. & 101.n.5. sed hic alienationis cōtractus est nullus tanquam factus omisis solemnitatibus requisitis tā a iure cōmuni quàm à municipali, ut supra dictum fuit, ergo &c.

Secundo, dr dictum iuramentum non obstare, cum contineat læsionem ultra dimidiam nimis excessiuā, ut probatur ex notatis per Pan. de Cast. in consi. 155. ad fi. uol.1. ubi inquit, quòd si minor uendidit rem & iurauit non uenire contra ratione minoris ætatis uel alia quacunque ratione enormis læsionis, nihilominus poterit uenire contra, si læsio est nimis enormis Corn. in consil.258.col.5.uolu.4. Crauet. in consil.7. numer.5.

Nec refragari uŕ, quod cū Franciscus non reclamauerit infra eī quinquennium post maiorem ætatem, uidetur perinde ac si de nouo uenditio facta fuisset. l. fi.C.si maior fac.li.5. Deci. in cōs.209.col.1.232.co.3. in pri. & in consi.254.col.3. in fi. Paris. in consil.33.n. 29.uolum.1.

Quia respōdetur, quòd dicta lex debet intelligi, dū modo in uenditione non interuenisset dolus, & quidem enormissimus, ut in casu, nostro per regulam dictē.l. creditor.§. Lucius. ubi in generali mandato facto alicui, semper intelligitur reseruatus dolus. ita Curt. Iun. in consi.50.col. pen. & fin. & in consi. seque. Anto. Gabr. in suis com. opin. tit. de mino. conclu. 4. in 4. limi ubi dicit, quod si cōtractus minoris, qui factus est maior, non ratificatur per superuenientem ætatem, quando interuenit dolus, minus poterit ratificari post ætatem maiorem per cursum temporis. Menoch. ubi supra num.177. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Clerici & Ecclesiæ non tenentur ad solutionem gabellarum.*

2 *Priuilegia uenditoris transeunt in emptorem.*

3 *Fisco sicut reus tenetur, edere instrumenta ad causam facientia, ita & emptori fiscalium gabellarum, sed contra num. 16.*

4 *Coloni ecclesiæ sunt exempti & immunes a gabellis sicut ecclesia.*

5 *Priuilegium mutatur mutatione personæ.*

6 *In collectis imponendis mutata persona mutatur status rei & consideratur qualitas noui possessoris.*

7 *Res profana solita soluere collectas, si deuenit ad ecclesiam, efficitur libera solutione collectæ.*

8 *Nobiles tam de iure quam de consuetudine non tenentur ad solutionem collectarum, etiam pro prædijs acquisitis & registratis a plebeis.*

9 *Capellanus si moritur relicto hærede laico inuentariū confici debet per curiam secularem.*

10 *Priuilegium personale non egreditur personam priuilegiati.*

11 *Priuilegium quando est reale transit ad colonos emptorum, secus si personale.*

12 *Priuilegium immunitatis concessum patri non extenditur ad filios, singularem successorem, nec hæredes uniuersales.*

13 *Priuilegium concessum a iure clericis & ecclesiasticis personis, ne teneantur subire munera, est personale, quia concessum ut summi Dei cultu frequentiores sint.*

14 *Colonus partiarius ecclesiæ soluit decimas de sua parte, licet monasterium a quo conduxit eas non soluat.*

15 *Coloni ecclesiarum tenentur soluere gabellam pro rebus & portionibus fructuum ad eos spectantibus.*

16 *Immunitas concessa fisco a solutione uectigalium non transit ad singulares successores causam habentes ab eo.*

17 *Priuilegium, quod rei cohæret, transit ad emptorem, secus si personæ, quando tamen onus est ordinarium.*

18 *Onus gabellæ, si est annexum contractui, trāsit ad emptorem secus si separatum.*

19 *Res libera pluris uenditur quam onerosa.*

20 *Cautela pro emptore emente frumentum ab ecclesia.*

21 *Emens rem a fisco licet pleno iure acquirat, tamē fiscalia munera publica subire tenetur.*

22 *Statutum si disponat, quod portans uinum extra territorium cadat in talē pœnā, si Ciuis portat uinum*

emptum à clericis, incidit in pœnam statuti.
23 *Fiscus, & etiam clerici si aliquid abduci faciunt gratia negotiandi, gabellam soluere tenentur.*

CONSILIVM. LXI.

MAGNIFICVS Dominus Henricus de Trouate emit mille medina frumẽtis ab ecclesia Nolana, quæ cũ cõduceret ad Eluetios fuit a gabellarijs amicis suis admonitus, ꝙ de ipso frumento erat soluenda gabella. Ex aduerso aũt presupponit ipse dñs Henricus se non teneri ad solutum huiusmodi gabellæ sub eo pretextu, ꝙ frumentum iã dictũ emerit ab ecclesia, quæ immunis & exẽpta est a solutione gabellę. Queritur quid iuris. Prima quidem facie uidetur dicẽ
1 dum, ꝙ† si clerici & ecclesiæ non teneñt ad gabellas, ut concludunt Petr. Cy. & Bal. in l. omnis. C. de epis. & cler. per l. placet. C. de sacrosf. eccle. auth. Itẽ nulla communitas. eo. tit. ubi cõmuniter doctores, ita nec teneantur emptores fructuum ecclesiarum ad talem
2 solutionem, quia priuilegia uenditoris transeunt in emptorem. l. Rutilia Polla. ubi Barto. & cæteri. ff. de contrahen. empt.
3 Secundo facit. Nam† sicut fisco reus tenetur edere instrumenta ad casum facientia. l. nec quisquam. ff. de eden. l. sen atus censuit. eod. tit. l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci. Ripa in l. prima, nu. 11. uer. 4. causa est. C. de edẽ. ita & emptori gabellarum fiscalium, Bal. in d. l. nec quicquam.

Tertio accedit. Nam si iste emptor pro extractione dicti frumenti empti ab ecclesia teneretur ad gabellã, hoc onus in effectu redundaret in ecclesiam, quę illud uẽdidit: quia tanto minus emptores emerent rõne oneris gabellæ: & ita euacueretur exemptio uenditoris, & fraudatus remaneret beneficio exemptionis, qui in effectu pro tali extractione haberet onus gabellæ, ex quo ab emptore minus recuperaret, ita Dec. in consil. 48. col. 3. uer. 4.
4 Quartò uidemus, ꝙ† coloni ecclesiæ sunt exempti immunes a gabellis sicut est ecclesia. l. dominicos. C. de agẽ. & mancip. Dom. fisca. lib. 11. ergo & emptores bonorum & fructuum ecclesiasticorum.

Præmissis tamen non obstantibus, puto ueritatem esse in contrarium et ius ac iustitiam militare pro dictis gabellariis ex infrascriptis fundamentis, ex quib. apparebunt respõsiones ad ea, quæ superius in opposi tum adducta fuerunt. Et in primis moueor ex cõclusio
5 ne, quæ habet, ꝙ† mutatione personæ mutatur priuilegiũ. Bar. post Dy. in l. Paulus. in fi. ff. de acqui. hęr. ubi etiam inquit, ꝙ si Respublica uel ecclesia transit ad priuatum, perdit priuilegiũ & efficitur usucapibilis. Alex. in consi. 35. nu. 18. uol. 4. ubi post Arch. & Ioan.
6 Andr. in c. j. de immu. eccl. ait, ꝙ† in collectis imponẽdis mutata persona mutatur status rei, & consideratur qualitas noui possessoris. l. 1. C. de impo. lucra. descri. li. 11. ubi notaẽ, ꝙ si res quę ueniũt ad aliquẽ titulo lucratiuo, ex hoc sũt obligatæ ad onera, si postea alienẽtur, & demũ ad eũdẽ titulo oneroso redeãt, nõ erunt amplius obligatę ad onera. Bru. in cõs. 91. in priu. ubi
7 dicit, ꝙ† si res prophana solita soluere collectas deuenit ad ecclesiã, efficitur libera a solutione collectæ, quia mutatione personæ mutaẽ onus uel priuilegiũ.
8 in consi. 94. & in cõs. 103. col. 2. ubi concludit, ꝙ† Nobiles tã de iure q̃ de consuetudine non tenentur ad solutionẽ collectarũ, ẽt pro pdijs acquisitis & registrãtis a plebeis per dictã cõclusionẽ. Guid. Pap. in decis.
9 261. ubi dicit, quod† si capellanus moriẽ relicto hærede laico, quod inuẽtariũ cõfici debet p curiã secularẽ quia mutatione persona bona, quæ erant affecta priuilegio, desierũt esse ecclesiastica, & cõditionẽ hæredũ sequunẽ. Ceph. in cõs. 57. nu. 52. sed in casu psenti ex mutatione personarũ mutata fuit conditio rei uenditæ emptori, ergo consideratur qualitas ipsius emptoris, qui addictã gabellã regulariter tenetur. D. Franciscus Bursat. in consi. 57. num. 16.
10 Secundò facit. Nam† nulli dubium est, quod priuilegiũ personale non egreditur personam illius, cui concessum fuit priuilegium. l. quia personale. ubi notant omnes ff. solut. matr. & ideo dicit Rui. in cõsi. 157. co.
11 fi. uol. 3. quod† qñ priuilegiũ est reale trãsit ad colonos exẽptorũ, secus si psonale. gl. in c. tua, in glo. fi. de his quæ fiũt a præl. quæ dicit, quòd ubi priuilegiũ cõdiẽ personę sine prefinitiõe tẽporis, dr durare tale priuilegiũ usque ad uitã ipsius personę p c. possessiones. 26. q. 4. Alex. in consi. 56. col. 1. uol. j. & in cõs. 101. co. fi. uol. eo. Natt. in cõs. 139. in 3. dubio ubi cõsuluit, qđ priuilegiũ immunitatis cõcessũ hominibus Montatę quòd nõ teneanẽ aliquid soluere p uictualib. quæ extra dictũ locũ cõducũt, imò sint & intelligant liberi & immunes ab omni pedagio & gabella pro ipsis uictualibus, non extẽdiẽ ad fœminas originarias dicti loci alibi maritatas, quarũ mariti percipiunt fructus ex earũ bonis in finibus dicti loci situatis, nec munera subeunt: quia illa exemptio est personalis, quę non
12 extendiẽ ad alienigenas. Et ideo uidemus, quod† priuilegiũ immunitatis concessum patri non extenditur ad filios. l. prima. §. fin. ff. de iure immu. nec ad hęredes uniuersales. Ias. in consi. 20. col. 4. li. 4. Alex. in cõs. 35. num. 17. uol. 4. Natta in consi. 163. col. 1. Bero. in cõs. 133. nu. 4. uol. 1. 172. col. fi. uol. eo. nec in singularẽ successorẽ. Io. de Plat. in l. qui immunitatem. ff. de mune. patr. lib. 10. Alex. in l. quia. colu. 3. ff. solut. matr. Bero. in consi. 172. num. 61. uolu. 1. in consi. 153. num. 7. uol.
13 3. Quòd† autem tale priuilegium cõcessum a iure clericis & ecclesiasticis personis sit personale, patet, q̃a cõcessum, ut in summi Dei cultu frequentiores sint, c. non minus de immu. ecc. ubi Card. & Anch. Abb. in c. cũ secundum. de censib. Igitur consequens est, ut eorũ personas egredi non debeat. l. cum patronus. in fin. de lega. 2. l. quædam, de iure immu. l. in omnibus. l. priuilegia quædam. de reg. iur. Port. in consi. 184. nume. quartò. Nam quod ob reuerentiam ecclesiæ uel clericorum conceditur eos non egreditur. l. alias. §. elegã
14 ter. ff. solut. matri. Hinc uidemus, quod† colonus partiarius ecclesię soluit decimas de sua parte, licet monasterium a quo conduxit, non solueret decimam de sua portione: quia diuersitates personarum separationem recipiunt. Bald. in consi. 31. col. 2. uol. 1. per l. primam. C. si unus ex plur. apud. Io. de Amicis in citato consi. 18. col. 2. D. Fran. Bursat. in consi. 25. nume. 3. & 47. nu. 14. Feder. de Sen. in consi. 111. Item etiam
15 uidemus, quod† coloni ecclesiarum tenentur soluere gabellam pro rebus, & portionibus fructuum ad eos spectãtibus quãuis sint coloni ecclesię. Parpa. in l. placet. n. 73. C. de sacrosf. eccl. Ripa in respõso. 2. ca. 22. in 3. dubio. Capra in reg. 96. nu. 83. Natta consi. 409. quia cũ fructus sũt separati, a solo, nõ dicunẽ ecclesiæ nec in eius dominio, sed ipsorũ colonorũ priuatorũ & laicaliũ psonarũ, pp quod de illis ac de reb. prophanis exigi uectigalia solent. Anch. in c. quãquã. de cẽsib. in 6. Barbat. in cons. 28. in 4. uol. Burs. in d. cõ. 25. nu. 3. licet in hoc cõtrarium teneat Port. sed malè in cõ. 184. ergo idem dicendum uenit de emptoribus frumenti ecclesiæ quod cũ fuerit ipsis traditum, ut non sit amplius in dominio ecclesię sed ipsorũ, quod de frumẽ-

to

to ipso solui debet gabella prout de alijs rebus pro-
phanis. Hinc ēt dixit Bero. in cōsi.172.col.fi.uol.1. ꝙ
immunitas concessa ciuibus Regiensibus super fru-
ctuum extractione ad colonos partiarios non exten-
ditur, tum quia exemptiones sunt stricti iuris & odio
sæ, & ideo non extenduntur ad alios. l. semper. §. im-
munitati. ff. de iure immu. & etiam quia in dubio cen
setur personalis, nisi sit concessa rei uel alicui perso-
næ pro se & hæredibus suis seu posteris.

Tertiò cōprobatur hec opinio ex notatis per Alex.
in d. l. nec quicquam. ubi ēt Ias. ff. de eden. ubi dicunt,
ꝙ licet fisco quis teneatur edere instrumenta ad fun-
dandam eius intentionem, non tamen eius emptori,
quia cum illud priuilegiū sit concessum fisco, non pōt
transire in singularem successorem, argum. l. primæ. §.
si hæres. ff. ad Treb. l. fi. §. fi. ff. de contrah. emp. Moder.
in trac. de gabel. in 7. par. quæstio. 13.

Quartò, accedendo magis ad proxima, adducitur
16 tex. in l. licitatio. in §. fi. ff. de publica. ubi † licet fiscus
sit immunis è solutione uectigalium, tamen immuni-
tas non transit ad singulares successores habentes cau
sam à fisco, & ideo inquit ibi Bar. quem sequuntur Al
be. & alij, ꝙ si ecclesia Romana habens Salinas in ter
ra Romandiolæ uendidit nonnullas salinas salis, ut
portarent Romam, & in ciuitatem Fauentinam subdi
tam Ecclesiæ Romanæ, per quam trāsibant emptores,
petebatur ab eis pedagium, quod emptores soluere re
nuebant, tanquam ꝙ emerint ab ecclesia, quod fuit de
17 cisum, si † iura transibant ad emptores, quia cohere-
bant rei. per l. dolia. §. 5. de contrahen. empt. l. inuitus.
§. plerunque, de reg. iur. quòd non tenebantur soluere
gabellam, secus si iura cohereant personæ, quia non
transeunt ad emptores, quod tamen inquit intelligen
dum, quando uectigal est ordinarium, ut est quando
impositum fuit lege, senatusconsulto uel constitutio-
ne Principis, secus si esset extraordinarium per l. pri-
mam. C. de priuil. dom. aug. lib. 11. & Bart. sequuntur
Dec. in consi. 48. col. 1. & in cons. 51. col. 1. Soc. in con
si. 72. colum. 1. uolum. 4. Alex. in l. quia colum. 5. uersi.
ex predictis. ff. solu. matrim. Saly. in l. uniuersi. C. de ue
ctig. & com. Abb. in c. ex parte. il primo de deci. Mod.
in trac. de gabel. in par. 7. quæst. 13. Ias. in autheu. quas
actiones. col. pen. uersic. & per illum tex. C. de sacros.
eccles. & plenè in consi. 20. in 1. uolum. Io. de Amicis
in cons. 18. Natta in consi. 139. num. 19. Rui. in consil.
243. num. 19. uolum. 5. Port. in cons. 184. col. 1. Bar. in l.
1. C. de nauicula. lib. 11. Arch. in c. quamquàm, de cen-
sib. in 6. Luc. de pen. in l. sordidorum. C. de excus. mun.
li. 10. & in l. 1. C. de impo. lucra. descrip. lib. 11. Spec. &
Io. Andr. in tit. de immun. eccle. ubi etiam Bald. in ad-
dit. sed onus gabellæ est ordinarium, ut etiam inquit
Roma. in consi. 188. quem sequitur Natta in citato cō
sil. 139. num. 13. ergo soluendum per dictum empto-
rem.

Quintò moueor ex his, quæ scribit Bal. in cons. 31.
uol. 1. quærit enim ibi Bal. quid si statutum disponit,
quòd quilibet emptor, & uēditor insolidum teneatur
soluere gabellā, si dubitetur, an subditus statuentium,
qui emit ab ecclesia, teneatur soluere gabellam, quid
18 dicendum. & dicit considerandum esse, si † istud onus
gabellæ est annexum contractui, aut si contingat ex
actu separato, puta emi frumentum ab ecclesia, & il-
lud exporto per loca in quib. gabella colligitur, quia
primo casu statutum non uidetur loqui de contracti-
bus celebratis cum ecclesia, quia per indirectum esset
contra libertatem ecclesiæ. Nam tanto minus ecclesia
uenderet rem suam, quantum est illud onus, pluris
19 † enim uenditur res libera, q̄ onerata. l. si uenditor. ff.
de seru. expor. si aūt istud onus contingit ex facto sepa
rato, quod nihil habet cōe cū origine cōtractus, quia
pro uenditione, emptione uel recollectione fructuū,
tunc. n. emptor tenetur soluere, licet ecclesia non te-
neatur, quia factum emptoris nihil habere cōe cum fa
cto ecclesiæ. per dictam. l. licitatio. §. fi. & subdit Bal.
unum uerbum ualde notandum in pratica pro caute-
20 la emptoris, uidelicet, ꝙ † uno casu posset saluari, ꝙ
ubi ecclesia non soluit pedagium nec emptor, uideli-
cet, qn̄ emptor ex pacto transportaret merces expēsis
ecclesię. arg. l. pē. §. nauē. ff. loc. At in casu p̄senti onus
dictæ gabellæ causatur ex facto separato à contractu,
ergo &c. & Bal. sequitur Io. de Amicis in d. cons. 18.

Sextò comprobatur hæc sententia per Bal. in cons.
21 322. col. 2. uol. 4. ubi dicit, ꝙ † qui emit a fisco rem, li
cet acquirat pleno iure. l. bene à Zenone. C. de quadr.
pręscri. tamen fiscalia munera publica subire tenetur,
cum per dictam emptionem non efficiatur immunis,
& exemptus, sequitur Cephal. in cons. 58. num. 73. rur
sus idem Bal. in consi. incip. statuto Ciuitatis in 1. uol.
22 ubi concludit, ꝙ † si statuto caueatur, quòd nemo por
tet uinum sub certa pœna extra territorium ad talem
locum, si Ciuis portet uinum clericorū nihilominus
tenetur ad pœnam, & tamen si clericus portaret non
incideret in pœnam, & cum Bal. pertransit Io. de Ami
cis in consi. 18. in fi.

Septimò accedit, quod uoluit Io. de Pla. in l. qui im
munitatem. C. de mun. patr. ubi quærit, an immunitas
concessa clericis uel ecclesijs porrigatur ad uasallos
ecclesiarum, & distinguit dicēs, ꝙ aut immunitas fuit
concessa clericis pp dignitatem clericatus, & tūc nō
porrigitur ad uasallos, quia si non porrigitur ad extra
neum successorem uniuersalem multominus ad extra
neum non successorem. aut fuit concessa rebus cleri-
corum uel ecclesiarum, & tunc ad quęcunque uadant
res transibunt cum sua immunitate. & sic hoc casu trā
sibit immunitas ad uasallos, ad quos transeunt res, rur
sus in l. senatorum. C. de dignita. lib. 12. at in casu præ-
senti sumus in primo capite, ergo &c.

Vltimò facit. Nam fiscus item & clerici ideo sunt
immunes, ut nō teneantur soluere dacia, & gabellas,
eo quia non possunt grauari in rebus, quæ ad eos spe-
ctant gratia proprij usus, uel usus suæ curiæ, emptor
autem & uēditor in talibus rebus accedit gratia nego
tiandi uel lucrandi, ergo emptor in rebus fiscalibus
23 non debet habere immunitatem à dacijs, quia † etiam
ipsemet fiscus & etiam clerici, si aliquid adduci faciūt
gratia negotiandi, tenentur soluere gabellam. l. uni-
uersi. C. de uectig. & com. glo. in uerbo negotiandum.
in clem. præsenti. de censib. Parp. in l. placet. num. 111.
uers. 1. fallit. C. de sacros. eccle. Natta in consi. 139. nu.
4. Vnde ex his apparet, rationem diuersitatis inter fi-
scum, ecclesiam & emptorem prætendentem causam
à fisco uel ecclesia. Ita Ias. in cons. 20. col. 3. uersi. quin
tò facit.

Non obstant modo quę in contrarium allegata fue
runt, quia etsi ex fundamētis supra factis clare pateāt
responsiones, tamen specialiter illis respondetur, &
ad primum argumentum dicitur, ꝙ quādo priuilegia
sunt realia, uerum est, quòd transeunt in emptorem,
secus tamen quando priuilegium est personale, quia
tunc non egreditur personas, ut satis constat ex dictis
supra in secundo fundamento.

Similiter non obstat secundum. Quia respondetur,
contra Bal. fore cōem doctorum sententiā ut per Ale.
& Ias. in d. l. nec quisquàm. & Mod. ubi supra.

Non obstat & tertium, quòd illud quod non potest
fieri directò, non potest etiam fieri per obliquum, sed
ecclesia non potest cogi directò ad soluendum ga-
bellam, ergo nec per indirectū debet posse cogi eam

habens ab ecclesia. Quia respondetur, diuersam esse rationem inter ecclesiam & emptorem, quia ecclesia facit usus sui causa, sed emptor causa negotiandi & lucrandi, ideo in eo cessat ratio propter quam ecclesia redditur immunis a gabella & dacijs. Propterea ista ratio in priuilegijs personalibus non attenditur: quia habentes causam a clericis uel ecclesiasticis personis non sunt immunes a gabella & dacijs, ut supra ostensum fuit, ergo &c. ita respondet Ias. in citato consi. 20. col. pen. in fi. cum principio seq.

Ad ultimum quoque respondetur, quòd imò coloni ecclesiæ non sunt exempti à gabellis & dacijs pro rebus & portionibus fructuum ad dictos colonos spectantibus, ut per Feder. de Senis in d. cõsi. 111. & alios supra citatos.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua lata non est tractandum de expẽsis, nisi iudex in sententia hoc reseruauerit.*

2 *Iudicis officium expirat lata sententia.*

3 *Iudex potest supplere in sententia omissa, eadem die, qua tulit sententiam.*

4 *Iudex appellationis non potest se intromittere de expensis, super quibus non fuit iudicatum, in prima instantia.*

5 *Actor si petit plus debito & reus totum negauit, in expensis condemnari non debet.*

6 *Sententia lata possunt peti expensæ debitæ iure conuentionis a quibus nulla iusta causa excusat.*

7 *Causa iusta litigandi licet excuset a pœna expensarum, non tamen ab expensis debitis ex dispositione hominis.*

8 *Iusta causa licet excuset a pœnis legalibus nõ tamen a pœna conuentionali.*

9 *Absentia iusta etsi quem a pœnis legalibus excuset, nõ tamen a conuentionalibus.*

10 *Difficultas quamuis excuset quem a pœna, non tamen a pœna conuentionali.*

11 *Tempus legale licet non currat impedito, tamen secus est in tempore conuentionali.*

12 *Iudicari etsi possit de expensis uenientibus officio iudicis mercenario post latã sententiam in causa principali, tamen hoc fallit, si statutum disponit, quòd uictus uictori condemnetur in expensis.*

13 *Quod amplia procedere, etiamsi quis habuisset iustam causam litigandi.*

14 *Stante statuto, quòd uictus uictori debeat condemnari in expensis, ab eis non potest absoluere iudex succumbentem, etiam si uellet, imò si absolueret, talis absolutoria tanquam contraria primæ sententiæ statuti non ualeret.*

15 *Iudex, qui pronuntiauit appellationem desertam, si omisit partem condemnare in expensis, non poterit postea eum condemnare.*

16 *Declaratio ad l. terminato. C. de fruc. & lit. expen.*

17 *Actor petens a debitore creditum, cum clausula paratus deducere quicquid legitimè persolutum apparebit, reus constituitur in mora, si non offert, quod prætendit dare.*

18 *Conuentio de stando dicto creditoris respectu expensarum ualet.*

CONSILIVM. LXII.

DVBIVM oritur, an D. Agamenõ de Petra, qui reportauit sentẽtiã in sui fauorem cõtra D. Angelum Richetum, in qua nulla facta fuit mentio expensarũ, possit uigore instrumẽti inter ipsas partes celebrato, in quo dictus D. Angelus promisit omnia & singulas in eo contenta obseruare sub hypotheca omnium bonorũ suorum ac refectione damnorum & expensarum, agere ad consecutionem expensarum factarum in lite inter eos agitata. Et primo aspectu uideretur dicendum, ꝙ non per tex. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.
1 ubi † lata sententia diffinitiua non est tractandum de expẽsis, nisi iudex in sñia hoc reseruauerit, & hoc qa
2 † lata sententia expirat iudicis officium, & amodo de expensis ulterius quæri non potest. l. 4. C. depos.
3 Nam † solum iudex potest supplere eadẽ die l. Paulus. de re iud. Præpo. in c. ex ratione. col. 18. uer. sed quæritur. primo. de appell. & in c. sæpe. col. 7. uersi. 3. quæri. & in uersi. 8. quærit. eo. tit. notant omnes dicta. l. terminato. Maran. in suo trac. de ord. iud. part. 6. in §. expedita, nu. 38. Paul. de Cast. in l. sancimus col. 2. C. de iudi. ne lis ex lite oriatur, ut in d. l. terminato. Bar. in l. a Diuo. Pio. §. sententia. col. 2. ff. de re iud. Oria. in ca. quoniam contra. in uersi. expensæ. nu. 15. de proba. Ias. in consi. 2. col. 3. uol. 1. Iacob. Emilia in consi. 99. num. 3.
4 & in tantum uera est huiusmodi conclusio, ꝙ † iudex appellationis non potest in talibus expẽsis, super quibus iudicatum non fuit, se intromittere, ut notabiliter probat Ang. in l. cum in una. col. fi. de appella. quẽ sequit Dec. in c. reprehensibilis. nu. 9. de appella.
5 Secundo, ꝙ non possint, facit; quia † D. Agamenon petiit plus debito, & ideo si D. Angelus totum negauit, non debet in expensis condemnari, ut uoluit Spe. in tit. deposit. in §. 7. uersi. 11. considerandum. glo. in c. præsentium. de testibus, in 6. Bart. in l. qui solidum, de leg. 2. ubi etiam Castren. Angel. in §. si quis agens. col. 6. uer. quid si actor. de actio. Dec. in l. non potest uideri, de reg. iur. Alex. in cõsi. 183. col. 5. uer. præterea. nu. 5. Alber. in l. quod sæpe, in §. ueneni. ff. de contrahen. empt. ubi dicit ita obtinuisse. Crot. in l. prima, §. si stipulanti. ubi etiam Alcia. num. 48. ff. de uerb. oblig. Ratio etenim est, quia super toto iustam habet causam litigandi, Bart. in d. l. qui solidum, in prin. in fi.

His tamen non obstantibus, in casu præsenti contrarium de iure uerius esse arbitror, uidelicet, ꝙ dominus Angelus ueniat in expensis petitis condemnandus, quoniam, etsi uera sit conclusio, de qua per doctores in l. terminato, & alios in locis supra citatis, tñ alia est etiam uera & communis scribentium theo
6 rica, ꝙ † quando expensæ debentur iure conuentionis nulla iusta causa excusat, quin lata etiam sententia, in qua nulla facta fuerit mentio expensarũ peti possint gl. in §. oportet. ubi etiam Scribentes in auth. de iudi. in l. qui solidum. de leg. 2. glo. in l. si mulier. §. si rem.
7 de lega. 3. quę uult, ꝙ † licet iusta causa litigandi excuset a pœna expensarum, tamen fallit in expensis debitis ex expressa dispositione hominis, puta ex dispositione testatoris uel contrahentis, quod reputat Bal. notat. dignum in l. non solũ. ff. de rei uin. Ang. in l. properandum §. sin autem alterutra. C. de iud. Alexan. in consi. 119. nume. 21. uol. 2. duplicato in consi. 43. uol. 6. & in consi. 135. uol. eod. & hoc; quia mitius agitur cum lege quam cum homine. l. Cellus. ff. de arbitr. rursus in consi. 34. col. fi. uol. 4. & in cõsil. 37. col. fi. circa. fi. uol. 2. Mars. in sing. 237. Ias. in consi. 134. nu.

134.nu.6.uol.4.Natta in consi.108.nu.10.& in cons. 113.in fi.Alc.in consi.127.in fi.Rimin.in cons.274.nu. 5.& ibi Hippoli.Rimin.in addit.Sadole.in l.quod te. nu.123.ff.si cer.pet. Rom.in rub.de arb.nu.83.& hãc esse communem doctorum sententiam firmant. Adden.ad sing.121.Cremen.

8 Nec mirum:quia ẽt uidemus, quòd†licet iusta causa excuset à pœnis legalibus, non tamen à pœna cõuentionali.Bal.in l.eos.§.fi.col.2.de appel.Alex.in l. qui Romæ.§.duo fratres.in 10.col.de uerb.obli.& in consi.119.col.pen.in fi.uol.2.Sadolet.in d.l.quod te. nu.112.Et ideo dixit glo.quæ ibi reputatur singularis secundum Bal.in l.sicut militaribus.C.de resti.milit.

9 quòd†licet iusta absentia excuset quem à pœnis legalibus,non tñ à conuentionalibus, sequitur Roma.in

10 rub.de arbit.num.83.Item uidemus,quòd †licet difficultas excuset à pœna l.quod te.ff.si cer.pet.attamen non excusat à pœna conuentionali.l.continuus. §.illud,ubi doct.de uerb.oblig.glo.in c.breui de iureiur.

11 Plus dr̃,quòd†etsi tempus legale non currat impedito,tñ secus est in tempore conuentionali. Zab.in ca. exceptionem.uer.ego,de elec.Fel.in c.cum inter,nu. 20.de excep.

12 Vlterius dr̃,quòd†licet de expensis uenientibus officio iudicis mercenario non possit iudicari post sententiam latam in principali,per d.l.terminato, tamẽ hoc fallit,si statutũ disponit,quòd uictus uictori condemnetur in expensis:quia tunc sequi potest cõdemnatio cum illæ ueniant condictione ex statuto. Bart.

13 in l.1.ff.de leg.3.in l.non solum ff.de rei uindic. ẽt†si habuisset iustam causam litigandi.glo.sing.in §.sancimus in auth.de exhib.reis.ubi summe notat Ang. Cremen.in sing.120.Alex.in consi.183.in fi.uol.5. Marsi. in consi.19.col.2.consil.37.nu.9.& 44.nu.27.& in §. opportunè.nu.43.ubi dicit,glo.in d.§.sancimus.communiter approbatam. & hãc esse magis cõem inquit Ant.Gab.in suis com.opin.in tit.de expen.conclus.1. ubi multos alios citat, Fel.in ca.aduersario.col.5.de

14 except.& hoc adeo uerum est, quòd †iudex isto casu non posset absoluere succumbentem ab expensis,etiã si uellet,imò si eum absolueret, non ualeret talis absolutoria, tanquam sñia contraria primæ sententiæ statuti,ita singulariter Sal.in l.1.col.3.C.quando pro uo.non est neces.sequitur Mars.in sing.207.& in l.patre uel marito.de qõ.& in consiliis supracitatis.

Pro ista ẽt sñia facit,quod not.Franc. in c.ex ratione.col.18.uer.sed quærit 1.de appel.ubi quærit,quid

15 † si iudex, qui pronuntiauit appellationem desertã, omisit partem condẽnare in expensis, an hoc postea poterit facere ex interuallo, & inquit uideri ꝙ non: quia lata sñia expirat iudicis officium,adeo quòd amplius non põt quæri de expensis. l.4.depos.d.l.terminato.subdit tamen,quòd Gof.posuit singularem limi

16 tationem ad prædicta,& dicit,quòd†temeritas & negligentia appellantis punitur quoad expensas ex dispositione capituli reprehensibilis.de appel. & quòd dicta.l.4.& l.terminato.habet locum, quando expensæ petuntur officio iudicis,secus qñ petuntur condictione dicti capituli reprehensibilis.& sic iure actionis,quo casu expensæ possunt peti quandocunque,ẽt post sñiam.Io.And.& Ant.de But.in c.ex parte. de rescript.ubi Imo.dicit hoc menti tenendum, idẽ tenuit ipse Fran.in c.sæpe col.9.uer.3.quæritur. de appella.

Non obstat secundum argumentum:quia respõdetur, quòd multi sunt qui tenent, quòd imò reus non posit totum negare, ut latè per Ant. Gabr.in suis.cõmu.opi.in tit.de expen.conclus. 2.ubi refert Alex.dicentem,hãc esse cõem.Verum quia multi ẽt sunt, qui oppositum senserunt,adeo quòd uix decerni posit,ꝗ sit magis cõis,ut inquit Anto. Gabr.in prin. dictæ secundæ conclusionis ideo transeo ad aliam respõsionem,& dico quòd prædicta conclusio locum non ha

17 bet,quotiescunque†actor petijt creditum à debitore cum clausula, paratus deducere quicquid legitimè p solutum appareret, quæ clausula tanquàm salutaris operatur,ut debitor,& sic reus,in mora constituatur si non offert,quod prætendit dare, quoniam non faciendo huiusmodi oblationẽ, dignoscitur ꝙ animus ipsius erat uelle litigare respectu partis,etiã uerè debitæ. Castren.Saly.Alex.Ias.& cæteri in l.properandum.§.sin autem alterutra.C.de iud. Paris.in consilio 125.nu.8.uol.1.Cagno.in l.non potest uideri improbus.nu.6.de reg.iur.dixi in consi.71.in fi.uol.1.Crot. Ias.Galiaul.Seysel.Ruin.Soc.& Alcia. in l.1.§.si stipulanti.ff.de uerb.obli.Neuiz.in consi.94.nu.13.& Purpurat.in l.edita.nu.298.C.de eden.sed in casu præsenti huiusmodi clausula apposita fuit in petitione,ergo cessat obiectum. Et ideo ex his concludendum uidetur,quod legitimè fuerunt petitæ huiusmodi expẽsæ, licet ex interuallo post sententiam diffinitiuam,cum debeantur uigore conuentionis, & hoc in tantum re

18 cipitur, quòd†de dictis expensis standum est dicto dicti domini Agamenonis uirtute cõuentionis, de qua in instr̃o inter ipsas partes celebrato,ubi debitor promisit stare de expensis dicto creditoris, uel eius iuramento,quæ quidem conuentio secundum Bar. in l.fi. ff.de prætor.stip.ualet.Anan.in conf.31.in 2.dubio & ibi Bolog.in additione.Soc.in consi.90.col.4.uer.sed his non obstantibus.uol.4.ubi inquit,hanc esse magis receptam doctorum sententiam,quòd ualet talis cõuentio, & si creditor bene arbitratur, stabitur dicto suo, si malè, debet petere reductionem ad arbitrium boni uiri.argumento l.hæc uenditio.ff.de contrahen. emp.& l.in seruum §.generaliter.de reg.iur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento redacto in publicam formam standum est.*

2 *Instrumentum facit plenam & indubitatam fidem & intentionem partis probat.*

3 *Instrumentum inducit probationem probatam,manifestam,ueritatem apparentem, ita quòd non indiget discussione fori.*

4 *Item facit rem liquidam, & euidentissimam probationem.declara ut in nu.46.*

5 *Iuris præsumptio est pro instrumento,nisi apertissimis plenis & concludentibus probationibus contrarium appareat.*

6 *Præsumptiones tres oriuntur ex instrumento, ꝙ sit uerum, solemne, & ꝙ omnia descripta sint prolata à partibus.*

7 *Conditione pendente non licet recedere à contractu.*

8 *Contractus uenditionis factus sub conditione si cõsensus domini accesserit,deficere non dicitur, donec dominus directus requisitus fuerit ad præstandum consensum.declara ut in num.50.*

9 *Iuramentum quod potest seruari sine interitu salutis æternæ seruandum est.*

10 *Iuramentum etiam astringit infideles.*

11 *Contractus initus sub conditione non extinguitur, si pendente conditione contrahentes moriantur, cum obligatio transeat actiuè & paßiuè ad hæredes. declara ut in nu.53.*

Expreßio

12 *Expressio tacitæ conditionis nihil operatur.*
13 *Inesse illud dicitur, sine quo dispositio effectum sortiri non posset.*
14 *Opponere de iure tertij quis non potest, quando nō est exclusiuum iuris ipso iure, sed domino uolente.*
15 *Conditio respiciens fauorem domini directi potest quā docunque per eum impleri.*
16 *Contractus conditionalis rei emphyteuticæ non purificata conditione perinde habetur ac si contractus factus non fuisset.*
17 *Paria sunt aliquid non fieri uel sub conditione fieri, quæ non purificetur.*
18 *Collatio facta sub conditione, ea deficiente redditur nulla.*
19 *Conditionale ubi aliquid deducitur in iudicio, illud effectum sortiri non potest, nisi prius liquidetur conditionem esse impletam.*
20 *Conditionis natura est, ut prius impleatur quàm emolumentum consequatur.*
21 *Mentita data sub conditione ea non uerificata, redditur nulla.*
22 *Promissio de soluendo facta sub conditione, si talis fecerit cessionem, effectum non operatur ante conditionis euentum.*
23 *Actus gestus per canonicos sub conditione, si obtineretur confirmatio à sede Apostolica, ruit conditione non impleta.*
24 *Vasallus si alienat feudum, si dominus consenserit, ea deficiente non dicitur alienatio neque re, neque nomine.*
25 *Vasallus alienans feudum irrequisito domino sub conditione, si nauis ex Asia uenerit, ea non purificata non perdit feudum.*
26 *Emphiteuta si uendit rem emphiteuticam sub conditione, si domini consensus interuenerit, conditione nō adimpleta non cadit à iure suo.*
27 *Contractus initus sub conditione. censetur sub contraria conditione aliter dispositus.*
28 *Causa nulla non transfert dominium.*
29 *Verba, & non aliter, nec alio modo, important formā.*
30 *Forma non seruata corruit actus.*
31 *Verba, & non aliter, nec alio modo, habent uim conditionis, important que formam specificam, & non recipiunt alium intellectum & modificationem separatam à uerbis.*
32 *Verba, & non aliter nec alio modo, adeo sunt præcisa & prægnantia, quòd non patiuntur dispositionem, cui adijciuntur, recipere alium sensum quàm uerba sonant.*
33 *Verba, & non aliter nec alio modo, sunt tantæ efficaciæ & uirtutis, ut faciant deficere consensum partiū, ita ut nihil egisse uideantur, si Principis consensus non accesserit.*
34 *Verba, & non aliter nec alio modo, sunt annullatiua dispositionis, in qua proferuntur, si in actu non cōcurrunt omnes qualitates præcedentes.*
35 *Verba, & non aliter nec alio modo, abnegant actum aliter posse sortiri effectum quàm expressum est.*
36 *Verba geminata magis demonstrant intentionem contrahentium.*
37 *Verba ablatiua important conditionem.*
38 *Conditio importat formam.*
39 *Formæ nihil addi uel detrahi potest.*
40 *Omissio formæ in qualibet minima qualitate reddit actum nullum.*
41 *Forma est indiuidua.*
42 *Diuisio formam corrumpit.*
43 *Nullum quod est, non meretur executionem.*
44 *Verba ubi sunt apertissima, ibi non cadit disputatio.*
45 *Recedendum non est à uerbis, nisi de proferentis uoluntate contraria appareat.*
46 *Acta faciunt rem notoriam, si eis nō opponatur, aliàs secùs.*
47 *Iuramentum non ualidat actum, donec de uirtute & ualiditate ipsius iuramenti disputatur.*
48 *Sententia reddit rem notoriam, quando eius ualiditas in dubium non reuocatur, aliàs secus.*
49 *Negligentibus non subuenitur sed rerum necessitate impeditis.*
50 *Imputare sibi debet, qui sua culpa se excludit.*
51 *Donatio postquàm est nulla ex defectu insinuationis, non potest amplius insinuari, non obstante quòd insinuatio quandocunque fieri possit.*
52 *Titius si alienat feudum, & ante Regium assensum moriatur superstite filio, cui statim post mortem patris acquisitum est, si postea impetratur Regius assensus, ille non præiudicat filio & hæredi. ponuntur plura exempla.*
53 *Ratificatio nunquam potest operari in præiudicium tertij, cui medio tempore ius fuit quæsitum.*
54 *Ratificatio tunc demum trahitur retro, quando res est integra & in eo statu, in quo erat, quando ab initio fuit gestus actus, qui ratificatur, aliàs non ualet.*
55 *Inuentarij beneficium conseruat hæredi omnia iura, ac si hæreditatem non adiuisset.*
56 *Inuentarij confectio censeri facit hæreditatem iacentem.*

CONSILIVM LXIII.

VISO instrumento uenditionis bonorum emphiteuticorum ecclesiæ Cathedralis Senogalien. factæ per quondam Illustrem Dominum Stephanum Vigerium Illustrissimo & Excellentissimo Domino Guidoni Vbaldo Vrbini Duci mediante persona Magnifici dñi Nicolai Salanii eius secretarii & procuratoris. Primo aspectu dicēdum uidetur, quòd
1 †dicto instrō uti in publicam formam redacto standum sit omnino, cum plenam†
2 & indubitatam fidem faciat, ac intentionem ipsius Illustrif. & Excellentis. Ducis fundatam reddat. Alex. in consi. 37. nu. 16. uol. 2. Dec. in consi. 439. col. 1. & Paris. in consi. 109. num. 39. uol. 3. Ceph. in consi. 180. nu. 14. & in cons. 225. nu.
3 20. 289. nu. 10. Nam†instrumentum inducit probationem probatam & manifestam. Bald. in l. 2. C. quando fisc. uel priua. l. imperator. la 1. colū. 2. ff. de stat. homi. ubi continet ueritatem apparentem, ita quòd non indiget discussione fori. Paris. in consi. 54. in prin. uol. 1. & 104. nu. 64. uol. eo. Dñs Osasch. decis. Pedemont.
4 72. nu. 4. & 117. nu. 1. item† facit rem liquidam & euidentem. Paris. in consi. 77. col. 1. uol. 3. & in consi. 10. nu. 95. uol. j. Doct. in c. licet causam, per illum text. de

proba.

proba.ubi inducit euidentissimam probationem. Ná
5 †pro instrõ est iuris præsumptio,nsi apertissimis,ple
nis & concludentibus probationibus contrarium ap
pareat.l.cum precibus.ubi glos.C.de probat. Bero.in
consi.147.nume.34.uol.2.& in consi.151.in fi.nol.1.
Port.in consi.136.nu.6. & de his ad plenum per Tira
quel.in tract.de retract.fol.mihi 391.nu. 20.cum plu
6 ribus sequentibus.Nam†ex eo tres oriuntur præsum-
ptiones,quòd sit u erum,solemne , & quòd omnia in
eo descripta fuerint facta & prolata à partibus.Ias.in
l.admonendi.charta 15.col.4.uer. successiuè Bart.ff.
de iureiur.Cur.Sen.in consi.49.charta 21.col.2.circa
principium.Bero.in consi.j.nu.18.uol.2.Paris.in con
sil.104.nu.68.uol.j.

Nec habet obstare,quòd dictus contractus sit con-
ditionali,quatenus obtinererur licentia ab Illustrissi
mo & Reuerend. Cardinale Rusticutio Episcopo Se-
nogaliæ,quæ cum non fuerit purificata: quia non ob
tenta: operatur perinde,acsi dicta uenditio facta non
fuisset l.pecuniam.ff.si cer.pet.Quia dr̃, quòd licet sit
7 conditionalis,tñ quòd non licet †pendente ipsa con
ditione ab eo recedere.l.fin.§.finautem auaritiæ.cum
auth.ibi posita C.cõia delega.Alexan.in consil.40.in
prin.uol.5.ubi ait, quòd & si contractus sit conditio-
nalis, tñ non potest aliquis ea contrahentibus pendé
te conditione à contractu recedere,qñ contractus est
celebratus gratia utriusque l.hæc uenditio.in princi.
ff.de contrah.emp.Paris.in consi.j.nu.130.uolu.j.Af-
fli.in c.j.num.31.de uasal.qui contra consti.Lotha.&
8 †quòd dicta conditio non dr̃ defecisse, donec directus
dñs fuerit requisitus,ut uelit præstare cõsensum.Luc.
de pen.in l.nulli C.de fund.patr.lib.11.ubi cõcludit,
quòd alienatio feudi facta saluo assensu Regio , re-
uocari non potest uirtute constitutionis Regni , nisi
prius Rex fuerit requisitus,ut uellet consensum præ-
stare,sequitur Affli.in ca.imperialem . in 16.notabili
nu.37.de prohi.feudi alie.per Feder. & ibidem in 24.
notabili nu.54.& in d.c.j.nu.31.de uasallo qui cõtra
consti.lotha.At in casu præsenti non apparet,q Illu-
striss.& Reuerend. Cardinalis Rusticutius Episcopus
Senogaliæ fuerit requisitus ad dictam præstationem
consensus,ergo dicendum uenit , quòd adhuc dictus
contractus uenditionis dicatur esse in suspenso & pé
denti.iuxta.l.iudices.de re iudi.& tanto magis id di-
cendum uenit, cum dictus contractus fuerit iuratus ,
contra quem contrahentes non possunt uenire , cum
9 † seruari possit sine interitu salutis æternæ:ca. si uerò
c.si debitores.de iureiur.c.cum contingat.de iureiur,
c.quamuis.de pac.in 6.Dec.in consil. 31.nume.11.ad
10 †quod etiam infideles astringuntur : quoniam est af-
firmatio religiosa . quæ seruanda est , quasi Deo teste
promissum sit , ut inquit Tullius in libro officiorum,
relatus per Cepha.in consi.142.col.2.in prin. Nec re
fragari vr̃,quòd uẽditor mortuus sit, & sic dictus quó
dam Illustris Dñs Stephanus ante impletam cõditio-
11 nem.Quia respondetur,quòd † contractus initus sub
conditione non extinguitur, si pendente conditione
contrahentes moriantur , cum actiuè & passiuè obli-
gatio transeat ad hæredes.l.necessariò.§.si pendente,
ff.de peric.& com.rei uenditæ.
12 Vlterius dr̃,quòd †expressio dictæ conditionis ni-
hil operatur:quia tacitè inest , quod non ualeat con-
tractus rerum emphiteuticarum nisi cum licentia l.
13 fi.C.de iure emphi.Nam†illud dr̃ inesse, sine quo di-
spositio effectum sortiri non posset.Bart.in l.3.col.fi.
de leg.primò , igitur expressio per uiam conditionis
eius quod tacite inest nihil operatur.Cuma. Castren.
Aret.& Ias.in l.liber homo.§.decem, il j.ff.de uerbo.
obliga.quòd ubi in contractibus exprimuntur aliqua
uerba per uiam conditionis,expressiua eius quod ta-
citè inerat , quòd nihilominus cõtractus remanet pu
rus , nec suspenditur uel conditionalis redditur . l.si
decem cum petiero.eo.tit. & quod ista expressio po-
tius debet iudicari superflua,uel expressa ad abundan
tiorem cautelam,quàm q suspensionem inducat. Ce
pha.in consi. 158.nu.37.Nam dicta clausula censetur
apposita ad abundantiorem cautelam: quia est solita
& consueta apponi , ne uideantur contempti domi-
ni,uel ut euitetur caducitas,iuxta cautelam cõiter ap
probatam,de qua loquimur,tradit Ias.in l.fi.col.pen.
C.de iure emphi.Viuius com.opi. in uerbo emphiteu
ta.nu.69.ubi de cõi.Vnde ex his sequitur,q dictus cõ
tractus uenditionis remanear purus,acsi conditio nõ
fuisset expressa , qua omissa & non expressa , Illustris
Domina Nicoleta filia & hæres dicti quondam Illu-
stris Dñi Stephani non põt se fundare in defectu licẽ
tiæ uel consensus : quia quamuis ea habita nõ fuerit,
ipsa non potest opponere de eius defectu uel declara
14 tione dñi: quia † esset opponere de iure tertii , quod
non est exclusiuum iuris ipso iure,sed demum eo uo-
lente,quod non licet,Bal.in l.fi.C.de reuocan. dona.
Ias.in l.2.in 5.notabil.C.de iure emphi.post Barto.&
alios ibi,ubi priuatio emphiteusis ob canonem nõ so
lutum non est in facto, sed in potentia fieri dño uolé
te.Abb.in consi.87.col.2.uol.2.dixi in consi.57.num.
15 9.uol.3.tum ẽt:quia†talis conditio respicit fauorem
dñi directi duntaxat, qui põt quandocunque renútia
re fauori suo. l.si quis in conscribendo . C.de pact.&
quandocunque consentire ipsi uẽditioni,cum de suo
tantum præiudicio agatur,Soc.Iun.in consi. 97.nu.7.
uolu.2.Paris de Put.de feud. reintegr. fol.148.nume,
2.Curt.Iun.in consi.primo,nu.15.Paris.in consil.pri-
mo col.fi.uol.2.

Verum maturius & diligenter considerando, puto
manifestam ueritatem in casu præsenti esse in contra
rium, quòd imò dictus contractus uenditionis sit nul
lus ex infrascriptis.& Primò : quia clarum est , q ubi
16 † fit contractus uenditionis rei emphiteuticæ eccle-
siæ habita licentia à directo dño , ille dr̃ conditiona-
lis , adeo q non purificata cõditione perinde est acsi
contractus factus non fuisset , d.l.pecuniam quam . si
cer.pet.Soc.Iun.in consi.4.nu.16.uol.2. & 180.nu.48.
17 uolu.eod. Paria † enim sunt aliquid non fieri uel sub
conditione,quæ non purificetur.Ripa in lib.j.respõ-
sorum. 9.nu.23.Craue.in consil. 15.nu.3.& 170.nu.8,
18 & in consil.93.nu.3.ubi†conditione deficiente nulla
redditur collatio sub ipsa conditione facta.l.itẽ quia
ibi,nuptiis non secutis.ff.de pac.Cepha.in consi.183,
19 nu.49.ubicunque† enim quid cõditionale deducitur
in iudicio,non põt effectum sortiri,nisi prius liquide
tur conditionem esse impletam.Bal.per illum text.in
l.si quidem.col.fi.C.de excep.Dec.in consi.585.nu.j. 585.
20 Natura† enim conditionis est , ut prius impleatur q
emolumentum consequatur.l.Thais. §. Stichus. ff. de
fideicomm.libert.Cephal.in consi.269.num.22. cum
sequentibus,& in consi.17.num.16.ubi ait, generalé
esse conclusionem in quacunque substitutione , & in
quacunque alia dispositione, ut deficiente conditio-
ne,perinde habeatur acsi facta non fuisset.l. necessa-
rio §.q si pendente.ff. de pericu. & com. rei uendi.&
ideo dicit Soc.Iun.in cons.122. num.32. uol.2. quòd
21 † mentita data sub conditione non uerificata reddi-
tur nulla,quia quæ sunt conditionalia pendent à ueri
tate conditionis , & ea non uerificata nullius sunt
momenti.Bero.in consi.176.num.78.uol.primo , ubi
22 concludit,q † promissio de soluendo facta sub con-
ditione,si talis fecerit cessionem,non operatur effe-
ctum ante euentum conditionis ,ante quem non ce-
dit

dit neque uenit, nec oritur obligatio & actio. l.cede-
re diem.ff.de uerb.sign.§.sub conditione.insti. eo.tit.
23 Paris.in consi.31.nu.17.uol.4.ubi tradit, quòd† actus
gestus per canonicos sub conditione, si obtineretur
confirmatio à Sede Apostolica, ruit conditione non
adimpleta. Et accedendo ad terminos quæstionis no
stræ adduco decisiones infrascripras. Primò Bald. in
24 consil.188.uolu.3.ubi dicit, quòd† si uasallus alienat
feudum sub conditione, si domious consenserit, si nō
adest, non dicitur alienatio oeque re neque nomine:
quia ubi apponitur conditio de fnturo, quæ propriè
est conditio, donec ea consistat, consensus nullus est.
25 l.non solum.ff.de act.& obli.item† si uasallus alienat
feudum irrequisito domino sub conditiooe, si nauis
ex Asia uenerit, & nauis noo uenerit. non perdit feu-
dum: quia nihil est contractum, argumento l.omnia.
ff.si cer.pet.& subdit Bald. quòd nulla est differentia
dicere si nauis ex Asia ueoerit, uel si dominus consen
serit: quia utrobique uerba & mens contractus defi-
ciunt deficiente conditiooe.d.§.quòd si pendente: ite
rum in consil.95.in prin.uol.eod. ubi post Dy.& Iac.
Ardizo.ait, q si uasallus uendit & tradit feudum sub
conditione, si domino placuerit, q feudum nō reuer
titur ad dominum: quia domino nō consentiēte, nec
naturalis possessio transit nec aliqua commoditas:
qnia nihil in fraudem factum vr, cū talis conditio ap
ponitur.l.si quis locuples.ff.de manumis.testa.oisi cō
staret de fraude, rursus in ca.j.§.hoc quoque.col.pen.
uers.sed hic quæro.de succes.feud.

Secundò, in medium affero Cur.Sen.in cons.8.col.
26 fi.ubi in terminis emphiteutæ dicit, quòd † si emphi-
teuta ueodidit rem emphiteuticam sub conditione, si
consensus domini interuenerit, si conditio non fuit
adimpleta, non cadit à iure suo: quia deficiente cōdi-
tione perinde est acsi uenditio & dispositio facta nō
27 fuisset, per dictam.l.pecuoiam quam.subdens, q† cū
contractus initus sub conditione censeatur sub con-
traria conditione aliter dispositus, q uenditio facta
sub dicta conditione, si dominus consenserit: qnia vr
actum, q dominium non transeat in emptorem in de
fectu conditionis, non dr propriè uenditio.l.cum ma
nu sata.§.fi.ff.de contrah.empt.

Tertiò, Soc.Iun.in consil.94.nu.57.uol.2.ubi con-
suluit, q quando concessio Principis statim non de-
bebat sortiri effectum, sed pendebat ex euentu condi
tionis consensus Imolensium, non potest dici, q lex
à principio translationem inducat dominii: quia id
esset contra Principis intentionem, imò plus subdit,
q etiam si translatio interuenissent pendente condi-
tione non posset dici dominium translatum quia per
conditionis pendentiam dispositio adhuc non dice-
batur ualida seu perfecta, c.super eo.de cond.appo.&
28 † traditio sine causa & nulla non transfert dominiū
l.nunqnam nuda.ff.de acq.rer.dom.

Quartò, Ceph.in consi.118.col.2.uer. quibus tamē
noo obstantibus.ubi determioat, contractum uendi-
tionis reddi nullum & pro infecto haberi ex defectu
conditionis in eo appositæ, si consensus domini ac-
cesserit: quia domino non consentiente uenditor nō
censetur uendidisse.per dictum §.q si pendente.

Quintò, idem dixerunt Goid.Pap.in consi.58.uers.
aut talis contractus.Lofred.in consi.17.nu.56.Bursat.
in consi.45.nu.7.ubi inquit, q contractus uel obliga-
tiones super rebus obnoxiis, ab habita licentia ante
ipsam, dicontur & sunt nollæ ex dispositione iuris
communis, adeo q domini consentientes dicūtur do
nare, iterum in consi.44.num.27.cum seq.Iser.in c.j.
nume.13.uersi.dicunt quidam. de prohibit.feud.alie.
per Feder.

Stante igitur hac communi & irrefragabili cōclu-
sione, de qua supra sequitur quòd dicta uenditio red-
ditur nulla, cum non appareat de aliquo consensu Il
lustrissimi & Reuerēdissimi directi domini, & eo ma
gis id procedere debet, quando in instrumento esset
dictum, quòd omnia & singula contenta in eo uoluit
non procedere, oisi consensu domini ioteruenie nte.
ut per Curt.Sen.ubi supra & Ceph.in consi.118.num.
14.quæ uerba sunt iu præsenti contractu uēditionis.
ibi. Quæ reseruatio licētiæ prædictæ intelligatur po
sita & repetita in singulis capitulis prędicti instrumē
ti, inter quæ adest illud, quæ omnia & singula. & tan
to fortius dicendum uenit, dictam nenditionem con
ditionalem nullā fuisse propter uerba in ipso instru-
mento uenditionis apposita, ibi in prima pagina dū
dicitur. Et salua licentia dispunendi & renouandi ob
tinenda ab Illustrissimo & Reuerendissimo Cardina
le Rusticutio Episcopo Senogalien. & eiusdem dire-
cti domini auctoritate & consensu, & non aliter nec
29 alio modo. Quæ† ultima uerba, & nou aliter &c.im-
portaut formam.Bar.io l.de his.ff.de traosac. Fely.in
c.cum dilecta.col.8.uers.septimum signum.de rescri.
Dec.in consi.528.col.fi.Ruin.in consi.92.nu.25.uol.
3.Paris.in cons.19.nu.18.uol.2.Cagno.io l.si qnis ma
ior.col.fi.C.de transac.Cephal.in d.consi.118.nu.13.
30 qua † oon seruata corruit actus Bald. in l.humanain.
col.2.C.de legib.Dec.in dicto consi.528.in fi.habeot
31 † enim dicta uerba uim conditionis, importantque
formam specificam & non recipiunt alium intelle-
ctum & modificationem separatam à uerbis. Alex.in
consi.3.col.1.uol.j.per notata per glo.in l.si quidem.
ubi Bal.C.de excep.& in consi.110.in fi.uolu.6.Deci.
in consi.61.col.2.281.nu.4.Socin.in consi.251.col.4.
32 uers.postremo.uol.5.ubi dicit† talia uerba præcisa &
prægnautia esse, adeo quòd non patiuntur dispositio
nem, cui adiiciuntur, recipere alium sensum quā uer-
ba sonant.Gozad.io consi.3.nu.23.Bero. in consi.31.
nu.3.uol.3.dixi in consi.57.nu.48.uol.3.& in consil.
33 sequenti nume.11.item† dicta uerba sunt tantæ effica
cię & uirtutis nt faciāt deficere consensum partium,
ita ut nihil egisse uideantur, si Principis consensus
non accesserit. Ceph in cirato consil.118.nu.14.& in
34 cunsi.296.nu.11.plus dicitur, quòd† dicta uerba sunt
riam,cũ dicta ſubſtitutio pupillaris expreſſa nullius
fuerit roboris & momenti.
59 Vlterius dicitur,ꝙ† uerbum directum ex mente te-
ſtatoris præſumpta obliquatur.Soc.in conſ.33.col.5.
uol.4.& in conſi.j.nu.10.cum ſequenti.uol.eod.Dec.
in conſ.317.in prin.& 361.nu.4.Coroe.in conſ.199.
litera I,uol.2.dicens,ꝙ uerba directa obliquantur ,
quando directò ſtare non poſſunt, ut mẽti teſtatoris
deſeruiant.Soc.Iun.in conſ.83.nu.2.uol.j.facit.l.quã
60 uis.C.de impub.& alii ſubſtit.ubi † expreſſa uulga-
ris ad tacitam pupillarem nõ porrigitur ex tacita &
præſumpta uoluntate teſtatoris.Soc.Iun.in cõſi.103.
nu.49.uol.j.Pariſ.in conſi.73.nu.44.uol.2.facit etiã,
quòd è contrario . dicitur per Bart.in l.quærebatur.
61 de milita.teſta.ubi † quandoque interpretantur uer-
ba obliqua in directam ſubſtitutionem, ſi de uolunta
te teſtatoris conſtat:ſed in caſu noſtro negari nõ põt
(ut iam oſtenſum fuit)quin appareat de mente dictæ
dominę teſtatricis,quòd noluerit ſibi & in bonis ſuis
facere ſubſtitutionem exemplariam ſed fideicommiſ
ſariam,ergo &c.

Similiter non habet obſtare,quòd dicta domina te
ſtatrix in ultimo capite ſubſtitutionis diſpoſuerit ,
quòd ubi deceſſerit Dominus Nicolaus nulli ſuperſti
tibus ex eo filijs nec filiabus legitimis & naturali-
bus,& ut ſupra,tũc & eo caſu hæreditas ipſius domi-
næ teſtatricis perueniat in Dominas Margaritam &
Catholicã ęquis portionibus,ſeu earum filios legiti
mos & naturales,ſi tunc ipſę omnes uel aliqua ex eis
eſſent prædefunctæ in ſtirpes & non in capita , Quas
ſorores earum filios,& ut ſupra in caſu prędicto,ſibi
hęredes inſtituit,& ſubſtituit dicto Nicolao integra-
liter,& ut ſupra,uulgariter,pupillariter & per fidei-
commiſſum,& omni meliori modo ut ſupra; Vigore
cuius ſubſtitutionis factæ dico Nicolao inducta fuit
ſubſtitutio exemplaria.Quia reſpondetur , quòd imò
non fuit inducta exemplaria ob non ſeruatam formã
dictę.l.humanitatis.ut ſupra dictum fuit,& etiam in-
fra dicetur,& propter alia ętiã deſcripta ut ſupra.Itẽ
62 quia,ſi ualet argumentum à ueriſimili† quod eſt uali
dũ in iure.l.ex facto.& ibi Ripa nu.21.de uulg.& pu-
pil.Iaſ.in l.cum res.in 6.notabili.ff.de lega.j.Pariſ.in
conſi.9.nu.80.uol.2. quomodo poteſt ueriſimiliter
per aliquẽ cogitari,quòd dicta domina teſtatrix,quę
tempore ſui teſtamenti non habebat, neque tenebat
dictum dominum Nicolaum pro mẽtecapto,ut teſtes
63 deponunt ſed pro perſona ſanę mentis,prout† quæli
bet præſumitur eſſe. l.nec codicillum . C.de codicil.
Iaſ.in l.ſanum.col.j.C.de tranſac.uoluerit facere ſub
ſtitutionem exemplariam,inanẽ,fruſtratoriam & ſu-
64 perfluam† quæ euitanda eſt.iuxta.l.ſi quando.de le-
ga.1.Soc.Iun.in conſi.120.nu.15.uol.1.certè apud ne
minem ſenſatum hoc cadere poteſt.

Plus dicitur, quòd à communiter contingentibus
uidemus,quòd quãdo patres , vel matres habẽt filios
mentecaptos,principaliter non faciunt eis ſubſtitu-
tiones vulgares,pupillares & fideicommiſſarias ſed
expreſſas exemplarias , cum ipſæ ſint magis fauora-
biles filiis mentecaptis, & per eas magis aptè ſuccur
ratur beneficio filiorum & rerum mentecaptorum
conſtituendo eis curatores,& alias prouiſiones faciẽ
do , quæ tendant in beneficium filiorum , quo caſu
65 cum † dictum argumentum ſit in iure ſolidiſsimum
l.patre furioſo.& ibi per Iaſ.ff.de his qui ſunt ſui uel

alie.

alie.iur.Meritò dicendum uenit, quod si ipsa testatrix sciuisset dominum Nicolaum eius filium mentecaptũ, utique ei expressè prouidisset de substitutione exemplaria tanquam ipsi filio magis fauorabili, quod cũ factũ non fuerit de exemplaria non est tractandum.

Sextò dicitur, quòd ex quo testatrix instituit dictũ dñm Nicolaum, & si decesserit sine liberis legitimis uult, quod bona hæreditas ipsius testatricis perueniat ad personas in eo nominata, quod satis comprehenditur, testatricem noluisse facere substitutionem exemplariã, ex quo trestatrix præsupponit dictum dominum Nicolaum potuisse habere filios legitimos, & sic contrahere matrimonium, quod utique in mentecapto esse
66 non potest † qui matrimonium contrahere non pôt Ang.in d.l.humanitatis.ubi etiàm Ias.in fi.Dida.in tiuariar.resolut.tomo primo, charta.183.nu.8.cum careat intellectu ac furioso similis est. l.2.C. de curat. furio.l.furiosi.C.de nupt.Boer.in decis.23.num.66.

Nec habet obstare, prout ex aduerso obiicit, quod imò exemplaris comprehenditur non obstãtib. prędictis uerbis, prout in simili uidemus, quod rigore dictorũ uerborum non impeditur pupillaris, ut per Bar. & alios in l.centurio nu.89.ff.de uulg.& pupil.ubi dicit, hanc esse communem. Doctores in l.precibus. C.de ĩpu.& aliis substi.& tñ pupillus filios suscipere nõ pt nec contrahere mrimoniũ.insti.de nup.in prin. Quia rñdet, quod lõga est differẽtia inter unũ casũ & aliũ, quia et pupillus uigorosus, & in quo malitia pôt supplere ętatem mĩm cõtrahere pôt c.puberes.c.tue.de despõ. ĩmpu. quod cessare vr in mẽtecapto, qui nullo unquã tẽpore pôt cõtrahere mrimoniũ, nec per cõsequẽs habere filios. & iõ cũ sit diuersa rõ inter casus pdictos, meritò sequit, quod ex diuersis nõ infert. l.Papin.ff.de min.

Septimo facit, & dr, quod dicta dña testatrix nõ cẽset fecisse exẽplaris substõnẽ: quia filias dñi Nicolai grauauit ad nõ detrahẽdum legitimam & Trebellianicã cõpetẽtẽ dicto domino Nicolao, ex quibus datur intelligi, quod substitutio filiarũ nõ fuit exemplaris, quia
67† substituti exẽplariter sm formã dictæ.l.humanitatis non uidentur posse grauari principaliter habeant bona a lege & nõ a testatrice, quæ tenebatur illa substi
68 tuere, sicut est in legitima † in quia filia grauari nõ potest.l.quoniam in prioribus.C.de inoff.testa. licet secus sit in substituto, pupillari, qui grauari pôt, cum habeat bona ab eo qui potuisset alium substituere. ut notatur in l.si fundum per fideicommissum.§.fi.ubi Bar. & doctores de lega.primò, Dec.in consi.371.colu.3. uer.4.ad idẽ, ubi inquit, quod si in testamento sorore substitutæ post eorũ mortẽ sunt grauatæ onere fideicõmissi, ex hoc colligit, quod substitutio sororũ nõ fuerit exẽplaria per rõnẽ, de qua supra.Soc.Iu.in cõs. 103.nu.21.cum tribus sequentibus uol.j.

Octauò accedit, quod ista substitutio et nõ pôt dici exẽplaria, põderata principaliter testatricis intentione uerbis expressis manifesta & per cõsequẽs amplectẽda.l.i cõditionib.primũ locũ.ff.de cõd.& dem.qm ex uerbis expssis ipsius testatricis satis apertè dignoscitur intẽtionẽ ipsius fuisse facere substõnẽ uulgarẽ, pupillarẽ & fideicõmissariã, quas expressit: Vñ quia specialiter nominauit dictas substõnes nõ vr de exẽplaria cogitasse: quia si uoluisset facere substõnẽ exẽplariam utique sciuisse dicere sicut expressè dixit de uulgari & pupillari & fideicõmissaria. ita Bal.in cõs. 20.uolu.tertio, quem sequitur Dec.in consi.371.nu. 6. in fin. ubi inquit, quod licet Bal. in dicto consil. preallegato prædicta arguendo dicat & decidat in casu contrarium, tamen ibi alia concurrunt, ex quibus motus fuit, & non uidetur recedere a præmissa ratione pro cuius cõfirmatione adducitur, quod uoluit Soci. Iun.in consi.103.col.4.in princ.uersi.nec dicat.uol.j. ubi dicit, quod qñ in eãdẽ substitutione fit mẽtio de substitutione uulgari & fideicõmissaria, nõ cõpreh endit exemplaria quia tunc generi per speciem derogatur.

Vltimò dicitur, quod hic non est tractandũ de exẽpla-
69 ria, argumẽto a sufficiẽti partium enumeratione † quod argumẽtũ est solidũ in iure.l.patre furioso ubi Ias. ff. de his qui sunt sui uel alie.iur.cum aliis uulgaribus. Nam aut quis uult dicere, quod hic sit facta exemplaris substitutio expressa uerbis specialibus, & hoc est falsum: quia nullũ uerbũ de hoc in testamento: Aut uolumus dicere, quòd ea cõtineat in uulgari expressa ad ĩstar pupillaris aut in expressa pupillari, & id dici nõ pt, qñ de uolũtate testatoris aliter apparet.l.2.l.quis. C.de impub.& alijs substi. At in casu pñti cõstat de cõtraria uolũtate testatoris, quia testator post aditã hęreditatẽ expresse substituit per fideicõmissũ, quod expressa prouisio testatoris facit cessare tacitam prouisionẽ legis.l.cum filio.§.1.ff.de uulga.& pupil.ubi Imol.& Alex.quæ regula procedit nedum qñ tacitũ & expressum est circa idem, sed etiam quando expressum est circa diuerso.l.maritus.C.de procur.ita Rui.in cõsi. 103.in fin.uolumin.1.ubi inquit, quod ex hoc infertur, quòd si testator filio substituit, si hæres non erit, & si hæres erit & in pupillari decesserit substituit per fideicommissum, quod in expressa uulgari non continetur tacita pupillaris, quod habet pro certo & indubitato. Et ex his omnino concludendum esse arbitror, dictam dominam Catherinam testatricem tanquam existentem in patria potestate non potuisse facere testamentum, neque data ualiditate testamenti, quæ tamen non admittitur, tum inspectis uerbis testamenti ipsius, tum etiam cõsiderata eius mẽte uoluisse facere substõnẽ exẽplarẽ sed fideicommissariam &c.

SVMMARIVM.

1 *Locator si non obseruat conductori quæ promisit, nec similiter conductor locatori conuenta obseruare tenetur.*

2 *Text.in l.quæro. §.inter locatorem.ff.loca.secundum Bar.ibi est notabilis ad omnes contractus, in quibus ultro citroque aliquid promittitur.*

3 *Facere qui differt quod debet, non potest petere quod sibi debetur.*

4 *Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, quia ista est natura conuentionum.*

5 *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*

6 *Agenti obstat exceptio non adimplementi contractus in minimo etiam capitulo.*

7 *Verbum omnia, nihil excludit.*

8 *Receditur a contractu empitonis, si cessatur a solutione unius denarij.*

9 *Contractus locationis & conductionis est ultro citroque obligatorius.*

10 *Agenti ex contractu ultro citroque obligatorio obstat exceptio non adimplementi, etiam quod in cõtractu sit apposita clausula, quod pœna commissa uel soluta contractus remaneat firmus.*

11 *Regula frangenti fidem &c. habet locum etiam si appositum sit iuramentum.*

12 *Regula frangenti fidem, etiam habet locum in frangente ex necessitate propter aliquod impedimentum.*

13 *Exceptio tu non adimpleuisti, dicitur exceptio litis finita.*

nitæ, ac litis ingressum impedit.

14 *Statutum disponens, quòd sublatus sit omnis obiectus exceptionum, tamen poterit obijci exceptio, tu non adimpleuisti.*

15 *Dominus ex contractu suo obligatur sicut priuatus.*

16 *Deus obligatur ex sua promissione.*

17 *Princeps licet sua lege non ligetur, tenetur tamen stare suo contractui, non solum ex obligatione naturali sed etiam ciuili.*

18 *Princeps dicitur subesse canoni in his, quæ concernunt animam & peccatum.*

19 *Princeps, qui non est sub lege fori, est sub lege poli.*

20 *Conuentiones partium æquum est ut seruentur.*

21 *Humanæ fidei nihil est conuenientius, quàm quæ placuere seruare.*

22 *Conductor quando est impeditus uti & frui rebus conductis facto locatoris à contractu liberatur, & dominus conductori tenetur ad omne damnum & interesse, etiam lucri cessantis.*

23 *Argumentum ualet de locatore ad conductorem.*

24 *Correlatiuorum eadē debet esse dispositio & natura.*

25 *Correlatiua simul & eodem tempore nasci dicuntur, & naturaliter simul esse.*

26 *Posito uno de correlatiuis necessariò præsupponitur aliud, quia unum sine alio esse non potest.*

27 *Locator & conductor ad imparia non iudicantur.*

28 *Conductor prohibitus uti & frui re locata facto tertij, cui locator resistere potest & non resistit, potest recedere à contractu, & tenetur locator ad interesse, etiam lucri cessantis.*

29 *Protestatio conseruat ius protestantis.*

30 *Protestationi quis consentire uidetur, si nihil opponatur contra eam.*

31 *In cōtractibus nominatis licet regulariter propter inobseruantiam non recedatur à cōtractu altera parte inuita, sed agendum sit ad implementum uel ad interesse, tamen hoc fallit, ubi quis promisit in ampla forma cum iuramento obseruare conuenta.*

32 *Iuramentum debet impleri in forma specifica & non aliter.*

33 *Obligatio ad interesse licet succedat in obligationib. facti, tamen hoc fallit, si super obligatione ipsa interponitur iuramentum.*

34 *Promissio facti alieni cum iuramento ualet, & ideo si contra fiat, nō solum promittens tenetur ad pœnam & interesse, sed etiam potest agi præcisè ad factum.*

35 *Dispositio l. si quis maior. C. de transac. locum habet in omni contractu.*

36 *Verbum inuiolabiliter, importat id quod incorruptibiliter.*

37 *Declaratio ad notata in l. fi. C. de cond. ob cau.*

38 *Causa finalis dicitur, quæ respicit omnem dispositionē & ad illam generaliter influit.*

39 *Causa finalis dicitur illa, qua quis aliàs non esset factu rus uel eo modo, nisi fuisset illa causa.*

40 *Quoties id, quod erat implendum, fuit causa finalis cō tractus, receditur à contractu etiam nominato, ob defectum dictæ causæ finalis non impletæ.*

41 *Regula frangenti fidem, locum non habet post executionem perfectam.*

42 *Regula frangenti fidem, intelligi debet, quando locator non seruauit fidem, circa capitulum uel connexū, secus si circa separatum*

43 *Conuentio redditur nulla, data inobseruantia in uno capitulo.*

44 *Capitula dicuntur connexa, quando obligationes sint correspectiuæ.*

45 *Capitula omnia quando congregantur in unam obligationem dicuntur connexa & correspectiua.*

46 *Protestatio nihil operatur, si ab ea receditur per factū contrarium: quia facta derogant uerbis.*

47 *Ius nostrum nobis inuitis tolli non potest.*

48 *Alteri per alteram iniqua conditio fieri non potest.*

49 *Exceptio quæsita fideiussori mediante pacto facto reo principali de non petendo, non potest inuito fideiussore auferri per contrarium pactum factum de petendo ab ipso principali.*

CONSILIVM LXIX.

PRO fundamento fideiussorū Francisci Ocelli duæ in medium afferūtur cōclusiones; quarum prima est,
1 quòd† si locator non obseruat conductori pacta apposita in cōtractu locationis & alia in eo contenta, nec similiter tenetur conductor locatori obseruare quæ promisit. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati
2 ubi† Bar. reputat illum tex. notabilem ad omnes contractus, in quibus ultrò citroq; aliquid promittitur, ut quis non teneatur ad pœnam cum effectu, si per aduersam patrem omnia seruata non sint. Iaso. in consi. 208. col. 3. in fi. uol. 2. 216. col. 2. uol. eo. & in cōs. 113. col. fi. uol. 4. Natta in consi. 360. in prin. notaut oēs in l. si quis maior. C. de transact. facit quod not. Bald. in
3 auth. dos data. C. de donat. propter nupt. ubi† qui differt facere quod debet, non potest petere quod ei de
4 betur: Plus, qui† non facit quod debet, non recipit qd̄ oportet: quia ista est natura conuentionum. Bal. in c. 3. in ulti. col. qualiter dominus propr. feu. priue. Ias. in consiliis supra relatis, Natta in consi. 676. nu. 15. item
5 †frangenti fidem fides frangatur eidem. l. cum proponas. la 2. ubi omnes. C. de pac. & adeo uera est huiusmodi
6 conclusio, q† etiam propter minimum capitulum contractus non obseruatum & non adimpletum obstat agenti exceptio in principali, adeo quòd propter hoc impeditur commissio pœnæ ipso iure. Bal. in l. pacta conuenta. in 2. notabili ff. de contrah. emp. quam legit in l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pac. quem sequitur Ias. ubi supra, Natta in consi. 673. nu. 19. Parpal. in l. si quis maior, in 10. q. & 11. ubi dicit hoc dictum singulare & solitum allegari in practi. C. de trā sac. q & uoluit Bart. in d. §. inter locatorem. ibi, si per aduersam partem omnia seruata non sint, ponderan-
7 do† illud uerbum omnia, quod nihil excludit. l. Iulianus. de lega. 3. facit quod uoluit Bero. in consi. 15. nu. 14. uol. 3. ubi inquit, quòd ex contractu ultrò citroq; obligatorio nō potest effectualiter agi, nisi ab eo, qui contractum pro parte sua adempleuit, adeo q nō sufficeret pro parte adimpleuisse. Deci. in l. cum proponas. num. 5. de pac. Corn. in consi. 189. litera C, uol. 2.
8 Alex. in consil. 105 col. 3. uolu. 3. ubi† à contractu emptionis receditur si cessatura solutione unius denarii, licet totum residuum fuerit solutum. per l. in executione. §. pen. de uerb. obli. & in terminis cōtractus locationis uoluit Bero. in consil. 144. col. 2. nu. 3. uol,
9 3. ubi sic inquit. Ad hoc† ut quis ex contractu ultrò citroque

troque obligatorio agere poſſit, qualis eſt cõtractus
locationis,iuxta.l.ſi id certo.§.nunc uidendum. ff.cõ
modati requiritur prius, quòd conſtet atque probet,
uolentem agere pro parte ſua totum contractum cũ
effectu adimpleuiſſe, ſubdens hãc eſſe inſtans cauſam
retinendi & non ſoluendi pecuniam, quam quis ex
pacto certo tempore ſoluere tenebatur, qñ ipſi p̃ cre
ditorem non fuit obſeruatum nec adimpletum id,qđ
creditor illi obſeruare & adimplere tenebatur: Item
10 † & dicta concluſio pariter locum habet,ſi in contra
ctu eſt appoſita clauſula, quòd pœna cõmiſſa uel ſo-
luta contractus firmus remaneat; quoniam talis clau
ſula non obſeruanti non prodeſt.Bar.in l.cum pater,
in §.libertis.de lega.2.Bar.& alii in l.qui fidem. ff.de
tranſact.Alex.in conſi.132.col.j.uol.4.Corn.in con-
ſi.40.col.2.uol.2.Gozad.in conſi.31.col.j.Nat.in con
11 ſil.676.nu.16.Menoch.in conſi. 1.nu.364.necnon†ſi
appoſitum ſit iuramentum.Dec.in d.l.cum proponas.
nu.5.Alex.in conſi.105.col.5.uol.3.Doct.in c.perue-
nit.il 2.& in c.ſicut.il 3.de iureiuran.Bal.in d.l.pacta
conuenta.col.2.Iaſ.in conſ.216.col.2.uol.2. Bero.in
conſi.144.col.4.uolu.1.Scribentes cõiter in d.l.ſi quis
12 maior.ac† etiam frangenti ex neceſſitate propter ali
quod impedimentum Abb.in c.ſicut. l'ultimo.col.2.
de iureiur. quia licet neceſſitas & impedimentum ex
cuſent à pœna uel mora,non tñ facit, quòd impedi-
to actio competat,ex quo pro parte ſua nõ impleuit.
Deci.in d.l.cum proponas.nu.4.Menoch.in conſil.1.
13 num.366.Nam†adeo eſt efficax iſta exceptio,tu non
adimpleuiſti,ꝙ dr̃ exceptio litis finitæ, & impedit li
tis ingreſſum. Caſtren.in l.Iulianus,in §.offerri. ff.de
actio.emp.Iaſ.in §.actionum, col .18.de actio.Cra.in
conſi.248.col.pen.in fi.Menoch.in allegato conſil.1.
14 nume.365.& etiam†ſi ſtatuto caueatur,ꝙ ſublatus ſit
omnis obiectus exceptionum,tamen poterit ſibi obii
ci iſta exceptio.Cy.& Bal.in l.ex prædiis. C.de euict.
quos ſequitur Corn.in conſi.245.col.2.uol.4.conſil.
221.col.fi.& 297.col.2.uol.3.Deci.in c.ex parte.il 2.
in 10.fallentia.de offi.deleg.Rom. in conſil.244.col.
2.Craue.in conſi.127.nu.14.Menoch.in d.conſ.1.nu.
366.Sed in caſu præſenti parte ipſius locatoris,qui te
nebatur locationem,promiſſiones, conuentiones,ca
pitula & omnia ac ſingula in dicto inſtrumento con-
tenta,appoſita & inſerta,attendere & obſeruare per-
petuò & omni tempore,& in aliquo unquàm non cõ
tra facere uel contrauenire,fuit contrauentum & re-
ceſſum à conuentis, ergo nimirum ſi parte conducto
ris fuerit receſſum à conuentis per eum:Quòd autem
ſecuta fuerit dicta inobſeruantia & nõ adimpleta cõ
uenta probatur ex infraſcriptis. & primo: quia inter
capitula adeſt præſens. Quòd conceditur ipſi condu-
ctori per Illuſtrem locatorem facultas colligẽdi pe-
dagium in terris ſuis,quod minimè obſeruatum fuit;
quia uniuerſitates & homines dictarum terrarum no
luerunt,ꝙ in terris colligeretur pedagium,quod im-
pedimentum poterat remoueri auctoritate locatoris
& non dictarum terrarum, ut patet ex his quæ ſcribũ
tur per Soc.in conſil. 152.col.1.& 2.itẽm ipſi condu-
ctori fuit prohibita extractio uini, olei & caſeorum,
quæ uigore contractus locationis prohiberi non po
15 tuit, & † quem contractum ipſe Dominus ſecundum
communem ſcholam doctorũ obſeruare tenetur, cũ
obligetur ex contractu,ſicut priuatus.c.1.ubi omnes.
de prob.Cyn.& alii in l.digna uox.C.de legib. quin
16 mò†& Deus obligať ex ſua promiſſione. l.1.ubi Bal.
ff.de pac.& ſi aliter diceremus,Principem ex ſuo con
tractu non obligari,hoc eſſet ei ualde damnoſũ,quia
ſic priuaretur quodammodo commercio & cõſortio
hominum, quia nullus reperiretur qui ſecum cõtra-
here uellet,quod ei eſſet graue & quaſi pœnale.argu.
l.hi qui Sanctus. C. de apoſt. per quem tex. ita inquit
Roma.in conſi.352.in fi.Soc.Iun.in conſi. 94.num.2.
uol.2.& in conſi.65.nu.6.uol.1. Pariſ.in conſi.2.num.
230.uol.4.Ber.in con.138.col.1.uol.3.ubi concludit,
17 ꝙ † licet Princeps ſua lege non ligetur, tamen tene-
tur ſtare ſuo contractui, non ſolum ex obligatione
naturali,cui Princeps ſubeſt, iuxta notata in l. digna
uox.& in d.c.1.de proba.ſed etiam ex obligatione na
turali & ciuili,quæ apta eſt actionem producere.arg.
l.licet.§.ea obligatio.ff.de procur. Bar.in l.ex hoc iu-
re.ff.de iuſt.& iure: quoniam nulli dubium eſt, quod
18 † in his,quæ concernunt animam & peccatum, Prin-
ceps dicitur ſubeſſe canoni.c.1.ubi notant Canoniſtæ.
de conſti. & ideo dicit Bald. in l. Princeps. de legib.
19 quod † Princeps qui non eſt ſub lege fori eſt ſub le-
ge poli.Sed de iure canonico quilibet ex pacto & cõ
tractu obligatur naturaliter & ciuiliter.cap.1.& cap.
qualiter. cum ibi notatis per gl. communiter appro-
batam.de conſtit.Soc.Iun.in conſi.78. nu.3. uolu.1.&
20 115.nu.11.uol.2.æquum † eſt enim, ut conuentiones
partium ſeruentur.l.1.in princip.ff.de pac. Soc.Iun.in
conſi.84.nu.18.uol 2.conſi.ſeq.nu.18. & in conſi.32.
21 num.6.uol.3.cum † humanæ fidei nihil ſit conuenien
tius,quàm quæ placuere ſeruare.Soc.Iun.in conſi.30.
nume.2.uol.2.48.num.24.uol.3.& 60.nu.16.uol.eod.
22 Secunda eſt concluſio, quod † quando conductor
eſt impeditus facto locatoris uti & frui rebus condu-
ctis à contractu liberatur, & dominus conductori ad
damnum & intereſſe,etiam lucri ceſſantis tenetur. l.
ſi in lege.§.ſi colonus.ff.locati Ruin. in conſi. 65. nu.
3.col.1.Bero.in conſi.140.nu.37.uerſic. & quamuis.
uol.1.Bal.in conſi.325.uol.3. quærit enim ibi Bal. an
inquilinus,qui migrauit,ſeu receſsit non finito tem-
pore conductionis, quia erat facta in pluribus annis,
teneatur ſoluere penſionem integram totius tempo-
ris,an uerò eatenus,quatenus habitauit & non ultra,
& diſtinguendo concludit. quod aut ſtetit per inqui-
linum, & tenetur ſoluere integram penſionem, aut
per locatorem ex facto ſuo & non tenetur, niſi
pro rata temporis, & ſic ibi Bal. præſupponere uide-
tur,quòd quando conductor fuit impeditus facto lo-
catoris,poteſt recedere a conductione. Bartol.in l.ſi
quis.in fi.C.de agricol.& cenſi.lib.10.& in l.cum ſa-
tis.§.caueant.col.2.eod.tit.item dicitur arguendo de
conductore,qui rem conductam ad præiudicium lo-
catoris deſerere uellet, ad locatorem, cuius defectu
23 conductor uti impediretur † quod argumentum pro
cedere uidetur,eadem ratione uel æquitate.glo.in d.
24 l.ſi in lege.§. ſi domus.ac etiam, quia † correlatiuo-
rum eadẽ debet eſſe diſpoſitio & natura l.1.ubi Bald.
C.de cupreſ.lib.10.Bal.in l.3.in fi.C.de ſacroſanct.ec-
cleſ.ſed conductor,qui ante tempus migrauit, & re-
ceſsit, ad omnem totius temporis penſionem tene-
tur,& propter hoc licitum eſt locatori in totum à cõ
tractu recedere,& rem alteri locare.d.§. domus. & l.
dominus. in fin. ff. locati. & ibi per Scribentes. ergo
idem dicendum eſt in caſu, in quo conductor re uti
non potuit,ut ſibi à contractu recedere liceat, & pen
25 ſiones futuri temporis ſolutas repetere:Nam † corre
latiua ſimul & eodem tempore naſci dicuntur,& na-
turaliter ſimul eſſe ſecundum Bal.ſignanter in rubri-
26 ca.C.de reb.cred.in fi. & hinc dicimus, quod † poſ-
to uno de correlatiuis neceſſario præſupponitur a-
liud.l.fi.C.de iudic.uidui.tollen. quia unum ſine alte
ro eſſe non poteſt,Soc.in conſi.73.col.8. in prin.uel.
3.Soc.Iun.in conſ.136.nu.32.uol. 3. & ideo in mate-
ria dicit Soc.Iun.in conſi.120.nu.3. uol. 3. quod ſicut
locator,quando non habet ubi habitet, poteſt etiam
infra

infra tempus locationis expellere conductorem suæ
domus.l.ęde.ubi Bar.& Saly.C.locati. ita ẽt per con-
trarium dici debet,ꝙ quando conductor nõ potest in
domo habitare,& maximè sine culpa sua,debet sibi re
missio mercedis fieri,etiã infra tempus locationis:tũ
quia contrariorum eadẽ solet esse disciplina, Docto-
27 res in rubrica de acqui.pos.tum ẽt ne† locator & con
ductor ad imparia iudicentur , ita etiam arguit Boer.
28 in decis.243.nu.9.item etiam dicitur,ꝙ† quãdo con-
ductor prohibetur uti & fruire locata facto tertij,cui
locator resistere potest,& non resistit,potest recedere
a contractu,& tenetur ad omne interesse, etiam lucri
cessantis conductori.ut per Bero.in citato consi. 140.
col.3.At in casu,de quo agitur,conductor fuit prohi
bitus uti extractione uini,olei & caseorum facto di-
cti Illustr.Comitis,item & similiter colligere peda-
gium in dictis terris,cui impedimento Ipse Comes ꝑ
uidere poterat,ergo licitum fuit ipsi conductori a cõ
tractu recedere,per ea quæ supra dicta & allegata fue
runt,& tãto magis hoc dicendum uenit,cũ Frãciscus
Ocellus conductor protestatus fuerit de inobseruan-
tia & contrauentione conuentorum contra ipsum Il
29 lustr.Comitem seu Agentes pro eo,per† quam prote-
stationem conseruatur ius protestãtis, & in loco tuto
collocatur.iuxta notata per Doctores in l.non solum
§.morte.ff.de oper.noui nunt.Port.in consi.24.num.
30 11.47.nu.15.61.nu.4n.& 135.numer.33.cui† prote-
stationi consensisse uidentur dicti Agentes, cum ni-
hil contra ipsam protestationẽ opposuerint, & alias
animũ suum nõ declarauerint.Port.in consi.31.n.29.
Non obstant modo quæ ex aduerso adducuntur. &
31 Primo,ꝙ† in contractibus nominatis propter inob-
seruantiam in essentialibus non receditur altera par-
te inuita,sed agendum sit ad implemẽtum uel ad inte
resse.iuxta notata in l.fi.C.de cond.ex cau.nisi sint ta-
lia,in quibus cõsistat causa finalis,& sine quibus pars
non fuisset contractura . ut in l.cum te fundum . C.de
pac. inter empt. & uendit. Quia pluribus modis rñ-
detur,& Primò,ꝙ satis constat ex allegatis in præce-
dentibus duabus conclusionibus licuisse & licere cõ
ductori ob pacta & conuenta non seruata per Illustrẽ
Locatorem ex facto & culpa ipsius recedere a cõtra-
ctu & agere contra ipsum locatorem ad omne interes
se etiam lucri cessantis:Nec obstant notata in d.l.fina.
Quia respondetur,quod notata ibi & in aliis locis in
motiuis allegatis non procedunt. ubi quis promittit
locationem,promissiones,conuentiones,capitula &
omnia ac singula instrumento cõtenta apposita & in
serta perpetuò,& omni tèmpore firma,rata , & grata
habere,tenere,attẽdere,& obseruare,& in aliquo nũ
quam contrauenire,uel contra facere cũ iuramento.
32 Quia† iuramentum debet impleri in forma specifi-
ca & non aliter c.ad nostram.ubi Doctores attestãtur
hanc esse communem opinionem.de iureiur. Corset.
in trac.de iuramento,in 4.priuilegio.Bauer.in tract.
de iuramento nu.57.Ias.in consi.4.col.2.uol.3. & in
33 consi.41.col.2.in fi.uol.eod.Hinc uidemus,ꝙ† licet in
obligationibus facti succedat obligatio ad interesse.
l.stipulationes non diuiduntur.uersi .Celsus.de uerb.
oblig.Tamen si super ipsa obligatione interponitur
iuramentum,obligat præcisè promittentem ad factũ.
glo.communiter approbata in l.si pecuniã.ff.de cõd.
cau.data.ubi Aret.& Ias.Cuma.in consi.182.col.fi. &
hanc esse communem opini.dicit Ias.in consil.9.col.
6.uol.1.& in consi.41.col.3.uol.2.Dec.in c.1.col.13.
uer.1.quia.de iud.Goza.in consi.27.col.2.32.col.2.&
100.co.fi.quam uti magis communem & a qua in iudi
cando non sit recedendum.amplectitur Alex.in cõsi.
37.col.3.uol.2.& 91.col.2.uol.eo.facit ꝙ uoluit Rui.
34 in consi.1.in fi.uol.4.ubi dixit,quod† ualet promissio
facti alieni cum iuramento, quia promittens intelli-
gitur factum proprium promisisse, idest, se facturũ &
curaturum.§.si quis alium.instit.de inutilib.stipul.Do
ctores in l.stipulatio ista,in prin.de uerb.obl. & ideo
si contra fiat,non solum promittens tenetur ad pœnã
& interesse dicto uersi.Celsus.sed etia m uirtute iura-
menti potest cogi præcisè ad factum.ut per Moder.in
d.l.si pecuniã.Bur.& Abb.in c.ueniens.de iureiu.facit
quod uoluit Soc.in con.26.col.fi.uol.3.in prin.ubi in
quit,ꝙ si uenditores iurauerunt obseruare contenta
in contractu emptionis,& non uenditionis, & nõ ob
seruauerint & uenerint contra pacta iurata , ex quo
erant maiores,& conuentio & iuramentũ uoluntaria
ria fuerũt,emptores nõ sunt obligati obseruare, licet
contra uenditores,si uellent agere,possent ad obser-
35 uantiam:ut in l. si quis maior.C.de transac. quæ† lo-
cum habet in omni cõtractu.fm Doct.ibi cõiter : Nec
obstat si dicatur,quòd in instrõ conductionis non sit
iuramẽtũ:Quia respondetur , quod uerba posita in fi-
ne ipsius instrumenti,ibi.& ita prędicta omnia & sin-
gula promiserunt & promittunt sincere,fideliter, &
prorsus inuiolabiliter atendere & obseruare,& in ali
qua unquam non contrafacere,nec contrauenire per
se se,& ut supra,sub iam dictis pœna & obligatione,
ac sub uinculo & uirtute dictorum clausulæ hic in fi
ne pręsentis instrumenti , de earum expresso consen-
su appositorum,quã & quæ uoluerunt habere uires &
sortiri effectum iuramenti, secundum Marchionalis
edicti dispositionem.habent omnẽ uim & producunt
omnem effectum , ac si tactis corporaliter scripturis
fuisset iuratũ:Itẽ ẽt põderanda est illa dictio inuiola-
36 biliter obseruare † quæ uerba important id quod in-
corruptibiliter:ut per Ber.in cõs.7.n.16.seq.uol.3.
37 Secundò respondetur,ꝙ† notata in d.l.fi.de cond.
ob cau.procedunt quoad actionem consequendam ad
repetendum data & executa,secus autem quoad exce
ptionem opponendam contra non obseruantem,agẽ
tem ex contractu,quem nõ seruauit,ut in casu nostro
Corn.in consi.121.in fi.uol.1.
Tertiò dicitur,ꝙ quoties id,quod erat implẽdum,
38 fuit causa finalis ipsius contractus,quæ† causa finalis
dicit,quæ respicit omnem dispositionem,& ad illam
generaliter influit.Bal.in l.1.col.7.solut.mat.Corne.
in consi.35.col.2.uol.3.quos citat & sequitur Crau.
39 in consi.192.nu.11.uer.5.Item† & illa qua quis alias
non esset facturus uel eo modo,nisi fuisset illa causa.
Bal.in consi.340.col.2.uol.3.Craue.in consi.142.nu.
40 9.et 192.nu.21.quia† tunc rescinditur contractus, ẽt
nominatus ob defectũ dictę causæ finalis non secutæ
aut impletæ.d.l.cum te fundum.Craue.in dicto cons.
162.nu.22.Soc.in cons.26.col.3.uol.3.sed in casu no
stro negari non potest,quin complemẽtum extractio
nis uini,olei,et caseorum et collectionis pedagij fue-
rint causa finalis,quare dictus Franciscus peruenerit
ad dictam conductionem, cum ipsa respiciat totam
obligationem,et ad dictum contractum non deuenis
set sine dicta extractione & impositione postarum,cũ
in eis consistat tota commoditas dictæ conductionis.
Vnde stante dicto non implemento, uidetur dicendũ
quod legitimè potuit dictus conductor recedere a cõ
ductione ratione dictę inobseruantiæ,cum iustã cãm
habuerit ab eo recedendi,quam considerat Bero . in
dicto consi.140.num.37.uol.1.
41 Nec refragatur,ꝙ† regula frangenti fidem , locum
non habet in contractibus nominatis post executio-
nem.Bald.et alii in l. in ciuile.C.de rei uindica. Ale-
xand.et cęteri in l. cum proponas. C. de pact. Brun
in consi.45.colum.2.in fin.Quia respondetur , quod
dicta

dicta limitatio sano modo intelligi debet, uidelicet, post executionem perfectã, quæ in casu præsenti non põt dici perfecta; quia etsi post cõuentionem locator permiserit & passus fuerit extractionem uini, olei, & caseorum, tñ demum per ipsum locatorem fuerit prohibita: quia passus non est uti & frui beneficio dictæ extractionis, ad quod factũ successiuum erat obligatus, ut per Bart. in l. si quis domum. ff. locati, dũ ponit differentiam inter contractum uẽditionis, & emptionis ac contractum locationis & cõductionis, de qua executione perfecta intelligitur dictum Bal. & aliorum, de quibus supra, secundum Brun. in consi. prædicto 48. col. 2. uersi. nec etiam obstat.

Vlterius dr̃, ꝙ respectu capitis collectionis pedagii non interuenit executio, igitur &c.

42 Pariter uis fieri non põt nec debet, ꝙ.† supradicta regula ẽt intelligi debeat, qñ locator non seruauit fidem. circa illud capitulum uel connexum, secus si circa separatum. ut per Alex. & alios in d. l. cum proponas, in pñ in. Quia respondetur, ꝙ inobseruantia secuta fuit in extractione uini, olei & caseorum & in collectione pedagij, quæ sunt capita principalia dicti 43 contractus: Secundò respondetur, ꝙ† data inobseruãtia in una capitulo, conuentio redditur nulla. ut per Castren. in consi. 288. col. fi. uersic. nec obstat. in antiquis. ubi dicit, ꝙ si pacta in quibusdam non fuerũt seruata sed uiolata, nec alter seruare tenetur conuenta, & ꝙ non ualet dicere, ꝙ id procedit, si in nullo fuissent seruata, quia etsi in uno seruata non fuerunt, uerum est dicere pacta non fuisse seruata: quia qñ rõ sumitur in uniuerso, si in uno est falsa, reputatur in totum falsa. l. si is qui. §. utrum. ff. de reb. dub. Non enim possunt dici pacta seruata, si in uno fuerunt uiolata. Quia duorum contrariorum hæc est natura, ꝙ ad positionem unius sequitur destructio alterius, & econtra l. sed si pupillus. §. fin. ff. de instito. & Pau. sequutus Cagno. in l. si quis maior, nu. 134. C. de transac. ubi citat Soc. ita ẽt tenentem, & eo magis hoc dicendũ uenit stante iuramento uel effectu iuramenti posito in dicto contractu locationis, quod obligat precisè, & debet impleri in forma specifica. iuxta dictum glo. in lege si pecuniam. in uerbo necesse habere. ff. de cond. ob cauf. cui accedunt dicta per Bal. in d. l. pacta conuẽta. de quo supra fecimus mentionem in 1. conclus. & ꝙ cõiter ab omnibus recipitur. Tertiò respondetur, ꝙ in terminis nostris capitula non possunt dici separata sed connexa, & ideo ꝙ militat regula. l. cum proponas. C. de pact. Quòd aũt sint connexa demonstrat: 44 quia† capitula dicunt̃ connexa, qñ obligationis sunt correspectiuæ: quia una fit contemplatione alterius, sm Doct. in d. l. cũ proponas. & in c. 3. ubi But. Abb. & Mod. de iureiurã. Brun. in allegato consi. 48. col. 2. At in casu nostro negari non põt, quin obligationes sint respectiuæ, ut magis est uidere ex ipso contractu q̃ referre. Item inquit Card. in d. ca. 3. de iureiur. quem sequitur Brun. in iam sepius citato conf. 48. col. 2. quòd 45 † qñ capitula omnia congregantur in unam obligationem, dicuntur cõnexa & correspectiua, sed ita est in terminis nostris, ergo &c. ¶ Ex his igitur resultare vr̃ firma & solida conclusio, ꝙ ex causis præmissis licuit dicto Francisco recedere à contractu, qui recessus omnino prodesse habet eius fideiussoribus: qm̃ liberato principali cẽsetur ẽt liberatus fideiussor. Nec habet obstare, quòd ex quo conductor non obstante protestatione ab ea recessit, perseuerando in conductione, quòd perseuerantia ipsa habet nocere nõ tantum ipsi conductori sed etiam eius fideiussoribus, cũ 46 † protestatio nihil operetur, si ab ea receditur per factum contrarium: quia facta derogant uerbis. Bald. in l. Nesennius. ff. de neg. gest. Marf. in rub. de fideiuss. Bero. in d. consil. 140. Quia respondetur, quòd quatenus de aliqua perseuerantia appareat, quòd illa tantum põt nocere ipsi conductori non aũt fideiussoribus ipsis, qui acceptarunt dictam protestationẽ iudicialiter factam agentibus pro dicto Illustre Comite, una cum dicto conductore supplicando, simul & semel protestando, per quam protestationem & acceptilationẽ, cui nihil fuit contra dictum per Agentes prædictos, fuit ius ipsis acquisitum, quod eis inuitis tolli nõ potuit, ratione dictæ perseuerantiæ conductoris. Nã re-47 gula est triuialis quòd† ius nostrum sine consensu nostro auferri non potest l. ius nostrum. ff. de regul. iur. 48 cum† alteri per alterũ iniqua conditio fieri nequeat. Paris. in consil. 157. nume. 50. & sequenti. uolum. 1. fa-49 cit. l. final. de pact. ubi † exceptio quæsita fideiussori, mediante pacto de non petendo facto reo principali, non potest inuito fideiussori auferri per contrariũ pactum de petendo, factum ab ipsomet reo principali, ubi etiam Iaso. in 2. notabili. Accedit quod uoluit. elegans Doctor dominus Ioannes Petruccius in l. fina. C. de pact. quem sequitur Socin. in consil. 91. numẽ. 7. uolum. 4. ubi inquit, quòd ius quæsitum fideiussori ex contractu non potest nouo actu auferri sine facto eius, quando nouus actus nascitur ex interuallo post ius quæsitum.

Non obstat, quòd si principaliter conductori non fuit licitum recedere à contractu, nec etiam fideiussori, cum omne ius à iure principali reguletur, quãuis fideiussor etiam inuito reo possit uti omni defensione reo competente. l. ex persona. de fideius. Vnde cũ ex perseuerantia conductoris nullum ius sit sibi quæsitum ad rescindendum contractum, ita nec fideiussoribus: quia non potest dici ius quæsitum fideiussorib. priusquam principali. Quoniam aduertendum est, quòd imò dicto principali fuit quæsitum ius ante perseuerantiam per protestationem intimatoriam factã Agentibus prædictis, quæ fuit per eos (ut dictũ fuit,) tacitè acceptata non contradicendo ei: Vnde cum sibi fuerit ius quæsitum, ergo & fideiussoribus, qui illam acceptarunt, protestando simul cum eo de inobseruantia conuentorum, cui protestationi etiam ipsorum fideiussorum acquieuerunt Agentes ipsi. Vnde cum tam ex persona principalis quàm ipsorum fideiussorum ius eis fuerit quæsitum, non potuit tale ius ipsis inuitis auferri ex perseuerantia subsequuta per conductorem, & sic non militat fundamentum prædictum &c.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta inter patrem & filium non ualet.*
2 *Donatio inter uirum & uxorem non est ualida.*
3 *Donatio facta inter patrem & filium contemplatione futuri matrimonij, ualet.*
4 *Consuetudo generalis & obseruantia communis pro lege obseruari debet.*
5 *Filius de iure nouissimo est capax acquisitionis, ita ꝙ hodiè habet hæredem.*
6 *Donatio facta contemplatione futuri matrimonij conferri non debet, quia donatio simplex & non ob causam.*
7 *Donatio ut dicatur ob causam, requiritur ꝙ sit facta ob causam necessariam, quę excludat liberalitatem.*
8 *Donatio facta contemplatione futuri matrimonij dicitur procedere ex mera liberalitate.*

Donatio

9 *Donatio facta per patrem filio futuro clerico de uictu & uestitu super bonis ipsius donantis non imputatur in legitimam.*
10 *Donatio ex causa dotis uel donationis propter nuptias dicitur ob causam.*
11 *Statutum loquens de donationibus habet etiam locū in donatione facta per patrem filio contemplatione matrimonij.*
12 *Donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis dicitur simplex.*
13 *Donatio facta per patrem filio ratione matrimonij futuri, cum dicatur ob causam & non simplex, quia munita ratione naturali, conferri debet. & num. 15.*
14 *Mater licet non teneatur dotare filiam, quando habet aliunde, unde se dotet, tamen si ab ea dotetur dos ipsa imputatur in legitimam, quia ad illam dotationē moueri dicitur mater ex quadam naturali affectione, ut facilius filia maritum reperiat, & melius ab eo tractetur.*
15 *Reprehenditur Crauetta in consi. 85.*
16 *Donatio facta per patrem filio, quæ ab initio ualet cōferenda uenit.*
17 *Donatio facta inter patrem & filium, quæ ab initio non ualet, sed morte confirmanda uenit, cum uim relicti habeat, conferri non debet.*
18 *Donatio facta filio in præmium emancipationis, cum in uita donantis ualeat, conferenda uenit.*
19 *Pater si emit militiam filio, illam conferre tenetur.*
20 *Aequalitas est seruanda inter filios.*

CONSILIVM. LXX.

De duobus dubitari cōtingit. & primò, an donatio facta per D. Marcū antoniū d. Ioāni eius filio ad effectū ut matrimoniū cōtrahat cū D. Helisabet de Amicis, sit ualida: quia facta inter patrē & filiū. Secūdò uerò si ualeat, an ea sit cōferēda cū dn̄is Ioanefrancisco, & Carolo, eius fratribus, cum quibus succedere uult in hæreditate paterna dictus. D. Ioannes. Circa primum uideretur prima facie dicendum quòd nō: quia trita
1 iuris est conclusio, quod regulariter donatio facta inter patrem & filiū nō ualet. l. donationes quas. C. de dona. inter uir. & uxo. l. 2. C. de inof. dona. l. Pōponius Philadelfus. ff. fam. erci. argum. a speciali. Crau. consi. 141. nu. 1. Soc. Iun. in consi. 13. in prin. uol. 2. consi. 44. nu. 1. uol. 1. Dec. in consi. 86. col. fi. & in consi. 432. nu. 3. 631. nu. 5. & 470. nu. 13. Bal. in consi. 51. col. 1. uol. 5. Port. in consi. 21. nu. 25. 80. num. 6. Crot. in l. frater a fratre. nu. 68. de cond. indeb. & ratio est: quia, cū ista donatio proficiscat a patre, ipsi patri acquireretur. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Paris. in consi. 16. nu.
2 24. uol. 2. Ias. in consi. 171. col. 4. uol. 4. Idē etiam uidemus in donatione facta inter uirum & uxorem: quia regulariter prohibita est. l. prima, ff. de donatio. inter uir. & uxo. Dec. in consi. 526. in princi. Soc. Iun. in cō. 44. numero 6. uolumine 2. 96. numero undecimo, uolum. 4. 60. numero 6. uol. eod. Cephal. in consil. 61. numero 1. Port. in consi. 112. numer. 118. & 41. & licet in aliquibus casibus specialibus ualere uideatur, ut per gloss. in dicta. l. 2. & Moder. in dicta. l. frater a fratre: tamen casus, de quo agitur, non uidetur esse de illis.

His tamen non obstantibus contraria sententia est
3 de iure uerior, quod imò huiusmodi donatio est ualida & efficax, quod probatur ex notatis per Guilel. Pap. in decis. sua. 145. ubi dicit, quod licet ista non sit sponsalitia largitas, nec donatio propter nuptias, tamen est donatio inter uiuos facta cōtemplatione matrimonii per patrem iu filium collata, & quæ facta extitit in contractu matrimonii, & est pars dicti contractus, & confunditur cum toto ipso contractu dotali, & fingitur esse unus contractus. iuxta not. per Bal. in l. petens. C. de pac. Vnde cum contractus dotalis ualet fauore matrimonii, idem censeri debet de donatione facta per patrem filio in choerentijs cōtractus matrimonij, cuius etiam contractus naturam retinet. iuxta notata in l. etiam. ff. de inofficio. l. Marcellus. ff. de dona. cau. mor. & presertim cum donatio fuerit cōditionata: quia aliàs pater & uxor non consensissent dicto matrimonio, & ita ualet saltem tanquam pactū conditionatum. l. cum donationis. iuncta gl. C. de trāsac. quam ibi sequuntur Cyn. & Bald. aliàs si diceret inefficax, remanerent decepti pater & filia, nec seruaretur equalitas, ubi ualeret, quod pater daret ex causa dotis fauore matrimonij, & non ualeret quod pater daret filio cōtemplatione matrimonij, quā tamen æqualitatem uoluerunt iura seruari. l. illud. §. ad hec. C. de colla. l. fi. C. com. utr. iud. & præsertim in contractibus dotalibus. ut in authē. de æqua. dot. in rubro &
4 & nigro. Præterea generalis consuetudo & communis obseruantia fouet tales donationes in contractibus matrimonij, quæ consuetudo pro lege debet obseruari, ut no. in similibus in l. pactum quod dotali. in 2. opposit. C. de coll. alibi ipse Guido in consi. 12. in j. dubio & consi. 87. col. 3. uersi. non potest. Paris. in cō. 16. nu. 24. uol. 2. Dec. in consi. 239. col. 2. Ias. in consi. 171. col. 5. uersi. item sicut uol. 4. Crau. in cons. 85. col. 1. & 2. Corn. in consi. 45. col. 1. uol. 4. Natta in consi. 600. in primo dubio. Alcia. in consi. 56. in 3. tomo. nu. 3. Port. in consi. 80. nu. 5. Franc. Marc. in quæst. 852. & sequenti.

Nec uis fieri dēt in adductis est aduerso. Quia rn̄detur secundum Guid. Pap. in citata decis. 145. & Nattā
5 ubi supra, quod in pluribus casibus filius est capax acquisitiōis, maximè de iure nouissimo, ita ꝙ hodie habet heredem. §. si quis igitur. §. consequēs. §. si uerò. in auth. de hæred. ab intesta. inter quos etiam uenit enumerandus casus noster, quando fit donatio filio contemplatione matrimonii ad instar dotis, ut constat ex auctoritatibus supra citatis.

Venio ad secūdum caput, in quo quæritur, an dominus Ioannes, qui uult succedere quondam domino Marcoantonio eius patri ex testamento cum dn̄is Io. Franc. & Carolo suis Fratribus, teneat cōferre prędictā donationē sibi factā contemplatione futuri ma
6 trimonij. In quo uideretur dicendū ꝙ non: quia hec donatio non dr̄ ob cām sed simplex quæ non confer
7 tur, ut patet: quia ut donatio dicat̄ ob cām, requiritur ꝙ sit facta ob cām necessariā, quæ excludāt liberalitatē, secus si facta ex mera liberalitate. ut per Angel. in l. sed hoc ita ff. de re iud. Ias. in l. inter eos. in 2. notab. eo. ti. Io. Fab. & Io. de Platea. in §. ꝑterea. uer. sed si qs. inst. de actio. Dec. in auth. ex testō. in 5. col. C. de coll. Tiraq. in repet. l. si unquā. in uerbo donatione largitus. nu. 145. C. de reuocan. dona. ubi ēt Ripa in q. 13. Corn. in consi. 45. col. 4. uol. 4. Vasq. in l. omnimodo.
8 in §. imputari. nume. 260. C. de inoff. testa. sed huiusmodi donatio non vr̄ factam ob cām necessariam sed ex liberalitate: quia ad illam pater non arctabat̄, ergo conferri non debet tanquàm simplex. ita Crauet. in consi. 85. ubi inquit, ꝙ si ista donatio esset ob cām deberet conferri secus si simplex, & ꝙ in materia col

lationis donatio ob cām tunc dr̄, qn̄ respicit fauorē donantis, quæ excludit liberalitatem, secus si sit alia cā, extrinseca, quæ non impediat, quo minus dicit do nationē ex liberalitate procedere, ut in casu pręsenti ubi donatio ipsa non habet in se cām necessariam, pu ta dotis uel donationis propter nuptias, ad quā pater uel maritus respectiuè tenentur: quia pater tenetur dotare filiam, & maritus facere donationem propter nuptias, seu pater pro filio marito, iterum Craue. in consi. 114. nu. 7. Accedit quoque quod alibi scripsit

9 idē Crau. in cons. 136. ubi consuluit, donationem† fa ctam per patrem filio futuro clerico de uictu & uesti tu super bonis ipsius donatoris, nō imputari in legiti mam, quia donatio ipsa dicitur simplex & nō ob cau sam. Quoniam ut donatio dicatur ob causam in ma teria imputationis, requiritur ꝙ illa habeat in se neces

10 sitatem† prout est donatio ex causa dotis uel dona tionis propter nuptias, secus si fiat donatio ob cau sam, ad quam pater non tenebatur, quia tunc dicitur simplex, quæ non imputatur in legitimam. Corn. in

11 consi. 45. col. 4. uol. 4. ubi concludit, †huiusmodi do nationem etiā comprehendi sub statuto loquente de donationibus, ꝓ qua sententia facit ēt qđ inquit Paul. de Castro in l. ut liberis. C. de collatio. ubi dicit dona

12 tionē† factā per patrē filio in præmiū emācipationis dici simplicē, nec cōsideratur, ꝙ fiat ob causam emāci pationis: quia illa causa nō excludit liberalitatem.

Sed præmissis non obstantibus contrariam senten tiam uti ueriorem amplectendam fore arbitror, scili cet ꝙ siue donatio huiusmodi sit ob causam, siue sim plex debet conferri, & in primis moueor ex cōclusio

13 ne, quæ habet, ꝙ† donatio facta à patre filio fauore matrimonij non dicitur simplex, sed ob causam, quia munita ratione naturali, ut probatur ex notatis per Picum in l. in quartā. nu. 196. ad. l. Falcid. ubi inquit,

14 † ꝙ licet mater non teneatur dotare filiam, quando aliūde habet unde se docet, iuxta notata per Scriben. in l. j. ff. soluto. matr. Tamen si eam dotet, dos ipsa im putatur in legitimam, quia ad illam dotationem ma ter dicitur moueri ex quadam naturali affectione, ut facilius maritum reperiat, & melius ab eo tractetur. Inquiens, ꝙ ubicunque pater mouetur affectione na turali, donatio dicitur ob causam naturali ratione munita & non ex mera liberalitate. & ideo dato ꝙ separetur à patrimonio dātis, ex quo à principio fuit in eius patrimonio, imputatur filio in legitimam, qđ secus esset, si esset donatio simplex, cū illa nō impute tur in legitimam. sed latius hoc uoluit. ibi Berengar. in 3. par. in 2. articulo nu. 73. uersi. alii etiam putant. ubi dicit, ꝙ ex quo donatio, quæ fit per patrem filio contemplatione matrimonij, interim ualet l. Pompo nius Philadelphus. ff. fami. ercis. illa imputari debet in legitimam, & ꝙ de iure dubitari non potest, quin conferri debeat, auth. ex testamento. C. de colla. & ꝙ causa huius decisionis est: quia si per illam. l. Pompo nius. prædia, quæ filiæ in potestate existenti concedū tur, hodie cōferuntur. ut ibi per glo. ergo eodem mo do donatio facta per patrem filio cōtemplatione ma trimonij conferri debet, quo fit ut præcipua filio ho die esse non debeat, & ꝙ ista appellatur donatio ob causam, cū pater stimulo naturali eam faciat, ut ei do tem pinguiorem, & uxorem melioris status inueniat. Pro qua sententia facit quod uoluit Paris. in consi. 26. nume. 33. uolum. 2. ubi concludit, quòd filius, cui à patre fuit facta donatio contemplatione matri, quę ualuit à principio, & quę dicitur donatio ob causam, ut dixi supra in nume. 24. si instituitur à patre cū aliis fratribus, si adiuit hæreditatem, uel illi se immiscuit, conferre debet donationem: nā sicut filia conferre de bet dotem, quando hæreditati paternæ se immiscuit. l. 1. in princ. l. pater. ff. de colla. dot. l. pen. de collatio. bono. multo fortius hoc debet habere locum in filio succedēte patri ex testamēto, ut donationem cōferre allegat. auth. ex testamento. iuncta glo. magna ubi & omnes Scriben. de collatio. Idem uoluit Alc. in con silio 57. in 3. tomo nume. 3. Cum igitur hæc donatio sit ob causam, quia munita naturali affectione, nemi ni dubium est, ꝙ uenit conferenda. Pau. de Castro & Alex. in l. ut liberis. in fi. C. de collatio. Alciat. ubi su-

15 pra. Nec † obstant notata per Crau. in cōsi. 85. Quia respondetur præsuppositū suum falsum esse, dum in inquit, donationem ob causam tantum dici, quando quis ex necessitate legis cogitur ad illam faciendum aliàs secus, quoniam etiam donatio facta filio cōtē platione matrimonij dicitur ob causam, cū procedat ex quodam stimulo paterno & affectione naturali, ut filius uxorem honorabiliorem, inueniat, & pinguio rem dotem consequatur, & non ex mera & simplici liberalitate. ut per Picum, Berengar. & alios supra ci tatos. & ideo nimirum si ipsa donatio ita conferatur sicut aliæ ob causam, ut est donatio cā mortis. & pro pter nuptias. Bero. in cons. 53. num. 20. uolum. 2. & in consi. sequenti in princ. Nam maximus est stimulus naturalis & affectio paternalis, qui quandoque com pellit, & cogit patres ad faciendum: quod aliàs non facerent. Nam hæc causa uidetur quandā quasi frater nitatē habere cū dote & donatione propter nuptias, quæ conferuntur. l. filiæ dotem. C. de collatio.

Nec etiam uerum uidetur, quod tradit Craue. in d. consi. 85. quòd ex quo hæc donatio est simplex, non uenit conferēda. Quia respondetur, communem esse

16 opinionem, donationem † factam à patre filio, quæ est simplex & ualet in uita patris, conferendā esse, ut demonstratur ex auctoritatibus sequētibus & Primo, ex notatis ꝑ Crot. in l. frater à fratre nu. 74. ff. de cōd. inde. in uer. infertur etiam. ubi concludit, donationē

17 † factā per patrē filio, quæ ualuit in uita donantis, conferēdā esse, secus si esset inualida uiuēte patre & confirmatione indigeret per mortem donantis, quia hic non confertur cum habeat uim relicti. l. ea demū. C. de collatio. Scriben. in authentica ex testamēto. C. eodem titulo. Idem firmat Corne. in consilio 289. li tera A, la. 2. uol. 4. ubi consuluit, communem esse opi nionem, quod quādo donatio facta per patrem filio est ualida à principio & non expectat aliam confir mationem per mortem donantis, illa confertur. Alle gat doctores in dicta auct. ex testamento. subdēs, hoc esse de mente glo. & doct. communiter ibi. qui oēs di cunt, quòd ideo Seius non confert donationem. quia habet uim relicti, ex quo requirit confirmationē per mortem donātis, & sic gl. & sequaces aliter sentiunt qn̄ ualet in uita, & quòd in decisiuis nō sunt mutāda, quæ certā semper habuerūt interpretationē. l. mini mè. ff. de legib. sed inherendū est carroccio. iuxta glo. in l. oīs diffinitio. ff. de reg. iur. cui sententiæ ēt opitu lantur dicta per Soci. in consi. 91. col. 4. uersi. quò ue rò. uol. 1. ubi ait, quod simplex donatio facta per pa trē filio confertur qn̄ fuit ualida à principio, omissa disputatione Ioan. Azo. & Dy. ac aliorū, quos refert

18 Cy. in dicta auct. ex testamento, quia† sicut donatio facta filio in præmiū emancipationis, quæ ualet in uita patris donantis cōfertur. l. ut liberis C. de colla. Ita & donatio facta ꝑ patrē filio in potestate, quæ ua let in uita patris, quia eadē ratio, quæ est in filio emā cipato, ut cōferat donationē, ēt militat in filio in po testate, ergo & eadē esse debet iuris dispositio. l. à Ti tio. ff. de uerb. oblig. licet enim à cōiecturata ratione arguere glo. & doctores in l. quamuis. C. de fideicom.

Item

Item & quia,ratio propter quã filius in potestate nõ confert,quando non ualet:quia habet uim relicti,cessat quando a principio est ualida,ut est quando donatio est iurata,igitur cessat iuris dispositio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.& inquit, ꝙ inuenit ambos suos præceptores & Modernos ita tenere in d.authẽ.ex testamento.& cum Soci.pertransit.Ripa in dicta l.si unquam.q.15.in fi.& Craue.in consi.104.nu.4.ubi post Soci.dicit,ꝙ filius in potestate tenetur conferre donationem sibi factam cum iuramento,sicut tenetur filius emancipatus,& ratio est secundũ eũ:quia utraque donatio ab initio ualet,& tamen si non esset iuramentum,illa donatio non conferretur.Natta in cons.109.in prin.ubi tradit,ꝙ data a parentibus,quæ ualẽt in uita,conferũtur per filios, & ꝙ quando donatio ualet in uita,tũc in omnibus illis casibus donatio simplex confertur.Ber.in consi.53.num.20.uersi.respectu aũt partis.uol.1.& in consi.seq.nu.22.& hanc sententiã communem loquũt Cagn.in l.si emãcipati.n.117.C.de collatio.licet teneat cõtrariũ.& Dida.uar.resolut.parte 1.in c.Raynaldus.§.2.col.fi.uers.ex quibus de testa.& cum hac parte etiam pertransit Alcia.in consi.57.in tertio tomo.nu.4.Cassane.in consi.53.nume.71.ubi inquit,quod quomodocunque sint donationes,de quibus in themate suo,siue ob causa,siue simplices,semper conferuntur,per glo.in d.auth.ex testamento.ubi communiter doctores.de collatio.Itẽ
19 etiam sequeretur,quod †si pater emeret militiam filio ꝙ non teneretur illam conferre:quia pater non cogebatur illam emere filio,& tamen clarum est,quod illa confertur.Bar.in l.1.§.sed nec Castrense.ff.de collatio.bono.ergo presuppositum Craue.erroneum,& eo maximè dicendum est,quod donatio predicta confe-
20 renda,ueniat,ad hoc †ut seruetur equalitas inter filios,cuius causa inductum fuit,ut fieret collatio.d.l.ut liberis.l.fi.C.com.utriusque ind.§.illud.in auth.de trien.& semis.Dec.in auth.ex testamento.col.fi.fin.in princ.Craue.in consi.125.nu.7.Ias.in l.illud.in prin.C.de collatio.Rui.in consi.162.col.fi.uol.2.Cephal.in consi.183.nu.2.Natta in consi.109.col.1.Paris.in consi.16.nu.34.uol.2.Neuiz.in consi.62.nu.11.Cassane.in d.consi.53.nu.71.&c.

SVMMARIVM.

1 *Gabellam soluere nõ tenentur personæ ecclesiasticæ de fructibus & reditibus suarum ecclesiarum.*
2 *Pedagiorum exactiones dãnatæ sunt tam de iure canonico quam ciuili.*
3 *Personæ seculares exigentes gabellas ab ecclesiasticis personis incidunt in pœnam excommunicationis,Collegium uero & Vniuersitas in pœnam interdicti.*
4 *Cõsuetudo,ꝙ clerici teneãtur soluere gabellã nõ ualet.*
5 *Pedagia,gabellæ & dacia sunt onera realia.*
6 *Clerici sunt immunes ab exactionibus secularium,quia potestas eorum penitus in clericos est interdicta.*
7 *Imperator non potest statuere contra legem Dei.*
8 *Statuto si caueatur,quod uendens teneatur dare denarios duos Regi,ad hoc non tenentur clerici uendentes uinum uel frumentum ex præbendis suis.*
9 *Prohibitio facta de non uendendo uinum ad grossum uel minutum, non comprehendit clericos uendentes uinum,uel uendi facientes ad minutum.*
10 *Clerici negotiantes gabellam soluere tenentur.*
11 *Vendentes uinum,bladum,& oleum ex rebus suis non dicuntur negotiari.*
12 *Negotiari propriè hi dicuntur,qui rem emunt,ut eam integram lucri causa uendant,non illi,qui rem emũt, ut eam reducant ad aliquam formam.*
13 *Gabellarij exigentes gabellam a personis ecclesiasticis,ultra quod sint excommunicati,tenentur ad restitutionem exactorum,& ad satisfactionem trãsgressionis competentem,quæ arbitraria erit.*
14 *Clerici & personæ ecclesiasticæ non tenentur ad solutionem pedagiorum,& uectigalium pro rebus,& alijs,quæ deferuntur usus sui causa.*
15 *Secularis pro rebus,quæ deferuntur sui usus causa, gabellam soluere non tenetur.*
16 *Statutum si prohibet frumentum extrahi de Comitatu uel certo territorio,non intelligitur de eo, quod quis extrahit usus sui causa.*
17 *Gabellam quis soluere non tenetur de uestimẽtis,quæ portat in dorso.*
18 *Gabellam exigentes puniuntur pœna capitali.*
19 *Gabellam soluere non tenentur ementes res causa sui usus necessarii,licet ex post facto mutauerit propositum.*
20 *Gabellam soluere quis nõ tenetur de anulis, quos portat in digito.*
21 *Statutum licet sit in Ciuitate,quod pro quolibet equo forense trãseunte per Ciuitatem gabellam soluere teneatur,non tamen tenebitur pro equo, quem equitat pro usu suo.*
22 *Clerici licet non teneantur ad solutionem gabellæ,tamen tenentur bona sua profiteri gabellario.*
23 *Scolaris etsi non teneatur pedagium soluere de libris tamen tenetur bulettam petere a gabellario,alias incidunt commissum.*
24 *Clericis quod deferant res usus sui causa statur eius iuramento uel nuntiorum suorum, nisi qualitas personarum repugnet.*
25 *Iudex ecclesiasticus adeundus est,quando est controuersia inter clericum asserentem res esse sui usus ca & gabellarium firmantem contrarium, ut possit decidere,si iuramentum præstandum est clerico.*
26 *Clerici etsi sponte uel coactè gabellam soluant, Episcopus loci,in quantum tangit ius publicum & non priuatum,poterit prohibere offensam factam ecclesiæ uniuersali.*
27 *Episcopus requirere potest Episcopos uicinos ut publicent excommunicatos gabellarios exigentes gabellas a clericis,licet nõ possit aduertere in eos si legitimè requisiti contra ius recusent eos fouere.*
28 *Gabellarii cauere debẽt,ne incidant in pœnas,de quibus in cap.quamquam.de censib.in 6.& in clement. præsenti.eod.tit.*

CONSILIVM. LXXI.

DVO sunt capita super quibus respõsum expectatur,quæ (Iudicio meo) nullam penitus habent dubitationem,cum ea resoluantur per text. & leges apertas.iuxta.l.ãncillæ.C.
1 de fur.Primum enim est,an †clerici uel ecclesiasticæ personæ teneantur de reditibus, & fructibus beneficiorum & ecclesiarum soluere gabellam. Secundum uero est,an saltem de rebus, quæ uehuntur causa sui usus & familiæ suæ teneantur, ad

folutionem gabellæ. Et deueniendo ad primum concludendum est, quod non per tex. clarum in c. quamquã
2 de censib. in 6. ubi Papa mandat, ex† quo pedagiorum exactiones regulariter sunt damnatæ tam de iure canonico quàm ciuili, qui ecclesię, ecclesiasticæque per sonę & res ipsarum nõ solum iure humano uerum & diuino immunes sint à secularium personarum exa-
3 ctionibus, ut† nec Collegiũ, Vniuersitas nec ẽt aliqua singularis persona cuiuscunque dignitatis, conditionis aut status existat ab ecclesijs, aut personis pro per sonis ipsis aut rebus pedagia, aut guidagia exigere uel extorquere per se seu per aliũ suo nomine, uel ẽt alieno, aut eas huiusmodi persoluenda pręsumat con
4 traria quorumcunque locorum† consuetudine, quæ dicenda est corruptela, non obstanti, & qui contrafecerint, si personę fuerint singulares excommunicatio nis, si autem Collegium uel Vniuersitas Ciuitatis, Ca stri, seu loci alterius cuiuscunq; ipsa Ciuitas, Castrũ, uel locus interdicti sententias ipso facto incurrant, nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem uel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter. Imò plus in clem. præsenti. eod. tit. præcipit Episcopis & aliorum locorum ordinarijs, ut has pœnas & sententias publicent, illisque sub pę na excommunicationis pręcipiat, ne sint remissi in ip sarum pœnarum publicatione. Idem etiã noluit Parpal. in l. placet. num. 101. C. de sacrosf. eccle. ubi inquit
5 quod† licet pedagia gabellæ & dacia sint onera realia. gl. in l. fi. C. de can. largit. lib. 10. & in l. 2. C. de priuil. ue tera. lib. 12. tamen non tenetur ad ea clerici per dict. cle. præsenti. nisi ex causa negotiationis ut ibi in uerbo negotiandi. Bertac. in trac. de gabel. in 7. par. prin.
6 in 7. q. col. 3. ubi dicit, quod† clerici sunt immunes ab exactionibus secularium, quia ipsorum potestas in cle-
5 ricos penitus ẽst interdicta, cum seculares non possint grauare ecclesiasticam libertatem c. nouit. de sen. excom. auct. cassa. C. de sacrosf. eccle. Abb. in c. non mi nus. num. 17. de immunit. eccle. ubi tradit, quod bona cle rici & ecclesiarum & eorum bona habent a iure diui-
7 no immunitatem ab exactionibus secularium, & † quod Imperator non potest statuere contra legem Dei ca. sunt quidam 25. q. 1. iterum Abb. in c. innouamus. nu. 4. de censib. ubi clerici non tenentur soluere uectiga lia, quamuis per dominos temporales licitè imposita, Iul. Ferret. in trac. de gab. nu. 444. Cyn. & Bald. in l.
8 2. C. de epis. & cler. ubi † si fieret statutum, quod uendens teneatur dare denarios duos Regi uel communi Ciuitatis, non tenentur clerici uendendo uinum uel frumenta, quę habent ex præbenda, quos sequitur Ber tac. ubi supra. col. 4. & Iul. Ferret. in suo trac. nu. 447.
9 ubi ampliat hoc procedere, ẽt si† statutum dictaret, sol ui gabellam pro omnibus rebus & introitibus uendẽ dis ad grossum. Card. in consi. 12. in primo dubio. per tex. in l. sacrosancta. C. de sacrosf. eccles. de l. his. C. de epis. & cler. Abb. in consi. 6. in 1. col. & in 2. dubio uol. primò. Imò dicitur, quòd etiam non obstante prohibitione facta de non uendendo uinum ad grossum uel minutum, possunt clerici uendere suum uel uendit facere ad minutum sine solutione gabellę. Bertac. in dicta septima quæstione colum. 4. uersicul. an autem, dicens, ita consultum fuisse per insignem doctorem dominum Hieronymum Zanetinum Bononiensem. Quæ supra dicta sanè intelligas procede-
10 re, ubi† non datur negotiatio in clericis, ut per doctores in dicta clemen. præsenti. per illum text. & Par
11 pal. ubi supra, qui † tamen non dicuntur negotiari, quando uendunt uinum, bladum, oleum, & similia
12 ex rebus, suis quoniam † illi dicuntur propriè nego-

tiari, qui emunt rem, ut eam integram lucri causa uẽ dant, non illi, qui emunt rem, ut eam reducant ad ali quam formam, uel si uendant uinum uel bladum de de reb. suis recollectũ. ita Abb. singulariter in d. cõs. 6. in fi. per tex. in c. eiiciens. 88. dist. Bertac. in d. 7. q. col.
13 4. Ex his igitur liquidò constat, quod† gabellarij, qui cogũt personas ecclesiasticas gabellam soluere, sunt ex communicati, & tenent ad restõem exactorũ, & ulterius ad satisfactionem competẽtẽ transgressionis, ut in d. c. quamquam, & in cle. Pręsenti, in fi. & Card. in consi. 12. & hoc pp iniuriam irrogatã Deo & homini. c. si res 14. q. 6. quæ satisfactio erit arbitraria, secundum Car. in cle. pręsenti, in 12. notab.
14 Venio sm caput, in quo ẽt dr, quod† clerici & ecclesiasticæ personę non tenentur ad solutionẽ pedagiorũ & uectigalium pro reb. & alijs, quæ deferunt usus sui
15 cã: quoniam† unusquisq; ẽt secularis de talib. rebus gabellam soluere non tenẽ. l. uniuersi. C. de uectig. & cõmis. l. si publicanus. §. 1. ubi ẽt Bart. de publica. Bar.
16 in l. cætera. §. sed si quis. de leg. 1. ubi si† statutũ prohibet extrahi frumentũ de Comitatu uel de certo terri torio, nõ intelligitur de eo, qđ quis extrahit usus sui causa. & Bar. ibi sequuntur communiter Scribentes, ut refert ibi Ias. in 5. notabili. Ias. in consi. 20. colu. 4. uers. 5. uol. 1. Bertach. in trac. de gabel. in 7. par. in 7. q. col. 5. Iul. Ferret. in trac. de gabel. nu. 137. & seq. Rui. in consi. 112. nu. 4. uol. 5. Franc. Marc. in decis. 4. nu. 4. in 2. par. ubi pedagium non soluitur, quãdo deferũtur blada, uel alia uictualia usus sui causa, uel familię, uel reipublicæ. Bar. in l. sed & ipsi. §. Iulianus. ff. de naui.
17 caupo. stab. ubi etiam dicit, quod† de uestimentis, quę quis portat in dorso nõ soluit gabella, sequitur Fran. Marc. ubi supra col. 5. & in decis. 285. tradit, quod illi qui emũt in mercato uictualia, quæ deferunt usus sui causa necessarij uel suæ familiæ, ut pro bladis, corio,
18 uel uestibus pedagium soluere non debent, & † cõtra exigentes imponitur pœna capitalis dicta. l. uniuersi,
19 qđ inquit etiam procedere, † quãdo a principio quis emit causa sui necessarij usus, licet ex post facto mu tauerit propositum. l. cætera. §. sed si parauerit. de lega. primò, quia attenditur prima destinatio. & ideo licet a principio, cum quis emerit frumentum causa sui usus, uel uinum pro toto anno, licet ex post reuen dat: quia habet supraplus, non incidit in pœnam statuti. Iul. Ferret. ubi supra nu. 174. & pariter non debe tur pedagium pro saldagio, quod quis portat retro equum sui usus causa, secundum Bald. in l. sed & ipsi.
20 ff. naut. caupo. Nec† pariter de annullis, quos quis defert in digito, uel uestibus, quas quis defert causa sui quottidiani usus Iul. Ferre. ubi supra nu. 129. post Bal. in l. si laborante. §. sed si uoluntate. ad. l. Cor. de iactu.
21 & ideo dicit Anch. in consi. 270. quod† licet sit statutum in Ciuitate, quod pro quolibet equo forẽse tran seunte per Ciuitatem teneatur quis soluere gabellã, non tamen tenebitur qui soluere pro equo, quẽ equi tat pro usu suo Iul. Ferre. ubi supra nu. 176. Frãc. Marc. in decis. 214. par. 2. Bertach. ubi supra dicta q. 7. Si ergo de iuri communi unusquisque non tenetur soluere gabellam pro his, quæ deferũtur usus sui causa uel familiæ, ergo nec clerici uel ecclesiasticæ personæ, regular iter non tenentur ad gabellas, ut in specie tra dit Card. in dicta clem. præsenti Bertac. ubi supra col. 3. uersi. Item uerum, ubi dicit, quod pro rebus, quas clericis transmittunt de loco ad locum suæ habitationis pro suis necessitatibus, gabellam soluere non tenentur, cũ non faciant principaliter ad quæstum. Bos. in suo trac. crim. in tit. de Principe. 178. ubi amplectẽdo præsens caput & præcedens inquit, nemini dubium esse, quod personę ecclesiasticę sunt immunes hoc mo-

do.

do,uidelicet,si habent bona,& ipsi illa colunt, uel p
alios,diuidendo fructus,& q omnes dicti fructus gau
dere debent immunitate.d.c.quamquam.si uerò bona
non habent,sunt immunes in rebus ad usum eorum.
22 Est tamen aduertendum,q† licet huiusmodi personę
non teneantur ad solutionem gabellæ, nihilominus
debent bona profiteri gabellario quoniam apud do-
ctores receptum est,quod priuilegiatus a gabellis,te
netur perfectè consignare bona daciario. text. est in
l.fi.in §.diuus.ubi Bartol.ff.de publica.& ideo ad pro
positum dicit Bald.in consi.79.col.2.uol.5.quòd quis
non debet sibi sua auctoritate ius dicere,sed instructo
daciario & de eius conscientia,ne colludatur,& fiat
fraus gabellæ,appositis aliorum mercibus. Francisc.
Marc.in decis.columna secunda, in secunda part &
285.in fin.in prima parte Bertac.in trac.de gabel. in
ultima part.quæst.29. ubi sequendo Bar.in l.fin.in §.
23 quoties. ff. de public.inquit,quòd† quamuis scolaris
non teneatur soluere pedaginm de libris, tamen de-
bet petere bulettam a gabellario,alias libri incidunt
in commissum.
24 Vlterius aduertendum est,q† si gabellarij allegarét
res esse alienas & clerici proprias,uel quod condu-
cuntur usus sui causa,stabitur iuramento nedum cle-
ricorum sed & nunciorũ,nisi repugnaret qualitas per
sonarum:ut quia malæ conditionis,uel conuictus de
mendacio.iuxta glo.in l.qui semel. de reg.iur.ita gl.
& ita Card.in d.Clem.pręsenti Parpal.in allegata. l.
placet.nume.111.Bald.in l.cum proponas.colu.pen.
C.de naut.fœn.in auct.habita.C.ne fil.pro patre.Fra.
Marc.in dicta decis.41.col.2.in 1.part.& 286. in se-
cunda.Bertac.in d.7.q.Bos.in tit.de Principe.nu.176.
Iul.Ferret.ubi supra nu.128.Doct. communiter in d.l.
25 cætera.§.sed si quis,de legat. 1.& † si oportebit iudi-
cem adire,quia qualitas personarum dissuaderet iu-
ramentum, tunc adeundus erit iudex ecclesiasticus
& non Laicus.teste Card.in dicta clem. præsenti, in
6. quęstione per tex. ibi in princip.ibi locorum Dio-
cesani.iuncto fine, ibi. post quam de his constiterit.
Bertac. in dicta septima quæstione columna quinta,
uersicul.nec prętereo,Iulia.Ferret. in tract.de gabel.
numer.433.
26 Præterea,omittendum non est, quòd † etsi clerici
sponte gabellam soluerint uel coactè.Episcopus lo-
ci,in quantum tangit ius publicum,cum sit defensor
iuris publici & republicæ cap.primo de offi. ordina-
rij,& non in quantum concernit ius priuatũ, id est,
clerici soluentis,poterit prohiberi hanc offensam cõ
missam aduersus rempublicam, quæ consistit in sa-
cris & sacerdotibus, capit. ius publicum. prima di-
stinctione & aduersus Episcopum ac uniuersalem ec
clesiam Card.in dicta.Clementi.præsenti in decima
quęstione, & Bertac.in dicta quęstione septima, in
27 quinta columna.uersic.circa prędicta:quinimo† po-
test Episcopus requirere episcopos uicinos,ut publi-
cent excommunicatos gabellarios exigétes gabellas
à clericis,secundum glo.in dicta Clem.præsenti. ubi
etiam Card.in undecima quæstione licet non possit
animaduertere in eos si legitimè requisiti,contra ius
recusent eos iuuare.Cardin.in dicta clem.pręsenti,in
undecima quæst.Bertac.in d.quæstion.*.col.5.uersic.
quinetiam.Stantibus igitur supradictis, quæ non de-
28 uiant a uero tramite iuris, cauere † debent personæ
singulares gabellarię, ne incidant in pœna capita-
lem & sententiam excommunicationis, & Ciuitates
in interdicti sententiam.ut docet Card.in consi. 12.
in fi.quamuis existimem gabellarios ipsos ut pluri-
mum innodatos esse in dictis pœnis,sed uhę illis.

SVMMARIVM.

1 *Agens temerè in expensis est condemnandus.*
2 *Remedium capituli reintegranda ei non competit, qui ex culpa & contractu suo cecidit a possessione, rerũ suarum.*
3 *Minor factus maior si non est conquestus de alienatione rerum suarum, censetur ipsam ratificasse.*
4 *Remediũ capituli reintegranda, ei cõpetit, qui sine culpa, & facto suo cecidit a possessione rerum suarum.*
5 *Quis in dubio præsumitur sine iusta causa cecidisse a possessione sua.*
6 *Tutor, ante confectionem inuentarij, & antequam habeat administrationem rerum uel negotiorum pupillarium, non potest uendere res pupillares.*
7 *Tutor, qui administrat non confecto inuentario, dicitur esse in dolo, dato quod contra eum datur iuramentũ in litem ueritatis.*
8 *Tutor, qui administrat non confecto inuentario, debet puniri.*
9 *Alienatio rerum minoris facta omissis substantialibus a iure requisitis non ualet.*
10 *Remedium capituli reintegranda datur contra ementem rem pupilli omissis solemnitatibus a iure requisitis.*
11 *Dispositio l. fin. C. si maior fac. locum non habet, nisi in quatuor casibus, de quibus infra.*
12 *Dicta lex pariter locum non habet secundum ius canonicum, ubi malæfidei possessor non potest aliquid cursu temporis acquirere.*
13 *Iuri canonico, ubi tractatur de materia peccati, semper est standum in omni foro.*
14 *Qui mercatur contra iura est in mala fide.*
15 *Malęfidei emptor rerum pupillarium non seruatis debitis solemnitatibus, adeo habet pręsumptionem iuris & de iure contra se, quę non recipit probationem in contrarium.*
16 *L. fi. C. si maior fac. alien. solum procedit, quando deficit decretum in alienatione rerum minoris.*
17 *Argumentum a contrario sensu est ualidum in iure.*
18 *Dicta lex procedit & locum in minore sciente, & intelligente.*
19 *Expressa renuntiatio sicut non trahitur ad ignorata, ita nec tacita confirmatio.*
20 *Pupillus quicquid uidet ignorat.*
21 *Emptor malęfidei rerum pupillariũ tenetur nedum ad fructus perceptos sed etiam percipiendos.*

CONSILIVM. LXXII.

VISO processu ad me transmisso ac
diligenter,& maturè perspectis his,
quę in ipso descripta reperiuntur.
Prima consideratione dicendum ui
detur,quod Dominus Ioannes Gam
ba nulliter intentasse uideatur reme
diũ capituli reintegranda. contra
Dominum Franciscum de Angusolis pro recupera-
tione possessionis prædiorum & domus, de quibus
5 agitur, quòd † tanquàm temerè agens ueniat in ex-
pensis condemnandus iuxta l.eum quem temere. ubi

2 Bart.ff.de iud.quoniam.indubitati iuris est, ꝙ†reme-
dium ipsum ei non competit,qui ex culpa ac contra-
ctu suo cecidit a possessione rerum suarum . ut notāt
communiter Scriben.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.
pos.Ruin.in consi.32.nume.8.uol.1.69.nu.14.83.n.
5.uol.eod.& in consi.49.nu.9. uer. 4. non competit.
uol.4.Alex.in consi.92.uol.1.& in consi.30.uol.5.At
in casu præsenti dictus dominus Ioānes cecidit a pos
sessione dictorum prædiorum & domus ex contractu
dictorum prædiorum,& domus,factum per dominū
Angelum Saregium eius tutorem,quia ad ipsorum a-
lienationem deuenit pro soluendis creditoribus ip-
sius domini Ioannis,quod per eum fieri potuit.l. ma-
gis puto.§.ne passim.ff.de reb.cor.

Secundò dicitur,quòd & si dicta alienatio nulliter
3 facta fuit,ꝙ † ex quo dictus dominus Ioannes minor
factus maior non est conquestus de dicta alienatione
infra quinquennium,sed post multum tempus,cense-
tur ipsam ratificasse.per tex.in l.fi.C.si maior factus.
ubi habetur,ꝙ alienatio bonorum minoris nulla ex
defectu decreti,confirmatur si per quinquēnium post
ætatem maiorem nō sit cōquestus & donatio ualida
tur si per decennium acquieuerit,perinde acsi a prin
cipio legitimè facta fuisset.Bal.in consi.184 .in uerb.
nunc uenio.uol.2.Ale.in consi.1 7.uol.5 .ubi inquit,
ꝙ alienatio bonorum minoris nulliter facta,ratifica-
ta censetur,si minor post maiorem ætatem tacitè cō
tractum appobauit.Dec.in consi.232.num.5.ubi talis
ratificatio trahitur retro usque ad tēpus contractus. l.
fi.C.ad maced.c.ratihabitione.de reg.iur.in 6.in cōs.
209.col.1.& 254.col.3.in fi.Anto.Gabr.in suis com.
opin.in tit.de mino.conclusi.4.in princ.

Verū re ipsa longè melius & diligētius perpensa ,
contrariam partem uti ueriorē amplectendam arbi-
tror dictum dominum Ioannem,nempe potuisse age
re remedio dicti capituli reintegranda,de tertia,quę
stione prima,quoniam communi calculo doctorum
4 receptū est,dictum†remedium ei competere, qui sine
culpa & facto suo cecidit a possessione rerum suarū.
Alex.in consi.51.in princ.uol.1.& 103.in princ. uol.
7.Dec.in consi.57.col.3.449.nu.32.Curt.Iun.in cōs.
131.in fi.Rui.in consi.32.num.8.uol.1.dixi in consil.
5 50.num.4.uol.2.&†qui in dubio præsumitur sine iu-
sta causa cecidisse.Inn.in c.post electionē. de cōcess.
pręben.Canonistæ communiter in capit.sæpe. de re-
stit.spol.sed in casu,de quo agitur, dictus dominus
Ioannes cecidit a possessione dictorum prædiorū &
6 domus sine culpa & facto suo: quia † alienatio ipso-
rum fuit facta per dictum dominum Angelum tuto-
rem non habentem legitimam personam faciendi hu
iusmodi alienationem ante inuentarij confectionem
& antequam habeat administrationem rerum uel ne-
gotiorum pupillarium.l.fi.ubi notant omnes.C. arbi
tr.tutel.Bar.in l.tutor qui repertorio.ff.de adm.tuto.
Corne.in consi.207.litera C,& in fi.consilij uolu. 3.
Ruin.in consi.63.nu.23.uol.1.108.nu.13.uol. eod. &
7 in consi.29.nu.10.uol.5.ubi dicit,quòd†tutor,qui ad
ministrat non confecto inuentario,est in dolo,& cō-
tra eum datur iuramentum in litem ueritatis.Bero.in
8 consi.146.col.fi.uol.2.ubi dicit,quod†tutor aliter fa
ciendo debet puniri,ut in dicta l.fi.arbitr.tutel.

Prætetea dicitur,alienationem prędictam fuisse
9 quoque nulliter factam:quia†omissis omnibus sub-
stantialibus requisitis in alienatione rerum mioorū ,
de quibus per Affl ic. in decis.48.Menoch.in tractatu
de arbitr.iud.casu.171.dixi in consi. 33.uolu. primo,
& in alijs locis.Quibus stantibus uidetur concluden
dum,quòd licuit dicto domino Ioanni agere reme-
dio reintegrandæ,ut uoluerunt in terminis Alexā.in
consi.1.col.fi.uol.4.Neuiz.in consi.85.nu.13.Menoc.
in trac.de recuperan.pos.in remedio 25.num.29.di-
xi in consi.41.nu.3.uol.3.cui sentētiæ etiam assentit
Natta.in consi.169.nu.34.uersi.circa modum.

Restat modo ut respondeatur adductis in contra-
10 rium, & in primis non obstat , ꝙ†dictum remedium
non competit dicto domino Ioanni : quia cecidit a
possessione ex culpa & facto suo : Quia respondetur
hoc esse alienum ab omni ueritate,ut satis apertè cō
stat ex rationibus supra citatis.

Secundo non obstant notata in dicta.l.fi. C. si ma-
ior fac.alien.quia dicitur,legem ipsam non obstare
in casu præsenti multiplici ex capite.& primò, quòd
11 † dispositio dictę.l.locum non habet,nisi in quatuor
casibus,quorum primus est qn̄ minor fecit alienatio
nem cum auctoritate tutoris uel curatoris:Secundus
quando minor alienauit sine tutoris auctoritate.Ter-
tius,qn̄ minor impetrauit ueniam ętatis : Quartus &
ultimus,quando tutor uēdit res pręsente pupillo. gl.
in d.l.fi.ubi Sal.dicit extra hos casus locū nō habere
legē ipsam.Cor.in consi.207.litera G,uol.3.Capi. de
cis.92.col.3.Ruin.in cōs.63.num. 21.uol.1.idem no-
luerunt Bar.& Bal.in d.l.fi.dum recitant glo.ibi & eā
nō impugnāt,ac Menoch.in trac.de recup. posses. in
15.remedio nu.149.ubi asserit hāc esse cōmunē.Paris.
in consi.49.nu.57.uol.1.ubi etiam asserit glo.supradi
ctā cōmuniter approbatam.sed in casu præsenti neu-
trum horum quatuor casuum interuenit,ergo nō mi-
litat dispositio dictę legis.

12 Secundo respondetur,ꝙ†lex ipsa non procedit iu-
re canonico impediēte:est enim eo iure sancitū,malę
fidei possessorem non posse aliquid cursu tēporis acq
rere c.ultimò.de præscrip.quod ius canonicum in oī
foro seruatur.Bar.in l.priuilegia.C.de sacros.eccles.
13 Ruin.in materia in consi.41.col.fi.uol.1.nam† ubi tra
ctatur de materia peccati,semper est standum iuri ca-
nonico in omni foro.ut notatur in c.possessor.de reg.
iur.in 6.Alex.in consi. 34.col.2.uol.3.& ita in termi
14 nis uoluit Butr.in consi.45.quia†qui mercatur con-
tra iura est in mala fide l.quemadmodum.C.de agri-
col.& cēsit.li.10.l.qui contra.de reg.iur. cui sentētiæ
assentiunt Ruin.in consi.41.col.fi.uolu.primo , Paris.
in addi.ad dictam.l.fi.Anto.Gabr.in suis comm.opin.
15 in tit.de mino.conclusi.4.nu.13. At† in casu pręsenti
ille dn̄s Franciscus semper fuit in mala fide,cum eme
rit a tutore non seruatis debitis solemnitatibus a iu-
re requisitis,ut dictum fuit.imo in mala fide adeo uer
sari uidetur,qui non seruatis iuris solēnitatibus con
trahit,ut contra eum sit pręsumptio iuris , & de iure,
quę cōtra se probationē non admittit.Ias.in §.si qs in
fraudem.nu.45.de actio.

16 Tertio dicitur, ꝙ†lex ipsa procedit, quādo deficie
solum decretum in alienatione rerum minoris : quia
tunc lapsus quinquennij inducit tacitam & præsum-
ptam ratificationem ad hūc finem , ut sit,periode ac si
cum decreto facta fuisset uenditio.ut in d.l.ibi,mini-
mè retractari eam occasione prætermissionis decreti
ergo a contrario sensu alia occasione nō prohibetur
17 retractari , ꝙ†argumētum a contrario est ualidum in
iure.l.1.§.huius rei.ff.de offic.eius cui mand.est iurisd.
& hoc uoluerunt Iacob.de Aret.& Cyn.in d.l.fi. dicē
tes,quòd dicta lex solum locum habet,quando uendi
tio habet duntaxat defectum decreti , secus autem si
non haberet causam legitimam & ueram , ut contin-
git in casu isto,ubi dicta uenditio reperitur facta non
tantum sine decreto sed etiam nulla subsistente cau-
sa legitima & omissis omnibus alijs substantialibus,
a iure requisitis in alienatione rerum minoris. Corn.
in dicto consi.207.col.penult.uersicul. quicquid au-
tem.

tem.ubi dicit pro hac opinione ponderanda esse uer-
ba dictæ l.ibi.sine decreto.& maximè iuncta glo. quę
supplet,q si cum decreto intra quadriennium pete-
retur restitutio in integrum.& sic præsupponit, q a-
lias uenditio ualeret,cum alias non competeret resti
tutio in integrum.l.in causæ.in prin.ff. de mino. ubi
etiam subdit,ad hoc bene facere leges illius tituli.C.
si maior fac. alien. quæ etiam loquuntur de defectu
decreti,quam sententiam Corne.etiam sequitur An-
to.Gabr.in suis com.opin.in ti. de mino.conclusione
quarta.nu.5.& quod etiam uoluit Bald.in consil. 45.
uol.2.ubi ait,q ille tex.procedit,ubi contractus cum
minore gestus est nullus ob non seruatam solemnita-
tem de rigore iuris introductam in fauorem minorũ,
quia non interuenit decretum,& in reliquis contra-
ctus est celebratus bona fide.secus si bona non esset ce
lebratus:quia tunc taciturnitas quinquennij non offi
cit minori sequitur Nat.in cõsi.162.nu.34.ubi inquit,
hoc alibi nõ legisse,& Menoch.in consi.29.nu.48.
18 Quartò respondetur,q † lex ipsa procedit in mino-
re sciente & intelligente quid fecerit & eius præiudi
cium:quia tunc omnia cognoscens per longum silen
tium dicitur tacita ratihabitione omnia confirmare
ita Soc Inn.in consi.59.nu.5.uol.1.quem sequitur An
to.Gabr.in suis com.opin.in tit.de mino.conclusione
19 quarta.nu.12.Nam † sicut expressa renuntiatio nõ tra
hitur ad ignorantia.l.mater decedens.ff.de inoff.test.
ita & multo minus tacita confirmatio.auth.multò ma
gis.C.de sacros.ecc.Plus.n.nocere pñt expressa q̃ ta-
cita expressa.ff.de reg.iur.Corn.in cõs.207.col. fi.uo.
3.ubi concludit,quod ex quo non fuit facta uẽditio p
sente & sciente pupillo,qui erat infans, ut in casu p-
senti,& non præsupponatur q fuerit præsens,& si prę
20 sens non intelligens,neque sciens quia † talis ætas
quicquid uidet ignorat,l.prima,C.de falsa moneta.q
intelligentia & pręsentia requiruntur tempore uendi
tionis,ut per glo:& Saly.in dicta.l.fi.q dispositio ip-
sius l.locum non habet,quod & uoluit Natta in dicto
consi.162.imò plus uoluit Corne.ubi supra, q licet
minor maior factus habuerit notitiam alienationis
factæ,tamen hoc ei non officit:quia fortè non habuit
notitiam,q nõ interuenit decretũ,ita q potuit crede
re,non posse eam impugnare,& propterea tacẽdo nõ
censetur habere uelle ratum.Nam nemini dubium est
quod ut habeat locum dicta. l.requiritur, quod mi-
nor factus maior fuerit certificatus de qualitatibus
uenditionis, secundum, Spe.in titul.de empt. & uen
dit.§.3.uersicul.si uerò.Paul.de Castro in consi.153.se
cundum antiquam impressionem.Ruin.in consi. 139.
column.tertia uolum.primo,128.nu.4.& 69. uolum.
eod.& in terminis nostris Ruin.in consil.63.num.23.
uolumin.primo,& Natta in citato consil.162,numer.
33.cum sequenti.Ex his igitur sequitur,dictum Domi
num Ioannem ualidè intentasse dictum remedium re
integrandæ contra prædictum dominum Franciscum
& eum condemnandum esse ad restitutionem posses-
sionis dictorum prædiorum & domus una cum fru-
ctibus perceptis;postquam contra iura mercatus fuit.
Ioan.de Plat. in l.prima in fin.colum.C.de fide instru
21 men.& iure hastæ fisca.lib.10.ubi dicit,q † ille,qui cõ
tra solemnitatem iuris mercatur quia dicitur esse in
mala fide,tenetur nedum ad fructus perceptos, sed
etiam percipiendos,& licet alias titulus excuset in
percipiendis. l. si fundum.C.de rei uindi. Tamen isto
casu non excusat, quia titulus acquisitus contra pro
hibitionem legis habetur pro non titulo dixi in con.
37.numer.25.

SVMMARIVM.

1 *Bona subditi uasalli confiscata ex delicto criminis læsæ maiestatis in personam directi domini commisso, siue sint in territorio uasalli, siue in dominio directi domini offensi, spectant ad dominum offensum seu ad eius fiscum. & num. 8. & 17.*

2 *Veritas ab omnibus amanda, & sequenda est.*

3 *Mulctæ, pœnæ & confiscationes bonorum mi fructus, & emolumenta iurisdictionis meri mixtique imperij ad eum pertinent, cui iurisdictio merum que mixtum imperium spectat.*

4 *Vasallus inuestitus de territorio cum mero & mixto imperio ac omnimoda iurisdictione, dicitur etiam inuestitus de confiscationibus bonorum sitorum in eius territorio.*

5 *Regalium appellationes ueniunt confiscationes.*

6 *Directus dominus, qui inuestituit uasallum de mero mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, nõ potest cognoscere de primis causis ciuilibus & criminalibus occurrentibus in territorio uasalli.*

7 *Vasallus habet iura utilia cum effectu.*

8 *Dominus immediatus habet omnes multas, pœnas & condemnationes, ac confiscationes bonorum subditorum suorum committentium crimen læsæ maiestatis diuinæ.*

9 *Dominus dicitur satis habere ultionem iniuriæ suæ, quã do uidet delinquentem puniri.*

10 *Contraueniens salueguardiæ a Principe concessit, & cessit, si dicatur crimen læsę maiestatis incurrere, tamen uasallus inuestitutus de mero & mixto imperio præsertim de regalibus, potest cognoscere de dicto crimine, & bona delinquentis proscribere, & percipere.*

11 *Princeps, si per edictum, facit delictum ubi non est delictum de iure communi, pœna applicatur inuestito de mero & mixto imperio.*

12 *Pęna delicti cedit lucro eius, qui principaliter læditur ut suæ iniuriæ ultionem habeat.*

13 *Baro si concedis Castellaniam alicui cum quarta parte obuentionum, & contingat quod aliquis committat delictum in Baronem, propter quòd bona ueniãt publicanda, Castellanus non debet habere dictã partem, sed ea omnia applicantur Baroni.*

14 *Quod alteri debetur in uindictam suæ iniuriæ, non debet alteri conferri.*

15 *Dominus directus si citet subditum uasalli sui sub pœna confiscationis bonorum, & ille sit cõtumax, adeo quod propter eius contumaciam bona publicentur, dicta bona applicantur domino directo, etiam si sint sita in territorio uasalli.*

16 *Bona confiscata si sunt in diuersis, dominijs unusquisque dominus territorij sui habet bona sita in suis finibus, licet alibi confiscatio facta fuerit.*

17 *Argumentum de crimine læsæ maiestatis diuinæ ad crimen læsæ maiestatis humanæ non ualet, nisi in casibus a iure expressis.*

18 *Filij licet puniantur ex delicto criminis læsæ maiestatis diuinæ commisso, per matrem, non tamẽ ex crimine læsæ maiestatis humanæ commisso per matrem.*

19 *Non omnia, quæ admittuntur in crimine hæresis, concedantur in crimine læsæ maiestatis.*
20 *Declaratio ad tex. in cap. primo. §. illud. de probi. feu. alie. per Feder.*
21 *Bona clerici condemnati per Episcopum applicantur domino temporali, de cuius domino mouentur.*

CONSILIVM LXXIII.

1 DIXI aliàs in consi. 78. uolu. 2. quòd † bona sub dicti uasalli cõfiscata ex
delicto criminis læsæ maiestatis in
personam directi dñi cõmisso, siue
sint in territorio uasalli, siue in dominio ipsius directi dñi offensi, spectant, & pertinẽt ad dictum dominũ offensum uel ad
eius fiscum: Nunc autẽ uidi quoddam cõsilium Illustris Domini Octauiani Osaschi, qui (salua reuerẽtia
mea) nititur demonstrare contrariam partem esse ueriorem, Quod equidem libenter admisissem, si hoc iu-
2 ri cõsonũ uidissem, sed quia ueritas † quæ ab omnibus
amanda & sequenda est. Bal. in trac. scisma. in 1. colu.
& in l. cum ita. ff. de cond. & demon. tendit ad oppositũ. Ideo sententiæ meæ adhærendum esse censeo, saluo saniori consilio, Et ut clarius hoc demonstretur,
primò ponam argumenta sua, deinde fundabo hanc
partem, & postea argumentis ipsis respondebo.

Mouetur enim ex tribus conclusionibus, quarum
3 prima est, ꝙ † omnes mulctę, pœnæ & confiscationes
bonorum uti fructus & emolumẽta iurisdictionis meri mixtique imperij ad eum pertinent, cui iurisdictio
merumque & mixtum imperium spectat. ut per Bart.
Castr. & Alex. in l. si. ff. solut. mat. Alex. in l. si diuortio.
§. si fundum. col. pen. uersic. & faciunt eo. tit. Ias. in l.
imperium, num. 8. & 10. de iurisd. om. iud. Craue. in cõ
si. 128. nume. 3. Brun. in consi. 31. nu. 9. Bos. in ti. de pę.
nu. 32. quod & uoluit Natta in consi. 580. dixi in cõs.
42. in princ. in 2. uol. & in allegato consi. 78. nu. 8.

4 Secunda est conclusio, ꝙ † uasallus inuestitus cum
mero & mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione
dicitur etiam inuestitutus de confiscationibus bonorum sitorum in eius territorio. Iacob. de Sancto Georgio in sua inuestit. in uerbo cum mero & mixto imperio. nu. 8. per l. unicam. C. sine iussu prin. Fulgo. in cõ.
2. Ias. in consi. 57. col. 3. uersi. 6. fallit. uol. 3. Præpos. &
Affl. in tit. de pace teneu. uer. si uerò aliquis. & in uer.
hæreditatem. Nam sub nomine imperij meri comprehenditur confiscatio bonorum, doctores in d. l. imperium. Bos. in tit. de Principe. nu. 22. præsertim si in in-
5 uestitura, dicatur, cum regalibus † quorum appellatione ueniunt confiscationes. ut in ti. quę sint regal. Natta in allegato consi. 580. dixi in citatis consilijs.

6 Tertia est, ꝙ † directus dominus, qui inuestiuit uasallum modo quo supra, non potest cognoscere nec
se intromittere de primis causis ciuilibus & criminalibus occurrentibus in territorio uasalli, nec manum
7 apponere ad rem subiectam uasallo: quia † cum uasallus habet iura utilia cum effectu, pręfert domino. Bal.
in l. 1. q. 43. de rer. diuis. Brun. in consi. 31. nu. 3. & con.
47. no. 7. Bos. in tit. de pę. nu. 27. Soc. Iun. in consi. 126.
num. 5. uol. 4. Bero. in consi. 24. nu. 3. & 10. uol. 1. Natta in consi. 418. in princ. & num. 7. Gram. in decis. 30.
nu. 2. dixi in consi. 75. numer. 11. Franc. Marc. in quæs.
91. num. 4. in secunda par. Bos. in trac. de crimin. læsæ
maiest. numero 99. Ias. in consi. 57. colum. secunda, in
fi. uolum. 3.

Vnde ex his conclusionibus sequitur secundum
8 eum, ꝙ † dominus immediatus, qui habet merũ & mixtum imperium, & ad quem spectant omnes mulctæ,
pœnæ & condemnationes, & confiscationes bonorum, debet habere bona confiscata ex delicto subditis criminis læsæ maiestatis in personã domini, existẽtia in territorio ipsius domini immediati utilis, cum
sint fructus meri & mixti imperii, quos habet in loco
infeudato, subdens, ita fuisse iudicatum per parlamentum Delphinale in crimine lęsæ maiestatis diuinæ, ut
inquit Guid Pap. in q. 75. poterat etiã allegare Mar.
de Laude. in trac. de Principe. in tit. de fisco. cõclusio.
24. quem sequitur Bos. in titu. de hære. nu. 34. pro qua
opinione uidet (secundum eum) in terminis tex. in c.
1. §. illud. de prohi. feud. alie. per Feder. ubi si uasallus
dominum domini sui offenderet, feudũ reuertitur ad
dominum immediatum a quo feudum habuit, nõ aũt
ad dominum mediatum offensum, quem text. allegat
Affl. in tit. de pace tenen. & eius uiolato. in 10. notabili. nu. 5. & sequẽti. Poterat etiam ad hoc allegare Iser.
in c. 1. col. 3. si uasal. feud. priue. & in c. 1. de uasal. decrep. ætа. Affl. in decis. 282. in 2. dubio. ubi inquit ita
fuisse iudicatum in constitutione post mortem. in fin.
Natta in consi. 115. & Craue. in consi. 128. nu. 6. allegat quoque Bos. in tit. de crimine lęsæ maiest. nu. 105.
ubi dicit esse attendendam formam priuilegij: Nec
habet obstare secundum eum, ꝙ dominus non diceretur habere ultionem suæ iniurię, si bona sita in territorio uasalli ipsi applicarentur: Quia respondetur, quod
9 † satis dicitur dominus habere suę iniuriæ ultionem
quando uidet delinquentem puniri, ut dicit Natta in
10 dicto consi. 119. col. 2. & ideo dicit, quod † & si contraueniens literis saluaguardię à Principe concessæ
dicatur crimen lęsę maiestatis incurrere. l. 1. ff. ad l.
Iul. maiest. Attamẽ uasallus inuestitus de mero & mixto imperio, prę sertim de regalibus, potest cognoscere de dicto crimine. & bona delinquentis proscribere, & percipere. Allegat Guid. Pap. in q. 57. Ias. in con.
57. uol. 3. item, ꝙ his etiam addi possunt, quæ scribit
11 Bos. in tit. de pœnis. nu. 25. ubi † si Princeps per edictũ
facit aliquid esse delictum quod de iure communi nõ
est delictum, pœna debetur uasallo inuestito de mero & mixto imperio.

Sed his & alijs similibus non obstantibus cõtrariã
sententiam, & de qua in dicto consi. meo. 78. tenendã
12 fore arbitror ex infrascriptis. & Primò, quoniã † pœna delicti cedit lucro eius, qui principaliter læditur,
ut suę iniuriæ ultionem habeat. l. cum emancipatis. §.
emãcipatus filius. ff. de coll. bono. Io. de Ana. in c. ad liberandum. de iud. Brun. in consi. 31. co. pe. Natta in cõ
si. 580. nu. 7. & per alia, quæ allegaui in dicto consi. n.
22. cum nonnullis sequentibus, sed in casu præsenti
Princeps principaliter lęditur, ergò lucrum debet esse ipsius in suę iniurię ultionem.

Secundò accedit, qđ scribit Oldra. in consil. 148.
13 ubi inquit, ꝙ † si Baro concessit Castellaniã alicui cũ
quarta parte obuentionum, & contingat, ꝙ aliquis
committat delictum in Baronem, propter ꝙ bona ueniant publicanda, ꝙ Castellanus non debet habere dictam partem sed ea omnia Baroni applicantur, quia
14 † quod alicui debetur in suæ iniuriæ uindictam, alteri conferri non debet. & Oldra. sententiam sequuntur Bald. Præpos. & Affl. in capit. primo, de Capitul.
qui cur. uend. Iacob. de Sancto Georgio in inuest. sua
in uerbo de Castro rubei col. secunda, quia quod alicui debetur in uindictam suæ iniurię, non debet alteri cõferri, per dictum. §. emancipatus. quod inquit
fortificari optima ratione, ut ipse Princeps habeat
ultionem suæ iniurię capit. primo. §. penult. quæ sit
prima cau. Benef. amit. Natta in consi. 580. colu. tertia

Gram-

Grama.in consi.6.num.5 Bos.in tit.de pœnis. nn.12.
ergo idem dicendum uenit in terminis nostris,ut om
nis confiscatio cedere debeat lucro domini directi
offensi in ultionem suæ iniuriæ.

Tertiò facit quod uoluit Natta in citato cons.580.
25 in 2.dubio ubi concludit, quòd † si dñs directus citet
subditum uasalli sui sub pœna confiscationis bono-
rum,& ille sit contumax, adeo quòd publicẽtur eius
bona ob contumaciam,omnia bona publicata, etiam
sita in territorio uasalli, applicãtur domino directo
in ultionem suæ iniuriæ,ergo multo magis id dicen-
dum uenit in casu nostro, ubi facta est offensa in per-
sonam domini.

Quartò,in terminis ita dixerunt Bos.in tit.de pœ-
nis.n.28.ubi propriè ait, publicationem bonorũ pro
crimine læsæ maiestatis in supremum dominum nõ
esse feudatarii sed domini,quia Princeps uidetur sibi
reseruasse ultionem suæ iniuriæ, & subdit ꝙ ita uidit
iudicari Aegid.in consi.15.col.5.uer.4.quærit. Brun.
in consi.31.col.pen.Crau.in consil.128.col. fi.Nat.in
citato consi.580.in 2.dub.

Verum quia tota difficultas consistere vr̃ in respõ-
dendo ad allegata in contrarium.ideo ad ipsorum re-
solutionem condescendo, & dico non obstare tres
conclusiones, de quibus supra:quia admitto uerum,
26 ꝙ † ad uasallum inuestitum de mero & mixto impe-
rio spectant mulctæ,pœnæ,condemnationes, & con
fiscationes bonorum subditi delinquentis in suo ter-
ritorio uel aliorum condemnatorum in publicatio-
ne bonorum factarum per iudicem alieni territorii
pro delictis communibus: quia tunc & ipse feudata-
rius habebit bona sita in suo territorio,ut per Aegid.
in ti.de pœnis.q.2.Roma.in sing.478.Cassan.in con-
suet.Burgund.rub.9.§.15.in uerbo & lex herdanges.
nu.j.Mars.in l.fi.nu.186.ff.de iurisd.om.iud.& Soc.in
consi.102.col.j.uer.confirmatur & per alias auctori-
tates quas citaui in d.consi.78.nu.14.sed non pœnæ,
& confiscationes bonorum ratione delicti criminis
læsæ maiestatis commissi in dominum directum per
decisiones supra citatas:quia illæ ad eum spectant in
ultionem iniuriæ suæ.

Nec obstat ita iudicatum fuisse per parlamentum
Delphinale in crimine læsæ maiestatis diuinæ, ut re
fert Guid.Pap.in d.decis.75.Quia respondetur duob.
27 modis.Primò,ꝙ † non ualet argumentum de crimine
læsæ maiesta.diuinæ ad crimen læsæ maiest.humanę,
nisi in casibus in iure expressis, ut uoluit Præpos. in
c.pen.§.porrò 6.q.j.& ideo ex hoc dicit Gigas in tra-
cta.de crim.læsæ maiest.in 3.lib.in tit.de pęnis, quas
filii incur.patre com.crim.læsæ maiest. q.17.in fin. ꝙ
28 † licet filii puniantur ex delicto criminis læsæ maie-
statis diuinæ commisso per matrem, non tamen pu-
niuntur ex crimine læsæ maiestatis humanæ commis
so per matrem, quia hoc in iure non est expressum.
Nam(ut inquit Igneus in l.necessarios.§.non aliàs nu
29 me.11.ff.ad Sillan.)non † omnia,quæ admittuntur in
crimine hæresis, conceduntur in crimine læsæ maie-
statis,Gigas in tract.de crimine læsæ maiest. in tit.de
plur.& uar.quæst.

Secundò respondetur ex mente Craue. in cõs.128.
col.fi.ꝙ & si in crimine læsæ maiest. procedat senten
tia supradicta, ut dominus habeat iniuriæ suæ ultio-
nem,secus tamen est in crimine hæresis,quod imme-
diatè & principaliter committitur contra Deum,& nõ
contra Principem humanum: quia tunc cessat ratio
ultionis suę iniurię, ut probatur expressè in c.cum se
cundum.de hæret.in 6.

30 Non obstat text.in c.j.§.illud † de prohi.feud.alien.
per Fed.& notata per Afflict.& alios ubi supra. Quia
aduertendum est,ꝙ loquuntur in casu, in quo delin-
quens tenebat feudum à Barone. Vnde non mirũ est,
si delinquendo secundus uasallus feudum reuertitur
ad dñm à quo illud tenebat, cum ei concessum fuerit
conditionaliter,si fuerit fidelis ca.j.§.ulti. quæ fuerit
prima causa benef.amit. Curt.Iun. in tract.feud.in 5.
par.nu.2.uer.ista ergo.Alcia.in responso 99.num.17.
qua conditione deficiente actus dr̃ resolutus. l.neces
sariò.§.1.ff.de pericu.& commod.rei uend.unde cum
non fuerit fidelis, meritò feudum reuertitur ad Baro
nem, & ideo habetur perinde ac si nunquàm fuisset
concessum,ut in simili dicit Menoch.in consi.99.nu.
138.cum duobus sequentibus. profectò enim esset ab
surdum, quòd qui infeudauit pœnam deberet pati ex
delicto uasalli infeudati, ut ẽt in simili tradit Craue.
in d.consi.128.col.2.uer.tertiò principaliter.ubi ait,
ꝙ bona,de quibus in casu suo, pertinebant ad domi-
nos Pisanzoni,eo quòd mouebantur de directo do-
minio ipsorum dñorum.Vnde facta cõfiscatione uti-
le dñium consolidatum fuit cum directo,& ita ad do
minum directum reuersum est. per notata per Old.in
21 cons.17.col.3.uer.nec obstat.ubi concludit,quòd † bo
na clerici condemnati per Episcopum applicãtur do
mino temporali, de cuius dominio mouetur aliàs in
absurdum sequeretur, quòd dñs directus penam pate
retur ex delicto emphiteutæ, si bona emphiteutica
Principi applicarentur, qui ea ab inferiore non reco
gnosceret,nec ab eo inuestiri peteretur.

Pariter non habet obstare, quòd satis dr̃ dominus
habere ultionem iniuriæ suę, si uidet delinquentẽ pu
niri:Quia respondetur, quòd si hoc esset uerum ẽt se-
queretur,ꝙ qñ dñs dat Castellaniam alicui cũ quarta
parte obuentionum,quòd Castellanus deberet habe-
re dictam quartam,qñ offenditur persona dñi:quia ui
deret delinquentem puniri in omnibus bonis suis,&
tñ hoc est falsum,ut est cõis doctorum snia,de qua su
pra, quæ in hoc non habet contradicentem: Plus se-
queretur,quòd ẽt qñ subditus uasallus citati non cõ-
paret ad mandatum dñi superioris, quòd satis dicere
tur dñs habere ultionem suę iniurię,si uideret punitũ
contumacem, quamuis bona sita in territorio uasalli
sibi applicarentur,& tamen hoc est alienum ab omni
iure,ut inquit Natta in consil.580. in 2.dubio, nam si
hoc locum haberet,pœna lucri non cederet lucro e-
ius, qui principaliter lęditur, ut iniurię suę haberet
ultionem,sed etiam alteri conferretur, quod non est
dicendum,ut in d.§.emãcipatus filius. & per alia quę
supra citata fuerunt.

Non obstat denique quòd dr̃,de contraueniente li
teris saluaguardię,quia,& si dicatur committere cri-
men lęsę maiest.l.j.ff.ad l.Iul.maiesta.tamen uasallus
põt cognoscere de dicto crimine & bona delinquen
tis proscribere.Quia respondetur,quòd in casu cõsul
tationis,ius clarè apparet(ut ipse dicit)quòd conce-
dẽs saluaguardiam nullo modo uolebat derogare iu
risdictioni ipsorum Nobilium Carroni. Ideo non mi
rum si ipsi Nobiles potuerunt cognoscere de contra-
uentione prędictę saluaguardię, facta per subditos
suos, & eos condemnare ad commodum & utilitatẽ
suã: Sed in casu pręsenti sumus in diuersis terminis,
ut patet ad sensum:quia dominus, contra quem com
missum est crimen lęsę maiest.debet habere totum cõ
modum & lucrum delinquentis in suę iniurię ultio-
nem,quam sibi reseruasse uidetur.cap.1.§.pen. quę sit
prima cau.benef.amit.

Vltimo non obstant scripta per Bos. in tit. de pen.
n.25.quia contrarium tenet ipse Bos.in terminis no-
stris criminis lęsę maiest.in d.tit.de pœnis.nu.28.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis receptæ facta uxori à marito constante matrimonio non ualet.*

2 *Quod ampliatur procedere, etiamsi in instrumento ipsius confessionis esset iuratum, omnia & singula in eo contenta fore & esse uera.*

3 *Confessio dotis facta per maritum constante matrimonio non præiudicat creditori.*

4 *Accessorium introduci non potest sine principali.*

5 *Confessio dotis receptæ facta per maritum constante matrimonio non præiudicat creditori, lapso etiam tẽpore statuto ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis.*

6 *Creditores non prohibentur uti exceptione non numeratæ dotis, licet debitor principalis exceptione illa nunquàm usus fuerit.*

7 *Confessio mariti de dote recepta non præiudicat fisco, ad quem bona mariti peruenerunt.*

8 *Dispositio auct. res quæ. C. com. de lega. locum non habet in dote confessata. sed contra nu. 21.*

9 *Confessio dotis facta constante matrimonio, cum lapsu temporis statuti à iure ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, præiudicat creditori posteriori.*

10 *Confessio dotis facta constante matrimonio, cum lapsu temporis ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, tantum operatur, quantum uera & realis solucio dotis.*

11 *Confessio dotis facta constante matrimonio, licet præsumatur facta in fraudem creditorũ præteritorum, non tamen respectu futurorum: quia eo casu non ita simpliciter præsumitur facta in fraudem, sed de ea cõstare debet ex aliquibus coniecturis.*

12 *Coniecturæ, quòd dos constante matrimonio fuerit facta in fraudem creditorum futurorum, sumuntur quãdo breui tempore post confessionem contrahitur debitum cum aliis creditoribus, uel fieret confessio de magna summa & nimis excessiua.*

13 *Aduocatus aduertere debet, quando allegat fraudem, ut deducat & probet, ꝙ habito respectu ad futuros creditores, saltem de proximo creatos, bona confitentis non sufficiebant, & ꝙ ita sciebat uerè, uel præsumptiuè, aliàs non uidetur sufficienter probatum de fraude.*

CONSILIVM LXXIIII.

QVAESTIO pręsens, an confessio dotis receptę facta constante matrimonio per Magnificum dominum Antonium de Gabrielis Magnificę dominę Isabellę eius uxori pręiudicet dño Troclo de Vrsis creditori pdicti domini Antonii, difficilis est, ut inquit Didac. id 2. tomo uar. resol. c. 7. col. 15. uers. de creditoribus. Alex. in l. 1. col. 15. ff. solut. mat. & hoc propter uarias doctorum opiniones, ut tradit Alcia. in consi. 332. in prin. ideoque, ut ueritas ipsius magis elucescat, nõ recedendo à solito meo more. Primò adducam nõnulla pro parte negatiua, demum concludam pro parte affirmatiua, sequendo semper quę cõiter scripta reperiuntur à doctoribus in casu de quo agitur.

Deueniendo igitur ad rem ipsam. Primò dr̃, quòd
1 †cum instrumentum dictæ cõfessionis dotis receptæ facta constante matrimonio præsumatur factum animo donandi, quòd illud non p̃iudicat marito, nec cõtra eum probat. l. quod de suo. C. de dote caut. nõ nume. Bar. & alii cõiter in l. si diuortio. ff. de uerb. oblig. Soc. in consi. 82. in prin. uol. 3. ubi afferit hanc esse cõmunem. & in consi. 61. col. 2. uol. 1. Alex. in consil. 45. in fi. uol. 1. ubi magis receptam citat Roma. in consil. 255. in prin. Ruin. in consi. 56. col. 1. uol. 5. & in consi. 190. nu. 3. uol. 1. Grat. in responso 54. nu. 28. in 1. part. 36. nu. 4. uol. eo. ubi etiam ait hoc cõiter teneri. Quod
2 †ampliatur, ẽt procedere, ſm Soc. in l. 1. col. pen. uers. sed a p̃misso. ff. solut. mat. si in dicto instrumento esset iuratum, omnia & singula contenta in instrõ confessionis fore uera: quia eo non obstante poterit opponi exceptio nõ numeratæ dotis & simulationis; Quia sicut pars potest remittere iuramentum ad sui utilitatem p̃stitum. c. 1. de iureiur. ita & exceptionem periurii resultantem ex iuramento ad sui utilitatẽ p̃stito, cum sit eadem ratio. Fely. in d. c. 1. ideo si allegatur simulatio, & pars aduersa opponat de periurio, replicari poterit, quod periurium remisisse vr̃, ex quo consensit contractum fieri simulatum, & omnia in instrõ apponi ad simulationum corroborationem. ita Imo. in ca. cum contingat. de iureiur. item & quia maritus tractat de damno, & mulier de lucro, poterit maritus se defendere allegando suam turpitudinem: Plus, quia emanauit dicta confesio inter personas prohibitas, constat eam esse simulatam. Ideo satis est marito allegare ius non competere, nec opus est de exceptione simulationis opponere. Bar. in consi. incip. Petrus Nicolæ. Goza. in consi. 28. nu. 25. Ruin. in consil. 154. col. 2. uol. 5. 135. col. fi. 142. col. 2. 190. nu. 8. uolu. 1. ac in consi. 132. nu. 7. uol. 4. Anto. Gab. in suis com. opin. in tit. de iure dot. conclus. 4. in fi. & in tit. de dona. conclus. 4. nu. 8. quod an sit uerum pro nunc nõ discutio, cum sub iudice pendeat lis. Si ergo marito nõ
3 officit dicta cõfessio ergo†nec dicto domino Troclo creditori nocere debet. Imo. in l. si constante ff. solut. mat. quia dicta mulier non potest excludere creditorem, habentem bona mariti obligata, nisi ratione dotis prius constitutæ & hypothecæ contractæ in dictis bonis mariti. Vnde cum dicta confesio quoad maritum sit inefficax & inualida, sequitur quòd ius pignoris, quod uenit accessoriè ad ipsam confessionem in
4 personam mulieris, non possit subsistere, cum†accessorium introduci non possit sine principali. l. fideiussor obligari. in prin. & in l. si mihi & Titio. ff. de fideiusso. & si uitiatur, & annullatur principale ius cõtra maritum, uitiatur etiam illud, quod uenit in consequentiam contra creditorem mariti. l. 3. §. quę habet, de seru. rust. pręedio. Alex. in consil. 142. col. 2. uolu. 5. Ruin. in consi. 137. col. 2. uol. 4. Goza. in consi. 28. nu. 29. Aret. in consi. 86. col. 2. in prin.

Nec habet obstare, quòd præmissa procedere possunt, nisi esset lapsum tempus statutũ à iure ad opponendum exceptionem non numeratę dotis, iuxta notata per Bar. in l. assiduis. C. qui pot. in pigno. hab. ubi uult, talem confesionem pręiudicare marito & creditoribus, quando effluxa sunt dicta tempora. Quia respondetur, quòd dicta per Bar. ibi locum habent, quãdo ante matrimonium emanauit huiusmodi confessio, secus si constante. Ita Soc. in d. l. 1. col. pen. uersi. 2. limita. ff. sol. mat. ubi allegat Bal. in rub. de priui. dot. qui ita intelligit Bar. Are. in §. fuerat. institu. de actio. Goza. in consi. 28. nu. 24. Ruin. in consi. 137. nu. 6. uol. 4. Grat. in responso 55. in fi. in 1. parte & in consi. 63. nu. 15. in 2. par.

Vlte-

5 Vlterius dr̃, ꝙ † confessio dotis receptæ facta per maritum uxori constante matrimonio nõ officit creditoribus, dato ꝙ lapsum sit tempus legale ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis ſm Soci. in d.l.j.nu.102.uer. limita.si.n.ex confessione præsumitur donatio,& consequenter simulata cõfessio, lapsus dicti temporis nõ põt quid operari, quia obstat exceptio simulationis,quæ est perpetua.Ceph.in cõsi.101.num.22.Fel.in c.si cautio.col.3.uer. fallit ultimò.de fi.instr.Bulg.in d.l.j.nu.·.sol.matr.ubi ẽt Aret. Bero.in consi.108.col.pen.uer. procedunt ẽt.uolu.3. Ant.Gabr.in suis com.opi.in tit.de donat.conclus.3. nu.12.cum seq.Ias.in d.§.fuerat, Didac.uar.resol.tomo 2.c.7.nume.7.pro qua ſnĩa primò facit text.in l.si
6 cui.C.de non num.pec.ubi dr̃, ꝙ†creditores non prohibentur uti exceptione nõ numeratæ dotis, licet debitor principalis illa exceptione nunquàm usus fuerit,per quẽ tex.ita mouetur Soci.in d.l.j. ¶Nec obstat (ſm eum si dicatur,ꝙ illa uerba(eo supersedente)debet intelligi,ꝙ principali debitore non opponẽte intra tempora admittitur creditor. Quia replicatur, ꝙ lex utitur illa dictione nũquam usus fuit, & sic quòd uult, quòd omni tempore possint creditores illa exceptione uti,quam partem ẽt per dictam.l.tenuit Roma.in consi.445.col.fi.& in d.l.1.sol.matr.Ad idẽ est
7 tex.in l.si quis post hac.C.de bon.proscrip.ubi†cõfessio mariti de dote recepta in uxoris fauorem aduersus fiscum,ad quem bona mariti peruenerũt, dotis receptionem non probat.Goza.in consi.28.nu.19.Tertiò accedit tex.in §.finautem. in auth.de tempore nõ solur.dot.ubi dicit, quòd transcurso decennio si maritus non accepit dotem,uidetur uelle ꝙ per eius hæredes reddatur,sed ista uoluntas debet afferre præiudicium ipsi marito & hæredibus non aũt creditorib. qui tractant de damno euitando, & non est par ratio damnum pati & lucra non capere.l.fin.C.de codicil.
8 Præterea,nos etiã uidemus, ꝙ†dispositio auth.res quæ.C.com.de lega.non habet locum in dote cõfessa ad diminutionem fideicommissi. Are.in d.l.1.col. 7.Soc.col.15.uer.3.conclus.& Ias.in d.auth. res quæ, in §.limitatio.

Diligentius tamen consideranti contrariam sententiam in casu,de quo agitur, tenendã esse arbitror.
9 Quòd†imò dicta confessio facta constante matrimonio per maritum uxori cum lapsu dicti temporis statuti à iure ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis præiudicat dicto domino Troclo,ut posteriori creditori.per doctrinam Bar.in d.l.assiduis. ubi mulieri agenti hypothecaria ad excludendum alios creditores mariti sufficit ostendere de cõfessione mariti facta constante matrimonio cum lapsu dicti temporis. per not.in l.1.C.de dote cau.non nu.quem sequitur Alex.in l.1.col.15.uer.adde.sol.mat. & in consi.123.col.1.in fi.uol.6.25.uol.2.dupplicato in consi. 90.uol.3.Alb.in d.l.assiduis.col.1.& Salic.in 8.q.Affli.in decis.402.col.4.in fi.uers.item uera, ubi inquit,
10 ueram esse conclusionem,quòd†si lapsa sunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis,tantum operatur confessio mariti de dote recepta, non solum in præiudicium mariti sed etiam quorumcunque creditorum, quantum operatur uera & realis solutio dotis,ꝗ p̃iudicat marito, & omnibus creditoribus.ut firmat Isern.in constit.regni. in consti. causas. ubi arguit contra eos, qui imperitè loquentes dicũt, quòd est speciale in fisco, ut dotis confessio sibi non p̃iudicet.per l.si quis post hac. C.de bon.proscrip.qa lex ipsa intelligi debet,quando sumus infra tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, secus quando effluxum est dictum tempus, ut in d.l.1.C.de non num.pec. qm̃ in tali casu dos cõfessata habet omnia priuilegia dotis numeratę.Bal.in l.Deo nobis.colum.2.uer.non obstat.C.de epis.& cle.alibi Iser.in §. diffidamus. col.2.& seq.de stat.& consuet.cõtra lib. ecc.quem sequitur ẽt Affli.in constit.causas.in 3.col. idem tenuerunt Goza.sibi contrarius in cons.42.uer. 5.Aret.in consi.86.col.2.uers.aut maritus.ubi durum est dicere,quòd confessio,ꝗ est efficax contra maritũ non p̃iudicet habentibus causam ab eo, qui potuerũt opponere exceptionem non numeratę dotis sicut maritus,ẽt eo inuito per.l.si cui.ubi est casus. C.de non num.pec.Cuma.in consi.31.col.2.ubi dicit,hanc esse cõem eamque in practica obseruari.Pau.de Cast.in l. si marito.in prin.ff.sol.mat.ubi concludit,quòd actio de dote datur contra fiscum, si erat lapsum tẽpus pro ponendi exceptionem non numeratę dotis. Anch.in consi.307.ubi licet contra confessionem dotis possit opponi exceptio nõ numeratę dotis infra certa tempora,postea nullo modo.l.fin.cum auth.ibi posita.C. de dot.caut.non nume.ubi tex.dicit, quòd si post decennium transiuit à tempore constitutę dotis omnis querela denegatur,& glo.ibi intelligit, si illud tẽpus fluxerit siue constante siue soluto matrimonio: quia dicta confessio lapso decennio idem operatur quòd uera numeratio,postquam text.dicit, omnis querela denegatur.Craue.in consi.40.nu.6.uer.5.Bero.in cõsi.48.nu.9.uolu.1.ubi consuluit, quòd ex quo in casu suo à die contracti matrimonii & confessionis dotis factæ iam erat lapsum tempus,nedum decem annorũ sed ẽt uiginti,amplius exceptio non numeratæ dotis non põt per maritum uel eius hæredes opponi, nec ẽt per creditores ipsius,sed tale instrumentum cõfessionis dotis habet easdem uires, quas haberet instrumentum numerationis dotis adeo quòd uigore hypothecę expressè factæ in eo mulier sit p̃ferenda quibuscunque creditoribus habentibus ẽt hypothecã posteriorem,per ea ꝗ uolunt Bart. & alii cõiter in d.l.assiduis.Io.de Imo.in c.ex literis.de pig.in 3.glo.& subdit Bero.ubi supra,quòd & si Soc.in d.l.1.sol.mat.tenuerit contrarium, tñ in iudicando non est recedendum ab opinione tantorum uirorum,de quibus ibi ꝑ eum,Burſat.in consi.32.nu.42.dixi aliàs in consi. 85. nu.41.uol.1.Fulg.in consi.133.col.1.in fi. ubi decidit, quòd si lapsa sunt tempora proponendę querelæ exceptionis non numeratæ dotis,confessio dotis habet plenissimum robur,& plenam datæ dotis probationem ut sicut ipse debitor nõ põt ipsam exceptionem opponere,ita nec creditores.allegat dictam. l.si cui. & in consi.205.col.2.idem firmat Bal.in consil. 253. uolu.3.nisi ex qualitate personæ & quantitate aliter esset dicendum: Tiraquel. in tract.de retrac.fol.mihi 368.nu.88.Menoch.in consi. 7.nu.9. & eo magis hoc dicendum uenit ex his ꝗ scribit Crau.in consil.44.co
11 lum.1.ubi tradit,quòd† confessio facta constãte matrimonio p̃sumatur facta in fraudẽ creditorũ, quòd illud procedit in creditoribus p̃teritis,qui erant creditores ante illam confessionem, quibus talis confessio indistinctè non p̃iudicat, sed respectu futurorum confessio non ita simpliciter p̃sumitur facta in fraudem, sed de tali fraude debet constare ex aliquib. cõiecturis.iuxta notata per glo.Bar.& alios in auth. sed
12 iam necesse.C.de dona.ante nup.Coniecturę †autem sumuntur,qñ breui tempore post confessionem contrahitur debitum cum aliis creditoribus, uel qñ confessio fieret in summa magna & nimis excessiua,ut in terminis tradit Alex.in consil.86.uolum.7. ubi dixit,
13 quòd†aduertere debet.Aduocatus fraudem allegantis,ut deducat & probet,quòd habito respectu ad futuros creditores, saltem de proximò creatos, bona consi-

confitentis non sufficiebant, & ꝙ ita sciebat uerè uel præsumptiuè, aliàs non vr̄ sufficienter probatum de fraude, allegat Bar. & alios in l.1.C.de iur. fisci.li.10. Corne.in consi.120.col.2.uer.& licet.uol.3.& in cō si.183.col.2.uol.5.& ideo concludit ibi Craue.quòd ex quo in casu suo cessabant omnes coniecturæ fraudis, ꝙ Nobilis Antonius confessus fuerit animo fraudandi creditores: quia confessio mariti fuit facta de anno 1508.die 16.Februarii, creditum autē Nobilis Charoletæ contractum fuit longe post de anno 1519. & sic per interuallum undecim ann. quòd sicut argui tur fraus ex breuitate tēporis, ita fraudis suspicio cessare debet ex temporis interuallo, ut idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. l.fi.§.fi.de lega.3. & ut contrariorum eadem sit disciplina l.j.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur. ergo idē dicendum in casu nostro, & multò fortius, ubi inter cō fessionem dotis receptæ constante matrimonio & instrumentum crediti dño Trocli interuenerunt uigintinouem anni. Nam suspicio aut præsumptio fraudis allegari non pōt in his, quæ fiunt ex tam interuallo temporis.Bar.in d.l.pacta nouissima.col.1.uer.& per hoc.de pac.Abb.in consi.69.col.2.uersi.3.me mouet. uol.2.Alex.in consi.28.col.2.uol.5.quam partem uti cōem sequuntur Aret.in consi.86.col.2.Craue.in cō si.44.nu.2.& Rub.Alex.in consi.78.col.2.

Restat modo ut remoueantur, quæ in contrarium adducta fuerunt, & descendendo ad primum argumē tum respondetur, illud procedere posse in confessione facta constante matrimonio, & antequam fuerit effluxum tempus opponendi exceptionem nō numeratæ dotis; quia tunc uerum est, ꝙ sicut confessio ipsa non præiudicat marito, ita nec creditoribus per ea, quæ supra dicta fuerunt, secus si lapsum est dictum tē pus; quia tunc sicut præiudicat marito, ita & creditoribus, ut satis constat ex decisionibus & auctoritatib. supra citatis, quas non repeto.

Nec obstat tex.in d.l.si cui. per quam se fundat Soci.in d.l.1.ff.sol.mat.Quia respondetur, ꝙ Soci.decipitur, si uerè interpretamur decisionem illius legis, cuius sensus est, ut licet aliàs nemo possit uti beneficio alteri competenti eo inuito.l.si iudex circunuento.ff.de mino.tñ creditor inuito debitore poterit uti exceptione non numeratæ pecuniæ debitori competenti secundum Bal. Saly. & Castr.in d.l.si cui.nec ex hoc sequitur id creditori licere eo tempore, quo debitori non licuisset, imò sicut debitor post tēpora effluxa nō posset ea exceptione uti nec eius creditores. ut per Sal.ibi in prin.& in fi.Rub.Alex.in d.consi.78. nu.4.ubi ad hoc adducit.l.si post mortem.§.fi.de bono.possess.contratab.& l.primam.§.sed & si quis.ff.de separat.Alex.in d.l.1.col.16.uers.ego aūt sto.ff.solut. mat.ubi dicit, ꝙ Roma.ibi inaduertenter locutus est, dum dicit, ꝙ semper exceptio non numeratæ dotis potest opponi per dictam.l.si cui.quia non intellexit illum tex.Nam ibi dr̄, ꝙ creditores mariti possunt talem exceptionem opponere, quamuis maritus ea nū quam usus fuisset, sed ibi non dicitur, ꝙ marito tunc esset lapsum tempus opponendi. Imò dicitur totum contrarium: quia extincto iure auctoris extinguitur ius acceptoris. c.1.§.rursus. de contro.inuestitu.Iser. in §.diffidamus. de stat.& consuet.contra liber.eccl. cond.col.2.

Non obstat.l.si quis posthac.Quia respondet Isern. in dicta cōstitutione causas.quem refert, & sequitur Affli.in decis.402.n.10.uer.Item uera.ꝙ imperitè loquuntur dicentes, ꝙ speciale est in fisco, quòd dotis confessio non nocet fisco, per dictam. l.si quis post hac: quia dicta lex intelligi debet, quando sumus infra tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, secus lapso dicto tempore. ut in l.1.& in auth. quod locum.C.de dot.caut.non nume.Idem Isern.in §.diffidamus.in tit.de stat.consuet. & contra lib.ecc. condit.ubi dicit, quòd si ante crimen commissum appareat dos confessata, & lapsa sint tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, quòd talis con fessio præiudicat fisco, in quem bona publicata sunt, licet fiscales nostri temporis intelligant dictam legē indistinctè, quòd debeat probari uera dotis numeratio, & non sufficiat dotis confessio.quia d.l.non cor rigit ius cōe, quod uult, ꝙ post dicta tempora nō possit opponi exceptio non numeratę dotis.ut in l.in cō tractibus. cum simil.quia omnia intelliguntur remanere, quæ specialiter non sunt correcta.ut uult gloss. not.in auth.neque uirum.in uerbo enim.Nec est uerū quòd d.l.hoc inducat priuilegium fisco: quia hoc d.l. non dicit, imò fiscus utitur iure communi, nisi ubi est priuilegiatus.l.fiscus.ff.de iure fisc. & ideo dicit Ard. ibi.quod illi, qui dicunt, ꝙ d.l.ponit priuilegiū fisci, allegant refugium miserorum, sequitur Affli.in constitutione causas.in 5.notabili.Pau. de Cast.in l.si ma rito.in prin.ff.solut.mat.Rub.Alex.in d.consi.78.colum.2.in fi.

Pariter uis fieri non debet in d.§.finautē.quia text. ipse non probat: quia non dicit, ꝙ pecunia non præsumitur numerata præsumptione iuris & de iure, adeo ꝙ contrarium non possit probari, ꝙ non fuit numerata, sed præsumptione iuris, cōtra quam admittitur probatio in contrarium. Nam si in instrumento diceretur.Et ita uerè habuit & recepit. istud instrumentū probaret numerationem, ergo eodem modo sola cō fessio probat post biennium, sed utroque casu admittitur probatio in contrarium. Rub.Alexan.ubi supra nume.7.

SUMMARIUM.

1 *Scriptura extracta ex archiuio per officialem ipsius plenam fidem facit.*

2 *Archiuium quid sit.*

3 *Scriptura extracta ex archiuio ut plenè probet, requiritur quòd notarius, qui scripsit eam, mortuus sit & non reperiantur scripturæ eius alibi quàm in archiuio.*

4 *Scripturæ extractæ ab archiuio sine citatione partis non statur.*

5 *Scriptura reperta in archiuio ut fidem faciat, opus est, ut comentariensis nedum dicat, quòd illam extraxit ab archiuio, sed quòd etiam erat scriptura archiuij.*

6 *Fraudibus est obuiandum.*

7 *Scriptura archiuij fidem facit tantum inter subditos & non aliter.*

8 *Priuilegium legitimationis reconditum in loco, cui ex forma statuti plena fides adhiberi debet, non facit fidem contra reum forensem.*

9 *Scriptura priuata archiuij fidem facit, quando longo tempore fuit obseruata pro publica.*

10 *Statutum Mercatorum dans plenam fidem scripturæ priuatæ, & mandans illam seruari in omni foro, intelligi debet quoad personas subiectas statuentibus & non quoad alias.*

11 *Scriptura archiuij fidem non facit nisi in territorio, in quo est archiuium publicum.*

CON-

CONSILIVM LXXV.

NON conterendo tempus ubi uon
expedit, cum res de qua agitur satis
sit clara, oisi sub clarissimo sole
mortale lumẽ uellemus afferre, suc
cinctè loquendo, dico ꝙ scriptura
producta in iudicio contra dñm Ia-
cobum Clarum, quamuis extracta ab archiuio Ciuita
tis Alexandriæ, nullam penitus fidem facit cõtra eũ:
qm̃ etsi apud Doctores communiter receptum sit, ꝙ
1 †scriptura extracta ex archiuio per officialem archi-
2 uii, quod†equidem dr̃ locus, in quo reponuntur scri-
pturæ publicę Ciuitatis, aut uniuersitatis, uel alterius
Collegij, hoc est, armaria illa seu arca, quibus instru
men ta aliaue publica monumenta cõseruantur. l. mo
ris. §. solet. ff. de pœn. §. si uerò. in auth. de his qui in-
gred. ad appellan. plenam fidem faciat. iuxta notata
in auth. ad hæc. C. de fi. instr. c. ad audientiam ubi Ca-
nonistæ de præscrip. Inno. & alii in c. 1. de procur. Do
cto. io c. cum causam. de proba. Coras. in l. admonẽdi.
in 3. par. nu. 11. de iureiur. ubi ex hoc infertur, ꝙ libri
ceosuales, in quibus censuum solutio describi solet,
cum in archiuio conseruari soleant, plenam fidem fa
ciunt. Alex. in consi. 92. col. fi. in prin. uol. 2. & in con
si. 295. col. 1. uolu. 6. Alb. in consi. 16. nu. 7. §. si uerò. de
his qui ingred. ad appel. Tamen hæc conclusio multis
modis declaratur, quæ declarationes tenduni ad pro
positum nostrum, ut dictæ scripturæ non credit. Pri-
3 ma igitur est, ꝙ†præmissa snia procedit, ubi probet,
ꝙ ille ootarius, qui scripsit ipsam scripturã, mortuus
sit, & non reperiaotur scripturæ eius alibi quàm in
archiuio. Alex. in consi. 16. col. 4. uer. respoodeo etiã.
uolu. 5. dñs Osasc. in sua decis. Pedemont. 69. col. 3. io
princ. Ar in casu de quo agitur non fuir probata hæc
4 negatiua, ergo &c. Secundò declaratur, quòd†ea sibi
locũ arrogat, ubi in dicta extractione fuit citata pars,
de cuins interesse agitur, alias illi non statur. Bart. &
alii in auth. si quis in aliquo, obi Castren. C. de eden.
inquit, ita cõiter teneri. Corn. in consil. 144. col. 4. uo
lu. 4. & in consil. 24. col. 3. uol. eo. Cass. in cons. 15. nu.
5. Soc. Iun. in consi. 2. nu. 10. uol. 2. sed in terminis no
stris nulla reperitur facta citatio, quæ requiritur, ut
ẽt per Osasc. ubi supra. nu. 8. uer. non obstat quod di-
cit. Igitur scripturæ nulla fides adhibenda. Tertiò dr̃,
5 quòd, †ad hoc ut scriptura reperta in archiuio fidem
faciat, opus est, quòd Comentariensis nedum dicat ꝙ
illam extraxit ab archiuio, sed ẽt qnòd erat scriptura
archiuii. ita Corne. in consi. 142. litera. F, uoln. 3. quia
potuisset esse, quòd aliquis priuatus eam illuc detu-
lisset, & illam ibi dimiserit, ut ipsam auctenticã red-
deret. Vnde ratio non suadet, quòd ex hoc solo, quòd
sit in archiuio reperta, reddatur auth. text. in auth. ad
hæc. C. de fi. instru. quatenus dicit, quòd habeat publi
cum testimonium, intelligitur. qoòd Comentariensis
illam scripserit, uel asserat esse scripturam authenti-
cam archiuii publici. Nam si aliter diceretur secundũ
6 eum, sequeretur quòd pararetur uia fraudib. †quibus
est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei uindi. quem sequũ
tur Deci. in auth. si quis in aliquo. in 6. fallentia. C. de
eden. in c. cum causam. nu. 9. de proba. & in cons. 458.
nu. 5. Abb. in c. ad audientiam. colum. 3. de præscript.
Osasc. in d. decis. 69. col. 2. uer. Item & quartò. Craue.
in tract. de antiqnit. temp. par. 1. uer. 4. limitatur. col.
1. cum seq. Ant. Gabr. in suis com. opi. in tit. de proba.
conclus. 3. nu. 14. Cum igitur Comentariensis in casu
præseoti non attestetur, ipsam fore scripturam archi
uii, meritò dicendum uenit, illam nullam fidem face
re contra dictum dominum Iacobũ. Similiter ex alio
demonstratur scripturæ ipsi nullam fidem adhiben-
7 dam esse: quoniam † scriptura archiuii nullam fidem
facit, nisi inter personas subditas & non aliter Alex.
io consi. 16. col. 2. uer quia respondeo. uolu. 5. ubi in-
quit, quòd scripturæ archiuii nullam fidem faciunt
contra personas non subditas iurisdictioni illorum,
quorum auctoritate deputata, & custodita sunt in ar
chiuio. Iterum in consi. 138. uu. 7. uol. 1. ubi ex hoc cõ
8 suluit, qnòd† priuilegium legitimationis recõditum
in loco, cui ex forma statuti debebatur plena fides ad
hiberi, non faceret fidem contra reum conuentũ foré
sem. Anto. de But. in c. 2. de fi. instru. col. 8. ubi dicit, ꝙ
9 †quamuis scriptura priuata in archiuio recõdita per
officiales fidem faciat, & idem quando longo tempo
re fuit obseruata pro publica. l. 1. in fi. ff. de aqua plu.
arcen. Tamen ista solum procedunr quoad subiectos
iurisdictioni illorum, quorum auctoritate custodiun
tur. Cy. io l. receptitia. C. de constit. Princip. ubi uult,
10 quòd†etsi statutum conditũ à mercatoribus dans ple
oam fidem scripturæ priuatę debeat seruari in omni
foro, per ootata in l. ex eo. ff. de postul. Tamen habe-
bit tantum locum quoad personas subiectas statuen-
tibus non quoad alias. Ruio. in consi. 69. nu. 7. cum se
quen. uol. 4. Soc. in consi. 258. nu. 6. uer. præterea. uol.
2. Soc. Iun. in consi. 2. nu. 9. uolu. 2. ubi dicit, doctores
ita cõiter tenere Iacob. de S. Geor. in d. auth. si quis in
aliquo. col. 4. uers. 7. fallit. Osasc. in ipsa decis. 69. nu.
11 7. Item† & non facit fidem, nisi in territorio, in quo
est archiuium publicum. Io. And. in addi. ad Specu. in
tit. de instru. edit. §. nunc dicendum. in additione ma-
gna. incipiente priuatorum quem sequitur Bal. in ru-
br. de fi. instru. in ulti. col. Butr. in d. c. 2. io uers. octa-
uus casus. Alexã. in d. auth. si quis in aliquo. ubi etiam
Ias. col. 3. uer. ultra Bar. Cur. Sen. col. fi. uer. 4. fallit ubi
dicit hoc digito ligandum. & Purpurat. ou. 31. ubi in-
quit, quòd alii sequuntur. Alex. ubi supra. Soc. in con-
si. 187. ou. 20. uol. 2. Alex. in consi. 16. col. 2. uersi. quia
respondeo. uolu. 5. & Osasc. ubi supra. & Ant. Gabr. in
d. conclus. 3. col. pen. sed in casu nostro dictus domi-
ous Iacobus non est de territorio Alexandriæ, nec
causa præsens agiť inter subditos, ergo scriprura nul
la. Ex his igitur quæ supra dicta sunt sub compeodio
uerborum, iudicandum fore arbitror, quòd dicta scri
ptura, etsi extracta ab archiuio, nullam penitus fidem
faciat contra prædictum dominum Iacobum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio expressa inter uirum & uxorem firmatur iu ramento.*

2 *Donatio tacita resultãs ex confessione dotis facta per maritum uxori tanquàm simulatè facta iuramento non confirmatur.*

3 *Contractus simulatus non dicitur contractus.*

4 *Simulatio medullam ueri non habet.*

5 *Contractus simulatus dicitur coloratus, depictus, extrinsecus apparens & intrinsecus nihil habens.*

6 *Confessio dotis, in qua iuratum est, omnia & singula fuisse uera, non tollit exceptionem non numeratæ dotis & simulationis.*

7 *Pars sicut potest remittere iuramentum ad sui utilitatem præstitum, ita & exceptionem periurij surgentem ex iuramento ad sui utilitatem præstito.*

8 *Donatio tacita resultans ex confessione dotis non firmatur*

matur ex iuramento assertorio & promissorio. sed contra nu. 10.

9 *Iuramentum præstitum super confessione simulata, sicut nihil operatur, ita etiam omnes aliæ clausulæ accessoriæ non ualent, & nihil operantur.*

10 *Leges antiquæ quamuis per auth. sacramenta puberũ. sint correctæ in iuramento promißorio, non tamen in assertorio.*

11 *Pater si confitetur cum iuramento promissorio, ꝙ bona fuerint acquisita per filium ex industria & pecunia ipsius filij, talis confessio præiudicat patri.*

CONSILIVM LXXVI.

DIFFICVLTAS oritur, & quidẽ
ardua, an donatio tacita resultans
ex confessione dotis receptæ ualidetur
iuramento. Prima quidẽ fron
1 te dicẽdum uidetur, quòd † licet do
natio inter uirũ & uxorem expres-
sa firmetur iuramento. Bar. in l. si quis pro eo. in fin. ff.
de fideiusso Bart. & alii in l. Seius & Augerius. ff. ad l.
Falc. Cano. in c. cum contingat. de iureiur. quam sen-
tentiam uti communem sequuntur Crot. in l. frater à
fratre. nu. 72. ff. de cond. indeb. Petruc. in repet. l. pen.
nu. 27. de iureiur. Ruin. in consi. 133. col. 1. uol. 4. Ce-
ph. in cons. 61. nu. 5. Didac. in lib. uariar. resolu. tomo
2. c. 7. nu. 5. & in tomo 1. fol. 6. col. 2. Craue. in consil.
81. circa princ. Clar. in §. donatio. q. 9. Ripa in respon
so 127. Rub. Alex. in consil. 54. nu. 5. & magis receptá
Dec. in consil. 248. col. 2. in consil. 202. col. 2. à qua in
iudicando & consulendo non est recedendum. Alex.
in consi. 8. col. 2. uol. 2. Rub. Alex. in consi. 25. num. 5.
Ripa in responso 122. nu. 12. Didac. in libr. uariar. re-
solut. in 2. tomo c. 7. nu. 4. uers. 5. Alci. in d. c. cum con
tingat. nu. 107. uer. 8. infertur. ubi inquit, difficile esse
tenere contrarium in practica, licet ipse teneat con-
tra. Anto. Gabr. in suis com. opi. in tit. de donatio. cõ-
2 clus. 3. col. 2. Tamen † hęc conclusio limitatur, locum
non habere in dicta donatione resultante ex confes-
sione dotis facta per maritum uxori: quia ea, iuramen
tu non obstante non conualidatur, cum p̃sumatur si-
mulatè facta. Cy. in l. 1. C. de sacros. ecc. Rom. in con-
si. 44. Soc. in l. 1. col. 19. uer. 2. conclusio. ff. de iureiur:
consi. 61. col. 3. uer. non obstat. uol. 1. & 65. col. 7. uer.
sed tamen uol. eo. Ruin. in consi. 135. nu. 9. uol. 1. 142.
col. pen. uol. eo. 54. col. 2. uer. non licet. uolu. 5. Bero.
3 in cons. 108. col. fi. uol. 3. Nam † contractus simulatus
non dicitur contractus l. imaginaria. de regu. iur. cum
4 † simulatio nõ habeat medullam ueri. Bal. in l. ei qui.
5 C. de distr. pigno. Item † contractus simulatus dr̃ colo-
ratus, depictus, extrinsecus apparens, intrinsecus ni-
hil habens. Bal. in l. ab Anastasio. in 4. notab. C. mand.
& dr̃ tanquàm corpus sine spiritu. Bald. in l. 1. C. plus
ualere quod agitur. Cum igitur dicta donatio tacita
censeatur simulata, sequitur quòd iuramẽtum super
ea appositum non reddit ipsam ualidam. glo. commu
niter approbata in l. 3. C. plus ualere quod agitur. uo.
in l. fi. ff. qui satisda. cog. Gozad. in consi. 69. nume. 11.
Ias. in l. 1. col. fi. de iureiur. in §. Item si quis in fraudẽ.
col. 2. uersic. ultimò præmitte. de actio. in l. 1. § si quis
simpliciter. de uerbo. obli. latè Neuiza. in consil. 23. in
prin. Didac. in lib. uariar. resolut. tomo 2. c. 7. num. 4.
Imò dixit Io. de Imo. in ca. cum contingat. de iureiur.
6 quod † si in confessione dotis esset iuratum omnia &
singula fuisse uera, quòd maritus poterit opponere
exceptionem non numeratę dotis & simulationis. So
ci. in l. 1. col. pen. uersi. sed a præmissio. ff. solut. matr.
7 quia † sicut pars potest remittere iuramentum ad sui
utilitatem prestitũ. c. 1. de iureiur. pari ratione potest
remittere exceptionem periurij surgentem ex iura-
mẽto ad sui utilitatem præstito, cum sit eadem ratio,
Fel. in c. 1. de iureiur. Ideo si allegat simulatio, & pars
aduersa opponit de periurio, replicari poterit, ꝙ per
iurium remisisse uidetur, ex quo consensit cõtractũ
fieri simulatum, & omnia in instrumento apponi ad
simulationis corroborationem. Itẽ, quia maritus tra-
ctat de damno, mulier de lucro, poterit maritus se
defendere, allegando sui turpitudinem. Item, quia e-
manauit talis confessio inter personas prohibitas cõ
stat esse simulatam. Ideo satis est marito allegare non
competere ius. Gozad. in consi. 28. num. 25. Rui. in cõ
si. 137. col. pen. & fi. uolu. 4. & latius in consi. 132. per
totum. uol. eod. in consi. 95. num. 12. uol. 5. in consil.
254. nu. 7. cum duobus sequentibus. uol. eod. ubi hoc
comprobat. Nam ille, qui confitetur cum iuramento
dotem recepisse, non minus allegat turpitudinẽ suã,
si postmodum contradicat, quàm ille, qui iurauit om
nia & singula fuisse uera, & deinde opponit de simu-
latione: quia hoc ultimo casu uenit cõtra id quod iu-
rauit generaliter, & primo casu uenit cõtra illud qđ
iurauit simpliciter, & tamen (secundum doctores) di-
cto. 1. casu potest contrauenire & suam turpitudinem
allegare, & hoc non alia ratione, nisi ꝙ iuris præsum
ptione constat de periurio, & sic dicitur detecta tur-
pitudo, quę ratio militat etiam alio casu. Et in tantũ
8 uidetur uera ista conclusio, ut † ea etiam procedat ac-
cedente iuramẽto promissorio cum assertorio, ut quia
maritus promisit nedum omnia & singula esse uera,
sed quoque illa attendere, obseruare, & adimplere:
9 quia † cum actus principalis est simulatus, omnes alię
præmissiones accessorię, quamuis iuratæ, præsumun
tur simulatæ, per notata per Bar. in l. nemo potest. de
leg. 1. dum dicit, ꝙ quãdo actus est simulatus, non ua-
let renuntiatio exceptionis simulationis, quia presu
mitur dicta renũtiatio & omnia alia contenta in con
tractu simulata, etiamsi exceptioni simulationis esse
renunciatum, cum iuramento, secundum Imol. & Mo
der. ibi. Vnde cum in casu nostro confessio prædicta
tanquam simulata non firmetur iuramento, omnia &
singula, uidelicet, iurata & promissa de obseruando
& non contrauenienda præsumitur simulata. Rui. in
consi. 138. col. fi. uol. 4. Anto. Gabr. in suis com. opiu.
in tit. de donatio. conclus. 3. nu. 8. Rui. in consi. 130. n.
4. uol. 5. ubi dicit, ꝙ sicut iuramentum præstitum sup
dicta confessione simulata nihil operatur, ita etiam
omnes alię clausulæ accessorię uel ualent & nihil o-
perantur, & subdit, ꝙ quamuis sit præstitum etiam iu
ramentum promissorium de futuro, hoc est, de facien
do & obseruando omnia & singula, ꝙ isto casu nihil
operatur: quia cum uenit accessorie ad iuramentum
assertorium & ad contractum simulatum, nullum, &
inualidum. Ideo dictum iuramẽtum promissorium se
quitur naturam principalis, & sic caret consensu, si-
cut principale, & præsumitur præstitum simulatè, ar-
gumento l. fi. C. de non nume. pecun. in consi. 167. nu.
23. uol. 2. Paris. in consi. 53. nume. 30. uol. 1. & 54. nu.
38. uolum. eod.

His tamen & similibus non obstantibus contraria sententia tanquam magis amica legibus amplectenda uenit, uidelicet, ꝙ dicta donatio tacita resultãs ex cõfessione dotis firmet iuramẽto ꝓmissorio & cõfirmatorio, ut scribit Imol. in c. cũ cõtingat. in 10. nu. in 3. q. de iureiur. Ias. in cõsi. 184. col. fi. uol. 2. Corset. in trac. iurameti priuilegio. 25. Are. in cõs. 74. col. 3. uers. fi. sed tñ ubi ĩquit, ꝙ licet cõfessio facta cõstãte matrimonio

monio, in quo maritus iurat se aliqd habuisse ab uxore, sit suspecta, & non ualeat uigore iuri assertorij, tñ secus est, quando est uallata etiã iuramento promissorio, inter quæ est maxima differentia: Nam unũ est magis fauorabile quàm aliud, ratio etenim est: quia in iuraméto assertorio potest quis dicere falsum, qđ præsumit lex de facili inter personas suspectas, sicut dicimus in simili in l.pen.C.de natu.lib.& per Bal.& Moder.in l.quidam cum filiũ.ff.de hær.iust. Quia ergo asserens falsum. quamuis per hanc assertioné sibi possit prçiudicare aliquando, tamen facere non põt, quòd falsum sit uerum. Iccirco lex in fraudem sui nõ admittit hanc confessionem, sed in iuraméto promissorio non potest esse falsitas tempore iuramenti, quã do uerè adest consensus iurantis in promissione: Vnde imputet sibi, qui iurat. Et ideo ex mente Ioan.de de Imol.in dicto.cap.cum contingat, inquit, quòd
10 † quamuis per auth.sacramenta puberũ. C.si aduers. uend.leges antiquæ sint correctæ in iuramento promissorio non autem in assertorio, de quo loquitur.l. si alterius.C.si minor se maio.dixe. Vnde concludit, quòd licet iuramentum assertorium non tollat suspicionem donationis, quæ est inter coniuges, iuramentum tamen promissorium, quod non addiuuat mendacium, neque facit fraudem legi, est seruandum: Vnde uidemus, ꝙ contra iuramẽtum promissorium prçstitum in casu licito non conceditur absolutio à iuramento, nisi ex magna causa cap.quanto.ubi doctores de iureiuran.secus in assertorio, ubi conceditur iuranti uenire contra. Idem uoluit Soc.sibi inconstans in consi.61.nu.4.uol.1.Petr.& Cyn.in l.1.col.fi.C.de sacrosanc.eccle.ubi dicit, ꝙ licet iuramentum confirmatorium ualidet huiusmodi donationé, quia respicit futurum, & in eo nõ est, peccatum, tamé secus est in assertorio, quòd respicit præteritum, puta si cõfessus est se aliquid habuisse uir ab uxore in fraudem donationis, quia in eo est periurium si iuratur falsum, & ideo non est adeo fauorabile. & subdit Soc.quòd ista est magis communis, & cum Cyn.pertransit etiam in consi.66.nume.26.uolum.1.ubi inquit, hanc partem amplectendam, per quam opiniones contrariæ reducuntur ad concordiam. Ruin.in consil.69.colum.fina.uolum.3. Curt.Iun.in consil.95.columna 2.uersi.quartam subijcit conclusionem.Barba.in consi.59.col. fina.uol.2.Craue.in consi.81.col.1.Alciat. in dicto c.cum cõtingat.nu.107.uer.2.limitatur.Bal. Nouel.in trac.dot.par.10.col.5.Lupus in repetitione rubricæ de dona.inter uir.& uxo.folio 50.col.1.Homod.in consi.106.col.fina.Anto.Petruc.in repetitione l.pen.ff.de iureiur.col.6.num.27.Ruin.sibi aduersans in consi.132.nu.11.uol.4.Corne.in consi.70.nu. 7.uol.3.consi.71.nu.8.uol.eod.Accedit quod scribit
11 idem Ruin.in consi.96.uol.5.ubi concludit, quòd † si pater confitetur cũ iuraméto promissorio, ꝙ bona acquisita per filium fuerunt acquisita ex industria, & pecunia ipsius filii, talis cõfessio prçiudicat patri: quia hoc iuramentum respicit futurũ, & ex tali promissione oritur obligatio naturalis inter patrem & filium, allegat Cacialup.idem tenentem in loco ibi per eum ciatao, dixi aliàs in consi.95.nu.23.uol.1.Idé tenuit Ripa in consi.6.Coras.in l.frater à fratre.in §.quæsitum.nu.58.de condit.indeb.Vnde cum hæc sit communis opinio, temerarium esset in iudicando & consulendo recedere ab hac sententia, quam etiam amplectitur Alex.in l.si donatione.in 4.col.C.de collat.Dec.in consi.202.col.3.

Superest modo ut tollatur, quæ ex aduerso adducta fuerunt, & respondendo ad primum dicitur, uerum esse conclusionem, quòd donatio præsumpta & tacita, quæ oritur ex cõfessione mariti, facta uxori constante matrimonio non firmatur iuramento assertorio.secus promissorio & confirmatorio: Et licet nonnulli teneant contarium in dicto iuraméto promissorio. Tamen eorum auctoritas spernenda, est cũ communis sententia sit Scribẽtium, ut patet ex auctoritatibus supra citatis a qua (ut dixi) minimè recedere debemus.

SVMMARIVM.

1 *Reditus omnes iurisdictionis, si quis emerit pro primo anno, & alius pro secundo, si in primo anno commissum est delictum condemnatio facta in secundo, commoda, & emolumenta cõdẽnationis spectabũt secundo emptori, sed cõtra secundum communem nu.9.& nu.12.ubi ampliatur duobus modis.*

2 *Pœna ante sententiam non dicitur debita fisco, nec causam habenti ab eo.*

3 *Ius nullum habemus in pœnis criminalibus, ante sententiam.*

4 *Officialis si quis fuit constitutus pro uno anno cum commoditate pœnarum quoruncumque delictorum, & unus commisserit delicta eo tempore, quo facti fuerunt processus, sed non lata sententia, si demum creatur alius, per quem detur sentẽtia contra delinquentes, si processus erant conclusi, pçna est primi officialis, aliàs est secundi.*

5 *Tempus criminis perpetrati spectandum est.*

6 *Initium spectandum est in delictis, vt sciamus ad quẽ pertineat punitio.*

7 *Delicti tempore orta est obligatio ad pœnam.*

8 *Seruus pçna quis efficitur ex delicto.*

9 *Finis vbi habet necessariam consequentiam à princ. retrotrahitur ad principium.*

10 *Reprobatur Imol.in l.donatio.*

11 *Reprobatio Bal.in si.C.de fructib.& lit.expen.*

CONSILIVM LXXVII.

1 MAGNIFICVS † dominus Petrus uendidit Magnific.domino Alexandro Gratinario reditus, & emolumẽta iurisdictionis suç tribus annis pretio inter ipsas partes conuento, Demum illos uẽdidit pro aliis quatuor sequentibus Magnifi.domino Altobello Seuerino. Accidit, ꝙ in ultimo anno triũ annorum dicti domini Alexandri commissa fuerunt nonnulla delicta, de quibus fuerunt delinquentes inquisiti, uerum est, ꝙ pendente dicto tertio anno non potuerunt compleri processus, sed illi perfecti fuerunt in dictis quatuor annis subsequentibus, & latæ sententiæ condemnatoriæ publicationis bonorum. Modo dubitari contigit, ad quem spectent emolumenta & commoda dictarum sententiarum, an domino Alexãdro primo emptori: an uero domino Altobello secũdo emptori. Prima quidem facie uideretur dicendum, ꝙ dicto domino Altobello, ex rationibus auctoritatibus sequentibus, spectãt dicta emolumen
2 ta. Nam † pœna ante sententiam non dicitur debita fisco, nec habenti causam ab eo.l.ex.inditiorum.de accusa.l.si qua pœna.l.aliud est fraus.§.inter mulcta. de uerb..sign.Bar.in l.aufertur.§.fiscus.ff.de iure fisci. propterea pœnæ interim tanquã fructus pendentes non

non debent pertinere ad fructuarium,& sic ad primũ emptorem fructuum.l.defuncta.ff.de usufru.ita Imol. in l.diuortio.§.si uir.ff.solut.matr.Secundò,hanc partem tenet Bal.in l.fi.col.2.uersi.quæro.C. de fructib. & lit.expẽ.ubi dicit quod, si princeps mihi concessit per semestre commoda cuiusdam iurisdictionis, commissum qui fuerit delictũ in fine iurisdictionis meæ, de quo finita iurisdictione mea,iste exinde per Principem est condemnatus in certa quantitate pecuniæ, quod pœna hæc,cum sit fructus iurisdictionis, & nõ dum erat reconditus in horreo meo, quòd pertinent ad Principem & nõ ad me,per dictam.l.defuncto. Itẽ
3 quia†in pœnis criminalibus ante sententiam nullum ius habemus,dicta.l.aliud.§.inter mulctam.Itẽ pœnę non sunt lucro iudicibus nisi per eorum sententiam auth.bona proscriptorum.C.de bon.damna. Tertiò accedit,qđ inquit Affl.in ti.quæ sint regal. in uerbo
4 pœnarum.nu.37.ubi decidit,ꝙ† si quis fuit constitutus officialis pro uno anno,cũ hoc,ꝙ pœna quorumcunque delictorum sint eius, & quidã commiserit delicta eo tempore, quo facti fueruut processus,sed nõ lata sententia,si demum creatur alius officialis nouus per quem daretur sententia cõtra delinquentes,quod si processus erat conclusi,pœna est primi officialis,si nautẽ nõ pœna spectat ad illũ qui cõdẽnauit,per iura per eum citata: At in casu pręsenti tempore primi emptoris,& si inchoati fuerunt processus,tamen non eo tpe conclusi fuerunt, igitur pœna illi applicari debet qui tulit sententiam,& sic ad dominum Altobellum secundum emptorem, per iura superius alleta:Quarto,ita tenuerunt Guid.Pad.in decis.355. Bertran.in consi.314.uol.2.Rebuf.in l.3. C. de suscept.& arch.libr.10.

Cæterum,re ipsa longè melius atque diligentius ꝑpensa,in contrarium est ipsa ueritas,ꝙ imò commoda & emolumenta ipsarum senteutiarum spectant & pertinent ad dominum Alexandrum primum empto
5 rem,quia† semper tempus criminis perpetrati spectãdum est Bar.in l.quod ait lex.§.1.ff.de adulte. ubi in-
6 quit,ꝙ†in delictis initium spectãdum est, ut sciamus ad quem pertineat punitio.Abb. in c.fi.de sent. excõ. ubi ait,ꝙ ad imponendã pœnã inspiciendũ est tẽpus delicti.Ias.in l.more col.5.in prin.de iurisdi.om.iud.
7 Secũdò† quia tempore delicti orta est obligatio ad pœnam.l.fi.C.de sent.pas.ubi quis ex delicto efficit
8 seruus pœnæ.l.Imperatores.ff.de iur.fisc.ubi†quis delinquendo pœnæ se subdit.gloss.in l.1.§.bestias. in uerbo onerari.& ibi Bolog.de postul.Alber.in l. post contractum.col.1.de donatio.ubi inquit,ꝙ continuo ꝙ quis delictum commisit incipit obligari fisco, unde sententia quæ postea sequitur potius declarat quã aliquid noui inducat: quia eo ipso ꝙ iudex pronuntiat maleficium commissum statim succedit pœna ipso iure.l.prima.§.calumniatoribus: ibi.& quãuis, ad turpil.atque ideo hæc sententia retrotrahitur ad tempus delicti l.hęredes palam.§.si quid post,iuncta glo. ff.de testam.

Tertiò,quia prima causa magis influit in causatũ, quã secũda cã.l.si filiusfamilias.ff.de uerb.oblig.ubi, quantum ad acquirendum patri,sufficit stipulationẽ fuisse a filio cõceptã durãte patria potestate, licet ea finita cõditio stipulationis apposita euenerit.l.quæ legatorũ.l.seq.de reg.iur.Soc.in consi.100.col.2. uersi. clarius.uol.1.ita in terminis tenuit Bald.in l.fi.col.fi. uersi.quoad septimum.ff.de iuris.om.iud.ubi post Pe. & Cyn.ibi concludit,ꝙ si unus emit a Rege reditus unius mẽsis,& alter emit reditur sequentes menses,si ultimo die primi mensis est commissum maleficiũ,unde primus non potuit facere punitionẽ propter breuitatem tẽporis,sed secũdus,pœna erat primi,quia obligatio est inchoata tẽpore primi, condẽnatio aũt tempore secũdi,ideo ius fuit quæsitũ primo, rursus in l. diuortio col.pen.in fi.uersi.extra quæritur.ff.solu.matri.per l.quæcunque actiones.ff.de actio.& oblig.Ias. in l.more in 4.col uersi.ult. in quãtum. ff. de iurisd. om.iud.Pet.de Ancha.in c.si propter ad fi.de rescrip. 6.& c.1.ubi etiam Anan.ne Pręla.uices suas.Alex. in consi.7.col.1.uer.4.pro hoc facit.uol.3.Soc.in consi.
9 70.col.fi.uol.4.ubi inquit,quod†ubi finis habet necessariam consequentiã a principio, finis retrotrahitur ad principium.l.3.§.Seio. ff.de min.l.1.& 2.C.de sẽt. ex breuil.recitan.sed tẽpus cõdẽnationis trahit necessariam consequẽtiã ab initio tempore delicti,ergo nimirũ si retrotrahitur.Itẽ quia hæc condemnatio,quæ debet fieri,habet consequentiã ad delictum, & sic ad principium processus.d.l.1.& 2.ergo omnia debent iudicari secundo tempus principij.l.qui balneũ.l. potior.ff.qui pot.in pign.habe.Mart.Lauden.in trac. de fisco.uersi.34.Angel in l.si possessor.de pet.hære.Cassane.in consuet.Burgund.in tit.des iustices.§.7. uersi. iuxta hanc materiam Nicol.de Millio.in suo repertorio in uerbo fructus iurisdictionis.Rui.in consi. 193. nu.2.uol.1.quam sententiã communem asserunt Ale. in d.l.diuortio.§.si Vir.& ibi Iãzel.Dec. Soc.in dicto consi.100.col.2.Boer.in decis.5.nu.16.& Tiraque.in trac.de retrac.conuentio.glo.4.folio mihi 498.

Restat ut respondeatur ad allegata in contrarium, & deueniendo ad primum argumẽtum dicitur, quòd imò pœna spectat ad primum: quia illa dicitur quasi debita fisco eo ipso,quòd delictum est commissum,ut not.glo.in l.rescriptum.in prin.ff.de pac.Bar.in l.fin. ff.de inin.Alex.in d.§.si Vir.col.pen.in fi.Rui.in consi.193.col.antepe.in prin.uol.1.Lancel.Dec.in d.l.diuortio.ubi dicit,quod largo modo & officio iudicis etiam ante condemnationem dicitur obligatus.

10 Secundò†non obstant notata per Imo.in d.l.diuortio.quia Imol.reprobatur a Rui.in cõsi.193. Vlterius dicãtur Soc.in consi.101.col.2.uersi.nam illa decisio communis,quod ea decisio nõ fundať ex eo,quod fructus dicãtur percepti ante exactionem, sed ex eo, quia cum talis perceptio fiat habita necessaria cõsequentia ab initio,antecceditur initium hoc est,tempus cõmissi delicti & non tempus condemnationis & exactionis:per text.in d.l.3.§.Seio.ff.de mino. Vlterius dicit,quòd tex.in l.si defuncta.nihil facit ad propositũ nostrum secundum Ale.in d.§.si uir.quia ille emptor uel donatarius,ad quẽ spectat cõmodum iurisdictionis,nõ ęquiparatur fructuario,quia si æquipararetur, sequeretur quod ius suum non transferret ad hæredem,sicut nec usufructus, quòd est falsissimum. l.uiã ueritatis.C.loca.l.ueteris. C.de contrah. & com.stip. cum qua etiam responsione transit Rui. in consi.193. col.antep.in uersi.nec obstat secundũ Ale.

11 Non obstat†decisio Bald.in d.l.fi.C.de fructibus & lit.expen.quia contrarium tenuit idem Bald.in d.l.fi. C.de iurisd.om.iud.& in dicta.l.diuortio.§. si fundũ. & contra eum est communis scola doctorum, de qua supra.

Similiter nõ resistit decisio Affl.in d.§.pœnarum. quoniam contra eum stat recepta doctorum sententia supra citata a qua in iudicando & consulendo non est recedendum.

Ad notata per Guid. Pap.in ipsa decis.355.respondetur per Cassaneum in loco supra relato. Nec uis fieri debet in decis. Bertran.& Iaco. Rebuffi:quia cõtra eos est magis recepta doctorum sententiam,& tãto magis militare debet huiusmodi sententia, cum in casu,de quo agitur, ubi primus emptor processis

contra

contra delinquentes usque ad terminum defensionis inclusiue, in quo casu iudicauit senatus Mediolani, quod pœna debeat cedere commodo primi emptoris, ut attestatur Bos. in sua prac. crimin. in tit. de pœnis nu. 22. Item est etiam aduertendum, quod in casu præsenti ui gore statuti bona confiscantur ipso iure, ex quo sequi tur, ut distinctè attendi debeat tempus commissi de licti, ut inquit Iacob. Rebuf. iud. in d. l. 3. num. 2. de suscepto. & arc. quem sequuntur Bertran. in citato cons. 214. in fi. in 2. uolumin. & Tiraquel. in trac. de retrac. conuent. folio mihi 948.

SVMMARIVM.

1 *Delictum patris nocet filio in feudis.*

2 *Filius propter culpam patris priuatur bonis suis.*

3 *Peccata tenent suos authores, et si esset aliqua lex uel statutum quod diceret contrarium, tanquam iniquum non est seruandum.*

4 *Delictum patris nocet filio in feudo, quando pater deliquit contra dominum, uel aliquid fecit contra conuentionem feudi.*

5 *Filius ob delictum patris priuatur feudo paterno & antiquo, si deliquit contra alium quam contra dominum, filius non priuatur feudo.*

6 *Feudo non priuatur filius ob delictum patris, si ad eũ transit iure suo, ut quia filius, & non hæres.*

7 *Feudum quando acquisitum est ab antecessoribus pro se & liberis, censentur liberi, feudum ipsum potius habere a primo inuestito quam a patre suo.*

8 *Delictum patris nocet filio in feudo nouo.*

9 *Crimen læsæ Maiestatis, quod non fuit directè commissum in Principem sed in alijs capitibus, filys non nocet quo ad ea, quæ filijs ut filijs debentur.*

10 *Princeps si concessit officiũ alicui pro se & filijs, propter delictum patris filiis non priuantur tali officio.*

11 *Princeps non est conquestus in uita uasalli de felonia ipsius feudum filiis auferri non potest, si concessio facta fuit patri & filiis.*

12 *Tenor concessionis feudalis semper inspici debet, cum uim contractus habeat.*

13 *Feudum concessum pro se & filijs dicitur pacto & ex prouidentia.*

CONSILIVM. LXXVIII.

QVIA condemnatus uidetur ex crimine homicidij Dominus Antonius de Cerdonis in amputatione capitis necnon in confiscatione bonorum tam feudalium quàm allodialium, Dubiũ oriri uidetur, ad quẽ spectãt dicta bona feudalia, an ad camerã suæ Altitudinis, uel ad filios condemnati. Primo itaque aspectu uideretur dicendum, quod bona ipsa feudalia spectare debeant ad cameram prædictam: quo-
1 niam † delictum patris in feudis præiudicat finis. l.
2 quisquis. C. ad l. Iul. maiest. ubi † propter culpam patris filius priuatur bonis suis facit text. in l. si quis pa tris. C. ad l. Cornel. de fals. ubi delictum patris nocet filio: accedit quoq; quod dici solet, maiorum tuorum exempla tibi præiudicant, ut not. in l. si cohartatis. C. de coharta. libro 11. & in materia feudali est tex. in c. 1. si uasal. feudo priuetur. & in c. 1. si de feudo fuer. contro. inter dom. & agna. Alexan. in consi. 3 n. 19. uol. 1. Ruin. in consi. 37. col. 2. uol. 1.

His tamen non obstantibus, contrariam partem in casu præsenti omnino tenendum esse arbitror ex infra scriptis. Nam nulli dubium est, quod ob culpam patris nõ
3 debet filius sustinere pœnam: quia † peccata suos debet sustinere authores. l. sancimus. C. de pœnis. l. si filius. C. de bonis proscrib. toto ti. ne filius pro patre. & regula iuris est, quod quis nõ debet grauari odio alterius si quis suo. C. de inofficio. testa. Soc. Iun. in consil. 69. nu. 10. uol. 1. & in tantum hoc est uerum, quod aliqua lex uel statutum diceret contrarium esset iniquum & non seruandum. Card. in consi. 44. quẽ sequitur Marf. in prac. sua crim. in §. ultimo. nu. 38.

Secundò facit. Nã in feudis antiquis, q̃ debent filijs ut filijs & non ut hęredibus, si delictum patris nõ re spicit personam domini non obstet filio: ista est deci-
4 sio Bar. in l. j. ff. de interdic. & religa. ubi dicit, quod † q̃n quis committit aliquod delictum, propter quod debet feudo directò priuari: ut quia deliquit contra dominum, uel aliquid fecit contra cõuentionem feudi, tunc delictum patris nocet filio. ut in c. 1. si uasal. feudo priu. glo. in c. si uasallus. ff. de feudo fue. contro inter dom. & agnat. si uerò propter delictum aliud non debeat principaliter feudum amittere, se consequenter cadit ab ill 2; ut quia non deliquit contra dominũ uel contra promissiones actas in feudo, & illo casu recurrit ad distinctionẽ, quã ponit Cyn. in l. 2. C. de lib. & eorum lib. quæ probatur per dictam. l. primam. ff. de interd. & releg. Aut tale feudum transit ad filiũ ex persona patris tanquã ad patris successorẽ, & hnc
6 casu perdit filius. Aut † transit ad eum iure suo: ut quia filius non quia hæres, & tunc illud sibi retinet. Idem uoluerunt Petr. Iacob. de Raue. & Saly. in d. l. 2. Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de feud. in §. nunc dica mus, in additione incipien. quod sic. Paul. de Castr. in consi. 162. secundum antiquam impressionem. Dec. in consi. 389. col. 2. in princ. ubi dicunt rationem esse: qa
7 † q̃n feudũ est acqsitũ ab antecessoribus p se & liberis uel liberi descẽdẽtes cẽsent feudũ ipsũ potius habere ab antecessoribus seu a primo inuestito quã a suo patre immediatè, qui non fuit primus inuestitus. Ideo nimirum si delictum patris a quo non habente nec habere censentur, non nocet sibi. Imo Paul. de Castr. Rom. & Alex. in l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de dam. infec. Cur. Iun. in trac. feud. in 5. par. in uersicu. 6. principalis sit tractatus. Ias. & Alex. in l. adoptiuum. §. final. ff. de in ius uocand. dum se remittunt ad dicta per Bar. in d. l. 1. Gozad. in consi. 84. nu. 15. ubi inquit, omnes ita fateri, quod quando concessio feudi facta est pro se & liberis uel descendentib. quod etiã si filij nõ sũt hæredes patris possunt uenire ad feudum, & quod delictum patris eis non obest. Bos. in tit. de publica. bono. nu. 58. uersi. sic etiam Calcane. in consi. 73. colum. 3. in princip. Imol. in capit. ex parte, col. 10. uersicu. Item aduerte de feudo. Iacobus de Sancto Georgio in sua inuestit. in uerbo dictique Vasalli promiserunt non commit. feloniam. columna 19. uersicul. uideamus nunc. ubi inquit, quod quando filii ueniunt iure proprio & ex persona propria, ut est quando feudum est concessum pro se & liberis, delictum patris non nocet filio. Ruin. in consi. 149. nume. 3. & 14. uolumine primo, & in consil. 23. num. 31. cum sequeni uolumine 5. Clar. in §. feudum. quæstione 66. uersicu. sed quærq. Alex. in responso. 122. in 2. tomo numero
8 42. ubi dicit, quòd † in feudo nouo certum est, quod delictum patris nocet filio, & idem quando est hæreditarium, & similiter quando quis condemnatus est in primo capite læsæ Maiestatis, secus autem in alijs casibus: quia in iure non reperitur, filios priuari pro se. Afflic. in cap. primo. §. sed & res. numero 32. pe

quos fiat inuestit. In c. primo. §. si Vasallus. in gloss. 3.
num. 7. qua sit prima causa. benef. amit. & in cap. 1. §.
hoc quoque, numer. 53. de succes. feud. ubi dicit ex au-
ctoritate Iacobi de Beluiso & post Isern. quod regula
riter in feudis nouis factum patris præiudicat filio &
idem quando est paternum sed hæreditarium, si uerò
ex pacto & prouidentia, delictum patris nocet filio, si
delictum respicit dominum, alias secus, subdens hàc
esse ueram conclusionem, & omnes doctores in hoc
conuenire, & hanc esse magis communem doctorum
sententiam firmat Alex. in consi. 19. nu. 12. uol. 5. scri-
psi in consi. 64. in 2. uol. pro qua sentẽtia facit text. in
9 l. eorũ. ff. ad. l. Iul. maiest. ubi † crimen læsæ Maiestatis,
ꝙ nõ fuit directè cõmissum in Principẽ sed in alijs ca
pitibus, filijs nõ nocet quoad ea, quæ filijs, ut filijs de
bẽtur ut in simili uidemus in iurepatronatus & in iu-
re libertorum, quæ filijs, ut filijs debentur. l. filij. ff. de
iurepatro. & ideo inquit Bero. in consi. 154. uolu. 3. ꝙ
10 † si Princeps concessit officium alicui pro se & filijs
suis, ꝙ filij non priuantur tali officio propter delictũ
patris: quia fuit concessum filijs, ut filijs & non ut hæ
redibus, sed ex mero officio Principis quia regula esse
uidetur, quòd in his quæ debentur filijs ut filiis, deli-
ctum patris non nocet filiis, & idem in terminis feu-
di uoluit in consi. 155. col. 2. uersi. 2. respondetur. uol.
3. ubi inquit, cõmuniter doctores ita tenere, ꝙ si filii
habent, ex iure suo, ut quia pater sibi stipulatus est &
filiis, quibus iam quæsitum est, delictum patris non no
cet filio. l. 1. ff. de interdic. & releg. si uero habent ex
successione paterna, tunc patris delictum bene præiu
dicat filiis in feudo, sicut quoad successionem hæredi
tatis paternæ, quæ sententia etiam comprobatur ex
his quæ scribit Ripa in repetitione. l. fi. nu. 236. C. de
11 reuoca. donatio. ubi tradit, ꝙ † propter feloniã patris,
de qua non est conquestus dominus in uita uasalli, nõ
potest feudum auferri a filijs, si cõcessio facta fuit pa
tri & filijs: quia cum ius feudi sit quæsitum filio iure
suo & ex persona sua, ingratitudo & felonia pa-
tris non debet nocere filijs, etiãsi dñs conquestus fuis
set de felonia patris, ut in terminis nostris bona feu-
dalia, de quibus agitur, q̃ fuerunt acquisita ab antecess
12 soribus ipsorũ; si inspiciat † tenor cõcessionis, ad quẽ
semper debemus recurrere, cum uim contractus ostẽ
dat. c. j. uersi. propter tenorem inuestituræ. de duob. fra
trib. a c. inuestituri c. si cui. de quibusdam c. extraor. in
uersi. sermonem tamen inuestituræ nec non uim uer-
borum & sensum contrahentium intuentes faciliter
13 cognoscitur, quòd † bona ipsa feudalia concessa fue-
runt quondam domino Scipioni Serdoni pro se & fi-
liis ac descendentibus, ergo ex pacto & prouidentia.
Paris. in consi. 2. nu. 22. uol. 1. Gozad. in consi. 9. nu. 53.
Rui. in consi. 25. nu. 18. uol. j. & in consi. 62. nu. 12. uo.
eod. dixi in consi. 28. nu. 2. uol. 3. & in consi. seq. nu. 32.
Soc. Iun. in consi. 114. num. 10. uol. j. Alciat. in respõso
17. in 3. tomo nu. 20. & per consequens, quod dictum
delictum domini Antonij nõ potuit præiudicare suis
filiis, quibus nulla molestia inferri debet in ipsis bo-
nis per dictos Agentes suæ Altitudinis.

SVMMARIVM.

1 *Vnusquisque pro rata sui matrimonii registrati tene-
tur soluere collectas.*

2 *Bona descripta in æstimo sunt tacitè hipothecata pro
collectis in præiudicium eius, qui ea describi fecit in
æstimo.*

3 *Collectæ si non soluantur, bona allibrata uendi possunt.*

4 *Recusanti soluere collectas, ab eo auferuntur res & fru
ctus rei.*

5 *Bona registrata sunt ad eo hipothecata, quod nullus cre
ditor potest habere ius alterius.*

6 *Onus solutionis collectarum spectat ad conductores,
cum tale onus respiciat fructus, quod declara ut in
num. 15.*

7 *Locans fundum suum ad pensionem percipiendam in
pecunia, ita quod omnes fructus remaneant apud
conductorem, dominus ad tributa, & collectas non
tenetur.*

8 *Onus collectarum spectat ad illum qui bona habet de-
scripta ad suum registrum.*

9 *Collecta quando imponitur secundum æstimum, tunc
non attenditur possessio bonorum.*

10 *Conductor simplex non tenetur ad solutionem collecta
rum, sed hoc onus ad locatorem pertinet.*

11 *Statutum arctans colonum ad soluendum collectas pro
domino est iniquum.*

12 *Minus collectarum debet imponi illis, qui possideant
pro suo, & suo iure faciunt fructus suos, sicut emphi-
teuta & usufructuarius.*

13 *Colonus non possidet, sed detinet.*

14 *Colonus partiarius, uel qui nummis colit, non cogitur
soluere collectas sed dominus prædiorum.*

15 *Declaratio ad Barto. in l. 1. C. de anno. & tribut. li-
bro 10.*

16 *Consuetudo ita se habet, ut coloni non teneantur ad col
lectas.*

17 *Consuetudo in imponendis oneribus plurimum opera-
tur et iam contra regulas iuris.*

18 *Forensibus licet non possit imponi onus collectarum,
secus tamen est, si consuetudo est in contrarium.*

19 *Vera interpretatio sumitur a practica.*

CONSILIVM LXXIX.

1 ETSI † unusquisque pro rata sui patri
monij registrati teneatur & obligã-
tus sit soluere collectas, quæ impo-
nuntur ratione onerum patrimonia
lium & extraordinariorum. glo. in l.
rescripto in uerbo. ff. de mune. & ho
2 no l. 1. & fin. C. de mun. patr. libr. 10. & bona † ipsa de-
scripta in æstimo sint tacitè hipothecata pro colle-
ctis in præiudicium facientis describi in æstimo. An-
gel. in consi. 206. nu. 2. Ias. in consi. 32. col. 1. uol. 1. tex.
& ibi gl. in l. prima. C. in quib. cau. pig. tacitè contrah.
ubi Bar. & Bal. Iac. de Are. Cyn. Bal. Are. Alex. & Ias. in
l. apud Iulianum. §. hæres. de lega. 1. Paul. de Castro in
l. inter debitores. ff. de pac. Bero. in consi. 150. nu. 29.
uol. 3. Bos. in trac. suo in tit. de Principe. nu. 102. Dec.
in consi. 285. num. 5. decis. Pedemon. 91. num. 4. & 95.
num. 32. Catel. Cot. in memoriali incip. collecta. Ne-
gusan. in trac. de pign. charta. 44. col. 4. in fin. adeo, ꝙ
3 † nisi soluantur bona allibrata possunt uẽd. gl. not. in
uerbo distrahantur. & ibi Bar. C. de uẽd. bona. fisc. lib.
10. Negusan. ubi supra Cur. Iun. in consi. 61. num. 7. ubi
4 post Bal. ibi per eũ citatũ dicit, ꝙ † si quis noluerit sol-
5 uere collectas, ab eo auferetur res & rei fructus, & † in
tantũ est priuilegiata huiusmodi hipotheca, ꝙ nullus
creditor potest habere ius anterius quam habeat fiscus
Cyn. & Bal. in l. 1. per illum tex. C. si prop. publ. pen-
sita. Prac. Pap. in form. actio. hipoth. in uerbo sub ea

dem

dem in 3.col.quos sequitur Cotta ubi supra. Domi-
nus Osasc.iu dicta sua decis.95.nu.31.¶ Nunc dubi-
tari cōtingit inter dominum Bartholomęum Galera
tum & egregium Ludouicum de Sormanis conducto
rem bonorum stabiliū dicti domini Bartholomei re
gistratorum in loco S.Georgij.& pro quib.reddit di
midiam fructuum,& dominum Aurelium fratrem,di
cti domini Ludouici cōductorem bonorum sitorum
in loco & finibus Montaldi,pro quibus soluit singu-
lo anno scuta quinquecentum pro fictu in tēporibus
descriptis in instrumēto locationis;quis ipsorū sol-
uere debeat collectas in dicto loco sancti Georgij,
uidelicet an locator uel conductores. Prima itaque
fronte uideretur dicēdum,ꝙ onus solutionis colle-
6 ctarum spectat ad ipsos conductores: quia † onus col
lectarum respicit fructus,& consequenter spectat ad
eos,qui percipiunt fructus.l.si pendentes.§.si quid.ff.
de usufruc.Dec.in consi.285.col.j.l.fi.C.sine cēsu uel
reliq.& ibi Salicet.in 3.notabili.
Secundò pro hac sentētia adducitur, quod uult
tex.iuncta gl.notabili iu l.1.C.de anno.& tribu.lib.
10.ubi glo.uult mirabiliter secundum Bar.per illum
7 text. ꝙ † si aliquis locat fundum suum ad pensionem
percipiendam in pecunia,ita quòd omnes fructus re
maneāt apud colonum, quod dominus ad tributa &
collectas nō tenetur,quod inquit Bart.perpetuò mē
ti tenēdū,intelligendo tamen in oneribs realibus,&
de hoc est tex.in lege si sine.§.Lucius.ff.de adm.tuto.
quam allegat gloss.in d.l.1.Soc.in consi.119.col.2.
uol.1.& in consi.217.Roma.in l.inter quos.§.damni
ff.de dam.infec.Ias.in l.1.col.6.in fi.uersi.item quod
dictum est.C.de iure emphi.motus ex ratione supra
citata, quia onus collectarum respicit ipsos fructus
& consequenter spectant ad eum,ad quem, spectant
ipsi fructus.
Maturius tamen cogitanti,cōtrariū est de iure ue
rius, ut patet ex infrascriptis.& Primò,quia nemini
8 dubium est,quòd † onus collectarum spectat ad illū,
qui habet bona descripta ad suum registrum seu cata
strū,ut notat Ang.in l.fin.C.sine cens.uel reliq.ubi in
9 quit,ꝙ † qñ imponitur collecta secundum æstimum,
tū nō attenditur possessio bonorū, sed solū æstimū.
Bald.in l.1.§.quòd si nemo.col.antepen.uer.super 3.
ff.quod cuiusque uniuers.nom.Dec.in cons.285.nu.5.
10 Secundò facit.Nam † simplex conductor non tene
tur ad solutionem collectarum cōsuetarum, sed hoc
onus ad dominum seu locatorem pertinet.Bal.in l.j.
col.1.uersi.6.C.de iure emphi.ubi ponendo differen
tiam inter emphiteutam & cōductorem inquit,quod
primus tenetur ad collectas.l.2.C.eod.tit.sed condu
ctor non,&,si soluit eas a domino repetit,arg.l.ædi-
lis,de uia publ.& Bal.sequuntur Alex.in cons.35.nu.
12.uolumi.4.Ias.in consil.109.in 3.dubio uolumi.1.
Curt.Sen.in consil.36.Cassane.in cōsuet. Burgund.
folio mihi 651.nu.8.Ferret.in consi.199.nu.5.rursus
Bal.in l.cum duobus.§.si in coeundo.ff.pro socio. &
11 in tantum hoc est uerum,quòd † statutū arctans colo
num ad soluēdum collectas pro domino est iniquū.
Bar.& Bal.in l.colonus.C.de agr.& cēsit.lib.10.Par-
pal.in l.placet nu.69.C.de Sacrosan.eccle.Bos.tit.de
Principe nu.102.
12 Tertiò accedit.Nā † munus collectarum debet im
poni illis, qui possident pro suo,& suo iure faciunt
fructus suos,sicut emphiteuta,usufructuarius & simi-
les possidentes,qui lucrantur fructus,tenētur ad col
lectas.l.si pendētes.§.si quid.ff.de usufru.sed colonus
13 † qui non possidet, sed detinet,non tenetur.Alex.in
consil.35.col.2.uol.4.Bos.in tit.de Principe.nu.120.
Osasc.decis.sua Pedemon..83.nu.6.

Quartò hanc sententiam tenuerunt Bald.in l.1.C.
de anno.& lib.10.ubi inquit, hoc onus imponēdum
locatori: quia est dominus rei.allegat l.neque.de im
pen.in reb.dot.fac.Alex.in consi.4.col.1.uol.7.quem se
quitur Ruin.in consi.77.n.6.uol.1.ubi inquit. hoc ēt
procedere in cōductore ad longum tempus, qui dici
tur habere utile dominium,si condignam præstet pē
sionem,quia hoc casu magis equiparatur simplici cō
ductori quàm emphiteutę, ex quo pensionē præstat
condignam & fructibus commensurabilem.Ias.sibi
contrarius in dicto consi.109.col.1.Natta in consi.
409.Ioan.de Plat.in l.1.colum.1.C.de anno. & trib.
lib.10.& in l.hi penes.col.2.uersi.item est argumen-
tum.C.de agricol.& censit.lib.11.ubi dicit,illū tex.
facere argumentum secundum Andr.de Baru.quod
14 † colonus partiarius,uel qui nummis colit nō cogi-
tur soluere collectas sed dominus prædiorum,ite-
rum in l.1.C.eod.titu.col.1.Osasc.decis.sua 83.col.
3.in princip.Bellon.in consi.17.Parpal.in l.placet.
charta sexta colum.3.uersi.item dicatis.C.de Sacro-
sanc.eccle.Ferret.in consi.199.num.5.Bero.in consi.
146.nu.12.uol.1.
Superest modo ut tollantur quæ in contrarium ad
ducta fuerunt.& Primo, quòd onus collectarum re-
spicit fructus,& cōsequenter spectat ad eos, qui per
cipiunt fructus: Quia respondetur,id locum habe-
re in illis,qui possidet pro suo & suo iure faciunt fru-
ctus,ut in emphiteuta & usufructuario.l.fi.C.sin cen
su uel reliq.l.hactenus.§.j.ubi Bald.& Ang.ff.de usu-
fruc.lega.secus in colono,qui non possidet,sed deti-
net,ut per Alex.in dicto cōs.35.col.2.uol.4.& alios
supra citatos.
15 Similiter † non obstāt notata per Bart.in d.l.1.C.
de anno & tribu.quem allegāt Soc.& Ias.in locis de
quibus supra,quia aduertendum,est ꝙ Bart.non dicit
id ad quod allegatur,si aduertatur,nam dicit ibi Bar.
ꝙ glo.mirabiliter uult,quòd si aliquis fundum suum
locat ad pensionem percipiendam in pecunia, ita ꝙ
omnes fructus remaneāt apud colonum,quod domi-
nus ad tributa non tenetur,nisi consuetudo regionis
aliter se habeat.l.sine hærede.§.Lucius.ff.de adm. tu-
to.tñ secundum Bart.hoc debet intelligi in oneribus
realibus.prout sunt tributa,quę ex dispositione legis
ueniebant pręstanda ex corpore fructuum,puta quin
quagesima pars frumēti,quadragesima.olei, & sic de
reliquis,ut declarat tex.in l.modios C.de suscep.li.
11.sed in collectis,quę imponuntur personę pro reb.
erit inspiciēda persona,cui imponitur.l.rescripto.§.
fin.ff.de mune.& hono.l.indictiones.C.eod.tit.& li-
cet Bart.non declaret,quis soluet collectā cōductor
an locator;Tamē Bal.ibi dicit, ꝙ locator est ille qui
tanquā dominus rei debet soluere.l.neque.ff.de im-
pen.in reb.dot.fac.Alex.in dicto consi.4.col.j.Ias.si-
bi aduersans in consi.109.col.fi.Ioan.de Plat.Parpal.
Bos.Bellon.Bero.& Nata in locis supra relatis, & sic
sentiunt prefati patres, ꝙ pro fructibus remanētibus
penes colonū,qui soluit pensionē in pecunia,ipse co
lonus nō tenet soluere onera mixta,prout est colle-
16 cta,nec de hac conclusione est mirandum cum † cō-
suetudo ita ēt se habeat,ut coloni non teneantur ad
collectas,ut inquit Bos.in dicto.trac.de Principe nu.
17 130.quæ † consuetudo in imponendis oneribus pluri
mū & semper operatur,etiam cōtra regulas iuris.l.j.
ubi Bar.C.de aur.coro.li.10.Alex.in consi.52.col.2,
uol.5.Soc.Iun.in cōs.49.nu.16.uol.1 & 75 nu.16.uol.
18 4.& hinc est,ꝙ † licet aliàs forensibus non possit im-
poni onus collectarū,Bar.in l.rescripto..§.fi.ff.de mu
ne. & hono.tamen id fieri potest,quando de eo es-
set consuetudo in contrarium.Ruin.in consi.50.in
R 2 fi.uol.

fi.nol.j. cum igitur in casu pręsenti ea sit cõsuetudo, quod coloni non soluant collectas, ab ea non est recedē-
19 dum.l.minimè.ff.de legib.uera † interpretatio sumitur à practica Bal.in c.j.de feud. fine culp. non amit. Dec.in consi.358.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens matrem ad hæreditate filij dicitur fauorabile, quia factum fauore agnationis conseruandæ.*

2 *Statutum disponens, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, censetur principaliter fauorabile, quia inductum fauore agnationis & familiæ. declaratur in nu.34.*

3 *Statutum excludens sororem ab hæreditate fratris cēsetur fauorabile.*

4 *Statutum excludens matrem ab hæreditate filij extēditur ad bona alibi sita.& nu.17.sed contra secundum communem nu.30.*

5 *Statuta disponentia, quod agnati masculi excludant fœminas tanquàm fauorabilia extenduntur ad bona si ta extra territorium statuentis.*

6 *Statutum prohibens marito relinquere uxori cum sit fauorabile, trahitur ad bona sita in alieno territorio.*

7 *Statutum Ferrariæ excludens filiam extantibus masculis ab hæreditate uel successione: quia loquitur in personam, porrigitur ad bona existentia extra territorium, si persona exclusa sit subdita. sed contra nume.41.*

8 *Ciuis Anglicus habens bona in Anglia, ubi extat consuetudo, quod primogenitus in totum succedat, & etiam in Italia, ubi talis consuetudo non uiget, sed decessit pluribus relictis filijs, & in Italia non habet domicilium, primogenitus succedere debet nedum in bonis Angliæ sed etiam Italiæ.& contra num.45.*

9 *Ciuitas potest afficere subditum suum, etiam respectu rerum sitarum. declara ut in nu.46.*

10 *Collecta potest imponi ciui pro bonis, quæ in alieno territorio possidet.*

11 *Tutor simpliciter datus ab uno indice dicitur habere administrationem patrimonij etiam positi extra territorium.*

12 *Maior pars bonorum ubi est, attenditur statutum illius loci, etiam quoad bona alibi sita declara ut in num.47.*

13 *Hæres, qui consequi uult hæreditatem, illam petere debet in loco, in quo iacent bona hæreditaria.*

14 *Hæreditas ibi esse dicitur, ubi est maior pars bonorũ.*

15 *Iudex debet seruare statuta & consuetudines loci, in quo iudicat.*

16 *Hæres adeundo dicitur cum legatarijs & alijs contrahere.*

17 *Statutum excludens matrem à successione filij dicitur esse contra ius commune, strictèque debet intelligi, & restringendum uenit, ne ad bona alterius territorij extendatur.*

18 *Iurisdictio unius non extenditur extra bona territorij sui.*

19 *Statutum iuris communis correctorium ita debet interpretari, ut minus lædat ius commune, quàm sit possibile.*

20 *Statutum ita debet intelligi, si fieri potest, ne quis indebitè damnum patiatur, etiam si aliàs nihil operaretur.*

21 *Statutum quotiescunque plures effectus operari põt, ita interpretandum est, ut tantum unum operetur ad iuris communis derogationem.*

22 *Statutum contra ius commune satis est, quod aliquid addat ultra ipsum ius commune, etiamsi illud esset leue & minimum.*

23 *Statutum disponens, quod filia fœmina non succedat, secundum communem non extenditur ad bona extra territorium statuentium sita.*

24 *Statutum si excludit filias dotatas, legitimæ supplementum petere possunt in bonis sitis extra territorium statuentis.*

25 *Statutum uel consuetudo Angliæ disponens, quòd pater non possit priuare filium certa parte hæreditatis, nec relinquere fratrem hæredem, non extenditur ad bona sita extra territorium Angliæ.*

26 *Statutum de lucro dotis non habet locum in bonis do talibus existentibus extra territorium statuentium.*

27 *Consuetudo Angliæ disponens, quod primogenitus succedat in solidum, non extenditur ad bona extra Angliam sita.*

28 *Statutum Angliæ disponens, quod uxor lucretur partem bonorum mariti præmorientis, locum non habet in bonis sitis in alieno territorio.*

29 *Statutum Ianuę, per quod agnati masculi usque ad quartum gradum excludunt alios, non extenditur ad bona sita extra territorium Ianuę.*

30 *Imperator ultra territorium suum est ad instar priuati.*

31 *Imperator quilibet uel Rex potestatem suam extendēre non potest extra territorium suum.*

32 *Declaratio ad Bar.in l.cunctos populos. C.de sum.tri. & fi.cath.in uer.6.uidendum.*

33 *Statutum sicut non potest includere personam non subditam, ita nec includere bona sibi non subiecta.*

34 *Interdictio bonis, quæ fundatur in iure communi, operatur extra territorium.*

35 *Statutum tantum seruatur in loco, ubi fuit conditum, & statuentes habent potestatem.*

36 *Sententia iudicis promulgata contra subditum trahitur ad bona alterius territorii, mittiturque executioni per iudicem, cui bona supposita sunt, ad mandatũ tamen iudicis condemnantis.*

37 *Statutum, quod uxor non possit legare uiro, uires nõ porrigit extra territorium statuentis.*

38 *Pupillus arrogatus propter diuersitatem patrimoniorum, quæ habet, potest in uno loco decedere testatus & in alio intestatus.*

39 *Bona habens in diuersis territoriis, quorum quodlibet habet bursam fiscalem separatam, & distinctam si delictum committit, taliter quòd omnia bona ubicunque sita publicentur, unusquisque occupat bona territorii sui.*

40 *Imperator confiscat bona mobilia subditorum, sed nõ stabilia existentia extra territorium.*

41 *Statutum siue loquatur in personam siue in rem non extenditur extra territorium.*

CON-

CONSILIVM. LXXX.

DVBIVM Quidem & elegans in medium offertur, an statutũ excludens matrem ab hæreditate filii extendatur ad alia bona sita in alieno territorio. Et ut ueritas eius, de quo quæritur, magis habeatur, Primò ꝓ parte affirmatiua adducuntur infrascripta, uidelicet,
1 quòd † huiusmodi statutũ est fauorabile quia factum fauore agnationis conseruandæ. Paul. de Castro in l. qui per exceptione. ff. de cond. indeb. ubi inquit, ꝗ
2 stāte statuto, ꝙ † stantibus masculis fœminę non succedant, tale statutum censetur principaliter fauorabile: quia inductum in fauorem suorũ, & sic agnationis & familiæ. l. 1. §. pen. ff. de uentr. insp. Bero. in coo si. 120. nu. 72. uol. 2. & hanc esse magis communem in quiunt Ias. in d. l. qui per exceptionem. Port. in consi. 35. num. 5. consi. 31. num. 3. consil. 1 t. num. 15. Brun. in trac. exclus. fœm. in 8. art. q. 25. in prin. Alcia. in consi. 62. facit etiam quod uoluit Bal. in l. 2. per illũ text.
3 C. qui ad liber. perue. non possunt † statutum excludēs sororem ab hæreditate fratris est fauorabile. Alex. in consi. 148. col. 2. uol. 6. in consil. 16. col. 2. uol. primo, & 78. uol. 6. Curt. Iun. in consi. 150. nu. 6. Rub. Alexā.
4 in consi. 45. col. prima, in fin. si † ergo fauorabile, ideo extenditur ad bona alibi sita, ut colligitur ex dictis Bar. in l. cunctos populos. in 7. col. uersi. 6. uidendum. C. de sum. trin. & fi. cath. ubi inquit, quòd quando statutum est prohibitorium in personam, si cōtinet prohibitionem fauorabilem, extenditur extra territoriũ statuentium, & Bart. ibi sequuntur communiter Scri-
5 bentes Cur. Iun. in consi. 9. ubi concludit, quòd † statuta disponentia, ꝙ agnati masculi excludant fœminas: quia fauorabilia, extenduntur ad bona alibi sita. & cũ Curt. transit Rub. Alex. in consil. 16. col. si. & 45. per totum Alex. in consil. 16. col. 2. uol. j. ubi statutum excludens fratrem à successione uti fauorabile uires porrigit ad bona extra territorium statuentium existentia. Brun. in tract. exclus. fœm. in 4. arti. col. 2. Rom. in con
6 si. 59. ubi † statutum prohibens marito relinquere uxori, cum sit fauorabile, trahitur ad bona in alieno territorio sita.
Secundò facit quod uoluit Cald. in consi. 34. in tit.
7 de testa. ubi uoluit, ꝙ † statutum Ferrariæ excludens filiam exstantibus masculis ab hæreditate uel successione: quia loquitur in personam porrigitur ad bona existentia extra territorium, si persona exclusa sit sub dita: quia statutum eas priuando iure intellectuali. s. hereditate, operatur ꝙ filię aliqua bona consequi nō possunt nec intra territorium nec extra: quia filię nulla bona capere possunt, nisi ut hæredes, sed si priuantē potentia consequendi uniuersale, sub quo particularia continentur, uideotur etiam priuari potentia con sequendi omnia particularia inclusa sub uniuersali. l. si quis totum. §. fi. ff. de excep. rei iud. Alex. in consil. 44. col. 2. uolu. 5. sed in casu præsenti fœminæ excluduntur a petitione hæreditatis, ergo &c.
Tertiò accedit, quod uoluit Sal. in d. l. cunctos po-
8 pulos. ubi tradit, ꝙ † si ciuis Anglicus habebat bona in Anglia, ubi erat consuetudo, ꝙ primogenitus succedat, in totum, & ēt habebat in Italia, ubi hmōi cōsuetudo non uigebat, & decessit pluribus relictis filiis, ꝙ si in Italia domicilium non habebat, ꝙ primogenitus nedum succedere debet in bonis Angliæ, sed etiā Italiæ: quia consuetudo Italiæ non ligat forenses. Itē & quia, sicut in testō facto in Anglia succedit in omnibus bonis hæres uniuersaliter institutus, ita etiam ab intestato debet succedere primogenitus in omnib. ex tacita uoluntate defuncti, quæ colligitur ex eo, ꝗ domicilium non mutauit, & sic in consuetudine suæ originis præstitit, quam approbare dr̄, & ea uti uelle uidetur. argumento l. uel uniuersorum. ff. de pign. act.
9 Plus, quia † ciuitas potest afficere subditum suum, ete-
10 respectu rerum in alieno territorio positarum, ut † est uidere in collecta: qa potest imponi ciui pro bonis, quæ in alieno territorio possidet. l. rescripto. §. fin. l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mune. & hono. Nā quando imponitur collecta imponitur personæ pro rebus. d. §. fina. & ideo personam dicitur afficere non res: quia de rebus alterius territorij principaliter nō potest disponens disponere l. cum unus. §. fi. ff. de bo-
11 uo. aut. iud. pos. item † tutor simpliciter datus ab uno iudice, dicitur habere administrationem patrimonii, etiam positi extra territoriũ illius iudicis. l. propter litem. §. licet ff. de excusat. tuto. l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorum licet glo. in l. non solum. §. qui testamento. ff. de ex. usf. tut. contrarium tenuerit, sed malè secundum doct. ibi.
12 Quartò facit. Nam † ubi est maior pars bonorum suæ hæreditatis, tunc attenditur statutum illius loci, etiam quoad bona alibi sita. Ana. in consil. 4. Bologn. ibi in addit. Paris. in consi. 12. nume. 15. uolum. 3. quia
13 † hæres, qui consequi uult hæreditatem illam, petere debet in loco, in quo iacent bona hæreditaria. l. j.
14 C. ubi de crim. agi opor. Nam † ibi dicitur esse hæreditas, ubi est maior pars bonorum. l. fideicommissa. ff.
15 de iud. sed iudex † debet seruare statuta & consuetudines loci, in quo indicat. l. 3. §. fin. ff. de testib. quæ opi-
16 nio confirmatur, nam † heres adeundo dr̄ cum legatariis & aliis cōtrahere. l. apud Iulianum. in fi. ex quib. cau. in pos. ea. l. ex maleficiis. §. heres. ff. de act. & obli. Vnde cum in illo loco sit statutum, de quo supra, debuit seruare ubicunque agitur de dicta hæreditate, eo quia respicit litis decisionem.
Vltimò in terminis nostris ita decidit Curt. Iun. in consi. 9. in fi. ubi inquit, quòd & si Bau. de Cast. in consil. 224. consuluerit, quòd stante statuto, ꝙ agnati excludant matrem, illud non extendatur ad bona alibi sita extra territorium, tamen non benè loquitur, cum dictum statutum sit fauorabile, quod etiam extēditur ad bona sita in alieno territorio.
Verum diligentius ac maturius considerantl, contrariam sententiam uti amicam legibus amplecten-
17 dam fore arbitror: quia † inficiari non potest, quin hoc statutum sit contra ius commune, quia cōtra tex. in auth. defuncto. authen. cessante. & in authen. potest fratres. C. de legit. hæred. quod strictè debet intelligi. l. secunda, cum ibi notatis. ff de noxal. Socin. Iuni. in consil. 48. nume. 53. uolu. j. Grat. in responso 28. num. 12. uolu. j. & restringendum, ne ad bona alterius loci trahatur, argumento l. certa forma. C. de iure fisci. lib. 10. l. constitutionibus. ff. ad municipa. Alex. in con
18 sil. 16. in princip. uolu. j. Nam † iurisdictio unius non extenditur extra bona territorii sui. l. si. ff. de iurisdi. omn. iudi.
16 Secundò facit: Nam † statutum iuris cōis correctorium ita debet interpretari, ut minus lædat ius commune quàm sit possibile. Cur. Iun. in cons. 7. nu. 8. 195. nu. 2. Craue. in cōsi. 259. nu. 2. ita quidem, ut ea de causa liceat uerba impropriare. Fulgo. in consi. 50. col. 3. Corn. in consi. 113. circa fi. uol. 2. Soci. Iun. in cons. 11, nu. 12. uol. j. consi. 20. nu. 9. & 18. uol. eod. Menoch. in consi. 5. num. 5. Grat. in responso 19. nume. 4. in j. par. sed si præsens statutum interpretetur, ut non extendatur extra territorium sed ad bona ibidem sita, minus inducetur correctio iuris communis, ergo illa

sumenda uenit,ut tantummodo dictum statutum ex-
clusiuum fœminarum complectatur bona sita in terri
torio ipsorum statuentium.
20 Tertiò accedit.Nam†statutũ ita debet intelligi(si fie
ri potest)ne quis indebitè damnum patiatur etiam si
alias nihil opereretur.gloss.& doctores in l.fi.§.in cõ
putatione.C.de iure deliberan.Rui.in consi.138.nu.
15.uol.3.Soc.Iun.in consi.1.nu.131.uol.1. Craue. in
consi.221.num.15.Menoch.in consi.5.nu.4.Bero.in
consi.141.nu.21.uol.3.ubi statutum esse superfluum
nihilque operari magis toleratur quam indebitè quis
damnum patiatur.At si huiusmodi statutum intelliga
tur,ut tantum cõprehendat bona sita in territorio &
iurisdictione statuentis,minus damnum inferetur ma
tri,ergo &c.
Quartò pro hac sententia facit quotienscunque
21 † statutum plures effectus operari potest,ita est inter
pretandum,ut unum tantum operetur ad iuris cõmu
nis derogationem c.dilecti.de for.cõpe.Rom.in cõs.
180.Alex.in consi.229.uol.6.Port.in consi.86. nu.6.
& in consi.137.nu.9.Bero.in cons.150. num. 26. uol.
22 1.ubi dicit, sufficere†ꝙ per statutum aliquid addatur
ultra ius cõe,etiam si illud esset leue & minimum:Cũ
igitur hoc statutum possit unum effectum operari ad
derogationem iuris communis respectu bonorum si
torum in territorio ipsorum statuentium , illud non
debet nec potest extendi ad bona extra territorium
sita , ne plures effectus operetur ad derogationẽ iuris
communis.
Quinto facit,quod uoluit Bart.in l.cunctos popu-
los.col.7.uersicul.sextò,in fi.C.de sum.trint.& fide ca
23 tho.dicens,quòd†statutum disponens,ꝙ filia fœmi-
na non succedat,non extenditur ad alia bona sita ex-
tra territorium statuentium.Lapus allegatiõe.91.Bal.
in dicta.l.cunctos populos,quam partem uti commu
nem sequuntur Anchar.in repetitione c.canonum sta
tuta in 12.q.prin.in uer.Dec.in consi.12.colu.3.uer.&
ꝙ statutum.Paris.in consi.68.nu.8.uol.2.& in consil.
84.nu.43.uolu.1.Soci.in consi.283.col. prima . 292.
colu.secunda,& 74.num.18.ubi dicit,hanc esse regu
lam Bald.& omnium in dicta l.cunctos populos.Gr-
zad.in consil.49.col.secunda,in fi. cum sequenti Ias.
in consi.161.colu.secunda uol.2.ubi dicit , decisionẽ
Bart.communiter approbatam a qua in iudicando nõ
est recedendum, quoniam in decisione Bar.semper es
se solet substantia ueritatis.Rub.Alex.in con.71.in ul
timo dubio.Bero.in consi.155.nu.12.uol.2.Rui.in cõ
si.48.col.1.uol.3.Natta in consi.514.in 2.dubio.Port.
in consi.86.& 127.per totum Ioan.Cirier. in trac. de
primogen.li.2.q.7.Bursat.in consi.8.nu.35 .& 76. nu.
11.Curt.Iun in consi.108.nu.4.& 30.imò sententiã .
præmissam uti magis communem amplectuntur .
Dec.in consi.276.colu. secunda.Alexan.in consi. 16.
col.prima uol.1.& in col.secunda, uersicul. præterea
in consi.19.uol.6.Anto.Gabr.in suis com.opin.in ti-
tulo de statutis.conclusi.9.col.2.in fi.Brun.in trac.ex
clus.fœmin.arti.8.q.25.& ultra prędictos patres hoc
etiam uoluerunt Card.in consi.2.ubi ampliat hoc , ẽt
si ex generalitate uerborum statuti bona extra terri-
torium sita comprehendantur.Abb.& cæteri in c.po-
stulasti.de foro compet.Ioan.Crot.in repet. l. omnes
populi.nu.245.ff.de iust.& iure. Alcia.in consi.72.nu.
5.uer.præterea.Soc.Iun.in consi.62.nu.2 uol.3.Cald.
in consi.17.in titul.de constit.Mars.ubi supra Bero.in
consi.154.nu.5.uol.2.& in quæst.117.Ruin.in consil.
22n.num.17.uolu.1.69.num.9.in fi.uol.3.& 195. co-
lum.penult.uol.2.Rub.Alex.in consi.136.in princip.
Homod.in consi.167.Capra in consi.42.colu.secun-
da,Albanus in consi.18.numer.8.Alba in consil.32.
nume.3.Henricus. Bott.in trac.de sinodo conclusio-
ne secunda,num.120.Bal.in l.2.col.4. C. quæ sit lõg.
consuet.l.si arrogator . col.pen.de adopt.& in tract.
stat.in uers.succedat.& in dicta.l.cunctos populos. q.
15.uersi.sed quęro de effectu,consi.245.uol.1.ubi ita
communiter practicatur.& 131.uol.2.Anchar.in cõ-
si.69.Imol.in c.ꝙ clericus.de foro compet.Ias.in con
si.80.col.2.uol.3. & in l.re coniuncti.n.215.de leg.3.
24 Alex.in consi.128.uol.1.ubi consuluit,ꝙ† filia dotata
potest petere supplemẽtum legitimę in bonis sitis ex
tra districtum statuentium,statuto dotatas excluden-
te non obstante.Alcia.in consi.107.nu.15.& 200. co.
pen.Mart.Lauden.in trac.de primogen.q.28.Rimina.
in consi.92.num.2.& 403.nu. 13. Nicol. de Vbald.in
trac.succes.ab intesta.par.1.nu.66.uersi. in 6.Mãsuer.
in trac.de succes.uersi.item illud,Bertach.in trac. de
Episcopo in 4.lib.par.2.nu.44.Philip.Franc. in ca. ut
animarum.§.statuto.col.4.uersic.2.de constit.in 6.Vi-
uius in suis com.opin.in uerbo statutum.Card.in c.fi.
in fi.de consuet.& in clem.sæpe.§.& quia.q.4.de uer.
sign.Paul.de Cast.in l.uitricorum.C.com. de succes.
Roch.in c.fi.col.262.de consue.Villalob.in suis com.
opin.in uer.statutum.nu.105.Tiraquel.in trac. de pri
mogen.q.45.nu.4.Maran.disputatione 9.num. 30.
Sextò adducitur in medium,quod uoluit Lapus al-
25 legatione 91.ubi inquit,ꝙ†statutum uel consuetudo
Angliæ disponens , quod pater non possit priuare fi-
lium certa parte hæreditatis,nec possit relinquere su
um fratrem hęredem,non extendit effectum suum ex-
tra territorium Angliæ , in tantum quod tale statutũ
uel consuetudo in alijs bonis quam Angliæ non ser-
nabitur.per l.fi.ff.de iurisd.om.iud.& per l.primam cũ
ibi not.per Guliel.de Cuneo & Dyn.C.de suspec. tut.
item quia uirtus & potentia uel causa efficiens inspi-
cienda est,ut possit operari suum passum & suscipien
tem materiam,nec potest causa finita producere effe-
ctum infinitum,sed sicut limitatur potentia causæ sic
effectus debet etiam limitari.l.si arrógator.ff. de ado.
l.iurisperitus.§.cum oriundus.ff.de excusa.tuto. limi-
tata enim causa limitatum producit effectum.l. in a-
gris.ff.de acqui.rer.dom.Bero.in consi.155. num. 13.
uol.2.& Lapũ sequitur Rui.in consi.48.colu.1.uol.3.
& Alex.in consi 128.num.4.uol.1.sed potestas & au-
ctoritas statuentium non se extendit ultra proprios fi
nes.l.duumuirum.C.de decur.lib.10.ergo nec eius ef
fectus ultra protrahere potest,& Lapum etiam sequũ
tur Natta in consi.514.nu.14.Paris.in consi.68. col. fi.
in princ.uol.2.Gozad.in consi. 49.col.3.in prin. Tira
quel.in trac.de iure primoge.q.42.nu.3.
Septimò accedit,quod uoluit Bal.in c.1.de iuramẽ
26 to calum.ubi inquit,ꝙ†statutum de lucro dotis locũ
non habet in bonis dotalibus existentibus extra terri
torium statuentium:quia,licet speciale sit in dote,ut
sequamur consuetudinem uiri.l.exigere dotem .ff. de
iud.tamen id uerum est in bonis subiectis illi consue-
tudini,quæ dat lucrum dotis marito,dixi latè in trac.
de lucro dotis quæst.20.quibus scriptis addo Alcia.
in consi.65.num.13.
Octauò . Nam extra territorium suum quilibet
etiam Imperator uel Rex.suam potestatem & ius sta-
tuendi extendere non potest : quoniam ultra suum
territoritum est ad instar priuati.ca.per uenerabilem.
qui filij sint legiti.capit.Imperator,cap.duo sunt.cap.
cum ad uerum.cum ibi notatis 36.distinc.text.est no-
tabilis in capit.quæ contra octaua distinc.ergo con-
suetudo suæ gentis uel lex non protenditur ad loca
& bona quæ non sunt suæ iurisdictionis.Cõstat enim,
ꝙ unusquisque in suo territorio est maior . Vnde po-
pulus statuendo in suo territorio magis potest quàm
Rex.

Rex,seu Dux alterius ciuitatis in illo.ut notatur in l.apud eum.ad municipa.l.Titius.§.qui Romæ.de excusa.tuto.Bero in consi.155.nu.14.uol.2.

Nonò facit, quòd scribunt Iacob.de Rane.Gul.de Cuneo & Cyn.in l.cunctos populos.C.de sum.trin.
27 & fide catho.dicentes,q̃ † consuetudo Angliæ, quæ disponit,quòd primogenitus succedat in solidum,locum sibi non uindicat in bonis extra territorium Angliæ sitis,adeo quòd sic habens bona in Anglia & extra decesserit cum primogenito & secundo genito, in bonis Angliæ sitis succedet in solidum primogenitus,& in bonis alibi sitis succedet secundo genitus & alii fratres,quod & uoluit ibi etiam Bart.Tiraquel. in trac.de iure primogen.quæstio.42.Cor.in consi. 200.litera I,uol.2.115.col.1.uol.eod.162.col.2.uol. 3.ubi asserit hanc esse cõmunem,& 85.litera G,uol. eod.quam sententiam uti magis communem amplectitur Anto.Gabr.in suis com.opin.in tit.de stat.con clus.9.in fi.in fi.uersi.tenendo.quia secundum eos inspicienda est consuetudo loci, ubi res sitæ sunt.l.Titiũ.§.tutor,de adm.tuto.Rui.in consi.48.col.1.uol.3. Alex.in consi.128.col.2.uol.j.

Decimò confirmatur hæc sententia ex his,quæ dixit Ioan.Andr.in addit.ad Spec.in tit.de instru.edit.
28 in §.compẽdiose.ubi tradit,q̃ † statutũ Angliæ disponens, quòd uxor lucretur partem bonorum mariti præmorientis,non habet locum in bonis sitis in alieno territorio,Corne.in consi.202.litera I,uol.2.Gozad.in consi.49.nu.10.Natta in consi.514.nu.14.

Penultimò pro hac snĩa adducitur, quod uoluit
29 Ias.in consi.163.uol.2.ubi consuluit,q̃ † statutum Ianuæ,quòd agnati masculi usque ad quartũ gradũ excludant alios nõ extẽditur ad bona sita extra territoriũ Ianuæ,eo quia habilitatus per statutum ad capiendum hereditatẽ uel successionem,quam aliàs de iure cõmuni capere non poterat,nõ intelligitur habilitatus ad bona alibi sita per.l.pupillo ff.de tuto. uel cura.dat.ab his.l.Titium §.tutores.ff.de adm.tuto.item quia tales dispositiones tanquã odiosæ non possunt sortiri effectũ in locis, in quibus non sunt talia statuta.per.l.ex ea.ff.de postulando & per notata. per Bart.in dicta.l.cunctos populos.ubi uoluit, quòd dictum est, quòd statutum disponens,q̃ filiæ fœminæ existentibus masculis nonsuccedant, cum sit prohibitorium & odiosum,non porrigatur ad bona alibi sita.Et nõ habet obstare si dicatur,q̃ Bart.ibi loquitur, quando filiæ fœminæ excluduntur à successione patris,quasi illud censeatur odiosum.& sic Bart.ibi loquitur in linea descendẽtiũ,non autem in linea trãsuersali.Quia dicitur, q̃ utrobique secundum Ias.ubi supra est identitas rationis. Nã sicut excludere filias fœminas propter masculos est contra ius commune & hoc respectu statutum dicitur odiosum, ita etiã q̃ agnati masculi,qui sunt remotiores in gradu,excludant proximiores, istud est contra ius commune,cõtra auth.post fratres.auth.cessante C de legit.hæred. & cõtra tex.in §.nullam.in auth.de hær.ab intesta.ergo etiã istud statutũ, cũ sit similiter contra ius cõmune debet pariter censeri odiosum,& sic pariformiter sumus in decisione Bart.in dicta.l.cunctos populos.

Vltimò(accedẽdo magis ad proxima) facit cõmunis conclusio,quæ habet,q̃ statutum excludẽs matrẽ à successione filii non extenditur ad bona alibi sita ita de Paul.de Castro in consi.224.Barb.in consi.39. col.2.in fi.uol.j.Corne.in consi.215.in princ.uol.2. 202.col.4.uol.eod.& in consi.85.col.4.uol.4. Ruin. in cõsi.48.col.1.uolu.3.& col.pen.in princip.Rub. Alex.in consi.16.col.fi.45.num.3.& in fi.ac in consi. 136.Rui.in consi.47.uol.3.Mars. in l.fi.nu.192. ff.de iurisd.omn.iud Natta in consi.514.in 2.dubio Crot. in l.oẽs populi.num.239.ff.de iurisd.om.iud.Cepha. in consi.210.col.pen.& in consi.278.col.pen.Alex.in consi.141.col.3.uol.7.Albanus in consi.20.nu.8.Bologn.in.in addit.ad Anan.in consi.4.Dec.in cõs.314. col.fi.ubi inquit,hãc esse cõmunem à qua in consulendo & iudicando non est recedendum.Crot.in c.statuto.col.3.de constit.in 6.

Superest modo,ut respondeatur ad fundamẽta in contrarium adducta, deueniendo ad primum dicitur,q̃ licet dictum statutum posset dici principaliter fauorabile, quod tamen non admittitur,ratione supra allegata; tamẽ fauor iste non est tantus, q̃ faciat dictum statutum uires suas porrigere ad bona alibi sita,ut patet ex his quæ decidit Bal.in d.l.cunctos populos.col.10.in fi.uer.sed hic quæro de effectu. quærit enim ibi Bal.an filia prætérita ab intestato succedat in bonis sitis extra territoriũ statuentium,& Primò dicit,q̃ Bart.tenet quòd sic,quia hæc prohibitio est irrationabilis,& ideo restringenda.argumento l. cũ quidam ff.de lib.& posthum.& dicitur odiosum: quia disponit contra rationem,præsertim naturalẽ, demum concludit,q̃ istud statutum nõ est odiosum, sed mixtũ fauore & odio,imò principaliter fauorabile.argumẽto l.qui exceptionem.ff.de condic.indeb. & quamuis fauorabile,tamen non extenditur ad bona extra territorium sita,ubi est contraria iuris dispositio,quæ impedit ius accrescendi.l.mulieri & Titio. ff.de cõd.& demon.& cum Bald.pertranseunt Alex. in consi.128.colum.2.& fi.uol.1.Gozad.in consi.49. nu.11.Ruin.in consi.48.col.1.uol.3.& Natta in consi.514.in 2.dubio,& ratio est:quia actus statuendi est iurisdictionis.Bart.in l.omnes populi.in 1.quæst.ff. de iust.& iure.Alex.in l.j.in 3.colum.ff.de iurisd.om. iud.qui extendi non potest extra limites statuentiũ.l. fi.ff.de iurisd.om.iud.qd' cõprobatur auctoritate Parisij in consi.68.col.pen.in fi.uol.2.dicentis, quòd statutum Cremense disponens,fœminas excludendas a successione non excludit eas à successione stabilium existẽtiũ extra territoriũ secũdũ cõmunẽ opinionẽ, esto quòd statutũ sit fauorabile,cũ actus statuendi sit iurisdictionis & fieri debeat circa cõcernẽtia administrationẽ rerũ ipsorũ statuentiũ,per notata per Bart. & Alex.ubi supra.Rub.Alex.in consi.71.in ultimo dubio,ubi etiam quærit,an statutũ Bugellæ trahatur ad bona sita extra territoriũ statuẽtium. & primò dicit, quòd sic, quia huiusmodi statutum excludens fœminas est fauorabile,quia factũ fauore agnationis cõseruãdæ,postea determinat quòd nõ,quia cõmunis opinio est in contrariũ,& ẽt quoniã si statuẽtes ita disponerent de bonis existentibus extra territoriũ, non ualeret eorum dispositio.allegat Card.in consi.2.& l. certa forma C.de iure fisci li.10.ubi forma data in bonis sitis in suo territorio non extẽditur ad alia, quia actus statuẽdi ubi sit circa administrationem rerũ suarũ est iurisdictionis,qui non potest alibi exerceri.Accedit quoque quod scribit Gozad.in consi.49.nu.3. ubi inquit,q̃ in isto casu homo ut duplex cõsideratur quia unus,quò ad bona sita in territorio statuẽtiũ, & alius quò ad bona alibi sita,cũ statutũ nõ extendatur ubi nõ extenditur iurisdictio statuẽtiũ.l fi.ubi Bal.ff.
30 de iuris.om.iud.†nã(ut supra dictũ est)etiam Imperator uel Rex suã potestatẽ & ius statuendi extendere
31 non põt,quoniã † ultra suum territoriũ est ad instar priuati c.per uenerabilem.qui filii sint legit.c.Imperator.cap.duo sunt cum ad uerũ.cũ ibi notatis 96.distinc.& cũ hac sentẽtia etiã pertrãsit Brun.in trac.ex clus.fœmin.in 8.art.quæst.29.uers.quicquid antẽ fit.
32 Nec obstat † decisio Bart.supra citata:quia si bene

 aduertatur,

aduertatur, ipse in sua distinctione non dicit, ꝙ statu
tum prohibitiuum loquens in personam, si sit fauora-
bile, comprehendat bona existentia in alieno territo
rio, sed benè dicit, ꝙ ligat ciuem sibi subditum existē
tem extra territorium, & ponit exemplum Bart. si sta
tuatur, ne minores uigintiquinque annis capiantur
in confectione testamentorum, & non possint facere
testamentum, & ne uir possit legari uel e cōtra, quod
fit, ne mutuo amore se inuicem spolient & decipiant
tunc, quia ista prohibitio continet causam fauorabilē
comprehendit ciuem illius ciuitatis ubicunque exi-
stentem. Hęc enim uerba Bart. in quibus nihil dicit, ꝙ
ista prohibitio trahatur ad bona alibi sita, sed tantum
dicit, ꝙ comprehēdit ciuem ubicunque existentem.
& istud est, in quo statutum porrigit suum effectū ex-
tra territorium Quis autem non uidet, ꝙ ista duo in-
ter se differunt, nam statutum potest ligare ciuem suū
extra territorium, quia potestas statuendi inter subdi
tos territorio non circumscribit. l. fi. ff. decret. ab ord.
faciē. Bal. in l. 2. C. de eunuch. sed non potest dispone-
re de rebus in alieno territorio existentibus; quia in
eis deficit iurisdictio, quæ est causa efficiens ipsius sta
tuti, & statuentes tunc habentur loco priuati. l. 3. ff. de
33 officio Præsid. l. fi. ff. de offi. præfec. urb. sicut † enim sta
tutum non potest includere personam non subditam
c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. l. etiam. de tutel. ita
nec includere bona sibi non subiecta, cum militet idē
defectum iurisdictionis. ita formaliter inquit insignis
Natta aliàs collega meus in cōsi. 514. nu. 16. uers. nec
uero. ubi etiam subdit, ꝙ licet Bar. in loco præallega-
to adducat pro comprobatione suę opinionis simile
34 de eo, cui bonis interdicitur per prætorem: quia † in-
terdictio ipsa est fauorabilis, ne sua pereant, trahit
secum factū extra territoriū, & sic ubi bona undecūq;
sunt sita. l. Iulianus: de cura. furiosi. l. is cui boni. ff. de
uerb. obli. tamen Bal. in dicta. l. cunctos populos. uer.
nunc è contra de inhabilitate, se non firmare opinio-
nem Bar. quia simile quo supra, non est omnino bonū
ex eo, quod interdictio bonis fundatur in iure cōi,
statutum uerò contra ius commune fundatur. & ideo
uidetur, ꝙ non possit operari extra territorium, & in
hoc uidetur Bal. bene sentire: quia non possumus ar-
guere de sententia iudicis ad statutum alicuius loci
35 particularis: quia † statutum tātum seruat in loco, ubi
fuit conditum, & statuentes habent potestatem. l. om
nes populi. ff. de iust. & iure. sed † sententia iudicis pro
36 mulgata contra subditum trahitur ad bona alterius
territorij, & mittitur executioni per iudicem, cui bo
na supposita sunt ad mandatum iudicis condemnātis
l. a Diuo Pio. §. sententiam. ubi doctores. de re iud. l.
properandum. §. si autem reus. C. de iud. præsumitur
enim iudicasse secūdum leges, quę seruandæ sunt ubi
que cap. 1. de constit. l. leges ut generales. C. de legib.
& in terminis statuti, ꝙ uxor non possit legare uiro,
de quo loquitur Bar. illud nō trahitur ad bona extra
territorium sita uoluit Bal. in dicta. l. cunctos popu-
los. col. 11. uer. dixi de statutis. quem sequitur Alex. in
consi. 155. col. 1. uol. 7.

Secundo respondet Natta ubi supra, ꝙ dum Bar. in
2. membro distinctionis suæ uult, quod statutum odio
sum non trahatur ad bona alibi sita consuluerat statu
tum esse odiosum respectu personarum exclusarum,
& istud sufficit, ut statutum non extendatur ad bona
alibi sita, licet aliunde esset fauorabile. & ita Bart. se
ipsum declarat in d. l. cunctos populos. in 7. q. prin. in
q. consuetudinis Anglicanæ, quod etiam ponderatur
per Alex. in consil. supra citato 128. colum. 1. in his,
autem, quæ ponit Bart. in primo membro suę distin-
ctionis, non agebatur de exclusione alicuius, qui alias
esset admittendus. nō enim præiudicatur alicui, si sta
37 tuitur, nec minores possit facere testamētum, uel † ne
uiri non possint legare uxoribus, nec è contra: quia
istis nullum ius competebat in bonis defuncti, sicuti,
competit matri in successione filiorum, & ideo quia
concernunt aliorū odiū strictè sunt intelligenda nec
ad bona alterius territorij extēdēda. Alcia. in cō. 61.

Non obstat & secundū: quia huiusmodi ratio Cal-
der. sublata uidetur per Alex. in consi. 128. supra sæ-
pius citato, ubi fatetur, ꝙ licet hæreditas tanquā quid
intellectuale & incorporale. l. prima. ff. de rer. diuis.
non concernat locum, tamen per hoc nō sequitur, ꝙ
propter diuersitatem patrimoniorum subiectorū di-
uersis legibus, uel statutis, & sic habentibus di-
uersas qualitates, nō debeat fieri diuisio eorundem pa
trimoniorum diuersimode inter hæreditates, secun-
dū uarietatem dispositionis legum seu statutorū, qui
38 bus subijciuntur. Sicut uidemus, ꝙ † pupillus arroga-
tus propter diuersitatem patrimoniorum, quę habet,
potest in uno loco decedere testatus & in alio intesta
tus. l. si arrogator. ff. de adopt. cum ibi notatis per Scri
ben. & idem in milite. l. 1. & 2. C. de milit. testa. quem
sequitur Ruin. in consi. 48. num. 2. uol. 3. ubi inquit, ꝙ
ista responsio melius probatur ex notatis per Cyn. An
gel. Bal. & Imol. in l. ex facto proponebatur. ff. de hę-
39 red. instit. ubi uolunt, ꝙ † si quis habeat bona in diuer
sis territorijs, quorum quodlibet habet bursam fiscalē
separatam & distinctam, & delictum commiserit tali-
ter, ꝙ omnia bona ubicunque sita publicentur, unus-
quisque occupat bona territorij sui, & cum fiscus ha-
beatur loco hæredis l. tutores. C. ad l. Iul. de ui publ.
l. prima, C. de bon. quę lib. quilibet fiscus agere potest
in suo territorio contra debitores condemnati, & pa
riter respondere tenebitur unusquisque fiscus credi-
torib. sui territorij, quia unus non se impedit in his, q̄
cōcernūt alterius territorium. l. inter tutores. ff. de ad
min. tuto. l. quæro. ff. de solutio. & sic secundum illos
prędicti fisci censebuntur esse hæredes diuersarum hę
reditatem, & ad hoc facit secundum eos l. hinc quæri
tur. §. pōt. ff. de pecul. nec dicunt esse cohæredes unius
& eiusdem hæreditatis, quia uno repudiante bona sui
loci non accrescit alteri fisco, cū nō habeāt ad inuicē
ius accrescēdi, eo quia proprie nō dicuntur cohære
des esse, ut probatur in l. quoties. ubi Bart. ff. de nouat.
l. inter eos. §. 1. ff. de fideiu. secūdū Bal. in d. l. ex facto.
& cum prędictis etiam transit Alex. in consi. 31. uol. 1.
Ex his igitur sequitur, ꝙ sicut in casu prædicto dicti
fisci habentur loco hæredum diuersarum hęreditatū.
eo q͂a bona sunt in diuersis territorijs posita, sic & in
casu nostro, de bonis existentibus in diuersis territo-
rijs iudicari debet, ut de duabus hæreditatib. cū statu-
ta unius territorij uires non porrigant ad aliud terri
toriū, & sic quātū adhūc effectū bona, q̄ sūt extra ter
ritoriū statuentium, censentur esse diuersum & distin
ctum patrimonium, subdens. Ruin. ꝙ hæc responsio ꝓ
batur etiam ex notatis per Bal. in l. prima, C. de co-
40 mer. & merca. ubi per illū tex. notabiliter dicit ꝙ † Im
perator confiscat mobilia subditorum, sed non stabi
lia existentia extra territorium, quod est notādū, & ra
tio est. quia bona mobilia cōcernūt personā illius, cu
ius sunt, immobilia uero territoriū: qua ergo ratione
non possunt bona immobilia subditi existentia extra
territorium Principis per eū confiscari, quia alieno
territorio cohærēt, eadē ratione nec statutum potest
subditū excludere a successione bonorū immobiliū
existentium extra territorium, ad quod statutū porri
gi nō potest. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & contra Calde.
tenēt Ale. in cōsi. 16. col. 2. uers. ꝑterea. uol. 1. ubi con
tra cum asserit esse magis communem. Goza in cons.

49 nu.

49.nu.8.uer.non obstat quartum. Tiraquel.in tracta. de iure primogen.q.46.nu.29.Rui.in consil.49.nu.8. uol.3.Alcia.in consi.200.uer.& pro ista parte, ubi in quit, hanc esse cōem doctrinam Scribentium Io. Cirier.in trac.de primogen.in 2.lib.q.7.nu.14.

Pariter non obstant adducta per Salyc. in d.l.cunctos populos,quia dicitur, ꝙ ipse côiter reprobatur, ut per Alex.in d.consi.128.nu.5.uol.j.Goza. in d.cōsi.49.nu.17.Tiraq.ubi supra nu.23.Anto.Gabr.in suis com.opi.in tit.de statutis.conclus.9.colum. 2.in fi.& Ruin.in consi.195.col.pen.in fin.uol.2.Io. Cirier.in citata q.7.& ad rationes suas sigillatim respōdetur. & Primo non obstat, ꝙ consuetudo Italiæ non ligat forensem:quia dicit Alex.in citato consil.128.ꝙ uolentes excludere primogenitum a bonis Italiæ, nō se fundant in consuetudine Italiæ,sed in iure cōi,quod omnes ligat l.4.C.de legib.c.1.de constit. nisi statutū loci aliter disponat l.de quibus. ff.de legib. l.omnes populi.ff.de iusti. & iure & isto casu non obstat consuetudo Angliæ.

Ad secundum respondetur, ꝙ quando quis est institutus hæres uniuersalis, ideo succedit in omnibus bonis: quia non se fundat in consuetudine, quæ est contra ius cōe, ideoque nō operatur quoad bona alibi sita,secundum doct.cōiter in d.l.cunctos populos. & licet uideatur defunctus tacitè uelle seruari dictā consuetudinem,non tamen sequitur, quòd uelit eam seruari aliter quàm se habeat, uidelicet in bonis suis in territorio statuentium.ita Alex.in prædicto consi. 128.nu.5.Tiraq.ubi supra nu.23.Io.Cirier.in allegata.7.q.nu.8.

Similiter non obstat & tertia,uidelicet, ciuitatem posse afficere subditum suum etiam respectu bonorū alibi sitorum,ut patet in collecta:Quia dupliciter respondetur. & Primò, ꝙ non est ita expeditum quod dicit Sal.de collecta: quia contrarium tenuit Guliel. de Cun.ut citat Bar.in l.j.in 3.col.uersi. item quæro. C.de mulie.& in quo loco.lib. 10.Alex. Tiraq.& Io. Cirier.ubi supra.

Secundò respondetur, posita hac opinione, quod illa posset procedere quando expresse statutum hoc diceret,arg.l.si.C.de decre.ab ord.facien.l.mercatores l.non solum.C.de comer.& merca. & ita loquuntur allegata per Saly.sed ubi statutum simpliciter loqueretur, ut in casu præsenti,tunc non concernit id quod est extra territorium.c.ut animarum. de consti. in 6.Alex.in iam dicto consil.128.nu.6.Tiraq. ubi supra.nu.23.Io.Cirier.in d.7.q.nu.10.

Non obstat denique & tertia:quia dr̄, quòd ibi nō trahatur de habilitando aliquem, qui non esset habilis de iure cōi, sed in casu nostro per dictum statutū habilitantur agnati, & talis habilitatio non trahitur ad bona, ad quæ non extenditur potestas statuentis. Alex.Tiraq.& Io.Cirier.ubi supra.

Item respondetur, quòd ubi pupillus patrimoniū habet in duobus locis,& in loco originis, & alio, si datus tutor simpliciter est, uerum quòd iste tutor intelligitur datus administrationi bonorum utriusque loci,non solum loci originis, & hoc quoniā de alio administratore non erat prouisum administrationi bonorum alterius loci,alias secus; quia si iudex originis daret tutorem, datio ipsa non extenderetur ad bona alterius territorii, & ita procedit lex de pupillo.facit lex si tamen ff.de testa.tutel. cum ibi notatis. ergo in proposito,cum in bonis alibi sitis quàm in locis supradictis statuentibus, esset iam per ius cōe prouisum,nō debet ad ea bona extendi prouisio alterius statuti.Alex.in ipso consi.128.num.8.uer. item & tertio.Tiraquel.in d.q.46.nu.28.Goza.in consil.49.col. fi.& Ioan. Cirier. in citata 7.q. nume.11.uersic.3.respondet.

Non obstat quoque quòd interdictio iudicis etiā locum habeat extra territorium. Quia dupliciter respondetur. Primò, quod interdictio illa est de iure cōi,& ideo non mirum si ius cōe extendi suum uigorem ubique,uti dicit Bal.in d.l.cunctos populos.col. antepen.uersi.uiso. sed nos loquimur in dispositionne statuti,quod non debet extendi extra territorium.

Secundò respondetur secundum Bar. in d.l.cūctos populos.quòd illa interdictio bonorum est fauorabilis,ne bona eius pereant,& ideo extendit effectū suū, ubicunque sint bona argumento l.Iulianus. ff.de curat.furio.sed hoc statutum est contra ius cōe. Io.Cirier.ubi super nu.12.

Non obstat & aliud fundamentum, quòd quando maior pars bonorum uel hæreditatis adest in loco statuti,illud ēt extenditur ad bona alibi sita: Quia respondetur, quòd cū prædictum statutum sit odiosum respectu matris, non debet extendi ad bona alibi sita argumento capituli si snīa.de sen.excom.in 6.Nec obstat, quòd iudex iudicare debet secundum statuta loci,in quo iudicat:quia hoc procedit, quando statutū respicit litis ordinationem,secus si litis decisionem, quia tunc tale statutum non debet obseruari,sed attēditur consuetudo loci, in quo bona sunt sita. Abb.in c.quòd clericus.col.10.de for.compe.per text in l.in totum.C.de ædif.priuat. l.pupillo. ff.de tuto.& curato.dat.ab his.¶Non obstat ēt aliud fundamentū: quia dr̄,quòd aditio hæreditatis non potest se extendere, nisi in quantum fuit delata l.antiqui. ff.si pars hæred. peta.l.ex asse. ff.de acq.hære. sed non est delata circa bona in alio loco,in quo non est dictum statutū:quia contractus extenduntur secundum uoluntatem contrahentium, quæ præsumitur fuisse secundū loci consuetudinem,in quo res sita est,de qua agitur. l.si fundus.ff.de euict.Ex prędictis igitur appatet,quòd sicut iurisdictio iudicis non extenditur extra territorium. l.fi.de iurisd.om.iud.ita nec statutum.Hinc est, quòd si statutum disponit,bannitum posse impunè offendi, non tamen extra territorium statuentium poterit occidi.Io.de Imo.in c.pastoralis.col.2.de sen. & re iud. & ita per hæc impugnat Crot.Ana.in consi. prędicto 4.in repet.l.omnes populi.nu.146.de iusti. & iure.in c.statuto.col.5.de consti.in 6.Anto.Gabri.in suis cōmu.opi.in tit.de statutis.cōclus.8.nu.32. & idem noluit Brun.in tract.suo exclus.fem.in 8.art.q.25.

Vlterius dr̄,quòd cx quo doctores supra citati simpliciter dicunt, huiusmodi statutum non extendere uires extra territorium suū, generaliter intelligi debere,siuè in loco statuti sit maior pars bonorū & hæreditatis,uel non l.1.§.1.ff.de lega.pstan. nec mirum, cum potestas statuentium,quę requiritur in quocunque actu.l.cum te.C.de donat.ante nupt.c.cum super. de offi.deleg. non possit se extendi quoad bona alibi sita,ut abundè supra dictum fuit. Ex his igitur cōcludendum uenit,prędictum statutum loquens in per-41 sonam non debet extendi extra territorium, siue defunctus fuerit origine loci,siue habuerit ibi maiorem partem fortunarum suarum, quamuis ēt ita dicēdum esset si statutum loqueretur in rem.Soci.in consil.15. uol.1.Natta in trac.de stat.exclus.fœmi.in 4.q.4.prin cip.& in c.quamuis,col.68.de pac.in 6.Gozad.qui dicit hanc esse communem in consil.49.col.1.Ant.Gabr.in suis com.opin.in tit.de stat.conclus.9.col.2.Anch.in c.canonum statura.in 49.col.uers. sed remanet. de constitu.Brun.in tracta.exclus.fœm.ar.8.q.25.ubi dicunt,hanc esse receptam doctorum sententiā: quia siue statutum loquatur in personam prohibitiue, siue

ta

in rem, effectualiter & uirtualiter uidetur dispnnere de rebus, seu de personis contemplatione rerum, quæ res, cum sint extra territorium, nõ subiacent legi statuentium, sed propriæ legi illius loci, ubi sunt sita l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

SVMMAIVM.

1 *Pactum factum per filiam patri uel fratri de non succedendo matri, ea absente non ualet.*
2 *Declaratio ad capitulum quamuis, de pactis in sexto.*
3 *Pactum iuratum de non succedendo fratribus, absentibus tempore pacti & renuntiationis, non ualet.*
4 *Consensus illius, de cuius hæreditate agitur in renuntiatione facta de bonis ipsius per tertium, debet esse expressus, & non tacitus uel præsumptiuus.*
5 *Instrumentum publicum facit probationem probatã, manifestam & euidentem.*
6 *Verba cuiuslibet promissionis, & dispositionis sic debent interpretari, ut promittens & disponens id tantum uoluerit, quod potuit.*
7 *Interpretatio promissionis semper debet fieri in id, quod est uerisimilis.*
8 *Verisimilitudo habetur pro lege, & dicitur cognata naturæ.*
9 *Verisimilitudinem multum considerare debent iudices.*
10 *Interpretatio promissionis ea attendi debet, per quam altera pars non remaneat in damno & decepta.*
11 *Interpretatio omnis dicitur extranea & sinistra, quæ non consonat auribus uulgi.*
12 *Iactare suum quis non præsumitur.*
13 *Interpretatio fieri debet in dubio secundum consuetudinem, & prout est consuetum fieri.*
14 *Voluntas disponentis potius interpretatur secundum consuetudinem, quàm secundum statutum loci.*
15 *Verba impropriantur, ut intelligantur secundum consuetudinem.*
16 *Interpretatio in ambiguis facienda est contra eũ, qui se fundat in uerbis promissionis.*
17 *Quod ampliatur procedere etiam in materia fauorabili.*
18 *Interpretatio semper fieri debet in partem benigniorem.*
19 *Pars illa eligi debet, per quam onus euitatur.*
20 *Mens semper est inspiciẽda in promissionibus, quæ uerbis etiam præfertur.*
21 *Verborum causam magis inspicere debemus quàm ipsa uerba.*
22 *Promissio limitata respectu certæ personæ non extenditur ad aliam.*
23 *Inclusio unius alterius est exclusio.*
24 *Casus omissus habetur pro omisso in promissionibus, quæ stricti sunt iuris.*
25 *Interpretatio fieri debet, per quam persona extrinsecus non intelligatur.*
26 *Instrumẽtum dicitur publicum, quod habet omnia substantialia & formalia requisita à iure.*
27 *Metus iustus inducitur ex amissione omnium bonorũ, quæ morti æquiparatur. Item & ex amissione partis bonorum.*
28 *Periurus licet repellatur ab agendo, non tamen à defendendo.*
29 *Excommunicatus licet non possit agere, potest tamen se defendere.*
30 *Argumentum à solitis est ualidum in iure.*
31 *Experientia est rerum magistra.*
32 *Promissio captiosa spernenda est.*
33 *Imperator rata habere non solet, quæ metu gesta fuerunt.*

CONSILIVM LXXXI.

1 STANTE firma communi opinione, quæ habet, quòd † pactum factũ per filiam patri uel fratri de nõ succedendo matri, ea absente non ualeat, cum non interuenerit consensus ipsius, de cuius bonis & hæreditate agitur. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. col. 6. uer. alias limitationes. ff. de uerb. obli. & in consi. 155. nu. 9. uol. 7. quia, ut dicunt Anch. Imo. & Gem.
2 in c. quamuis, de pac. in 6. illud, † quòd dr̃ in dicto capitulo, ꝙ pactum iuratum per filiam factum patri de ei non succedendo, locum habet quando pactum fit ipsi patri, secus si fieret cum alio de non succedendo: quia non ualet l. fin. C. de pac. Cuma. in d. l. stipulatio hoc modo concepta referens se ita consuluisse cum Fulgosio, & dicit audiuisse ita tenere Fulgos. in l. pactum quod dotali. C. de colla. & ita ẽt consuluisse Petruc. in d. c. quamuis. refert Alex. in d. consi. 155. Soci. in consi. 73. col. 2. uol. 3. Craue. in consi. 127. nu. 5. ubi
3 † pactum de non succedendo fratribus absentibus tẽpore pacti & renuntiationis non ualet, quamuis etiã esset iuratum: quia per illud inducitur uotum captandæ mortis. in consi. 19. nu. 5. 42. nu. 5. & 11. Alb. in consi. 40. nu. 15. Paris. in consil. 24. nu. 16. uol. 2. post Bald. Alex. & Claud. in l. fi. C. de pac. Calc. in consi. 33. Rui. in cõs. 204. nu. 8. uol. 1. Anch. in cõsi. 38. Vasq. in trac. de succes. crea. §. 18. num. 53. Dec. in l. pactũ quod dotali in 6. limita. C. de pac. Cagno. in d. l. fin. nu. 95. qui plures ita respondisse scribit. Bero. in consil. 156. col. 3. in prin. uol. 2. & in consi. 140. nu. 8. uol. eo. Ceph. in consi. 246. nu. 4. & Crauet. in consi. 242. col. fi. ubi in-
4 quit, hanc esse magis receptam sententiam; & † quidẽ consensus expressus, & nõ tacitus uel præsumptiuus. Craue. in d. consi. 127. nu. 5. 42. nu. 5. & 242. col. fi. Calca. in citato consi. 33. Bero. in allegato consi. 156. col. 3. in prin. uolu. 2. dr̃ in præsenti consultatione, ꝙ etsi Illustris dñs Laurentius Balbus dñs Varroni maritus Magnificæ dñæ Paulæ filiæ Magnifici domini Percivalis Dedoli contracto matrimonio promiserit cum iuramento, se facturum, casum etiam proprium faciẽdo, ꝙ dicta dña Paula faceret quitationem, & renuntiationem ipsi domino Perciuali & Claudio Cæsari eius fratri de omnibus bonis paternis & maternis, in ualida iuris forma, cum clausulis debitis & opportunis, sub hypotheca & obligatione bonorum suorum, refectione damnorum, expensarum & interesse; quã
5 exinde fecit per publicum instrumentum, quod † facit probationem probatam, manifestam, & euidentẽ. Tiraq. latè in tract. retrac. fol. mihi 392. & 393. Tamen, quòd ipse dominus Laurentius non tenetur indemnẽ releuare prædictum dominum Carolum a lite cõtra eum mota per dominam Paulam eius uxorẽ pro consequutione dimidiæ partis bonorum maternorum.

Quo-

Quoniam indubitati iuris est, quòd ipse dñs Laurentius non erat obligatus ad præstationem consensus dominæ Frãciscę matris ipsius dominę Paulę, qui requirebatur pro ualiditate dictę quitationis, ut supra
6 dictum fuit. Nam † uerba promissionis & dispositionis cuiuslibet sic debent interpretari, ut promittens & disponens id tantum uoluerit, quod potuerit l. Lucius. §. pen. ff. ad municip. l. si quis ita. ubi Bar. ff. de cond. & demon. Dec. in l. iura sanguinis, ff. de reg. iur. Soc. Iun. in consi. 54. nu. 15. uol. 3. & in consi. 58. nu. 5. uol. eod. sed si nos diceremus, quòd dominus Laurentius uoluerit se obligare ad prestationem dicti consensus, sequeretur quòd uoluisset se astringi ad id, quod non erat in eius potestate, ergo dicendum uenit, quòd per huiusmodi consensum noluit se obligare, & tãtò fortius id admitti debet, cum esset magis in facultate domini Claudii reportare ipsum consensum à domina Francisca eius matre, quàm in potestate generis, qui uerisimiliter non tantum amabatur a Socru quantum filius.

7 Secundò facit. Nam † interpretatio promissionis semper debet fieri, in id, quod est uerisimilius Bal. in consi. 344. uol. 1. Goza. in consi. 65. nu. 7. ubi interpretatio non fit pro illa parte, pro qua non est uerisimili
8 tudo. Soc. Iun. in consi. 106. nu. 18. uol. 3. Nam † uerisimilitudo habetur pro lege, & dr̃ cognata naturę. Cra
9 ue. in consi. 61. nu 9. & 135. nu. 33. quamuis † uerisimilitudinem multum considerare debent iudices. Aret. in consi. 9. col. 2. Craue. in consi. 9. nu. 35. sed si attendatur uerisimilitudo, magis est uerisimile, quòd dictus dominus Laurentius uoluerit tantum se obligare respectu uxoris suę, quòd faceret huiusmodi quitationem, non quòd eius Socrus illi quitationi consentiret, cum magis poterat cõfidere de uxore quàm de Socru.

10 Tertiò accedit. Nam † illa interpretatio promissionis attendi debet, per quam altera pars nõ remaneat in damno & decepta. l. 3. §. 1. ff. de arbitr. l. 1. §. magistrum. ff. de exercito. Crauet. in consi. 33. nu. 24. & in consi. 91. n. 11. Menoch. in trac. de arbit. iud. casu 199. nu. 15. sed si teneremus, quod dictus dominus Laurentius promiserit, quod eius Socrus consentiret dictę quitationi, utique esset in damno, si ipsa consensum non prçstaret, unde, ut euitetur damnum prçdictum, dicendum uenit, quòd tantum se obligauerit, quod uxor faceret quitationem & renuntiationem, non autem quod noluerit se obligare ad prçstationem cõsensus ipsius Socrus. Nam quis non uidetur se astringere ad factum alienum, cum uideatur impossibilis huiusmodi promissio, ut in simili dixit Gramat. in decisione. 102. num. 99.

11 Quartò, omnis † interpretatio promissionis dicitur extranea & sinistra, que non consonat auribus uulgi c. ex literis. de sponsal. Bal. in extrauagan. de pace Constan. in uer. posterius. Soc. in consi. 89. col. fi. uol. 4. Cephal. in consi. 40. nu. 51. sed certè negari non potest, quin magis consonet auribus uulgi, ꝙ qui promittit pro uxore sua, ꝙ faciet renuntiationem de bonis maternis, uoluerit se obligare, ꝙ socrus illi renũ
12 tiationi consentiret. † Nã quis nõ præsumitur iactare suũ. l. cũ de indebito. ff. de prob. l. si cũ aurũ. ff. de solu.
13 Quintò dicitur, ꝙ † interpretatio in dubio fieri debet secundum consuetudinem, & prout consuetum est fieri in simili casu. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ędil. edic. Alex. in consi. 9. col. 1. uol. 5. ubi inquit, ꝙ
14 † uoluntas disponentis potius interpretatur secundũ consuetudinem quàm secundum statutum loci. Craue. in consi. 77. nu. 13. Ceph. in consil. 96. nu. 3. & 149.
15 nu. 16. Soc. Iun. in consi. 2. nu. 25. uol. 1. etiam † si opus esset secundum eum uerba impropriare, sed de consuetudine nos uidemus, ꝙ satis est, ꝙ quis renuntiet iuri suo absq; eo ꝙ se obliget ad præstationem alterius consensus.

16 Sextò facit. Nam † interpretatio in ambiguis faciẽda est contra eum, qui se fundat in uerbis promissionis. l. ueteribus. ff. de pac. Alex. in consi. 204. nu. 9. uol. 2. Port. in consi. 19. nu. 27. 52. nu 32. & 138. nu. 16. Crot. in consi. 45. nu. 7. Paris. in consi. 35. num. 23. uol. 1. 81. nu. 52. uol. 2. 64. nu. 25. uol. j. Ias. in l. si id quod. nu. 23. de iurisd. om. iud. Soc. Iun. in consil. 10. num. 10. uol. 4.
17 Goza. in consi. 65. nu. 6. ubi † ampliat, hoc quoque procedere in materia fauorabili. At in casu præsenti non apparet ex uerbis ipsius promissionis, quòd ipse dominus Laurentius se obligauerit ad cõsensum socrus suæ, ergo qui hoc dicit probare debet, aliàs debet succumbere, iuxta materiam. l. qui accusare. C. de eden. l. ei qui. ff. de probat.

18 Septimò, interpretatio † semper debet fieri in benigniorem partem. l. proximè. in uerbo sed in re dubia. ff. de his quæ in testa. delen. l. semper in dubiis. de regu. iur. Soc. Iun. in consi. 29. nu. 18. uolu. 4. ubi inquit,
19 hoc tritum esse & commune dictum, quòd † eligi debet illa pars, per quam onus euitatur, & in consi. 118. nu. 29. uol. j. Port. in consi. 72. nu. 9. Menoch. in tracta. de arbit. iud. casu 199. sed benignior pars est interpretari, quòd dictus dñs Laurentius noluerit se obligare ad consensum dictæ dominæ Franciscæ eius socrus, ergo illa amplectenda, cum per ipsam euitetur omne
20 onus in personam ipsius domini Laurentii.

Octauò, in † promissionibus mens est inspicienda quæ uerbis ẽt præfertur. l. sed etiam Celsus. §. si fun-
21 dus. ff. de contrah. emp. l. fi. C. quæ res pign. oblig. pos. gl. in l. si in uenditione. ad fi. ff. com. prçd. ubi † causam uerborum magis inspicere debemus quàm ipsa uerba. Paris. in consil. 78. nu. 19. uol. 3. 85. nu. 33. uol. eod. Soc. Iun. in consi. 129. num. 34. uol. 3. Crauet in consil. 32. nu. 21. sed cum dubium esse potest, quòd dñs Laurẽtius noluerit se obligare ad dictum consensum, sed ꝙ mens ipsius fuerit tantum facere id, quod erat in
22 eius facultate, iuxta ea quę supra dicta fuerunt.

Nonò, promissio † limitata respectu certæ personæ non extenditur ad aliam. l. in agris. ff. de acq. rer. do-
23 min. l. cancellauerat. ff. de his quæ in test. delen. Item † inclusio unius alterius est exclusio. l. eum prætor. ff.
24 de iudi. Plus, in promissionibus, quę stricti iuris sunt † casus omissus habet̃ pro omisso. l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. obli. l. commodissimè. ff. de liber. & posth. sed dicta promissio fuit limitata respectu per-
25 sonæ dñæ Paulę & non dñę Franciscæ, ergo ad illam extendi non debet promissio ipsa cum † interpretatio fieri debeat, per quam persona extrinsecus nõ intelligatur. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de uerb. obli. Bar. & cęteri in l. post dotem. ff. sol. matri. in 3. lectu. Dec. in l. 2. nu. 10. C. de pac.

Nec habet obstare, quòd dictus dominus Laurentius promisit dictam quitationem & renuntiationem fieri de bonis maternis per dominam Paulã eius uxorem in ualida iuris forma, quę ualida dici non potest sine consensu dominę Franciscę, iuxta notata in l. fi. C. de pact. Quia respondetur, ipsum promisisse, quòd dicta domina Paula faceret quitationem inualida iu
26 ris forma de eo, quòd pertinere poterat ad eã, prout illam fecit per instrumentum publicum, † habẽs omnia substantialia & formalia requisita de iure ad esse instrumenti, & de quibus per doct. in cap. 1. extra de probatio. Gramma. in decisione 102. nume. 100. quem omnino uideas: quia multa dicit, quę faciunt pro confirmatione prçsentis consultationis, quamdo

cora

corám notario & testibus bona fide.
27 Vltimo dicitur, ꝙ† præmissa promissio fuit per me
tum extorta: quia ut ipse dominus Laurentius recupe
raret omnia bona sua, quæ a dicto domino Perciuale
occupabantur iniuria belli, quæ amissio omnium bo
norum dicitur metus iustus & morti aquiparatur, te-
ste Bart. in l. si ob turpem. col. fi. ff. de cōd. ob turp. cau.
per l. propter litē in prin. ff. de excusa. tuto. c. 2. quod
met. cau. Dec. in consi. 690. col. 2. in fi. Craue. in consi.
49. nu. 7. Rui. in consi. 23. nu. 9. uol. j. Ias. in l. interposi
tas. C. de transac. Menoch. in trac. de arbitr. iud. casu.
135. in fi. Brun. in consi. 82. Gram. in consi. 13. nu. 27. Be
ro. in consi. 35. nu. 19. uol. j. Cephal. in cōsi. 295. nu. 15.
in consi. 50. inter cōsilia crim. nu. 37. ubi sufficit amis-
sio partis bonorum ad inducendum metum.

Nec obstat, quòd contra dictum dominum Lauren
tium facit iuramentum per eum præstitum in ipsa pro
28 missione. Quia dicitur primò, ꝙ† licet periurus repel
latur ab agendo, non tamen ad se defendendo. c. dile-
cti. ubi doctores. de except. Alex. in consi. 37. nu. 7. uol.
2. Pro qua sententia facit, quod notant Scribentes in
29 c. intelleximus. de iud. ubi† licet excommunicatus nō
possit agere, potest tamen se defendere. Præterea &
secundò dicitur, ab ipso iuramento fuisse impetratam
absolutionem, ex quibus uidentur dicendum ꝙ dicta
promissio rescindi debet. Nam negari non potest ar-
30 guendo a solitis† quod argumentum est in iure uali-
dū. Paris. in consi. 22. nu. 76. uol. j. consi. 9. nu. 62. uolu.
2. & 87. nu. 24. uol. 3. ꝙ huiusmodi renuntiatio sit ex-
31 tra solitum. quia† ut experientia docet, quæ est rerum
magistra c. quam sit. de elec. in 6. §. fi. instit. de satisda.
quitationes ipsæ non solent procurari a patre uel fra
tre, nisi antequam filia uel soror matrimonio copule
tur, & non post, & si post ab ipso patre uel fratre, non
autem ut maritus se obliget efficaciter ad faciendum,
ꝙ uxor faciat talem quitationem. Vnde uerè non po-
32 test aliter dici, quam quòd† huiusmodi promissio fue
rit captiosa, atque ideo spernenda, tanquam facta per
33 metum. Imperator† enim rata habere non solet, quæ
metu gesta fuerunt. toto ti. ff. & C. quod met. cau. Soc.
Iun. in consi. 77. nu. 91. uol. j.

SVMMARIVM.

1 *Instantia causę criminalis est biennalis.*

2 *Instantia lapsa officium iudicis est, siue simus in causa ciuili, siue criminali, absoluere partem ab obseruatione iudicij cum victoria expensarum, nō autem ferre sententiam diffinitiuam.*

3 *Sententia diffinitiua, si feratur lapsa instantia, nulla est ipso iure.*

4 *Instantia perempta, licet in ciuilibus actor audiatur refusis expensis, secus est in criminalibus, quia instantia perempta accusator ulterius non est audiendus.*

5 *Instantia perempta reus debet absolui ab obseruatione iudicij, siue per accusationem siue per querelam siue per inquisitionem procedatur.*

6 *Instantia non currit, secundum communem, ubi per cauillationes & subterfugia aduersarij procedatur.*

7 *Causa si ex forma statuti debet terminari intra tres menses, & aduersarius causa testium producendorum, quos dicit habere in longinquis partibus petat dilationem, quæ ultra tres menses extendatur, non obstante statuto causa poterit etiam post tres mēses terminari.*

8 *Causa appellationis si non fuit expedita facto appellati inter instantiam ipsius causæ, ipso iure non currit, & appellans conseruatur illæsus.*

9 *Protestationes solent esse ualde utiles, quando pars protestatur, quod non intendit sibi currere instantiam propter subterfugia partis.*

10 *Instantia perempta licet non possit ferri diffinitiua, tamen id non procedit, quando fuerunt producti testes & agitatus processus, secus quando nulli fuerunt producti testes.*

11 *Insuflare spiritum uitæ instantiæ peremptæ spectat ad solum Principem, cum sit de Regalibus.*

12 *Insuflatio spiritus uitæ instantiæ peremptæ conceditur ex mera gratia Principis.*

12 *Insuflatio instantiæ peremptæ non solum semel concedi potest, sed iterato.*

14 *Insuflatio instantiæ peremptæ fit sine citatione partis.*

17 *Insuflatio instantiæ peremptæ si concedatur nulla facta mentione expensarum, pars aduersa opponere potest, quod aliter audiri non potest, nisi refectis expensis, si ex processu argui potest negligentia partis, alias secus.*

16 *Restitutio & priuilegium Principis intelligi debet sine præiudicio tertij.*

CONSILIVM LXXXII.

BERNARDVS Tronzanus fuit in
quisitus de homicidio perpetrato
in personam Antonij Angelini Ve-
rum antequā iudex maleficiorū de-
uenerit ad sententiam diffinitiuam
lapsa est instantia statuta in casu cri
1 minalibus,† quæ est biennalis. l. fi. C. ut intra cert. tēp.
l. properādum, in prin. ff. de iud. ubi doctores commu
niter. Gram. uoto. 31. in princ. Nunc dubium eleuatur
nunquid non obstante lapsu dictæ instantiæ dictus in
quisitus possit absolui diffinitiue, uel tantum ab ob-
seruatione iudicij. Primò quidem aspectu uideretur
dicendum, ꝙ tantum ab obseruatione iudicij deberet
absolui: quoniam receptissima est doctorum senten-
2 tia, quod† siue simus in causa ciuili, siue criminali lap
sa instantia officium iudicis est absoluere partem ab
obseruatione Iudicij cum uictoria expensarum, non
autem ferre sententiam diffinitiuam, ut de primo est
decisio Bart. in l. properandum. in §. illo. ubi etiā Ias.
col. fi. C. de iud. Ias. rursus in d. l. in prin. col. 6. uersi. 2.
limita. Alex. in consi. 137. col. j. uo. 2. ubi inquit, quod
3 † si ferretur sententia diffinitiua lapsa instantia, quod
esset nulla ipso iure. l. scire oportet. §. consequens. de
excusa. tuto. sed ꝙ lapsa instantia officium iudicis su
perest in pronuntiando instantiam causæ fuisse perē-
ptam, & partem in expensis condemnare. glos. in uer.
oportet in l. præses, quasi desertam. ubi etiam doct. C.
quo. & quando. Iterum in consi. 166. in prin. uol. 2. &
in consi. 180. in princ. uol. eo. & in consi. 66. col. j. uo.
5. Ioan. de Amic. in consi. 32. nu. 9. dixi in consi. 21. n.
5. uol. 3. Felyn. & alii in c. uenerabilis. de iud. Maranta
in trac. de ord. iud. in 16. dist. in. nu. 23. ubi asserit, hanc
esse communem. & in §. deuenio ad 5. part. nu. 58. &
sequenti. De secundo est tex. in l. fi. C. ut infra cert. tē.
ubi Salicet. in uersi. sed quid Clarus in prac. sua crim.
in §. fi. q. 51. uersi. alia est defensio ubi inquit, quod
4 perempta instantia reus debet absolui, & † quod licet
in

in ciuilibus perempta instantia actor adhuc audiatur refectis expensis. Tamen in criminalibus accusator post peremptam instantiam non est ulterius audiendus.ut hanc esse communem opinionem attestatur Saliç.in l. qui de crim.nu.8.C. de accusat. quem refert Capic.decisi.206.nu.4.Gram.uoto 31.& Ant. Galea. in consi.110.nu.40.inter consilia crim.Dec.in consi.
5 102.nu.29.inter dicta consi.crim.ubi ait, ꝙ † siue per querelam,siue per inquisitionem procedatur,lapsa in stãtia reus debet adsolui ab obseruatione iudicij.Ioã. de Amicis in cõsi.139.nu.9.sed in terminis nostris lapsa est instantia biennalis,ergo &c.

Sed præmissis non obstantibus contraria sententia in casu,de quo agitur,tanquam magis amica legibus amplectenda uenit.& primo,quia dicta instantia non perijt,ex quo sequitnr,quod iudex potest suam diffinitiuam proferre:Quoniam communis est docto
6 rum sententia,quod†ubi per cauillationes & subterfugia aduersarij causa protelatur,instantia nõ currit. glo.in cap.uenerabilis quàm multum ibi comendat. Soc.de iud.& de hoc est text.in l.si cum ipse.ff.de excusa.tutor.iuncta lege præcedenti per quam dicunt
7 ibi Dyn.Cyn.& Bal.quòd†si ex forma statuti causa debet terminari intra tres mẽses,& aduersarius cã testiũ producẽdorũ,quos dicit habere in longinquis partib. petit delationẽ,quæ ultra tres mẽses extẽdatur,quod nõ obstante statuto,causa ẽt post tres menses erit decidẽda.quod Bal.ibi reputat non dignum.Alexand.in cõs.72.col.j. uol.3.dupplicato in consi.71.uol.6.Ioã. de Amicis.in consi.139.col.j.Neuiza.in consi.42. nu. 8.Natta in consi.172.nu.17.Maranta latè in suo trac. de ord.iud.in §.deuenio ad quintam.nu.30.uer.11.limita.Abbas,in consi.21.col.i.uol.2.Alex.in addit. ad Bart.in d.l.si cum ipse.latè per Tiraquel.in trac.de retrac.folio mihi 531.uersi.hoc iuris est.Bero. in consi.
8 115.nu.3.uol.3.ubi inquit, ꝙ † si facto appellati non fuit expedita causa appellationis, interim instantia causæ appellationis ipso iure non currit,& appellans conseruatus illesus.At in casu præsenti instantia dictæ causæ criminalis subterfugijs & dilationibus procuratorum fiscalium fuit potelata,ut magis est uidere quam referre,ergo &c.& tanto magis conclusio ipsa procedere debet,cum parte inquisitis sæpius fuerit protestatum, quòd non intendebat sibi currere instantiam propter subterfugia dictorum procurato-
9 rum, quę † protestationes solent esse ualde utiles in huiusmodi casibus, secundum Doctores in l. properandum.§.sinautem utraque.C.de iud.Felyn.in ca.uenerabilis. de except.Maranta in dicto tract.de ordin. iud.charta.268.columna secunda in principio. Natta in consilio trigesimosecundo, numero. 15. cum sequenti.

Secundò dicitur,quod etiã dato,ꝙ fuisset lapsa instantia biennalis,quod dictus iudex potest suam diffinitiuam sententiam proferre, ut constat ex notatis per Pet.de Bellaper.in l.fiual.C.ut infra certa.tempo.
10 ubi inquit,quòd†licet uerum sit,ꝙ lapsa instantia nõ possit ferri diffinitiua.Tamen id locum habet,quando non fuerunt producti testes, nec processus agitatus,secus quando fuerunt producti testes in causa: quia tunc potest absolui diffinitiuè tam in ciuili quã in criminali a tota causa.quod inquit Petrus esse magni effectus:quia quando absoluitur diffinitiuè nõ poterit ulterius absolutus accusari,nec inquiri in criminali,secus uero quando absoluitur ab obseruatione iudicii, & Petrum sequitur Grammat. in uoto trigesimoprimo, numero decimoquinto, & Ioan. de Amicis in consilio centesimotrigesimonono,columna secunda, sed in casu nostro processus fuit agitatus & factæ defensiones per inquisitum,ergo diffinitiua ferenda.

Tertio dicitur, quòd etiam cessantibus supradictis conclusionibus. sententia diffinitiua omnino proferenda uenit per dictum dominum Iudicem ma-
11 leficiorum, & † hoc propter insuflationem spiritus uitæ instantiæ peremptæ factam per Principem, quam solus insuflare potest,cum sit de regalibus. Afflic.in capitul.quæ sint regal.numero nonagesimosexto.Angel.in l.si tempora C.de temp.appellation. ubi
12 † ex gratia Principis concedtiur & quidem ex mera gratia.Gramm.in decisione 103. numero undecimo, Natta in consilio 636. numero septuagesimosexto,Maran.in tractat.de ordin.ind. folio mihi 270. columna secunda,uersicul.duodecimò limita.Capic. decisi.165. columna prima, Boer. in decisio. 247. numero decimo, Paris de Puteo in tractat.sindic. in
13 uer.sententia uersi. restat. numero quinto, & † quidem non semel sed iterato.Capic. ubi supra & Grammat.in decisione 169. ubi dicit, etiam fuisse conces-
14 sam tertiam insuflationẽ † ac quoque sine citatione partis.Capic.in dicta decisione 165. in fine. per text.in l.secunda,uersi. quid si ita. C. de tempor. appellatio.& refectione expensarum, ubi nulla potest imputari negligentia parti Maran.ubi supra, ubi sic
15 inquit.Quod † si sacrum consilium insuflauit spiritum uitę instantiæ peremptæ, nulla facta mentione expensarum, potest pars aduersaria opponere,quòd non potest audiri pars, nisi refectis expensis, si ex
16 processu argueretur negligentia partis: quia † restitutio & priuilegium Principis intelligi debet sine præiudicio tertij.l.secunda.§.merito,§.si quis a Principe.ff.ne quid in loco publico. Secus si ex processu uel aliter,ut in casu nostro,legitimè appareret de aliqua iusta causa:quia tunc non debentur expensę. Afflic.in constitu.regni in constitutione sæpe contingit. numero quarto,maximè quando adest protestatio impedimenti. Gramat. decisione sexagesimanona,numero quinto,Paris de Puteo ubi supra numero sexto. Cum igitur princeps insuflauerit spiritum uitæ instantiæ peremptæ, sequitur quod etiam post lapsum instantiæ criminalis, quæ est biennij, potest per dictum Iudicem ferri sententia diffinitiua: quia eo casu perinde habetur ac si instantia perempta non fuisset,ut in simili inquit Maran. ubi supra,numero trigesimotertio,uersicu.duodecima limitatio.ubi dicit quòd quando Princeps insuflauit spiritum uitæ instantię peremptę,turis etiam post instantiam triennij potest ferri sententia diffinitiua,motus ratione de qua supra:quia perinde habetur ac si perempta non fuisset.

SUMMARIUM.

1 *Refectio molendini spectat ad locatorem & non ad cõductorem.*

2 *Conductores domorum non possunt cogi pro collationibus uiarum, & si soluunt imputabuntur locatori.*

3 *Bannum si fiat, quod unusquisque sub pœna uiam aptare debeat ante domum suam, si cõductor domus aliquid expẽdidit pro aptatione uiæ,inconsulto etiam domino,poterit recompensare cum pensione domus.*

4 *Locator tenetur reficere domum, & omnia alia facere sine quibus conductor frui non potest,nec tenetur purgare puteum,nec conferre ad refectionem uiæ ante domum suam,licet secus in usufructuario.*

5 *Quod tamen declara procedere,quando impensa respicit*

cit perpetui temporis utilitatem, secus si parua, tendens ad fructuum perceptionem, & quæ non protenditur ultra tempus conductionis, quia hanc conductor pati debet.

6 *Purgatio aggerum uel fossatorum (circumscripta consuetudine regionis) si respicit utilitatem perpetuã, uel longioris temporis, quàm sit conductio, impensa spectat ad dominum, si uerò sunt fossata, quæ annuatim refici debent, onus expensarum pertinet ad conductorem.*

7 *Hæres grauatus potest repetere expensas factas in disboscando, quando tendunt ad perpetuam utilitatem rei, secus si gratia fructuum colligendorum, ut illa, quæ fit in arando, quæ est temporalis & annalis.*

8 *Hæredi feudatarij datur repetitio pro expensa facta pro purgationibus uitium & arborum, si concernit perpetuam utilitatem.*

9 *Emptor fructuum molendini uel alterius ædificij, quod est destructum, si facit impensam in molendino, ea spectat ad dominum.*

10 *Impensa modica in terminis refectionis molendini dicitur illa, quæ durat solum pro tempore, quo colliguntur fructus per illum, qui expensam fecit, etiamsi expensa in ueritate & re ipsa fuisset magna.*

11 *Magna uerò dicitur quando respicit perpetuã rei utilitatem, & illa affert finito adhuc iure expendentis, etiam si re uera modicum fuisset impensum.*

CONSILIVM LXXXIII.

VISIS ac diligenter considera tis, quæ in themate narrantur, omissa uerborum pompa, quæ nauscã prudentibus præbere solet, studendoq; breuitatis, quæ decet consulentem. Dico, clarissimam esse iuris conclusionem, φ†refectio murorum molẽ
1 dini, de qua agitur, spectat ad Magnificum dominum Andronicum de Trouate, & onus illius refectionis non incumbere domino Sigismundo de Grasis eiusdem molendini conductori. l. ex conducto, & ibi gl. in uerbo reficitur. ff. loca. l. dominus horreorum. §. j. l. cum in plures. in prin. l. colonus. ubi Bar. eod. tit. Alexan. in consi. 190. in prin. uol. 2. Aret. in consil. 110. in prin. Natta in consi. 13. in princ. & 449. nu. 10. Sal. in l.
2 in summa. C. de pign. ubi post Petr. inquiens, φ†conductores domorum non possunt cogi pro collationibus uiarum, cum non possideant, & si soluunt imputabunt locatori: argumento illius. l. & si dominus requisitus non soluerit, potest domus occupari. l. ædiles. ff. de uia public. Affli. in titu. quæ sint regal. in uerbo uiæ publicæ. col. fina. uers. Item quæro de quadam quæstione, ubi ait, quòd alias consultus respondit, φ
3 †si fiat bannum, quòd unusquisque sub certa pęna debeat uiam aptare ante domum suam infra talem terminum, quòd si conductor domus expendidit de suo proprio certam quantitatem pecuniæ pro aptatione uiæ, etiam inconsulto domino, poterit recompensare cum pensione domus, Paul. de Cast. in d. l. ex cõdu-
4 cto. in princi. tradens, quòd†locator tenetur reficere domum, & omnia alia facere, sine quibus conductor frui nõ potest, adeo φ nec tenetur purgare puteum, nec conferre ad refectionem uiæ ante domum suam,
5 licet secus in usufructuario. Quam †tamen conclusionem sanè intelligendam esse arbitror, quando impẽsa est magna, quæ respiciat perpetui temporis utilitatem, secus si parua tendens ad fructuum perceptionẽ, & quæ non ultra tempus conductionis protendatur: quia hanc conductor pati debet, ut probatur ex infra scriptis. Et primò, ex dictis per Bald. in l. licet. in 4. q. uer. sed quid si nihil. C. loca.

Secundò facit, quod uoluit Alex. in consi. 4. col. 2. uol. 5. ubi post quàm dixit, quòd impensa reparationis spectat ad dominum, subdit id uerum esse, si illa reparatio afferebat commodum etiam ultra tempus conductionis, secus autem ubi reparatio solum fuisset ad commodum illius temporis, quo durare debebat ipsa conductio: quia tunc spectat ad conductorẽ, ad quem spectabant fructus & cultura fundi. Bar. in l. 1. impensæ. ff. de impẽs. in rebus dot. fac. ubi dicit, quòd
6 †si quæratur ad quem spectat purgatio aggerũ uel fossatorum, an ad locatorem uel cõductorem, φ primò inspicienda est consuetudo regionis (sed circumscripta consuetudine) si debet fieri purgatio ad utilitatẽ perpetuam, uel longioris temporis, quàm sit tempus conductionis, tunc impensa non spectat ad cõductorem sed ad dominum: si uerò sunt fossata, quæ annuatim debent refici, & tunc onus expensarum pertinet ad conductorem. l. j. §. de eo. ff. de aqua plu. arcend. Nã nulli dubium est, quòd colonus debet colere fundũ. l. ex conducto. §. 1. ff. loca. sed istos aggeres. & fossata facere sunt de cultura fundi, d. §. de eo. cum respiciat pręsentem utilitatem, ergo colonus debet facere. Idẽ, Bar. in l. prædia. §. pen. ff. de fund. instruct. & cum ipso pertranseunt Alex. in consi. 4. col. 2. uolu. 5. Ias. in l. 1. col. 6. in prin. C. de iure emphite.

Tertiò confirmatur hæc conclusio ex notatis per Bar. in l. ædiles. ff. de uia publi. ubi conductor non tenetur ad refectionem uiæ ante domum, si fit ad perpetuam utilitatem, secus si ad momentaneam. sequitur Ias. in l. quominus, q. 24. ff. de flumin. Alex. in l. diuortio. §. impendia. ff. sol. mat.

Quartò accedit, quod uoluit Ias. in l. j. col. 5. C. de iure emphi. ubi declarando Bal. ibi nolentem, φ colonus non teneatur ad impensam, limitat notabiliter, ut non teneatur, quando impensa esset perpetuò duratura, puta ædificium, secus si esset impensa, quæ haberet durare pro tempore usus sui tantum: quia ad illã ipse teneretur, eo φ concernit suam utilitatem, & nihil repeteret à domino.

Quintò corroboratur hęc sententia ex notatis per Rui. in consi. 135. num. 12. uol. 3. ubi concludit, quòd
7 † hæres grauatus potest repetere expensas factas in disboscando, quando tendunt ad perpetuam utilitatem rei, & sic quæ est duratura postquam cesserat & uenerit dies fideicommissi, secus si facta gratia fructuum colligendorum, ut illa quæ fit in arando, quæ est temporalis & annalis, rursus in consi. 14. nume. 3.
8 uolumi. 1. ubi † repetitio datur hæredi feudatarii pro expensa facta pro purgationibus uitium & arborum: quia concernit perpetuam utilitatem rei, & durat finito feudo.

Sextò adduco Nattam in consi. 449. nu. 12. uer. quartò facit, ubi decidit, φ magnam impensam factam circa rem conductam, quæ respicit perpetuam utilitatẽ rei repetit colonus à domino, secus si sit parua respicieos tantum pręsentem usum: quia de suo eam colonus facere tenetur. l. dñs bonorum. §. 1. locat. cũ aliis ibi adductis per eum.

Septimò in terminis molendini idem uoluit Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos. q. 7. de publica. ubi
9 quęrit, φ†si quis emit fructus unius molendini uel alterius ędificii, quod est destructum, egens refectione & magna expensa, propter quod fructus interim non perci-

percipiuntur, cuius periculo periit, & inquit q si esset locatio, sine dubio refectio ad dominum pertineret, & deberet fieri mercedis remissio. l. ex conducto. in §. 1. loca. sed si ponamus, quòd sit venditio, ita q ui deatur venditus usufructus. tunc subdit esse inspiciē dum, ad quem pertinet refectio, in cuius quidem refe ctione duo sunt. Primum, cura & solicitudo refectionis, & illa simpliciter pertinet ad usufructuarium, qui omnem rei curam suscepisse uidetur. l. prima, in fin. ff. usufruct. quemad. caue. & sic talis cura ad eum pertinet. l. inter fructuarium. in fin. ff. de damn. infect. Secundum enim, quod uertitur in refectione, est impensa, & si quidem est magna, sine dubio pertinet ad proprietarium. l. hactenus. ff. de usufruct. quod paret: quia si usufructuarius fecerit, à proprietario repetit. l. eum. C. de usufruct. quem sequuntur Iaso. in dicta. l. prima, colum. 6. & in d. l. quominus. questio. 24. Menoch. in tracta. de arbit. iudi. casu 115. ubi dicit, quòd aliàs in ardua questione, que uertebatur inter amplissimum Cardinalem Alexandrinum postea effectum Deo Optim. Maxim. summum Pontificem & Reuerendum Episcopum Lansanensem, cui tunc Illustriss. ipse Cardinalis donauerat reditus unius anni Episcopatus Montisregalis, dubitatum fuit, cui impensa spectaret cuiusdam refectionis molendinorum & aliorum ædificiorum, fuit requisitus ut diceret, quid sibi in iure uideretur, respondendo dixit, quòd distinguē dum erat. Nam si impensa fuerat facta gratia colligendorum fructuum, illa spectabat ad conductorem, iuxta distinctionem Castren. in l. domos. columna si. de legat. primò, & Boer. in quæstione 44. si enim uult conductor percipere fructus, in hanc causam impendere debet. Si verò impensa facta est causa fructuum conseruandorum, ut quando custodes adhibentur, ne illos à furibus surripiantur, & similiter hæc impensa spectat colono. Alexand. l. diuortio. §. impendia. ff. soluto matrimonio. Castren. & cæteri in l. domos. de legat. primò. Si autem illa facta fuit pro tempore ad proprietatis utilitatem, ut si molendini, totę aliquantulum aquarum impetu frangerentur, si pa rum duratura est, ita quòd dominus tempore finitę locationis ex illa refectione nullam sit consecuturus utilitatem, & tunc hęc impensa pariter spectat ad colonum uel usufructuarium, ut per Castren. & Boer. ubi supra. Si uerò talis impensa respicit perpetuam utilitatem rei, tunc spectat ad dominum, ut ibi per eum. Natta in consilio 13. columna 2. sed in casu præsenti agitur de refectione murorum molendini, quæ refectio dicitur respicere perpetuam utilitatem rei, uel saltem debet durare ultra tempus conductionis, quod est annorum sex, ergo ad dominum molendini spectare debet hæc impensa ex iuribus & auctoritatibus supra citatis. Et quia fit mentio de impen-
20 sa magna. Ideo aduertendum est, quòd † in terminis istis illa dicitur impensa modica, quando durat solum pro tempore, quo colliguntur fructus per illum, qui expensam fecit, quasi quòd tunc dicatur facta gratia fructuum colligendorum, etiam si expen-
21 sa in ueritate & re ipsa fuisset magna. Sed † dicitur magna, quando respicit perpetuam rei utilitatem, & illam affert adhuc finito iure expendentis, puta post locationem finitam ad longum uel modicum tempus, etiamsi re uera modicum fuisset impensum. ita Alexan. in l. diuortio. §. impendia. solut. matr. ubi dicit, ita ue lle ibi glo. in uerbo tutelam. quem sequitur dominus meus Ruin. in consilio decimoquarto, numero 3. uolu. 1.

SUMMARIUM.

1 *Feudum susceptum pro se & hæredibus ac successoribus utriusque sexus, secundum communem opinionē dicitur hæreditarium.*

2 *Tenor concessionis attendi debet, ex quo legem dat in feudis.*

3 *Tenor inuestituræ magis inspici debet quàm natura feudi.*

4 *Verba utriusque sexus adaptantur tam ad fœminas quàm ad masculos.*

5 *Dictio uterque, quæ est collectiua, & coniunctim accipitur, & concursum utriusque copulati requirit, declara, ut in nu. 18.*

6 *Fœminæ in feudis non admittuntur, nisi sint expressè uocatæ.*

7 *Feudum quando est concessum pro hæredibus utriusque sexus ueniunt ita fœminæ sicut masculi. & nume. 13.*

8 *Feudum quando est concessum pro masculis & fœminis, prius ueniunt masculi quàm fęminæ. & nu. 16. ubi est communis.*

9 *Receditur à proprietate uerborum propter naturam rei.*

10 *Feudum quando concessum est pro masculis cum fœminis, ita ueniunt fœminæ sicut masculi.*

11 *Feudum quando conceditur pro quibuscunque hæredibus, succedit fęmina cum masculo.*

12 *Maioris potentiæ & uirtutis est id, quod specialiter exprimitur, quàm quod generaliter.*

13 *Feudum quando est susceptum pro hæredibus utriusque sexus, prius admittuntur masculi quàm fœminæ.*

14 *Verba, utriusque sexus, æquiparantur uerbis, pro se masculis & fęminis.*

15 *Copulæ naturæ licet sit uocare pariter masculos & fęminas, tamen id non procedit ex natura rei: quia tunc fœmina admittitur ordine successiuo.*

16 *Institutio facta de filio & nepote intelligitur ordine successiuo.*

17 *Emphiteusis si est suscepta pro se & filijs masculis & fęminis, mortuo patre admittuntur filij & filiæ, nisi in loco esset statutum, quòd extantibus masculis fęminæ non succedant, quia tunc admittuntur ordine successiuo.*

18 *Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque, secundum communem, transit ad hæredes extraneos.*

19 *Vasallus, potest de feudo concesso pro se & hæredib. quibuscunque testari.*

20 *Verba, quibus dederit, æquiparantur uerbis quibuscunque hæredibus.*

21 *Feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque uenit in restitutione fideicommissi.*

22 *Feudum susceptum pro se & hæredibus quibuscunque alienari potest inconsulto domino.*

23 *Feudum acquisitum pro se & hæredibus quibuscunque uenit in publicatione bonorum.*

24 *Feudum susceptum pro se & hæredibus quibuscunq; iudicatur hæreditarium.*

CON-

CONSILIVM LXXXIIII.

PRAESVPPOSITA communi opinio
ne pro uera, quod † feudum susce-
1 ptum pro se & hæredibus ac succes-
soribus utriusque sexus dicatur hære
ditarium, ut per Cephal. in consil. 9.
nu. 2. in quo quis admitti non debet
nisi sit hæres. c. 1. iuncta gl. an agnat.
uel fil. Bar. & Alex. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. Alex.
in consi. 26. col. pen. uol. 5. Soc. Iun. in consi. 112. nu.
10. uol. 2. Ceph. in consi. 152. nu. 57. & in consi. 224.
nu. 20. ubi asserit hanc esse communem & rem ipsam
esse sine controuersia.

Dubitari contingit, an stante concessione feudali
facta per Illustriss. Ducem Sabaudiæ, Magnifico quon
dam domino de Albergotis pro se & hæredib. utrius-
que sexus, Magnifica domina Aemilia admitti debeat
simul cum Magnifico domino Francisco eius fratre
ad successionem dicti feudi, Primaque facie dicen-
dum uideretur, quod dicta domina Aemilia simul suc
cedere debeat cum fratre, si inspiciatur, tenor ipsius
2 concessionis, qui † attendi debet, ex quo dat legem
in feudis, & facit nos cognoscere quale sit feudum. c.
1. in fine. de succes. feudi. Isern. in c. 1. de nat. succes.
feudi col. 7. Dec. in consil. 193. col. 1. & 208. col. 2. in
prin. Paris. in consi. 13. nu. 13. uol. 2. Cephal. in consil.
3 3. nu. 1. consi. 133. nu. 46. hinc † uulgo dicitur magis
fore inspiciendum tenorem inuestituræ, quam feudi
naturam. c. 1. in fi. de duob. fratrib. à c. inuest. Cephal.
consi. 137. nu. 16. nam in ipsa concessione dicitur de
4 hæredibus utriusque sexus, quæ † uerba ita ad fœmi-
nam, sicut ad masculum adaptantur, ut in cap. omnis
utriusque sexus. de pœnit. & remis. §. igitur. ibi utrius
que sexus. inst. per quas personas nob. acqui. Dec. in
5 consi. 298. col. 2. & in consi. 586. nu. 12. Item † quia di
ctio uterque, quæ collectiua est, & coniunctim acci-
pitur, concursum utriusque copulati requirit. l. Ti-
tius, & Seius. ff. de hæred. instit. l. si duos. ff. de euictio.
Coras. in l. cum quidam. nume. 2. C. de impub. & aliis
substitu.

Secundo dicitur, quod licet moribus feudalibus re
6 ceptum sit, & hæc sit communis regula, quod † fœmi
næ non admittuntur in feudalibus c. 1. §. hoc autem.
de his qui feud. dar. pos. Dec. in consi. 129. uersi. sed ta
men. Zas. in trac. de feud. in 8. par. super secunda par-
te. & hoc ob rationem assignatam in glo. in uerbo à
successione. in d. §. hoc autem. quæ est communiter
approbata, teste Alex. in consi. 10. uolu. 5. Tamen sunt
aliqui casus speciales, in quibus succedunt, & in illis
fœmina reducitur ad ius primæuum commune, quo
iure ita fœminæ sicut masculi capaces sunt successio
nis. l. maximum uitium: C. de lib. præter. auth. in suc-
cessione. C. de suis & legitim. hæred. quæ reductio ad
ius commune est fauorabilis. gl. in uersi. remuneran-
dum. in c. statutum. de præben. in 6. inter quos specia-
les casus uiget præsens. Et primo, quia ipsa Domina
Aemilia expresse uocata est in concessione, quo casu
tunc succedit in feudo c. 1. §. hoc autem. qui feu. dar.
pos. c. 1. §. quin etiam, Episc. uel Abb. Dec. in cons. 208.
7 col. 2. Cum † igitur concessio feudalis facta in perso
na Magnifici. quon. domini Antonii dicat pro hære-
dibus utriusque sexus, certè dicendum uidetur, quod
dicta domina Aemilia una cnm fratre in dicto feudo
succedere debeat, tanquam uocata in ipsa conces-
sione.

Nec habet obstare, quod inquit Alex. in consil. 97.
8 in 2. col. uol. 5. ubi inquit, quod † sicut quando dicitur
pro masculis & fœminis prius ueniunt masculi, ita
quando dicitur pro hæredibus utriusque sexus: quia
ex natura feudi hoc contingit contra uerborum pro-
prietatem. Nam etiam quando dicitur pro masculis &
fœminis inspecta ui uerborum illa copula uidetur re
spicere æqualiter fœminas sicut masculos l. prima, §.
his ita. C. de cad. tollen. l. duob. de legatis. primo, sed
9 † propter naturam rei receditur a proprietate uerbo
rum. ita (secundum eum) quando dicitur pro hæredi-
bus utriusque sexus, licet talia uerba uideantur æqua
liter ad fœminas, sicut ad masculos referri, hoc nõ at
tenditur, sed natura feudi inspicitur. Quia rñdetur, ꝙ
æquiperatio quã facit Alex. non uidetur bona: quia
quando dicitur de utroque sexu, non plus nomina-
tur masculus quàm fœmina, secus ubi dicitur pro ma
sculis & fœminis, ex priore nominatione masculis
fœminis præferuntur, ut loquitur text. in §. quinetiã
argon. l. quoties. ff. de usufruc. qui tex. in dicto §. quin
etia. restringitur in terminis, in quibus loquitur, qui
extra casum suum trahitur non debet, ut ibi per eum.

Similiter non obstat, quod dicit Alex. de termino
collectiuo in quo omnes æqualiter sint uocati, & ta-
men ueniunt ordine successiue. ut per Ang. in consi.
38. Quia dictum Angel. habet locum quando plures
diuersi gradus sub nomine collectiuo comprehendun
8 *Marito quando dantur prædia æstimata pro dote pro se & hæredibus, ista uerba demonstrant, quod maritus illa recipiebat nomine proprio & non uxoris.*
9 *Verbum suis, exponitur pro hæredibus.*
10 *Feudum concessum pro se & suis intelligitur pro hæredibus.*
11 *Verba geminata multum operantur & fortius triplicata.*
12 *Verbum imperpetuum significat idem quod sine fine.*
13 *Dictio imperpetuum sæpius repetita habet tractum successiuum ac importantem perpetualitatem & nõ personalitatem.*
14 *Mulieri tantum datur actio in rem contra tertios possessores bonorum æstimatorum datorum marito pro pecunia dotali promissa, quando mulier pro dotibus suis non posset habere regressum ad alia bona mariti, & sic in subsidium.*
15 *Declaratio ad tex. in l. ita constante. cum l. seq. de iure dot.*
16 *Impugnatur Bal. in l. eleganter. ff. de cond. indeb.*
17 *Declaratio ad Roma. in consi. 201.*

CONSILIVM LXXXVII.

IN causa dñę Camillę relictę. quon. domini Georgij Valdergiæ turũ ei cõpetat ius agendi cõtra emptores bonorũ eis uẽditorũ per dictũ dñm Georgium pro consecutione dotiũ suarũ mille & cẽtũ scutorũ. Prima facie uideret dicẽdũ ꝙ sic, quamuis bona ipsa tradita fuerint æstimata iusta æstimatione prædicto domino Georgio ꝑ quõdã dñm Bartolomeũ patrem prędictę dominę Camillę, & socerũ ipsius domini Georgij: qm̃
1 † prædia empta de pecunia dotali efficiunt̃ dotalia. l. ita cõstante cũ lege sequenti. ff. de iure. dot. ubi Bal.
2 ita sumat illum tex. notata ex hac. l. ꝙ † potest fieri permutatio dotis de re ad pecuniã & ẽ contra, & in lectura antiqua inquit, res dotalis potest cõstãte matrimonio permutari cum alia re uel cum quantitate, si hoc est utile mulieri. Spec. in tit. de dot. restitu. §. formatis. uers. sed q̃rit̃. ubi mulier põt ꝑmutare dotale ꝑdiũ uel in pecunia uel in alio fundo. Itẽ & cũ uiro, si in hoc uersetur utilitas mulieris. l. cum hĩ. §. penult. ff. de trãsac. siue rem cum re, siue rẽ cũ pecunia, & pecunia ẽt dotalis poterit in prædia conuerti. l. si mulier. ff. de pac. dot. Idem ibi uult Ioã. Andr. in additione inci. & l. fi. ubi fundus uel res ꝑmutata est dotalis, allegat dictã. l. ita cõstãte: cũ l. sequẽti. Roma. in consi. 201. col. 2. in princ. in uersi. 2. quod licet. dum inquit, ꝙ emptũ ex pecunia dotali pręsumitur dotale.

Secundo facit, quod scribit Bald. in l. eleganter. in noua additione ex lectura antiqua in uersi. tu dicas, ꝙ ibi datio in solutum. dum uult quod † datio in so-
3 lutum unius speciei pro quantitate in dotem promissa non cadit in speciem contractus emptionis sed in contractu dotis, in quo in obligatione est rem dari. l. prima, C. de iure dot. & probatur: quia maritus possidet titulo dotis & non emptionis lege ita constante. ff. de iure dot. & uult ibi Bal. quòd in dote sit species & illa restituenda non quantitas.

Tertiò moueor ex scriptis per Oldra. in consi. 245.
4 ubi uult, ꝙ † si facta fuit promissio dotis in pecunia & deinde cõmutatio pecunię in res, ipsę res efficiunt̃ dotales & restitutioni subiectę, per dictã. l. ita cõstãte. & sequẽtẽ, de iure dot. & l. si mulier in tertio respõso. ff. de pac. dot. Nec habet obstare (s̃m eũ) si dicatur, quòd in instrumento sunt hæc uerba habendum, tenendum possidendum & quicquid sibi & liberis suis seu hæredibus & successoribus &c. per quę uerba diceret aliquis esse cogitatum de hæredibus ipsius mariti, & per consequens de perpetua translatione in ipsum: Quia respondetur, quod illa uerba debẽt referri ad liberos B. filiæ, de qua ante erat habita ratio immediata. l. si idem cum eodem. ff. de iurisd. omn. iud. uel saltẽ ad cõmunes liberos & hoc casu pactum illud uires nõ haberet morte uiri disoluto m̃rimonio. l. 2. ff. de pac. do.

Nec similiter refragari uidetur, quod in casu ipsius Oldr. res erant datæ estimatæ uera estimatione nomine uxoris, quia dicit, quod etiam dato quòd res ipsæ datę fuissent æstimatæ uera æstimatione marito nomine proprio. Tamen ꝙ illud qđ datur contẽplatione mulieris ab ipsa muliere profectum uidetur. l. dedit dotẽ. ff. de colla. bono. & perinde est acsi ipsa dedisset.

Verumtamen eis non obstantibus habita super his matura consideratione contrarium de iure arbitror, quod dicti emptores & tertij possessores molestari non possit a dicta domina Camilla, sed per eam agendũ sit cõtra hęredes domini Georgii pro cõsequutione scutorũ mille & centum in pecunia numerata, quod demõstrat̃. Quoniã dicta bona tẽta & possessa per tertios possessores fuerunt eis uendita per dictũ dominum Georgium, cui fuerant data insolutum esti-
5 mata, ergo uendita: quoniam † datio insolutum habet uim uenditionis, & receptio insolutum emptionis & sic datio insolutum æquiparatur emptionis & uẽditioni. l. si prędium. C. de euict. l. fi. ff. quibus ex cau. in pos. ea. quod maximè procedit quando fit talis datio pro pecunia, quæ debebatur gl. & doct. in l. eleg. in princ. de pign. action. Bar. in l. libera. C. de sent. & interlo. om. iud. Ruin. in consi. 172. in princ. uol. 1. & 134. nu. 1. uol. 4. Paris. in consi. 11. nu. 42. uol. 1. Aret. in consil. 160. columna. 7. uers. uenio ad quartam. ubi inquit, dationem insolutum, quæ fit pro pecunia, esse quandam emptionem & uenditionem, cum huiusmodi contractu forma reperiatur res & pretium Cephal. in consi. 264. nu. 8. cum nonnullis sequentibus Soc. Iun. in cõsil. 118. nu. 9. uol. 2.

6 Secũdo † quia æstimatio fundi, qui pro dote traditur, facit emptionem. l. quoties. ubi Bal. & alij. C. de iure dot. Ruin. in consi. 134. nu. 2. & 4. uol. 4. Paris. in cõsi. 81. nu. 11. uol. 2. Soc. Iun. in consi. 141. nu. 1. uol. 1. & 118. columna secunda, uolumine tertio. gloss. in l. inter uirum. & in l. plerunque. ff. de iure dot. doctores in l. ex conuentione. C. de pact. Alexandr. in consilio 79. columna secunda, uolumine quinto, Socin. in consi. quinquagesimosexto, uersi. septimus casus. uolumine primo, Dec. in consi. 160. columna secunda. Rub. Alexan. in cousil. quinto, in princip. Ruin. in consi. 134. columna secunda, uolum. 4. ubi post Bald. in dicta. l. si inter. dicit, quod unus contractus occultatur, scilicet, emptionis & alius exprimitur, scilicet, dotis, & cleri manu de uno transit in alterum, ut alias habetur in l. singularia. ff. si cert. petat. Socin. Iun. in consili. quadragesimoprimo, numero undecimo, uolumine primo, & in consi. 6. numero quarto, uolumine secundo, quod equidem fauore mulieris indu-

inductum fuit: quia ubi facit emptionem, periculum dotale peremptionis ipsius rei pertinet ad ipsum maritum lege, quod si per eam. de iure dotal. Bart. in l. si cut certo. §. nunc uidendū. ff. commoda. Paul. de Cast. in lege, si æstimatis. in fi. pen. col. ff. solut. matr. ex quo in ipsum trāsit directum dominium, ideo capitur ista præsumptio, vt talis æstimatio faciat emptionē: quia illud est fauorabile ipsi mulieri, ubi res fuit iustè æstimata. lege si æstimate. ff. de iure dot. & ideo a tali præsumptione iuris non est recedendum, nisi explicite dicatur. Rub. Alex. in consi. 5. col. 5. in princi. Bero. in cō si. 63. nu. 8. uersi. 4. casus. uol. 3. Cum igitur ista bona fuerint data insolutum & æstimata, quæ æstimatio facit emptionem, ut dictum est, sequitur quod non sint dotalia sed propria ipsius mariti, adeo quòd potuerunt per maritum alienari sine alio consensu mulieris, ut notat Imol. in l. si æstimatis uersi. Item attēde.

7 ff. solu. matr. ubi dicit, quod † quando æstimatio facit emptionem rerum dotalium, fundus ex toto definit esse dotalis, adeo quod sine consensu mulieris potest per maritum alienari tanquam res propria. Bero. in consil. 63. nu. 6. uol. 3. uersi. quintus casus. ubi tradit, quòd quādo dos a principio fuit promissa in quātitate, de inde pro solutione & satisfactione dotis promissæ fuit res aliqua mobilis seu immobilis assignata pro tota dote uel eius parte, tunc illa res nullo modo dicitur dotalis sed propria mariti ac suorum hæredum & successorum: quia cēsetur uendita marito: quoniā datio rei in solutum pro quantitate promissa dicitur in se uenditionem continere, per iura ibi per eum citata. Coras. in l. frater à fratre. nu. 204. ff. de condit. in deb. ubi si res in dotem data fuit, electio non est mulieris. l. quòd si fundus. ff. de fund. dot. l. 1. C. eo. ti. quia dicta æstimatio transfert plenū & liberum dominiū in maritum. l. quoties. C. de iure dot. Socin. Iun. in cō si. 6. nu. 4. uol. 2. ubi inquit, quòd quando prædiū fuit datum. æstimatum in dotem: quia æstimatio facit emptionem, prædium efficitur liberè mariti, ut est text. in dicta. l. quoties. & quod hæredes mariti facta restitutione æstimationis poterunt retinere prædium & in consi. 118. col. j. uol. 3. ac in consi. ult. col. pen. & fina. uol. 3. Bero. in consi. 165. nu. 39. uol. 5. ubi concludit, quòd cum marito fuerint assignata tot bona immobilia æstimata, & data in solutum pro quantitate pecuniæ promissæ, quod ipse maritus est effectus debitor quantitatis & summæ pecuniæ & non illorum bonorum immobilium, adeo quod in casu restitutionis dotis non potest agi contra maritum uel hæredes suos ad bona æstimata sed ad quantitatem pecuniæ, per dictā legē quoties: Videtur enim maritus emisse seu habuisse illa bona ex causa emptionis & non dotis, ad notata per gloss. in d. l. si inter.

Secundò facit alia communis conclusio, quæ habet, quod † quando marito dantur prædia æstimata pro

8 dote pro se. & hæredibus suis, illa uerba demonstrāt, quod maritus illa recipiebat nomine proprio & nō uxoris, ut per Corne. in consi. 122. col. 3. uesic. tamen his. uol. 1. Bero. in consi. 63. num. 11. uol. 3. quod & sentit Oldra. in consi. 245. col. 2. At in casu præsenti dicta datio insolutū æstimata, fuit facta domino Georgio

9 pro se & suis, quod † uerbum suis exponitur pro hæ

10 redibus. Alex. in consi. 26. col. 2. uol. 5. ubi † feudum concessum pro se & suis intelligitur pro hæredibus. Illustrissimus Cardinalis Simoneta in consi. 25. inter consilia status Montisferrati, & tāto magis id admitti debet, cum in dicto instrumento dationis insolutū dicta uerba pro se & suis sunt posita in tribus uel quatuor locis, quæ uerba geminata multum operantur ad demonstrationem, quod intentio contrahentiū fuerit, ut dicta prædia æstimata transeant nedum ad dictum domi. Georgium sed etiam ad eius hæredes,

11 quod secus esset si dicta prędia forent dotalia. Nā † geminatio multum operatur. l. balista. ubi Doctores. ff. ad Trebel. Cephal. in consi. 152. nu. 79. & 192. nu. 18. & fortius triplicata, argumento eius quod de ultimo matrimonio inquit Ang. in §. hoc de eo. in fin. in auth. quom. opor. epis. Dec. in consi. 304. col. 2. Craue. in cō si. 54. col. 2. Bursat. in consi. 104. nu. 23.

Tertiò dicitur, quod in dicto Instrumento dationis insolutum rerum æstimatarū dicitur, quod datur imper-

12 petuum, quod † uerbum significat idem quod sine fine. l. falso. iuncta gloss. C. de diuers. rescript. l. pure. §. fina. ff. de dol. excep. Paris. in consi. 20. nu. 13. uol. 1.

13 ubi inquit, quòd † dictio in perpetū sepius repetita, ut hic habet tractam successiuum & importātem perpetualitatem & non personalitatem, ut uolunt doctores per illum text. in l. fordidorum. C. de excu. mune. libro decimo, sed si nos diceremus, quod ista datio æstimata esset dotalis sequeretur quod maritus non haberet illam in perpetuum, si in casu restitutionis illa fuisset uxori uel hæredibus restituenda, & sic reuocabiliter & non perpetuò data fuisset l. unica. C. de rei uxo. actio. igitur ut dictum uerbum suum operetur effectum dicendum uenit, quòd dictæ res datæ in solutum æstimatæ non sunt dotales.

Quarto accedit pactū apud appositum ipso Instrumento dationis in solutum, quòd liceat ei uendere cui uel quibus dare, uendere, aut aliter à se alienare uoluerit semel & pluries, quę clausula operatur, ut res pleno iure & irreuocabiliter dicantur datæ, alias illa clausula nihil operaretur, si dicta datio in solutum esset dotalis, cum maritus non posit uendere rē dotalem toto tit. ff. & C. de fund. dota. Bero. in citato consi. 63. nu. 11.

Quintò, hoc suadetur etiā ex pacto apposito in dicto instrumento, quòd teneretur gener infra certum tempus reddere & reuēdere pro eadem quātitate, nā si maritus, cui res datæ sunt insolutum, se obligauit per pactum reuendere, sequitur quòd per hanc dationem marito facta fuerit alienatio: quoniam retrouenditio pręsupponit uenditionem primo loco factam, lege secunda, cum materia. C. de pac. inter empto. & uend. Bero. in allegato cōsi. 63. nu. 2. uol. 3. ergo prædicta æstimata data in casu nostro dicuntur data tali ęstimatione, ut faciant emptionem.

14 Vltimò dicitur, quod † tantum mulieri datur actio in rem contra tertios possessores pro recuperatione rerum ęstimatarum datarum in dotē uiro, quando mulier pro dotibus suis non posset habere regressum ad alia bona mariti, & sic in subsidium. l. in rebus. ubi cō muniter doctores. C. de iure dot. Bart. in l. ex persona. C. de iure dot. l. si ut Pōponius. C. de rei uind. Negusan. in trac. de pigno. charta 97. col. 2. Coras. in l. frater à fratre. nu. 203. ff. de cond. indeb. Soc. Iun. in consi. 141. nu. 13. uol. j. ergo secus quando extant alia bona mariti, in quibus potest sibi satisfieri pro dotibus suis, ut in casu de quo agitur.

15 Non † obstat in cōtrarium oppositum. & in primis tex. in dicta. l. ita cōstate. cū. l. sequenti ff. de iure dot. Quia respondetur cum Alex. in l. si cum dotem. §. fi. uel si. in quantum autē. ff. solut. matr. quòd res empta ex pecunia dotali efficitur mea, si uoluntate mea & ad utilitatem meā empta fuit, & ita procedit d. l. ita constante. iuncta l. res ex pecunia. de iure. alias nō efficitur dotalis, ut not. gloss. in l. ex pecunia. C. de iure dot. Soc. in consi. 224. col. 2. uersi. nam licet. uol. 2. Bero. in consi. 163. nu. 10. uol. 1. Bart. in dicta. l. ex pecunia. ubi legem ipsam intelligit, nisi aliter ab utraque

parte actum esset allegat dictam.l.ita constante.& l. res in dotem data.Soc.Iun.in cons.113.nu.11.uol.3. ubi inquit,ꝙ isto casu non potest dici dotem in pecunia numerata existẽtem mutatam fuisse in prædia, ut sic dicantur dotalia:quoniam licet talis mutatio aliquando permittatur inter coniuges etiam constante matrimonio, d.l.ita constante.l.si mulier dotem. in fi.ff.de pac.dot.tamen illud procedit duobus concurrentibus,scilicet,quòd ita inter eos sit cõuentiũ, quodque mulieri sit utile,rursus in consi.ultimo colum.fi.uolum.eod.Tiraq.in trac.de re trac.charta mihi 665.nu.26.

Secundò respondetur,ꝙ illa iura intelliguntur saltem in subsidium,uidelicet,quando aliunde non posset haberi dos,argumento eorum quæ habentur in l. quoties & in l.si ut proponis.ubi Bart.C.de rei uind. per tex.in l.uxor a marito ff.de donatio.inter uir.& uxor.Bart.in l.ex pecunia.C.de iure dot.Negusan.in trac.de pigno.charta 87.col.2.Bero.in consi.165.col. pen.& fin.uol.2.Socin.Iuu.in citato consi.ultimo colum.fi.uersi.3.si uir.

16 Tertio non obstat decisio Bal.in dicta.l.elegãter. Quia respondetur,Bal.malè loqui:quia contra l.quoties.& alia iure,de quibus supra,dũ in eis dicitur,emptionem fieri per solutionẽ speciei pro quãtitate in dotem promissa,& contra communem opinionẽ doctorum uolẽtium,eo casu uideri factam emptionem.

Itẽ responderi potest,quod illa noua additio Bal. in dicta.l.eleganter.fortè nõ est Bal.sed ei attributa: quoniam non est credibile, quòd Bal.ita contra oẽs & contra seipsum loqueretur, ita respõdet Soc.Iun. in consi.ult.col.fi.uersi.& propterea alias dicebam, uol.3.ubi etiam dicit,ꝙ etiam posito ꝙ sit sua:quia sepissimè sibi contrariatur,nullo modo illa sua sententia est attendenda,sed reiicienda secundum communem opinionem.

17 Quartò †non obstat consilium Roma.201. Quia respondetur secundum Soc.ubi supra,in uers.quoniam respõdetur ꝙ Roma.loquitur,quando maritus ex pecunia in dotem recepta emit speciem aliquam nomine uxoris:quia tunc fatendum est fieri conuersionem dotis pecunia in speciem, si uxori expediat. Nam eo ipso ꝙ maritus emit nomine uxoris cõstat,quòd uult rem emptam esse dotem, aliàs ad uxorem non pertineret.Vnde si illi expedit, & uelit dotem esse in specie empta audienda est, sed hoc nihil ad propositum nostrum, in quo prædia per maritum fuerunt empta nomine proprio.

Quintò non obstat etiam consilium Oldra.Quia respõdetur,quòd in casu suo emptio facta fuit nomine uxoris: quia rectè intuenti dos primò in pecunia fuit constituta per promissionem & deinde facta est cõmutatio pecuniæ in res per maritũ nomine mulieri receptas,& in secunda col.ibi.unde leges &c.quo casu militant ea.quę supra dicta fuerunt,dum respon sum fuit ad consilium Rom.quæ non repeto.

Nec habet obstare si dicatur, quòd etiam Oldra. uult,quòd dato fine præiudicio, ꝙ res datæ fuissent æstimatę uera æstimatione,& marito suo proprio nomine recipienti, quòd res dicuntur dotales;quia id quod datur contemplatione mulieris ab ipsa muliere profectũ uidetur:Quia respondetur, quòd Oldra. loquitur contra commumem, de qua supra,ubi doctores uolunt,quòd res datæ in dotem uiro iusta æstimatione nõ sunt dotales sed faciunt emptionẽ & uẽditionem.unde in dicto ipsius nulla uis fieri potest, sed standum est communi decisioni,de qua supra.

Vltimò nõ obstat,quòd illa clausula ad habendũ, tendum &c.de qua ibi per Oldra.nõ important facultatem alienandi:Quia pręsuppo sita opinione Oldra.quam pro nunc non approbo, dico quòd in casu nostro sunt uerba magis aperta, ubi datur facultas recipienti pro se cui uel quibus dare,uẽdere, aut aliter a se alienare uoluerit semel & pluries.Quæ uerba important,ut alienatio fieri possit unicuique & non talibus: Vnde cum uerba sint clara ab eis non est recedendum.l.non aliter.de lega.3.Vnde ex his concludẽdũ esse arbitror,quòd ex quo dicto domino Georgio pro restanti quantitate pecuniarum eidẽ promissarum pro dote dominę Camillę uxoris fuerunt data prędia in solutum iusta æstimatione, quæ facit emptionem, quod ipse effectus fuit tantum debitor uxoris suę de quantitate scutorum mille & cẽtum, adeo quòd in casu restitutionis dotium ipsius dominę Camillę ea nõ potest agere contra tertios emptores & possessores dictorum prędiorum eisdem uẽditorum per dictum dominũ Georgium pro consecutione ipsorum prędiorum uti dotaliũ,sed tantum contra hęredes mariti pro dicta quantitate scutorum mille & centum iuxta dictam.l.quoties.C.de iure dot.

SVMMARIVM.

1 *Articulus,an contra iuramentum in litem præstitum parti admittatur probatio in contrarium, est ambiguus.*

2 *Iuramento alicuius licet sit standum, & contra illud admittatur probatio in contrarium, tamen id locũ habere non videtur, si ille contra quem est iuratum fuit contumax, vel in dolo: quia tunc nõ admittitur probatio contra Iuramentum.*

3 *Iuramento alicuius licet stari debeat vbi à lege uel statuto ita disponatur, tamen illud intelligitur,nisi per aduersam partem contrarium probetur.*

4 *Aliud est,quòd iuramentum ad probandum sufficiat, & aliud quòd aliæ probationes reijciãtur, cum sint diuersa.*

5 *Lex vel statutum unum disponens, aliud censere non uidetur.*

6 *Lex vel statutum exorbitans à regula iuris communis strictè est interpretandum.*

7 *Probationum facultas fauorabilis est, & temerè non coangustanda.*

8 *Statuto, & caueatur,quòd debitor lapsis decẽ annis liberetur,iurãdo debitum esse solutum, tamen potest probari contrarium.*

9 *Ignorantia quamuis probetur per iuramentum illius qui dicit se ignorasse,tamẽ contrariũ probari potest.*

10 *Deponens cistam,uel ualisiam penes aliquem,si illa reserata uel disigillata reddatur, & stetur Iuramento deponentis & allegantis aliqua ex ea abstracta, tamen contra dictum Iuramentum admittitur probatio, si depositarius uoluerit probare, ꝙ in cista vel valisia non erant tot res allegatæ per deponentem.*

11 *Iuramento damnum passi, qui iurauit æstimationem rerum suarum tantum ualere, licet standum sit, tamen contra ipsum Iuramentum admittitur probatio in contrarium.*

12 *Iura omnia communia,statuta,& decreta, quæ disponunt,quòd credatur Iuramẽto damnum passi uel creditoris seu camparij & saltuarij uel alterius officialis,recipiunt probationem in contrarium.*

Lege

13 *Lege uel statuto non obstante, quibus caueatur, aliquem posse in litem iurare in odium uel contumaciam alterius, & uigore prædicti Iuramenti in litem lata fuisset sententia, nihilominus contra ipsum Iuramentum & sententia (secundum communem) potest probari in contrarium.*

14 *Probatio per Iuramentum concessa à lege uel statuto plus non debet operari quàm probatio per testes, contra quam admittitur probatio in contrarium.*

15 *Lex diuina, quæ disponit, quòd in ore duorum uel triũ stet omne uerbum, tamẽ recipit probationem in contrarium.*

16 *Iurans falsum, partem & Deum offendere dicitur.*

17 *Committens uerè delictum, tantum hominem lædit, seu Iudicem contemnit.*

18 *Dolus semper præponderat culpæ.*

19 *Declaratio ad text. in l. penult. §. in eum. ff. ne quis eum qui.*

20 *Declaratio ad text. in authen. nouo iure. C. de iud.*

CONSILIVM LXXXVII.

1 QVIA articulus, de quo agitur an † cõtra iuramentum in litem præstitum parti admittatur probatio in contrarium, ambiguus, est ut inquit Ripa in l. admonendi. nu. 69. uersic. ex his. ff. de iureiur. Ideo opportunum esse duxi, ueritatem ipsius arguere ad utramque partem, & incipiendo à parte negatiua, uideretur dicen-
2 dum ꝙ non. Quoniam † licet uera sit iuris conclusio, ꝙ standum sit iuramento alicuius, & quòd contra illud admittatur probatio in cõtrarium, ut est text. ubi Abb. & cæteri in capit. proposuisti. de probatio. Bal. in c. j. col. 1. uer. & facit statutum. si de inuestit. inter dom. & uasal. lis oriatur. Abb. in consi. 51. uersi. quinto adduco. uol. 1. in c. cõtinebatur. ubi Calde. Gofre. Io. Zoch. & Card. Alex. de desponsa. impub. Saly. in l. 1. per gloss. ibi primam. C. de reb. cred. Ang. in l. qui restituere. col. 2. per illum text. ff. de rei uind. Tamen sententia ipsa locum habere non uidetur, si ille, contra quem est iuratum, fuit contumax uel in dolo: quia tunc contra Iuramẽtum probari nõn potest, ut probatur in l. pen. §. in eum. ff. ne quis eum qui. ubi contra eximentem datur actio ad interesse, æstimandum per actorem etiam si is exẽptum per cõtumaciã in ius uocasset, & sic eo in casu lex uelle uidetur, Iuramentum solum attendendum esse, & contra illud probari non posse.

Secundò per tex. in authent. nouo iure. C. de iud. ubi taxatione facta de expensis & secuto Iuramento in odium contumacis, iudex habet sequi iuramentum, nec in hoc non debet esse clementior lege. §. oportet. in authen. de iud. & ita uidetur esse de mẽte Bartol. post Iacob. Butrig. ibi dum dicunt, quòd taxatio ueniret contra Iuramentum, sentientes quòd iudex tunc non possit per suam interlocutoriam detegere peiurium.

Tertio, ista sententia probatur auctoritate Imol. & Roma. in l. qui bona. §. qui damnl. ff. de dam. infec. Innocen. in cap. cum dilectus. de ord. cogn. & ita sentire uidetur Bart. in l. admonẽdi. ff. de iureiuran. dum uult, quòd sententia lata prætextu iuramenti præstiti in casu capituli fina. quod met. cau. & l. si quando. C. unde ui non retractatur per instrumenta de nouo reperta. Butr. in c. fina. de iureiur. Bal. in l. 3. §. ait prætor. ff. de iureiuran. Ang. in tract. malef. in uerbo nec non ad denuntiationem. nu. 15.

Verum maturius & diligentius considerãdo, sententiam contrariam, uti magis æquam & cõiter receptam, amplectendam arbitramur, ꝙ imò in casu, de quo agitur, dominus Albertus de Trotis admitti debeat ad probandum contrarium eius, quod iurauit dominus Hieronymus de Siluciis. Quod probatur ex infrascriptis, & Primò, quia clara est doctorum sen-
3 tẽtia, ꝙ † ubicunque a lege uel statuto disponitur, ꝙ stetur iuramento alicuius, illud intelligitur, nisi per aduersarium probetur in contrarium. glo. in l. 2. §. si absens. ubi Castren. Soc. Alex. & Ias. ff. si ex noxa. cau. aga. Iacob. Butrig. Bal. & Salicet. in l. 1. C. de re iud. Cato Sachus Ptolo. Cur. Sen. & Ripa in l. admonẽdi. ff. de iure iur. Cotta in Memori. suo incip. damnum.
4 Inno. Imol. & Abb. in c. fi. quod met. cau. Nam † aliud est, ꝙ iuramentum ad probandum sufficiat, aliud est ꝙ aliæ probationes reiiciantur, cum sint ualde diuersa. Bald. in c. nonnulli. col. 3. num. 11. de rescrip. unde
5 † lex uel statutum unum disponẽs, aliud censere nõ uidetur. Abb. Fely. & Dec. in dicto ca. proposuisti. de probatio. Dec. in capit. cognoscentes. de constitutio-
6 nibus: quia † lex uel statutum strictè est interpretandum, tanquam exorbitans à regulis iuris communis. cap. cum dilectus. de consue. l. 2. C. de noxa. & quia
7 uersa uice † facultas probationum est fauorabilis, & temerè non coangustanda. l. quoniam, in fi. C. de hæret. Phanu. in trac. de iureiu. in 9. par. nu. 11.

Secũdò facit, quod scribit Rom. in consi. 102. col.
8 2. dicens, ꝙ † si statuto caueatur, quod debitor lapsis decem annis liberetur iurando debitum esse solutũ, potest tamen probari contrarium. per l. uideamus. §. Item uidendum. iuncta l. fi. ff. de in lit. iur. Rursus in consi. 241. in princ. Paul. de Castro in consi. 163. in antiquis, Fel. in c. fi. nu. 7. uer. dixit de præscrip. Grat. in respõso 201. in fi. uol. 2. Paris. in consi. 66. nu. 102. uol. 3. Imol. in cons. 123. col. pen. Tiraquel. in trac. de retrac. folio mihi 411. nu. 1. Phanu. in trac. iureiur. part. 3. mume. 9.

Tertiò accedit, quod uoluit gl. in uer. affectata. in
9 cap. eos. de temp. ord. in 6. ubi † & si ignorantia probetur per iuramentum illius, qui dicit se ignorasse c. si uero. il 2. de sent. excom. c. fi. qui matr. accusa. pos. tamen potest probari contrarium. Roma. in l. admonendi in 15. col. de iureiur. ubi etiam Ias. Fely. in ca. cognoscentes. col. fi. ubi etiam Dec. constit. in 2. lect. col. fina. Mars. in rubrica. C. de probatio. col. 28. Felyn. in cap. quondam. colum. fina. uersic. 6. est aduertẽdum. de præscrip. Curt. Sen. in dicta l. admonẽdi. nu. 351. uer. 3. mouetur.

10 Quartò confirmatur hæc sententiam. Nam † si qui penes aliquem deponit cistam uel ualisiam, & illa uel reserata uel disigillata reddatur, si deponens alleget ex ea aliqua abstracta, statur eius iuramẽto respectu eorum, quæ in ipsa extabãt propter dolum depositarii, qui illico arguitur ex eo quod restituit cistã uel ualisiam reseratã uel disigillatam, qui pro bidus non est. Sali. in l. j. §. si cistam. ff. depos. ita limitando tex. in l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. Roma. in l. in actionibus. ubi etiam Alex. nu. 17. ff. de in lit. iur. & tamen admittitur probatio in contrarium, si depositarius uoluerit probare, quòd in cista uel ualisia non erant tot res. Plot. in l. si quando. num. 415. C. unde ui Paris. in consi. 74. nu. 6. uol. 1. Menoch. in trac. de arbitr. Iud. casu 208. in fi.

Quinto

Quintò corroboratur huiusmodi pars ex dictis Angel.in l.qui uaf.in princ.ff.de fur.per illum tex.in uerfi.cur.uas obtulit, ubi dicit,quòd cum de iure cõmuni per text in l.si quando.C.unde ui, dispositum
31 sit,q† de damno uel robaria statu, iuramẽto damnũ passi, qui iurauit æstimationem rerum suarum tantũ ualere,tamen q aduersarius , qui damnum dedit,poterit probare contrarium,Ias.in d.l.si quando.col.5. in fi.uersi.quid tenendum.ubi dicit,ueram esse sententiam Inno.ibi per eum relati.& in casu dictæ.l.si afferuntur probationes ad instãtiam partis, iudex potest diminuere taxationem . Curt.Sen.in dicta.l.admonẽdi.nume.353.uersic.unum addendum putaui.Plot.in ipsa.l.si quando. §.49.num.22.ubi.inquit limitandã
32 esse illam.l.& cap.si.quod met.cau.& † omnia Iura cõmunia & statuta,& decreta,quibus , cauetur credi iuramento damnum passi,uel creditoris,seu camparij,uel saltuarij , uel alterius officialis,ut procedant,nisi pars accusata uel conuenta uellet probare contrarium.

Sextò accedit text.in l.uideamus.§.1.ff.de in lit. iur.ibi.& magis est,ut ex magna causa & postea repertis probationibus possit. & sic ibi est tex.quod iuramento in litem potest retractari per probationes postea repertas.Curt.ubi supra num.350.Phanut.in trac. de iureiuran.in tertia part.nu.11.Plot.in dicta.l.si quando.§.49.nume.22.& nu.24.uersi.& in tantũ.
33 ubi dicit,q † nõ obstante lege uel statuto,quibus cauetur,aliquem posse in litẽ iurare in odium uel cõtumaciam alterius, & uigore talis iuramenti in litẽ præstiti fuisset lata sententia , quòd potest nihil minus cõtra ipsum iuramentum & contra sententiam latã uigore dicti iuramenti probari contrariũ,secũdum communem opinionem.

34 Penultimò facit.nam † ista probatio per iuramentũ concessa à lege uel statuto nõ debet plus operari quàm probatio per testes,quæ de iure communi admittitur,& nihilominus recipit probationem in cõtrarium.l.cum de indebito.ff.de probation.l.in exercendis.C.de fide instrum.Paul.de Castro in lege qui bona.§. quæ damni ff.de damn.infec.Curt.Sen.ubi supra num.353.uersi.2.moueor.Phanu.ubi supra nu.
35 11.ubi inquit,hoc esse uerũ;quia † lex diuina,dicit, quòd in ore duorum,uel triũ stat omne uerbum c.in omni.de testibus c.relatum.de test.& tamen contrarium probari potest : Ratio etenim præmissarum conclusionem est:quia & si dolus & contumacia il-
36 lius,contra quem iuratum est,præcesserit, †tamẽ maior est dolus falsum iurantis , qui partem & Deum offendere dicitur c.debitores. de iureiuran.l.2.C.de
37 reb.cred.quam sit delictum illius † qui tãtum hominem lædit,seu iudicem contemnit.Dolus enim semper præponderat culpę.l.Item si obstetrix.in fi.ad legem aquil.cum non debeat licere iuranti se uindicare aduersus cõtumacem seu delinquentem peiurando l.si quis à se fundum.C.ad l.Iul.de ui publ.Curt.ubi supra nu.352.uersi.ab hoc.Cum igitur ita à Iure statuatur utique dicẽdũ uenit,quòd in casu nostro probatio in contrarium admittatur.

Superest modo ut adducti in cõtrarium respõdea
39 tur,&†deueniendo ad primum fundamentum dictæ l.pen.§.in enim.respõdetur,q illud,quod ibi dicitur, fuit statutum in pœnam propter grauitatem delict. Item & ubi constat de mente legis,quæ ultra procedit disponendo,q præcisè iuramentum attendatur, quàuis actor calumniatus sit. Secus in quæstione nostra,in qua lex loquitur simpliciter,& uidetur considerare interesse,& intẽtio eius non uidetur fuisse,q aliter cum falso Iuramẽto lucretur,nisi aliter de mẽte legis appareat.ita Dec.in c.proposuisti.num.4.de proba.Phanu.in dicto trac.de iureiur.in 3.par.nu.9. ubi etiam alio modo respondet.

40 Secundò † non obstat tex.in auth.nono iure.C.de iud.Quia respondetur,q illa auth.intelligitur , nisi in contrarium facta fuisset probatio,secundũ Inno. in c.si.quod met.cau.ubi etiam Ioan.Andr.& Butr. Imol.in l.ait prætor.§.j.& in l.quod iussit.de re iud. dicentes.q dicta auth.intelligitur , quando taxatio fuit facta,& pars aduersa non contradixit. & probationes in contrarium non fecit,alioquin secus.

Vltimò non obstant auctoritates Roma.& Imol. in contrarium à legatæ:quia contra eos est communis opinio,ut attestantur Dida.in 2.li.uariarũ resolutionum nu.17.uersi.4.uero.Plot.in dicta.l.si quando. §.49.nu.26.Imò magis recepta doctorum sententia, ut inquiunt.Curt.Sen.in d.l.admonẽdi.nu.352.in fi. Ripa nu.69.Tiraq.in trac.de retrac.fol.mihi 412.nu. 3.uer.sed prior,& Phanut.ubi supra nu.9.

SVMMARIVM.

1 *Negans se possidere prædium nomine proprio,sed alieno,si conuincatur de mendacio aufertur ei possessio, & in actorem transfertur in pœnam sui mendacij. & nu.8.amplia,ut in nu.10.*

2 *Fideiussor si negat se fideiussisse , & conuincatur de mendacio , perdit beneficium diuisionis epistolæ Diui Adriani,excussionis & cedendarum , declara ut in nu.18.*

3 *Negans scripturam manu propria scriptam,si conuincatur exceptionem non numeratę pecuniæ amittere uidetur.*

4 *Emphiteuta negans rem esse emphiteuticam , si de mendacio conuincatur , iure emphiteutico priuatur.*

5 *Negans se socium perdit beneficium legis, ne exigatur ultra quàm facere possit.*

6 *Vasallus,si negat rem esse feudalem , priuatur feudo,si conuincatur.*

7 *Maritus , qui habet beneficium , ne exigatur ultra quàm facere possit , si negat matrimonium & conuincatur , perdit tale beneficium. declara ut in numero.19.*

8 *Tenentes res alienas regulariter non tenentur illas restituere,nisi actor de iure suo probauerit.*

9 *Requisita ad obtinendum in remedio legis fina.ff.de rei uind.*

10 *Actor eo ipso quòd reus negat se possidere,cautus esse debet,ut petat à Iudice quòd mittatur in possessionem rei negatæ tanquàm uacantem,& iudex debet illum mittere.*

11 *Reus,qui negauit se possidere nomine proprio sed alieno,confessionem suam negatiuam reuocare potest , antequàm lis contestetur, & actor onere probationis grauetur.*

12 *Confessio facta in Iudicio tendens ad præparationem Iudicii ante litem contestatam reuocari potest.*

13 *Reus conuentus , negans se possidere cum iuramento, potest reuocare eius confessionem ante litem contestatam.*

14 *Testis sicut potest eius dictum incontinenti corrigere, ita & pars eius confessionem negatam reuocare.*

15 Nega-

15 *Negationem per pœnitentiam reuocare licet ante consumatum delictum ad euitandam pœnam.*

16 *Possessio ut transferatur in actorem inter alia requiritur, quòd actor probauerit reum possidere, & sic quòd assumpserit in se onus probandi, secus si antequam probauerit constet reum possedisse.*

17 *Hæres negans rem esse hæreditariã conuictus de mẽdacio, licet perdat falcidiam, tamẽ hoc limitatur locum habere, nisi talis negatio fuerit ante litem contestatam reuocata.*

18 *Statutum si dictat, quòd confitenti maleficium limitatur tertia pars pœnæ, & quis negauerit maleficiũ sed postea consequitur, consequitur tertiam partem pœnæ, dummodo ante litem contestatam confessus fuerit.*

CONSILIVM LXXXVIII.

1 QVOD † dom. Antonio de Campo, qui negauit nomine propriò sed alieno possidere prædia, de quibus agitur, & qui cõuictus fuit mendacio, auferri debeat bonorum ipsorum possesio, & in Do. Frãciscum de Trouate actorem transferri in pœnam sui mendacij faciunt infrascripta. Primò, quia nemini dubium
2 est, ꝙ † si fideiussor negat se fideiussisse & conuincatur de mẽdacio, perdit beneficiũ diuisionis & epistolæ diui Adriani. ut not. in l. si dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuss. quoniam secundum Bal. ibi, negat id, qđ est cã beneficii sui. l. sed hoc ita. §. quod autem. ff. de re iud. Bald. in auth. contra qui propriam. col. 3. C. de non nu. pecun. ubi inquit, fideiussorẽ uigore dicti mẽdacij amittere beneficium excussionis & beneficium cedendarum, Ias. in l. 1. col. pen. uersi. circa prædicta. C. de transac. in l. quod te. col. 9. in princ. uersi. nunquid. ff. si cer. petat. in §. Item si quis. col. 15. de actio. uersi. probo tamen. Mars. in rubrica. ff. de fideiuss. nu. 19. & 324. Alex. in l. licet. §. licet. col. 2. solut. matr. & in addit. ad Bar. in dicto §. ita demũ. Anton. Gabr. in suis com. opin. in tit. de acqui. uel amit. pos. conclus. 5. num. 13. Ang. in §. si plures. col. 5. de fideiusso. Iacob. de Sancto Georgio in inuestit. sua feud. in uerbo dictique uasalli promis. nõ commit. felo. col. 11.
3 Secundò facit. Nam † debitor, qui negat scripturam manu propria scriptam, si conuincatur, amittit exceptionem non numeratæ pecuniæ, ut est casus. l. expressus in auth. contra qui propriam. ubi Bal. Sali. & alij. C. de nõ nu. pecun. Ias. in l. quod te. nu 30. si cert. petat. Anto. Gabr. ubi supra. 11.
Tertiò accedit, quod uoluit Ang. in l. fi. ff. de rei
4 uind. in j. col. ubi inquit quod † si emphiteuta negat rem esse emphiteuticam & conuincatur de mendacio, ꝙ priuetur iure suo emphiteutico, ut tenuit Inno. in c. cæterum. in fi. de iureiur. Mars. in rubrica de fideius. nu. 125. Port. Imol. in suis com. opin. in lib. 1. reg. 30. col. fi. uers. secus si in emphiteuta. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uersi. 65. Ias. in §. omnium. nu. 87. institut. de actio. Anto. Gabr. in suis com. opin. tit. de acquir. uel amit. pos. conclus. 5. nu. 3. Iacob. de sancto Georgio in inuest. sua feuda. in uerbo dictique uasal. promis. non commit. felo. col. 10. in prin.
Quarto adducitur, quod uoluit tex. in l. si unus. §. fi.
5 pro socio † ubi si quis negat se socium, perdit beneficium legis, ne exigatur ultra quàm facere possit, iuxta l. sunt qui. de re iud. Bartol. in l. ne dubitetur. §. ita demum. de fideiuss. Ias. in dicta l. quod te. colum. 11. si cert. pet. in l. prima, columna penulti. C. de transa. Ange. in §. si plures. columna 2. instit. de fideius. Iac. de sancto Georgio ubi supra, col. 11.
Quinto facit quod uoluit Bald. in c. 1. §. si uasallus. il primo si de feud. fue. contro. inter dom. & agn. ubi
6 † si uasallus negat rem esse feudalem priuatur feudo, Abb. Felyn. & Dec. in c. cæterũ. de iud. Ias. in l. quod te. col. 11. si cert. peta. & in §. Item si quis. col. 15. de actio. Mars. in rub. de fideius. nu. 326. Port. in suis cõmun. opin. lib. 1. regula 30. Ant. Gabr. in dicta sua conclusione 5. in prin. Iacob. de sancto Georgio ubi supra, colum. 9. in fi. Curt. Iun. in tract. feud. in 4. part. in 19. causa priuationis, dominus Osasc. in decisione Pedemon. 29. colum. 2.
Sexto fortificatur hæc sententia ex his, quæ notabiliter scribit Bart. in l. etiam. circa fi. ff. de solut. matr.
7 ubi ait, ꝙ † maritus, qui habet beneficium, ne exigatur ultra quàm facere possit, negando matrimoniũ, per istud beneficium. Ias. in l. 1. col. penult. C. de transac. & in l. quod te. col. 11. si cer. peta. Mars. in rubrica de fideiusso. nu. 327.
Septimò, accedendo magis ad proxima, dicitur ꝙ si actor agat rei uindicatione cõtra illum, qui negat, possidere nomine suo sed alieno, si conuincatur de mendacio: quia per actorem probatum se possidere nomine sũo, debet ab eo incontinenti auferri possessio, & in actorem, etiam nihil probantẽ, trãsferri in pœnam dicti mẽdacij, etiam † ꝙ regulariter tenẽtes
8 res alienas illas restituere nõ teneanẽ, nisi actor probauerit de iure suo. l. fi. ff. de rei uind. ubi notant oẽs Ias. in §. omniũ. col. 5. de actio. in §. Item si quis col. 15. & in §. ex maleficiis. eo. tit. in l. i. col. pen. C. de trãsac. in l. quod te. col. 11. si cert. pet. Abb. Felyn. & cæteri in cap. cæterum. de iud. Abb. in capit penult. de iura. calum. Barba. in consi. 36. col. 3. uol. 3. & in consi. 82. col. 2. uol. eod. Rom. in cõsi. 59. in ultimo dubio. & in consi. 70. col. 4. Afflic. decis. 18. Gra. in cons. 93. nu. 29. uol. 1. & 115. nu. 31. uol. eo. Mars. in rubrica. ff. de fideiusso. nu. 337. Iacob. de Sancto Georgio in inuest. sua feud. in uerbo dictique uasal. promis. non cõmit. felo. col. 10. Ant. Gabr. in d. 5. conclus. in prin. & Port. in citata quæst. 30. in prin. quę cõclusio ampliatur procedere, etiam si reus negans uellet recuperare possessionem infra annum solutis expensis. Butr. & Abb. in c. cum causam. de iureiur. Fely. in c. cæterũ.
9 col. antepe. in fi. de iud. Ant. Gabr. ubi supra: & † eo magis hoc dicendum uenit, cum omnia requisita, ut habeat locum dicta l. fi. interuenerint, quod demonstratur. Nam Primo, dictis dominus Frãciscus actor, interrogauit prætatum dominũ Antonium, an possideret prædia. de quibus agitur, ẽt instruunt Angel. & Ias. in §. omnium. colum. 15. uersi. & prædictis. ubi
10 † dicunt, optimum esse cautelam in pratica, ut actor, qui cõuenit reum, semper in principio iudicij faciat interrogari eum, an possideat uel detineat rem, quia intendit contra eum intentare actionem in rem, & si conuentus dixerit se possidere, poterit postea actor securè cõtra eum agere, quia etiam si in ueritate nõ possideat, tamen est condemnandus, quia ex quo in iudicio respondit se possidere, dicitur liti se obtulisse. l. is qui se obtulit. l. sinautem in princ. de rei uind. Secus tamen esset, si non posset reus cõdemnari, etiã posito ꝙ extra iudicium dixisset se possidere, secundum Bar. in dicta. l. is qui se obtulit. sinautẽ ipse reus conuentus neget se possidere, & tunc si hoc uerũ est non est ulterius contra eum procedendum, sinautem cõpertum sit eum mentiri, quia possidet, cõuẽtus debet sustinere pœnam dictæ. l. fi. quia priuabitur possessione, & illa incontinenti in actorem transferetur. Ant. Gabr. in suis com. opin. in tit. de acqui. uel amit. pos.

pos. conclusione 5.nume.33.ubi ait, necesse, ut primò reus fuerit per actorem interrogatus, si rem peti tam possideat uel ne.per gl.interrogatonibus.in ca. pen.de iureiur.Bar.in dicto.§.fin.ubi uult, ꝙ sit interrogandus, etiam cũ comminatione.Guid.Pap.in consi.3.num.2.

Secundò adest, quod cum dolo respondit, se non possidere proprio nomine sed alieno, cum ignorantia non cadat in re propria, qui dolus lata culpa requiritur, ut habeat locum dispositio dictæ legis finalis, ut per Bal.in c.1.§.uasallus, il primo, per illum textum in uerbo ex certa scientia.si de feudo.fuer. contro.inter domin.& agna.Fely.in c.cęterum.col. pen.& Dec.col.fi.de iud.Alex.in consi.35.uol.5.Roma.in consi.70.col.2.Port in dicta sua questione 30. in uersi.limita primò, & Ant.Gabr.in allegata cõclusione 5.nu.26.ubi multos alios citant.

Tertio, dicta dispositio habet etiam locum in eo, qui dicit se possidere nomine alieno & nõ proprio, si conuincatur de mẽdacio. ita Bal.in dicta.l.fi.post Spec.in lit.de Primo & secũdo decreto.§.restat.uers. sed quid. Hyppol.in sing.242.Affic.in decis.18. Abb.& Butr.in cap.quonia frequenter.§.ꝙ si super. ut lit.non contest.Anto.Gabr.ubi supra nu.18.Port. in citata quæst.30.uersi. amplia etiam.Bar.& Bal.ac Castren.in l.2.C.ubi in rẽ actio.Ias.in §.omniũ.col. 14.uers.unum etiam de actio.Roma.in cons.70.col. 4.uer ult.quæro.

Quarto probatũ fuit, reum possidere nomine proprio sufficit, ut habeat locum dispositio dictæ.l.fi.secundum Abba.in c.pen.nu.18.de iur.calum.omnes in d.l.fi.Anto.Gabr.& Port.ubi supra. Vnde cum omnia requisita, ad hoc ut habeat locum dicta.l.fi.interuenerint, dicẽdum uidetur, ꝙ dictus dominus Ioan. Franciscus immitti debeat in possessionem rerum negatarum ex officio iudicis sine libello seu litis cõtestatione & sine iuramento calumniæ.iuxta glo.in §.illud.il secundo, in authen.de trien.& semis.quam sequitur.Bal.in l.fi.col.pen.C.de execut.rei iud.ubi dicit, non reperiri alibi.Ias.in dicto §.omniũ.nu.89. ubi etiam, Ang.ibi dicit gl.ipsam meliorẽ, quę reperiatur, Anto.Gabr.ubi supra.nu.25.& quam multum not.inquit Bart.in d.l.fi.& tanquam uacantẽ, ut per Cepol.caut.235.Ias.in d.§.omnium. col.17.uersi.ad uerte.ubi ait, ꝙ eo ipso, quòd reus negat se possidere, cautus esse debet actor, ut petat à Iudice qđ mittat in possessionem rei negatę tanquam uacantem, & iudex debet illum mittere.

Verum in casu pręsenti sententiam contrariam omnino tenẽdã esse arbitror, ꝙ dispositio dictæ.l.fi. ex sequentibus sibi locum non uindicet in casu nostro, sed ꝙ admitti debeat reuocatio dictæ cõfessionis factæ per dictũ dominum Antonium ꝙ possideat nomine proprio. Quoniam communi calculo doctorum admittitur, ꝙ † si reus, qui negauit se possidere nomine proprio sed alieno, reuocat suã cõfessionẽ negatiuam, antequam lis contestetur & actor onere probationis grauetur, ꝙ dispositio dictæ.l.fi.locũ habere non potest, Ias.in §.omniũ.col.18.uer.& ex prædictis.instit.de actio.in §.item si quis.nu.87.& in §. ex maleficiis.nu.28.eod.tit.Roma.in consi.59.in ultimo dubio.& in consi.70.col.2. Barba.in consi.36. col.1.uol.3.in cõsi.82.col.6.uol.eod.Bal.in d.l.fi.de rei uindica.Alex.in l.hæreditatum.§.fi.ad l.Falc.Maria.in c.quonia frequẽter §.ꝙ si super.col.pen.ut lit. nõ cõtest.Boer.in uersic.interrogatio in sing.1.& 2. Port.in q.30.in 1.lib.sua.opin.com.Ant.Gabr.in suis etiã com.opin.tit.de acq uel amit.pos.conclus.5.nu. 28.Iacob.de Are.& Cy.in l.electio.§.neque.ff.de noxal.per illum tex.ubi qui negauit seruũ habere in potestate, ut euitet noxale iudicinm, potest postea fateri se habere eum in potestate: Nam in præparatoriis licitum est ante litẽ cõtestatã pœnitere. l. is qui se obtulit.ff.de rei uind.ubi sic inquit formaliter Nota ꝙ † cõfessio facta in iudicio tẽdẽs ad præparationem iudicii potest reuocari ante litem contestatam, nec curo utrum sit actoris captio uel ne. idẽ Ang.in d.l.fi.Natta in cõsi.381.col.2.ubi dicit, ꝙ in præparatorijs iudiciorũ locus est pœnitentiæ ante litẽ contestatã, ita ꝙ potest reus, qui negauit confiteri & quod cõfessus est negare. Nec releuat (secundum eum) dicere, quo dicta negatio nõ potest reuocari, ex quo ius parti iam fuit acquisitum propter exceptionem huiusmodi negationis: Quia respondetur, quod fuit ius quæsitum parti reuocabiliter & non aliter, iuxta id quod habetur in l. in bello.§.si quis seruum.ubi Bar.ff.de capt.Nec ẽt refragatur secundum eundem si dicatur, quod fuit interpositum iuramentum super ipsa negatione, & iuramentum actum ex præsentia reuocabilem reddit irreuocabilem: Quia † respondet Natta, quod in casu præsenti iuramentum nihil obstat: quoniam reus conuentus, qui negat se possidere cum iuramento, si nunc dicat se possidere, secundum ipsius facti ueritatem non contrahit periuriũ, sed a periurio discedit, & in hoc non decipitur actor, si pœnitendo nunc reus uerum fateatur nec mirum esse uidetur, si admittatur huiusmodi pœnitentia in casu pręsenti: quoniam ut inquit Roma.in consi.59.in ultimo dubio ac in cõsi 70.col. 2.tria suadent. ut possit fieri dicta reuocatio negatę confessionis, quorum primum est, quia sicut † testis potest eius dictum in continenti corrigere.ca.præterea.de testib.cogen ita & in continenti potest pars reuocare responsionem factam. gloss. in uerbo iusta causa.in c.cum positionibus.de iura.cal.in 6.

15 Secundum, quia † ad euitandam pœnam licet ante consumatum delictum factam negationem per pœnitentiam reuocare auth.cõtra qui propriã. C. de non nume.pecun.Barto.in l. contra negantem.C. ad legẽ aquill.

Tertiò, quia cum hęc pœna sit legalis, meritò licitum est ut in aliis similibus ad eam euitandam pœnitere.Barba.in consi.36.col.2.uol.3.& in consi.82.col. 1.uol.eod.ubi dicit, etiam rationem esse: quia licet reus dixerit se non possidere nomine proprio sed alieno, si antequam conuincantur de mendacio ac lis contestaretur pœnituit, & dicat uerum esse se possidere, non dicitur coniunctus de mendacio, cum qua sententia etiam pertrãsit Aba. in c.pen.nu.18.de iur.cal. ubi † ait quod ad hoc ut transferatur possessio in actorem inter alia requiritur, quod actor probauerit reũ possidere; & sic quod assumpserit in se onus probãdi, secus si antequam probauerit, constet reũm possidere Fely.in c.cæterũ.col.pen.in fi.de iud.ubi ait, ante litẽ contestatam admissibilem esse talem confessionem, nisi reus iam esset conuictus de mẽdacio, licet nondũ esset lis contestata.

Et pro confirmatione huius sententiæ faciũt etiam infrascripta. & Primo ꝙ & si fideiussor negauerit se fideiussorem, propter quam negationem amiserit beneficium diuisionis, excussionis & cedendarum actionum, ut in locis supra citatis, tamen si pœniteat se negasse ante litem contestatam & antequam probatum sit contrarium, non perdit huiusmodi beneficiũ. Bar. & Angel.in l.non dubitetur.§.ita demum.ff.de fideiusso.Angel.& Imo.in l.sed hoc ita.de re iud.Mars.in rubrica.de fideiusso num.337.Alex.in l.etiam §. licet. col.4.solut.matr.Ias.in §.item si quis col.17.uersicul. probo tamen.de actio.ubi uult plus, quod negans recuperaret

cuperaret beneficium excussionis amissum,& si illũ peniteret negationis,etiam post litem contestatam, ante tamẽ quam cõtrarium probaretur, per tex.not. in l.de ætate.§.fin.ubi Bal.interrog.actio.Ias.in l.sed hoc ita.§.quod autem.de rei iud.

Secundò ex notatis per Alex.in d.l.etiam §.licet. col.4.uer.successiuè quærit hic Bart.ubi concludit, ꝙ quamuis maritus cõuetus actione de dote negaue rit se maritũ perdat priuilegium.l.maritũ.ff.eod.tit. tamen ꝙ dictum Bart.limitatur,nisi ante litem cõte statam pœniteat & confiteatur.

Tertiò accedit, quod uoluit Alex.in l.hæreditatũ
7 §.si quis.ff.ad l.Falcid.ubi†licet hæres negãs rem es se hæreditariam & cõuictus de mendacio,perdat fal cidiam,tamen hoc non procedit,si talis negatio fue rit reuocata ante litem contestatam . Ias.in dicto.§. quod autem.numer.3.dum dicit limita istum tex.& prædicta.

Quartò facit,quod dixit Alexã.in l.sed hoc ita §. quod autem.de re iud.in primo notabili, ubi si negans perdat beneficium,de quo ibi,illud procedit si perseuerat in mendacio usque ad litis contestationem alias secus, per dictam.l.electio.§.neque.Idem ibi tenuit Ias.col.2.

Quintò adducit,qđ uoluit Bal.in l.1.col.fi.C.de fur.
8 in uerb.quintus.ubi dicit,ꝙ†si statutum dictat.ꝙ cõ fitenti maleficium remittatur tertia pars pœnæ, & quis negauerit maleficium,sed postea confiteatur,ꝙ consequitur tertiam partem pœnæ, dummodo quis ante litem contestatam excipiendo negauerit & po stea confessus fuerit,secus si post litem contestatam. Et rationem esse inquit:quia negatio ante litem con testatam non inducit actori onus probandi, sed solũ ea , quæ fit in contestatione & Bal.sequitur Alex.in l.eũ qui.in princip.col.3.in fi.ff.de iureiur.idẽ uoluit alibi Bal.in l.contra negantem.in princip.uer.quæro igitur.C.ad l.aquil.cum quo trãsit Barba.in cõsi. 82.col.2.circa finem,uol.3.& hanc esse magis communem opinionem attestatur Clarus in pra.crimin. in quæst.81.stat.9.in fi.cuius sentẽtiam etiam amplectitur Dominus Bursat.in consi.79.nume.7.necnon & Ias.in dicto §.quod autem , col.2.ubi asserit hanc esse communem:Plura alia possem allegare pro com probatione huius conclusionis , sed illa pro nunc omittenda duxi cum supradicta satis sufficiant ad ui ctoriam huius causæ.

Vnde ex his concludendũ uidetur , ꝙ stante huius modi reuocatione facta per dominum Antonium an te litem contestatam & antequam probauit contrarium,& quam inuita parte & iudice facere potuit,ut per doctores communiter in l.eum qui.de iureiur. & Fely.in cap.cęterum.col.antepenult.in.fin.de iud. quòd auferri non potest possessio a dicto domino Marco nec transferri in Dominum Franciscum ex ui dictæ.l.fi.ff.de rei.uind.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à sufficiẽti partium enumeratione, est in iure solidissimum.*

2 *Donatio facta per nepotem patruo de bonis suis , in quibus pater habet usumfructum sine eius consensu non ualet.*

3 *Quòd ampliatur procedere,etiam si filia se nupsit.*

4 *Patri debetur usufructus bonorum filij aduenticiorũ dato etiam quòd ei fuerit ablata administratio propter eius malam administrationem.*

5 *Donatio facta per filium de bonis aduenticijs,in quibus pater habet usumfructum sine eius consensu non ualet,quamuis iuramento fuerit firmata.*

6 *Episcopus cogere non potest filium ad obseruationem iuramenti præstiti in donatione iurata per eum facta in alterum de bonis,in quibus habebat usumfructum reseruata morte patris.*

7 *Filia de dote profectitia,in qua pater habet usumfructum,licet totam actionem habeat, non tamẽ potest facere donationem iuratam de tali dote sine consensu paterno.*

8 *Donatio facta sine consensu paterno non confirmatur per liberationem filij à patria potestate subsequutam.*

9 *Donatio , in qua facta est mentio mortis,præsumitur facta causa mortis.*

10 *Donatio causa mortis facta per filium sine consensu paterno non ualet.*

11 *Consensus patris indonatione causa mortis facta per filium requiritur ad integrandam personam filii.*

12 *Consensus specialis patris requiritur in donatione causa mortis facta per filium.*

CONSILIVM LXXXIX.

1 ARGVENDO † à sufficienti partium enumeratione,quod argumentũ in iure solidissimum est l.patre furio so.ff.de his qui sunt sui.uel alie.iur. l.obligationum ferè.§.placet.ff.de actio.& obliga c.cum. dilectus. & ibi Abbas de iure patro.c.per uenerabilem, qui filii sint legit.Bero.in consi.67.nu.52.uol.1.in consi.76. nu.2.uol.2.& in consi.202.num.9.uol.3.Ripa in l.re coniuncti.nu.14.de lega.3.Ex in l.admonẽdi.nu.64. ff.de iureiur.Grat.in respõso 10.nu.17.in j.par.& in consi.35.nu.1.ea part.Alex.in consi.53.nu.8.uolu.4. Paris.in consi.67.nu.18.uol.4.uidetur dicendum , ꝙ
2 †donatio facta per Ioan.Antonium Alexium Domi nico eius patruo sine tamen consensu sui patris de iure subsistere nõ possit.Nam aut donatarius uult se fundare in ipsa donatione tanquã facta inter uiuos & de bonis , in quibus patri nullus usufructus debebatur,& non potest:quia & si clarissimi iuris sit,ꝙ si filius habet bona,in quibus patri nõ acquiratur usufructus,possit de dictis bonis facere donationem inter uiuos sine consensu patris, ut habetur.in l.nemo C.qui testa.fac.pos.Rub.Alex.in consi.46.col.j.Craue.in consi.83.nu.9.in consi.39.col.j.& 92.col.j.ubi inquit, in dictis locis hanc esse communem opinionem , quæ à nemine reprobatur,per text.ac literã in auth.ut liceat matri & auiæ.in princip.ibi res autem ita relictas.ubi text.clarè inquit,quod de rebus donatis uel relictis filiusfamilias sub ea conditione , ut patri usufructus non queratur possunt ipsi filiisfamilias quo uolunt modo disponere. Paul.de Castr. in l.seruum.col.j.C.qui. testa.fac.pos.quam partem uti communem sequuntur Clarus in suis sententiis in §.donatio.quæst.6.uer.aut quæris.& Didac.in tit. de testa.in 3.par.in rub.nu.9.in fi.Soc.Iun.in l.scien dum.nu.20.de lega.1.per tex.in l.fi.§.filiis autem.C. de bon.quæ lib.in his duntaxat casibus.ubi ille text. infert necessariò , quòd bonis in quibus patri non quęritur usufructus, filiusfamilias potest liberè donare:Tamen dicitur,quòd id procedit, quando constat,

stat, quod in bonis donatis per filiũ pater nõ posset habere usumfructũ, secus ubi constat de contrario ex dispositio legis, quę habet, quod pater habet usumfructum in bonis filii tam maternis quàm aduẽtitijs. l. j. C. de bon. quę li. Paul. de Castro in cons. 382. in 2. quæsito. uol. 1. Crot. in l. frater à fratre. nu. 116. ff. de cond. in-
3 deb. & nu. 96. ubi † ampliat, hoc procedere etiamsi filia se nupsit, quod inquit notãdũ Crot. in l. 2. §. quod in
4 patris. nu. 3. solut. matr. Imò plus dicitur, quod † etiam in bonis filii aduẽtitijs, cui ablata fuit administratio patri, ob id quod male administrabat, patri debetur usufru ctus. Cacialup. in d. l frater à fratre nu. 121.

Aut uult se fundare in donatione facta per filiũ ex eo, quod sibi donata fuerunt bona inter uiuos, in quibus pater habet usumfructum in bonis filiis, ipse non potest in præiudiciũ paterni usufructus de bonis ipsis disponere & sine eius consensu. tex. est in l. fi. §. filiis aũt. C. de bon. quę li. ubi filij nõ possunt de aduẽtitijs absque patris uolũtate disponere in cõtractu uel in ultima uolũtate. Paul. de Cast. in citato cons. 382. in 2. quesito Clarus in dicto. §. donatio. q. 6. uer. aut quę
5 ris. & † io tñ uera est huiusmodi cõclusio, quod ẽt illa procedit, dato quod donatio esset iuramento uallata. ut per Bal. Ang. Abb. Paul. de Castro & Salycet. in dicto. §. filiis aũt. & ibi etiã inquit Bal. ita tenuisse, Spec. in tit. de actione in §. 1. uers. sed quid si super. subdens, quod
6 † etiam patre mortuo non potest Episcopus cogere filium ad obseruationem talis iuramenti inualidi. Imol. in cons. 3. col. 2. Curt. Iun. in cons. 152. colũ. 3. ubi alios citat. tradeos hanc esse magis cõmunẽ con
7 clusionẽ doctorũ, & ubi etiã † concluditur quòd filia de dote profectitia, in qua pr habet usumfructũ, licet filia totã actionem habeat, nõ potest facere donationẽ cũ iuramento de tali dote sine consensu paterno, & adeo etiã procedit hæc sentẽtia, quod inquit Paul. de
8 Cast. ubi supra, quod † etiam filio liberato à patria ptãte per eius mortẽ uel emancipationẽ subsequutã nõ cõ firmatur dicta donatio facta sine consensu paterno. Cra. in cons. 39. nu. 3. uer. sed præmissis. Alex. in cõs. 127. in fi. & 10. nu. 10. usque ad fi. post Bal. & alios ibi
9 per eum citatos. ¶ Aut † uult se iuuare, quòd sit donatio cã mortis, prout præsumitur esse cũ facta fuerit mentio mortis pluries in ipsa donatione. l. Seia. in prin. & ibi gl. de dona. cau. mort. l. Seia. ff. de dol. præ lega. Alex. in cons. 81. uol. 1. Dec. in cons. 305. in 2. col. Coras. in l. qui liberos. nu. 31. de ritu nup. Socin. Iun. in l. 1. ou. 11. de leg. 1. Duen. in reg. 218. & quãdo est collata tempore mortis. Clarus in §. donatio. in quarta quæst. in uerb. cæterum. ubi inquit notandum esse perpetuo, quod hæc duo requirũtur ad probãdũ do
10 nationem etiã causa mortis, & † etiam dicitur quòd ex quo illa facta reperitur sine consensu patris non ualet: Nã de substãtia requiritur ipsius cõsensus, las. in l. seniũ. uersi. 8. C. qui testa. fac. pos. ubi inquit oẽs ita tenere. Alex. in consi. 53. nu. 8. uolu. 7. & 246. uol.
11 6. qui † quidẽ consensus patris requiritur non mõ re spectu sui præiudicii, sed etiã ad integrandam personã ipsius filii, & sic ad actũ solemnizandum Soc. in l. 1. §. init quæsitũ. ff. ad Trebel. & in cõsi. 112. nu. 8. uer. hoc etiã uoluit. ubi asserit hãc esse cõmunẽ. Idẽ Soc. in l. 2. ff. de lega. 1. gl. in l. 1. §. in filiis ff. ad Treb. in l. fi. §. filijs aũt. C. de bon. quæ li. Bar. in l. cũ filius. ff. de donatio. gl. in l. fi. §. necessitatẽ. C. de boo. quæ li. ubi Bal. Alex. in l. peo. C. qui testa. fac. pos. & Corne. in l. lenium. C. eod. tit. ubi ait, quod periculosum esset recedete ab hac sententia, & hanc etiam esse communem inquit Ruin. in dicta l. secũda, licet teneat contrariũ Ascao. Clem. in trac. de patr. potest in decimo effectu. Rub. Alex. in consi. 46. col. secunda, & tertia, & in consi. 127. nu. 8. ubi quoque tradit, hanc sententiã cõmuniter receptã. ubi inquit, quod si filius donet licet efficiat sui iuris. nõ cõfirmatur donatio quam cõclusionem etiam magis cõmunẽ amplectitur Clarus in §. donatio. in quęst. 6. uerb. habes ergo. Nam si patris cõsensus requireretur duntaxat causa sui præiudicii sequeretur, quod posset filius donare causa mortis adnẽtitia sibi pleno iure quesita sine eius consensu, quod tñ ab omni ueritate est alienum, uel saltem quòd posset illa patri donare cum eius consensu, cuius cõtrariũ cõmuniter tenetur gl. in l. 1. in uerbo rem acquirit. ff. de aucto. tuto. quę cõmuniter approbatur secũdum Imol. in l. 1. §. quęsitum. col. fi. uer. extra gl. ff. ad Trebel. quem refert Soc. in cons. 23. nu. 15. uol. 4. quã partem uti cõmunẽ sequuntur Bal. in consi. 61. nu. 3. uol. 4. Soc. in consi. 112. nu. 8. Dec. in consi. 245. col. 3. & in consi. 279. col. 2. magis commonem Paris. in cõ si. 97. num. 21. uol. 3. Clarus in dicto. §. donatio. in 6. q. in uerb. quęro etiam. & tamẽ hoc ultimo casu nullum prosus præiudicium patris considerari potest, imò euidens utilitas, ut patet ad sensum. Clarus ubi supra uersi. habes ergo in fi. Quod autem ista opinio sit uera, quod huiusmodi consensus requiratur ad integrandam personam filii demonstratur alio modo
12 † quia requiritur specialis consensus, ergo ad integrandam personam filii: quia aliàs sufficeret generalis. Spec. in titul. de fide instrum. uerb. compendiose, quam sententiam communem dicunt Ruin. in l. 2. in 7. col. & 14. ff. de lega. 1. & Rub. Alex. in consi. 127. col. 3. gl. in l. quia in potestate. in uerb. nihilo magis. ff. de testa. Soc. in consi. 112. nu. 7. ubi in hoc nemo discrepat. Clarus ubi supra quęst. 6. uer. successiuẽ quęro. ubi ait, quòd talis consensus requiritur ad solemnitatẽ actus non autẽ respectu præiudicii patris. Didac. in rubrica de test. in 3. par. nu. 10. Unde ex his omnino concludeodum esse arbitror, prædictam donationem uti factam sine consensu patris nullius esse ualoris atque momenti.

SUMMARIUM.

1 *Arguendo ad utranque partem ueritas magis in lucem explendescit.*
2 *Filiorum causa est prima in successione paterna.*
3 *Quod procedit siue filij sint mares siue fœmina.*
4 *Successio paterna est aqualiter debita filiis.*
5 *Votum naturale patris est, ut bona ad filios transferantur.*
6 *Castrum in dubio præsumitur allodialẽ.*
7 *Fœmina succedunt in Castro allodiali, in quo continetur iurisdictio, ac merum & mixtum imperium.*
8 *Castrum præsumitur allodiale, si in eo non fit mentio de feudo.*
9 *Feudi enim ubi non fit mẽtio, præsumptio est allodij.*
10 *Omnia bona in dubio præsumuntur allodialia.*
11 *Res feudalis quandam dicitur habere seruitutem. quę non præsumitur.*
12 *Feudi natura est, quòd dominiũ directũ remaneat penes cõcedẽtẽ, & iura utilia transferãtur in uasallũ.*
13 *Femina succedit in feudo emptitio.*
14 *Feudum quando est hæreditarium, in eo non admittitur, qui non est hæres nedum sanguinis sed hæreditatis.*
15 *Res allodialis potest effici feudalis.*
16 *Rem meam si recognosco in feudum ualet recognitio, nam breui manu uideor donasse & recepisse.*

17 Ca-

17 *Castrum recipiens per inuestituram dicitur dominium & omne ius in Principem transtulisse, & ab eo postea in feudum suscepisse.*

18 *Moderator, & arbiter unusquisque est in re propria, etiam abutendo.*

19 *Ingenui hominibus non potest auferri administratio bonorum suorum.*

20 *Fœminæ regulariter sunt incapaces bonorum feudalium.*

21 *Et ratio ponitur.*

22 *Feudi mentio ubi fit, arguitur feudum.*

23 *Oppositum idem operatur in opposito, quod propositum in proposito.*

24 *Inuestitura est signum necessarium feudi.*

25 *Inuestitura propriè conuenit contractui feudi.*

26 *Inuestire uel disinuestire sunt signa, quibus dignoscitur feudum ab aliis contractibus, uidelicet a donationibus & alijs concessionibus.*

27 *Inuestitura est iustus & ordinatus modus, quo quis feudum & eius ius acquirit.*

28 *Feudum per inuestituram declaratur & probatur.*

29 *Vasalli propriè illi dicuntur qui astringuntur ad ea, de quibus in cap. primo, de forma fidelis.*

30 *Iuramentum fidelitatis præstantes tenentur ad ea, ad quæ astringuntur ueri uasalli.*

31 *Vasallus is proprie est, cui feudum conceditur, hinc dicitur feudatarius.*

32 *Vasallus sine feudo esse non potest.*

33 *Iuramentum fidelitatis non solet præstari, nisi a ueris uasallis, ad hoc ut quis teneatur ad præstandum iuramentum fidelitatis necesse est, ut sit uerè uasallus & aliquid recognoscat a domino.*

34 *Iuramentum secundum formam nouæ & ueteris fidelitatis non præstatur, nisi a uasallis non autem ab habentibus terras nostras, qui solum tenentur ad iuramentum assecurationis.*

35 *Differentia magna est inter iuramentum, quod præstatur a uasallo & a iuramento assecurationis.*

36 *Feudum probatur ex propria confessione.*

37 *Hæres non potest contrauenire confessioni paternę.*

38 *Supinum est ueritatem claram offuscare.*

39 *Veritas ab omnibus amanda est.*

40 *Veritas est mater iustitiæ.*

41 *Sententia, quæ habet, quod fœmina succedat in feudo emptitio, non est tuta.*

42 *Fœmina & si succedere possit in feudo emptitio, tamē illud procedit, quando feudum simpliciter pretio integro emitur, & ultra pretium seruitium non est præstandum.*

43 *Fœmina non succedit in feudo emptitio rationem iuramenti fidelitatis præstandæ.*

44 *Clericus, qui religionem professus est, licet succedere posset in feudo, pro quo pręstatur seruitium reale uel personale clericis honestum, tamen hoc fallit quādo in inuestitura ultra seruitium reale uasallus iuramentum fidelitatis præstaret secundum formam antiquæ & nouæ fidelitatis: quia tunc non succederet.*

45 *Fœmina licet possit succedere in feudo franco, quamuis præstetur iuramentum fidelitatis, & similiter Monasterium, quia tunc non tenetur ad seruitium personale, tamen secus quando ex pacto se obligat ad contenta in capitulis nouæ & ueteris formæ fidelitatis.*

46 *Feudum hæreditarium licet quis non possit habere nisi sit hæres, tamen hoc fallit, ubi ei non fuißet delata hæreditas defuncti.*

47 *Feudum ex pacto & prouidentia dicitur, quando feudum est consensum pro e & filijs masculis.*

CONSILIVM XC.

TOTA Machina præsentis consulta
tionis in hoc uersari uidetur, an Ca-
strum Montiselli, de quo agitur, sit
talis naturæ, ꝙ in eo succedere debe
ant Magnificę Dominæ Helena & Iu
lia filiæ quondam Magnifici Domi-
ni Philippi Rottarij per eius mortem excluso Comi-
te Lelio Rottario earum consanguineo.
1 Et †quia ueritas magis in lucem explendescere so
let, si arguatur ad utrāq; partē. l. munerū. §. mixta. ff.
de mun. & hono. Ideo primo capiēdo partē ad exclu-
sionē dicti Comitis & in fauorē ipsarū filiarum, cum
2 †in successione paterna prima cā sit filiorū ac eorum
descēdētiū. §. 1. instit. de hæred. quæ ab intesta. §. 1. in
auth. de hæred. ab intest. Paris. in cōsi. 3. in prin. uol. 3.
3 Soc. Iun. in consi. 1. nu. 43. uol. 1. qđ †procedit, siue filii
sint mares, siue fœminę, & maximè ubi sunt tm̄ fœmi
næ, ut in casu præsenti, & bona sint patrimonialia uel
allodialia. l. maximū uitiū. C. de li. præter. §. placebat.
4 instit. de legit. agnato. succe. successio †em̄ paterna est
æqualiter debita filijs. aut. in succes. C. de suis & legi.
hæred. Paris. in consi. 72. nu. 27. uol. 1. consi. 6. nu. 47.
uol. 2. facit. l. cū rō. ff. de bō. dam. ubi lex naturali rōne
5 æquitate uocat filios ad successionē patris: est †. n. uo
tū naturale patris, ut bona ipsius ad filios transferan-
tur. l. nā & si parētibus. ff. de inoff. testa. l. scripto. ff. vū
lib. At in facto præsupponitur, & ipsa est ueritas, ꝙ so
6 lū adsunt dictæ Magnificæ Dñæ Helena & Iulia, & †ꝙ
Castrū Mōtiselli est patrimoniale & allodiale, & ꝑ-
ut in dubio præsumit. Paul. de Cast. in cōs. 163. in pri.
secundum antiquā impressionē Iacob. de S. Georgio
in inuest. sua in uerbo & de Castr. rubei. col. 3. uers. Itē
quæro an Castrū. Bos. in trac. suo in tit. de Prin. num.
239. Paris. in consi. 16. nu. 19. uol. 4. Grat. in cōsi. 3. nu.
10. uol. 1. ergo in eo succedere dēnt dictę Magnificæ
Dñę Sorores uti filię & heredes ꝑdicti quōdā dñi Phi
7 lippi earū patris Nā †in Castro allodiali, & si merum
mixtū imperiū & iurisdictio cōtineat, fœminæ sunt
habiles ad succedēdū ac succedūt, ut in cęteris bonis
patrimonialibus, ac iurisdictionē & merū ac mixtū ī
periū in eo exercere possūt, iuxta notata ꝑ Abb. in c.
signific. de rescr. Alex. ī cōs. 1. col. 9. uol. 5. Grat. ubi s̄.
Secūdò, ꝙ sit allodiale demōstrat̄ ex instrumēto uē
ditionis ipsius Castri, ubi nullū penitus uerbū fit de
feudo, ergo allodiale. Paul. de Cast. in citato cōs. 163.
ubi arguit feudū nō esse, quia nō fuit nominatū. Dec.
in consi. 32. col. 2. 269. col. 1. 413. col. 2. & in cōsi. 498.
8 nu. 11. Paris. in cōsi. 24. col. 1. uol. 1. ubi cōcludit, ꝙ† feu
dū nō dr̄, qn̄ in inuestitura nullibi hr̄ mētio de feudo:
nec ibi legat̄ aliquis actus inuestiētis merus uel fictus
9 feudi †n. ubi nō fit mētio pręsumptio est allodij, cū †ī
10 dubio oīa bona pręsumant̄ allodialia. Ioā. And. & alij
in c. nimis de iureiur. Alex. in cōs. 129. ī prin. uol. 1. ubi
11 dicit, ꝙ res præsumitur allodialis & libera, cū † res
feudalis quandam dicatur habere seruitutem. gl. in
l. si cuius in uerbo oportet. ff. de usufr. quæ non præsu
mitur. l. altius. C. de seruitu. & aqua. Grat. in consi. 9.
nu. 120. uol. 1. Soc. Iun. in cōsi. 1. nu. 19. uol. 4. & 102.

T nu.

nu.26.uol.2.ubi feudū dici nō pōt,ubi nulla est facta
mētio de inuestitura uel de eo,ꝙ pro inuestitura hr̄
Paris.in cōs.20.col.1.uol.1.Menoch.in cōs.1.n.109.
Tertiò dicitur,ꝙ in ipsa uēditione nulla facta fuit
reseruatio dominij directi in uenditores,ergo uendi
12 tio non est feudalis;cum † feudi natura sit , ꝙ domi-
nium directum remaneat penes concedentem Oldr.
In consi.159.Dec.in consi.498.col.2.Paris.in consil.
23.nu.5.uol.1.Alba in consi.64.nu.30.Rui.in consil.
18.nu.6.uol.1.& 42.nu.4.uol. eod Nam (secundum
communem) de natura feudi est , ut iura directa re-
maneant penes concedentem & utilia transferantur
in uasallum,& istud est unum de requisitis pro sub-
stantia feudi.Bal.in l.si plures.col.2.uersi.dicitur au-
tem.de cond.inser.& si non reseruatur,ꝙ dicatur do
minium translatum, & sic ꝙ uenditio non sit feuda-
lis.Ceph.in consi.1.nu.16.Grat.in consi.9.num.103.
uol.1.ubi inquit, de natura feudi esse , ut proprietas
remaneat penes concedentem,ut probatur ex diffini
tione feudi,quod est secundū tex.in c.1.§.fi.ex quib.
cau.feu.amit.beneficium , ꝙ ex beneuolentia datur ,
ut proprietas rei immobilis beneficiatę remaneat
apud concedentem.Afflic.eo.ti.in c.1.nu.284.
Quartò facit:quia dato ꝙ illud Castrum sit feuda-
13 le,tamen est emptitium † in quo fœminæ admittun
tur.Bal.in c.1.§.decedenti.qui feu. dar.pos.Roma.in
consi.367.Curt.Sen.in consi.49.col.2.Dec. in consi.
239.col.2.269.col.2.in fi.Ias.in cōsi.152.col.2. uol.
2.ubi illud prouenit magis ex natura contractus quā
feudi,in consi.78.nu.4.uol.1.Gorad. in consi.10.nu.
47.& in consi.9.nu.65.Rui.in consi.15.num. 2.uol.1.
& 18.nu.18.uol.eod.ubi inquit doctores communi-
ter ita tenere.& idem dicit Dec.in consi.390.num.7.
Quintò dicitur , quod in dicto feudo non potest
succedere Comes Lelius:quoniam est hæreditarium
14 quia concessum pro se & hæredibus †in quo quis nō
admittitur nisi sit hæres.Bar.& Alex.in l. ex facto. §.
fi.ff.ad Treb.Bal.in c.1.§.hoc quoque, ubi etiam Iser.
de succes.feu.Lofred.in consi.14.nu.38.Grat.in cōsi.
4.nu.42.uol.1.ubi asserit hanc esse communem,pro-
ut & dicit Clarus in §.feudum.q.3.uersi.nunc prose-
quendo.dixi in cons.10.nu.19.uol.3.& hanc esse cre
briorem inquiunt Ceph.in consi.224.nu. 57. & Me-
noch.in consi.1.nu.318.& non tantum requiritur ꝙ
sit hæres sanguinis,sed etiā hæreditatis.Alex. in cōs.
19.uersi.non obstat uol.5.ubi firmat hanc esse cōmu-
nem Curt.Sen.in consi.82.col.1.Paris.in consi.2.nu.
28.uol.1.16.nu.15.& 23.nu. 192.uol.eod.ubi ait hāc
esse magis communem,dixi in d.consi..10. nu. 20. &
in consi. 87.nu.41.uol.1.Alciat.in consi.60. num. 9.
At dictus Comes Lelius non est hæres dicti quondā
domini Philippi sed dictæ dominæ Helena & Iulia
eius filię,ergo &c.

Re tamen ipsa maturius perpensa & examinata
contrariam sententiam uti ueriorem sequendam ar-
bitror,nēpe prædictas Dominas Helenam & Iuliā fi
lias quondam Magnifici domini Philippi nullateuus
admittendas esse ad successionem dicti Castri Mon
tiselli ex rationibus & causis infrascriptis.
15 & primo , quoniam nulli dubiū est,quod†res allo-
dialis pōt effici feudalis,ut constat ex notatis , per
Bar.in l.si rem aliquam.col.secunda.ff.de acq. poss.
16 ubi inquit,ꝙ†si quis scienter rem suam tanquam suā
ab alio recognoscat in feudum , vel emphiteusim ab
ecclesia, illa res efficitur feudalis uel emphiteutica,
quæ decisio Bart.ab omnibus approbata uidetur , vt
ibi per Ripam num.25.Bal.in addit.ad Specul.in tit.
de feud.in uersi rem meam.vbi. dicit , ꝙ si rem meā
recognosco in feudum,valet recognitio :quia breui
manu uideor donasse & recepisse.Castren.in consi.
153.secundum antiquam impressionem, ubi cōclu
dit, quòd si quis fecit se inuestire de rebus suis tan-
quam Episcopi uel ecclesiæ ; quia sciebat nō esse prę
dictas res ecclesiæ sed suas , ꝙ res ipsæ effectæ sunt
feudales.dixi consi.2.nu.109.uol.1.quib.scriptis ad
do.Cur.Iu.in cōs.21.nu.6.Nat.in cōsi.301.nu.1.circa
finē Curt.Iu.in cōsi.140.nu.13.ubi inquit , ꝙ licet uē
ditio sit facta iure proprio & p̄ allodiū, tñ quia em
ptores dicta bona recognouerūt tanq̄ feudalia, resul
tat cōclusio,ꝙ si aliquis res patrimoniales recogno
scat in feudū efficiūtur feudales.Iaco.de Sācto Geor-
gio in tit.de homag.col.tertia, in princ.Zas.in trac.
feud.in tertiā parte.in fi.Afflic. in cap.primo, nume.
285.ex quib.cau.feud.amit.Cepha.in cōsi.168.nu.71.
ubi inquit, ꝙ vnusquisque potest res suas ab aliquo
Principe in feudū recognoscere.Soc.Iū. in cōs.3. nu.
22.uol.4.ubi sic ait,ꝙ licet aliàs Castrū esset liberū si
ue allodiale,tamē si quis fecerit se inuestire uti de feu
do , pręsumitur effectū feudū,cū p̄ inuestiturā feudū
17 declaretur & probetur ; nā † quādo quis recipit Ca-
strū p̄ inuestiturā dicitur dominiū & oē ius in Princi
pē trāstulisse , & ab eo postea in feudū suscepisse , in
consi.65.num.8.cum sequenti uol.primo & in consi
lio 91.nu.7. uolū. 4.Menoch.uir consumatissimus
in scientiæ legali in consi.2.num.238.& in casu præ
senti, licet quondam Magnificis Dominis Pericual-
li & Aimoneto fuerit facta uenditio dicti Castri
Montiselli cum trāslatione directi & vtilis domi-
nij pro se & uice Magnificorum Dominorum An-
tonij & Andreæ eorum fratrum ; Tamen in approba
tione dictæ uenditionis factæ per Episcopum Asten
sem & Capitulum ecclesiæ Cathedralis dicti loci, ip
si domini Percival, Aymonetus & Andreas, tam no-
mine suo quàm Antonij fratris , fuerunt inuestiti de
dicto Castro cum uno annulo aureo ; Vnde stante di
cta recognitione facta per dictos fratres , quam face
18 re potuerunt ; quia † unusquisque est moderator &
arbiter in re propria.l.in re mandata.C.manda.l.ne
mo exterus.C.de iudeis , Soci.Iun.in consi.91.num.
25.vol.2.& 64.num.11.uol.3.etiam abutendo.l.sed
& si lege.§. consuluit.in uerb.dum se abuti putant.ff.
19 de pet.hæred.& † ingenuis hominibus non possit
auferri libera administratio bonorum suorum.l.nō
usque adeo.ff.si quis à paren. fuer.manumis. sequi-
tur , quòd dictę filię nullo modo in dicto Castro feu
20 dali succedere possint earum patri ; quoniam † fœ
minæ reguraliter sunt incapaces bonorum feudaliū
cap.primo , §. & quia uidimus qui feud.dar.pos.cap.
primo , §.filia , de succes.feud.Bald.in consil.401.in
princip. uol.5.& 232.in princip.uol.3.Curt. Iun.in
21 consi. 21.nu. 7.Ratio etenim est : † quia dominum
iuuare non possunt , nec pugnam facere glo.commu
niter approbata in dicto capit.primo , §.hoc autem.
qui feud.dar.pos.Alex.in cōsi.10.colum.prima, in fi.
uol.5.Soc.in consi.257.num.2.uol.2.Paris.in consi.
4.col.secunda , in princip.uol. 1.
Secundò ꝙ sit feudum demonstratur : quia fit mē
tio de feudo dicti Castri Montiselli , quo casu sicut
quando nulla fit mentio de feudo non præsumitur
22 feudum ; vt per Dec.& alios supra citatos, ita†quan
23 do fit mentio de feudo , arguitur feudum , vt † idem
operetur oppositum in opposito quod propositum
in proposito.
Tertio accedit,quod de dicto Castro facta fuit in
24 uestitura,quæ†est signum necessarium feudi,capi.1.
§.fi. de feud. cogn.Bero.in consi.65.nu.55.uolum.1.
25 & in consi.115.numero 5.uol.eod. ubi † inuestitura
26 propriè conuenit contractui feudi , inuestire † uel
deue-

deuestire sunt signa, quibus dignoscitur feudum
ab alijs cõtractibus, videlicet à donationibus & alijs
concessionibus. Bero. in cons. 67. num. 4. uol. primo.
27 Soc. Iun. in consi. 76. num. 40. uol. 1. vbi † inuestitu-
ra est iustus & ordinatus modus. quo quis feudum
& ius eius acquirit. Hinc dixit Bald. in l. prima. §. sed
28 & si quis. C. de lat. lib. tol. quòd † per inuestituram
feudum declaratur & probatur. Soc. Iun. in consi. 3.
num. 22. uol. 4. & in consi. 65. num. 3. uol. 1. & 91. nu.
7. uol. 4. Afflic. in cap. 1. num. 285. ex. quib. cau. feud.
amit. ubi ait ꝙ si dico inuestio te de tali Castro, hoc
uerbum inuestimus, importat feudum. Inno. in cap.
veritatis. de iureiur. Ceph. in consi. 197. nu. 18. Ruin.
in consi. 34. num. 7. uol. primo, & Menoch. in consi.
2. num. 238.

Quartò facit quia supradicti domini Perciual. Ay
monetus & Andreas iurarunt se esse imperpetuum
fideles uasallos Episcopi & ecclesiæ Astensis. Nam
29 † uasalli propriè illi dicuntur, qui astringuntur ad
ea, de quibus in capit. primo, de form. fidel. Alex. in
30 consi. 9. col. 2. uolum. 5. ubi inquit, † præstantes iu-
ramentum fidelitatis teneri ad ea, ad quæ tenẽtur ue
31 ri uasalli. Ceph. in consi. 151. num. 24. ubi † uasallus
is est propriè, cui feudum conceditur hinc. dicitur
feudatarius, ut in rubro & nigro si de feud. fuc. con-
32 tro. inter dom. & agna. Nam † uasallus sine feudo
esse non potest. Affli. in capit. imperialem. §. istud. nu.
27. de prohibit. feudi alie. per Feder.

Quintò confirmatur ista sententia : quoniam ipsi
iurarunt fidelitatem & promiserunt plenissimè ob-
seruare, quæ continentur in capitulis nouæ & vete-
33 ris formæ fidelitatis, quod † iuramentum non solet
præstari, nisi à ueris uasallis & propter feudum. Ce
phal. in consi. 205. nume. 10. Card. Alexandr. in cap.
1. qualiter uasal. iur. deb. fidel. dom. ubi dicit. quòd
ad hoc ut quis teneatur ad præstandum iuramentum
fidelitatis est necessè ut sit uerè uasallus, & aliquid
recognoscat à domino, sequitur Rub. Alex. in consi.
11. num. 5. & 7. post Iseru. in dicto cap. primo, in fi.
ubi dicit, ꝙ soli uasalli, qui tenent feudum, præstant
iuramentum fidelitatis. ut not. in cap. nimis, de iure-
iur. Neuiza. in consi. 11. num. 13. uersic. quinto. prin
34 cipaliter, ubi inquit, quòd † iuramentum secundum
formam nouæ & ueteris fidelitatis non præstatur,
nisi à uasallis non autem ab habitantibus terras no-
stras, quia isti soli tenentur præstare iuramentũ asse
curationis. Iacob. de Sancto Georgio in inuestit. sua,
in verbo qui quidem inuestiti. in princip. Cephal. in
35 consi. 176. nume. 34. nam † maxima est differentia
inter iuramentum quod præstatur à uasallo & à iu
ramento assecurationis: quia plus continet iuramen
tum fidelitatis uasalli quàm aliud, ut per Rub. Alex.
in dicto consi. 11. num. 6. & Iacob. de Sancto Geor-
gio ubi supra, dixi in consil. 53. nume. 9. uol. 2. Natta
in consi. 538. numero. 10. cum duobus sequentibus.
36 Vlterius dicitur, quòd † dictum Castrum Monti
selli feudale probatur ex propria confessione quon-
dam Magnifici Domini Philippi patris ipsarum Ma
gnificarum Dominarum, quæ confessio si ipse uiue
ret sibi præiudicaret. Dyn. in consi. 15. de quo faci-
unt mentionem Bal. in l. prima, C. quando liceat ab
emp. disced. & Afflic. in capi. primo, numero 298. ex
37 quib. cau. feud. amit. ergo & eius hęredibus, qui † nõ
possunt impugnare confessionem paternam, nec illi
contrauenire. Curt. Iun. consil. 183. col. tertia, circa
finem. Alciat. in consi. 160. nume. 26. De confessione
autem patris constat ex transactione inita inter Ma-
gnificum Dominum Philippum patrem dictarum
dominarum & dominos Perciualem & Lelium eius
nepotes & fratre dñi Troili facta de anno 1560. die
13. Iunij ubi inter cætera adest unum capitulum. Piu,
che li antiqui beni feudalicio è di Montisello &c. &
sic tam ipse quondam Dominus Philippus quàm
domini Perciual. & Lelius fatentur Castrum Monti
selli esse feudum antiquum, item & ibi. Piu, per il red
dito del feudo di Montisello. nec nõ & ibi; Piu, per
la qualita & quantita delle possessioni, che suono so
pra le fini di Montisello si feudali come allodiali,
& c. item & ibi: Voleno, transigeno, palesano, & cõ
uengono con debite promissioni è renouationi, che
li beni & iurisditione di Montisello sia nel grado
forma è natura di feudo, che sono li beni di Piea:
Plus ibi: Piu, hanno dette Illustre parti ibi dirano, an
nunciarano il reddito & prouento de loro feudi che
possedono &c. hòc idem demonstratur ex instrumẽ-
to inuestituræ à quon. Magnificis dominis Odono
& Philippo fratribus reportatæ de anno 1528. die
12. Iunij à Reuerendo Domino Vicario Curiæ Epi
scopalis Astensis, ubi petunt se inuestiri de dimidia
parte Castri, loci, territorij & iuridictionis Monti-
selli, quod Castrum habent pro indiuiso cum Ma-
gnifico Domino Honorato eorum patruo, ac etiam
ex alio instrumento inuestituræ reportatæ de anno
1534. die 14. Octobris à Reuerendiss. Domino Epi
scopo Astense, ubi petunt se inuestiri dicti Domini
Odonus & Philippus de dimidia Monteselli feudi
Episcopatus Astensis: Vnde stantibus tot, tantisque
confessionibus, quòd Castrum Montiselli est feuda
le, nescio uidere quomodo istæ dominæ Helena
& Iulia possint contrauenire dictis confessionibus
paternis, cum sint eius hæredes l. uenditrici. C. de
reb. alie. non alienan.

Vltimò dicitur, quòd inficiari non potest quin
dictum Castrum Montiselli sit feudale cum pòst pri-
mam inuestituram reportatã à dictis quondam Ma-
gnificis Dominis Perciuale, Aymoneto & Andrea
primis acquisitoribus dicti Castri, semper dicti Do-
mini Odonus & Philippus filij prędictis domini Per
ciualis fuerunt inuestiti de dicto Castro Montiselli
tanquam de feudo Episcopatus Astensis, ut constat
ex multis instrumentis aucténticis. Vnde cum res
clara sit à uerbis ipsarum inuestiturarũ non est rece
dendum. l. non aliter. de lega. 3. Nam sicut stultissi-
mum est sub clarissimo sole mortale lumen afferre;
38 teste. Quintiliano, ita † quoque supinum est verita-
39 tem claram offuscare, quæ † omnibus amanda ue-
nit, Bal. in tract. schismat. in prima col. & in l. cessata ff.
40 de condit. & demon. cum † sit mater iustitiæ. Bal. in
l. libertini. ff. de stat. hom.

Superest modò, ut diluantur, quæ in contrariũ alle
gata fuerũt, deueniẽdo ad primũ argumẽtũ, illi re-
spõdetur, ꝙ & si illud uerũ sit, ꝙ quãdo Castrũ cõce
ditur simpliciter, ut loquuntur Castrẽ. & alij supra cita
ti, tamen secus est, quãdo constare põt, ꝙ illud sit feu
dale, ut in casu nrõ, ubi satis supra demonstratũ fuit.

Ad secundum respondetur, quod sicut quando
nõ fit mẽtio de feudo argumẽtũ sumitur ꝙ res nõ sit
feudalis sed allodialis, ita etiã dicẽdũ uenit, qđ quã
do fit mẽtio de feudo, qđ præsumatur res feudalis, ut
idẽ operetur oppositũ in opposito qđ propositũ in
proposito & ut cõtrariorum eadẽ sit disciplina, ut su
pra dictum fuit.

Similiter respondetur ad tertium de nõ reseruatio
ne dominij ex suprascriptis satis constare dictum Ca
strum fore feudale; Secundo dicitur, quod etiam ex
pacto agi potest, ꝙ omne dominium in feudatariũ
transferatur, Ioan. Monach. in c. 1. de reg. iur. Ruin. in
consi. 18. nu. 13. nol. 1.

Non obstat, denique, ꝙ dictũ Castrũ & si feudale, sit emptitium, in quo fœmina succedit. Quia pluribus modis respondetur, & Primo, quod licet dictum Castrum a principio fuerit emptum in allodium, tamen postea fuit recognitum in feudum, unde attenta recognitione de eo facta nõ potest dici feudũ emptitium.

41 Secundò rñdet, ꝙ † præmissa sentẽtia non est tuta. cum contrariũ teneat Iser. summus feudista in c. 1. §. hoc aũt quia feud. dar. pos. ubi inquit Præpos. in eo. ti. in §. & qa uidemus, ꝙ rectius loquit Iser. ubi supra in hoc quã in alij, Iacob. de San. Georgio in inuestitura sua in uerbo & fœminis. nu. 6. ubi dicit, se uidisse aliter iudicare, quam sententiam utique ẽt secutus est in consi. ult. nu. 22. cum seq. uol. 2. qui citatis nonnullis quos refert. attestatur. hanc esse communẽ, Bru. in cõsi. 18. nu. 9. ubi ẽt asserit hanc esse magis receptam doctorum sentẽtiam Menoch in consi. 1. nu. 470. Feder. Schench. in trac. suo feud. 4. par. nu. 38.

42 Tertio respondetur, quod † posita etiam opinione prẽmissa pro uera, quod illa procedit quando feudũ simpliciter integro pretio emitur & ultra pretiũ aliquod seruitium sit non præstandũ, Bal. in c. 1. §. & quia qui feud. dar. pos. ubi Bal. uult, quod duo requirantur ut fœmina succedat in feudo emptitio. Primò, ꝙ sit integro pretio emptũ, & ꝙ nullũ seruitiũ sit præstãdũ & hanc esse communem opinionem inquit Soc. Iun. in consi. 65. nu. 16. uersi. uel & 3. uol. 1. Ceph. in consi. 172. nu. 15. Bursa. in consi. 4. nu. 17. Alc. in consi. 9. col. 2. uersic. & quia ad hoc. uol. 5. Celsus in consi. 26. nu. 67. Brun. in consil. 18. col. 3. Paris. in consi. 16. nu. 10. uol. 4. dixi alias in consi. 23. nu. 33. uol. 1. Curt. Iun. in trac. feud. in 3. par. uersic. limitate. Anto. Gabr. in suis com. opin. in tit. de feud. conclusio. 2. nu. 6. & 8. sed in casu, de quo agitur, ultra pretium interuenerunt seruitia, de quib. in c. 1. de for. fidel. & de uete. for. fidel. quæ sunt multa, quæ cum ibi uideri possunt & notantur per Scribentes non transcribo.

43 Quartò & ultimo respondetur, ꝙ † etiam in feudo emptitio ratione iuramenti fidelitatis præstandæ fœmina non admittitur. Alex. in consi. 30. col. 5. in fi. uo. 1. dupplicato in consi. 2. uol. 5. quia cum præstitum fuerit iuramẽtum fidelitatis, ut in capitulis nouẽ & ueteris formẽ fidelitatis, de cuius natura est, quod uasallus teneatur iurare se facturum, quod sit incolume, tutum, honestum & utile, & rem quam casu fortuito, uel inuito amitteret dominus cum ipso recuperabit & alia faciet, quæ sunt de natura dicti iuramenti, ut in cap. 1. de uet. form. fidel. & ea non possit explicari ideo non potest in eo succedere. Dec. in consi. 139. col. pen. in fi. & in consi. 193. col. 4. in princ. Paris. in consi. 16. nu. 11. uol. 4. Idem tenuit Curt. Sen. in consi. 50. col. 2. uersic. & isto casu Affic. in decis. 320. col. 3. ubi dicit, quod si feudum de sui natura præstat iuramẽtum fidelitatis, sub quo continentur illa sex, de quibus in c. 1. de no. for. fidel. quæ omnia non possunt ꝑ monasterium explicari, quod ex persona monachi in huiusmodi feudo succedere non poterit monasterium, cum contineat iuramentum fidelitatis seruitiũ personale, quod per monasterium præstari non põt, subdens ita notatum fuisse per sacrum Consilium iterum Affli. in constit. regni constit. errores, col. 2. uer. sed hoc, ubi tradit, quod licet quando feudum præstat seruitium reale, clericus sit capax sucessionis feudalis, tñ secus est, si feudum de sui natura debet præstare fidelitatẽ, ergo & fortius quando ex pacto se astrinxit cũ iuro ad ea. Brun. in consi. 13. in 2. artic. in uersi. 2. succedere non possunt pro qua opinione facit q̃d scribit Osasc. decis. 27. nu. 9. ubi dicit, ꝙ † licet

44 clericus, qui religionẽ professus est, succedere possit in feudo, pro quo prẽstetur seruitiũ reale uel personale clericis honestũ, tñ hoc non procedit, quãdo in inuestitura ultra seruitium reale uasallus iuramentum fidelitatis præstaret ẽm formã antiquẽ & nouẽ fidelitatis, prout in inuestituris cõiter fieri solet: quia tũc cum sit promissum seruitium personale & militare, ꝙ per religiosum explicari non põt, clericus religiosus succedere non potest. allegat Affic. & alios ut ibi per eũ, & ratio est secundum eum nu. 8. quia dictum iuramentum prẽstitum secundum formam de qua supra, in qua promittitur personale & militare seruitiũ, ut ex ipsorum titulorum lectura apparet, ergo idem in casu præsenti dicendum uenit, cum fœmina nõ possit explicare seruitium personale & militare.

Ex his igitur concludendum uenit, quod omnibus supradictis simul collectis nullatenus ueniunt admittendæ prædictẽ dominẽ Helena & Iulia ad successionem dicti Castri, & quod hæc interpretatio, ꝙ sit feudum, ueniat sumenda, cum tendat ad commodum & beneficium ecclesiẽ Astensis, cuius erat prius dictum Castrum, quia res semper desiderat peruenire ad pristinam naturam. l. si unus. §. pactum. ff. de pac.

45 Non habet obstare si dicatur, quod † in feudo franco præstatur iuramentum fidelitatis, & tamen mulier in eo succedit, Dec. in consi. 269. col. 2. in fi. Rui. in cõsilio 18. num. 13. uol. 2. ubi etiam idem, dicit, quòd in tali feudo succedit monasterium: quia in hoc ẽquiparantur fœmina & Monasterium c. 1. in fi. an mutus: Quia respondetur, ꝙ etsi ex dispositione consuetudinis feudalis sit dispensatum cum muliere, ut non teneatur ad seruitium personale in feudo franco, tamẽ id secus est quando ex pacto quis se obligat ad contẽta in capitulis nouæ & ueteris formẽ fidelitatis: quia tunc ad unguem debet ea obseruare & sic præstare seruitium personale a quo mulier excluditur. Bru. in consi. 18. col. quarta, uersic. 2. succedere, ubi si quis est obligatus secundum quod alij uasalli sunt obligati uirtute nouẽ & antiquæ fidelitatis, mulier non succedit in tali feudo. Pactum enim seruandum est. l. primæ ff. de pac. l. prima, ff. de constit. pecun. Osasc. ubi supra decis. 27. nu. 9.

46 Vltimò nõ obstat, quod † in feudo hereditario quis non admittatur nisi sit hẽres: Quia respondetur duobus modis. & Primò, quod præmissa sententia locum sibi uindicat ubi delata fuisset hẽreditas dicti quõdã Magnifici Domini Philippi iam dicto Comiti Lelio: quia tunc non potest separari feudum ab hæreditate: secus si non fuerit sibi delata hæreditas. quia absque ea potest consequi feudũ. Iacob. de Beluiso. Bal. & Alua. in c. 1. ex quibus cau. feud. amit. Dec. in consil. 208. Bal. in c. 1. col. 3. uers. quid si filius an agnat. uel filius, ubi dicit, quod si uiuo patre filius renuntiat hæreditati paternæ cum iuramento, talis renuntiatio in feudo sibi non præiudicat: qui non obligatur filius per legẽ ad impossibile. Iacob. de Beluis. ibi ubi sic formaliter dicit. Quod dixi de filio, quod non liceat ei repudiare hæreditatẽ, intellige quando filius potest habere hereditatẽ patris, uel quia pr̃ eũ instituit hæredem in testamento, uel quia mortuus est ab intestato. Si uerò non potest habere hæreditatem tanquam hæres; quia alius fuit institutus, tunc filius poterit habere feudũ licet non sit hæres. idem tenent ibi Mart. Lauden. in uersi. Item nota. Prẽpos. in sexta col. uersicul. quæro ab extra. Alua. col. tertia Affli. col. secunda num. 7. ubi ait, hoc menti tenendum, quia singulare, & quod nunquam audiuit, & credit uerum, & sic ibi communiter feudistæ hoc tenent, & quia de hoc aliàs abundè scripsi in consilio. 35. nu. 15. cum duobus sequentibus uolum. 3. quibus addo Ioan. Baptistam Ferre-

ret.in consi.178.nu.7.cum sequenti Cephal. in cōs. 224.nu.26.

Secundo respondetur, quod dictum feudum nō est hæreditarium sed ex pacto & prouidentia stante transactione inita inter quondam dominum Philippum patrem ipsarum dominarum Helenæ & Iuliæ & dictū Comitem Lelium approbatam per Reuerendissimum Antistitem Astēsem, in qua cōuētū fuit, q bona & iurisdictio Montiselli sint in eodē gradu & natura feudi, ut sūt bona & iurisdictio Pieæ, & quod in alienationibus & successionibus non sit peior cōditio unius loci. Montiselli quā alterius Pieæ sed sint in una eadē qualitate, Cui conuentioni cōtrauenire non possunt dictæ dominæ sorores, cum sint hæredes patris. l. cū a matre. C. de rei uindicat. l. uēditrici. C. de reb. alien. non alienan. sed feudum Pieæ ex pacto & prouidentia: quia concessum pro filijs, Iser. in c. 1. §. hoc quoq; col. 2. de success. feud. dixi in consi. 28. col. 1. uolu. 3. in
47 † quo quis succedere potest licet non sit hæres, ut est communis opinio secundum Ias. in l. si post mortē in princ. nu. 3. de lega. primò. Clar. in §. feudum, quæstio. nona. uersicu. quandoque uero dixi alias in pluribus locis.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia procuratoris in non appellando nocet Domino.*

2 *Dispositio l. prima. ff. quando appellan. sit locum etiā habet, quando procurator appellauit sed postea apostolos non petiit infra terminum iuris, quia apostoli sunt apendices appellationis.*

3 *Procurator si est uerus cōtumax non præiudicat domino in appellando.*

4 *Contumax verus dicitur citatus personaliter ad uidēdum proferri sententiam.*

5 *Contumax uerus excluditur ab appellando.*

6 *Contumax uerus dicitur citatus personaliter ad sententiam ferendam licet in toto processu non fuerit contumax.*

7 *Tempus ad appellandum incipit currere a die sententia.*

8 *Procurator si fuerit contumax uerus in appellando, domino incipit currere tempus non a die scientiæ sed sententiæ.*

9 *Dominus sicut non potest appellare post decendium, ita nec appellationem prosequi interpositam a uero contumace, quia tunc appellatio habet initium uitiosum.*

10 *Appellationi friuolæ non est deferendum.*

11 *Appellans friuolè de iure canonico per iudicem a quo potest excommunicari ut contumax.*

12 *Appellans friuolè potest mulctari.*

13 *Iudici fit iniuria per appellationes friuolas, adeo quod agere potest actione iniuriarum contra appellantem.*

14 *Procurator, qui neglexit appellare, si non est soluēdo, Dominus potest post decendium appellare.*

15 *Dominus potest appellare post decendium a die sententiæ, intra tamen decem dies a die notitiæ domini, petita prius restitutione in integrum & obtenta.*

16 *Causa appellationis si deseratur dolo uel negligentia procuratoris, domino non competit restitutio, nisi procurator non sit soluendo.*

17 *Pupillo uel adulto, qui passi sunt damnum negligentia tutoris uel curatoris, si non sunt soluendo, datur in subsidium restitutio in integrum.*

18 *Procurator dicitur non esse, soluendo, quando non habet bona in territorio, uel ibi prope.*

CONSILIVM XCI.

EGREGIVS Antonius Catelanus procurator Domini Laurentii Serpontis, per ordinarium Legi, citatus fuit personaliter ad uidendū proferri sententiam in causa coram eo uertente dominum Franciscum Lāceum actore ex una & dictū dūm Laurentium ex altera, & in cōtumaciam ipsius procuratoris fuit lata sententia cōtra prædictum dominū couētū a qua parte ipsius procuratoris minimè appellatum extitit: Vn dubitari contingit, an cōtumacia ipsius procuratoris in nō appellando noceat domino suo. in qua dubitatione sequendo ueras & communes doctorū sententias uidetur distinguendum. Nam aut contumacia procuratoris fuit ficta, actus fuit uerus contumax, si fictus cō
1 tumax, cōtumacia † sua habet præiudicare domino in
appellando, tex. est clarus in l. 1. §. fi. ff. quando app.
sit. Bart. in l. 2. §. si procurator. in secunda col. uersi. si
uerò. ff. si quis iuris. non obtemp. Ias. ibi colu. quinta.
2 in uersicu. quinta conclusio. ubi † etiam extendit differentiam tex. in ipsa. l. prima, locum habere, quando procurator appellauit, sed postea apostolos non petiit infra terminum iuris: quia apostoli sunt appendices appellationis, secundum Bal. in c. 1. in 6. col. ut lite non contestata. ubi Inquit, quod est nouus passus non tactus, ab aliis, sequitur Ferretus in cōsi. 200. col. 2. & cum Bart. transeunt Dec. in consi. 295. col. fi. Ian. & cæteri in dicto. c. 1. ut lite non contesta. Francis. in capitul. Nicolao. col. penult. de appella. in capit. cum speciali §. porrò, col. penult. uersicul. ultimo quæritur. eod. tit. Alex. in consi. 95. col. 3. uersi. quoniā respōdeo. uol. 2. Zas. in dicto. §. si procurator. nu. 22. ubi asserit hanc esse communem: quia appellare incūbit. do-
3 mino. si † uero procurator est uerus cōtumax non præ
iudicat domino in appellando, quia dolus seu contumacia procuratoris non habet obesse domino. Bar. in dicto. §. si procurator. col. 2. & in dicta. l. prima §. fi. ff. quando appell. sit in l. si. col. pen. uersi. quæro utrum ff. de in integ. restit. ubi inquit, quod ex facto procuratoris non punitur dominus, quia quando procurator non appellauit infra decem dies ius appellandi perit sui natura: quia non uiuit plus nō aūt finitur hoc in pœnam non appellantis, sed q uerus contumax nō audiatur est in pœnam contumaciæ. ut per Inn. in d. c. 1. ut litem non contesta. ubi etiam Fely. col. 4. uersi. prædictam conclusionem. notant omnes in d. §. si procurato. Franc. in d. c. Nicolao. colum. penultim. circa finem Alex. in l. properandum. §. sin autem reus. in fin. C. de iud. Capic. in decisi. 139. col. fi. uersiculo. 35. casus: ¶ Stante igitur dicta distinctione, quæ uera est, & ab omnibus recepta, uidendum restat. an dictus procurator fuerit uerus contumax uel ne? & concludendum uenit, quod dicatur uerus contumax
4 † cum fuerit citatus personaliter ad uidendum pro-
ferri sententiam, ut uoluerunt Cuman. & Imol. in l.
a sententia. §. primo. ff. de appellati. ubi citatus per-
5 sonaliter in dubio præsumitur verus contumax † qui
excluditur ab appellando. l. ex consensu. §. primo,
de appella. Francis. in c. bonæ memoriæ. colum. sexta,

in princip. de appella. Alexan. in dicto. §. sinautem reus.colum.penult.uers.8.conclusio.& in l.sæpe.col. 24.de re Iud. Capic. in citata decis. 139. column.3. Felin.in cap.quoad consultationem.colum.13.uersi. secundus est casus.de re Iud.Maran.in tracta.de ord. Iud.in sexta par. in uersic.contumacia.num.17.uers. septima pœna est: Iterum in dicta 6.par.in uer.secundus actus principalis. nume.273.& 275.ubi ait ueram esse conclusionem quantum ad propositum
6 nostrum,ꝙ † ille dicitur uerus contumax, qui citatus fuit personaliter ad sententiam ferendam, licet in toto processu non fuerit contumax: Cum igitur ex prædictis constet, procuratorem ipsum fuisse uerum contumacem. Ideo dicendum uenit, dictum dominum Laurentium admittendum fore ad appellandum.

Sed quia difficultas oriri uidetur quo tempore incipiat currere tempus ad appellandum dicto domino Laurentio, an à die sententię, uel notitiæ, uel scientiæ, ut sciatur an sit exclusus dominus ab ap-
7 pellando uel ne.prima facie uideretur, ꝙ † non currat tempus condemnato, nisi à die notitiæ sententiæ, uel scientiæ.Spec.in titu.de appella.in §.restat. uersic.sed nunqnid dies, glo.in cap. primo, & in c. concertationi.de appella.in 6.Franc.in capitul.ex ratione. in princip.eod.titu. de appella.& in cap.bonę.colum. quinta, uersicu. octauo debet appellari. eod.tit. Tamen in casu nostro contrarium est uerius, quòd † in tempus incipit currere non à die
8 notitiæ sed sententiæ, latè Bart.in l.prima, in fi.ff. quando appellan.sit.Inno.in dicto capitu.primo, ut lite non contesta.ubi etiam Butr.colū.octaua, uersi. & ex his decidit. Imol.in ultimo notabili. & Felyn. col.tertia, uersic.aduerte tamen dupliciter. ubi inquit, omnes ita tenere Franc.in cap. Nicola.colum. penult. uersicu. sed difficultas est.de appella.ubi dicit ita tenendum esse.Capic.in decis. 139.in fi. Felin.in cap. quoad consultationē. in 11.conclusione de re Iud.Ferret.in consilio 209.num. primo. & ait
9 Card.in dicto cap.primo., ꝙ † sicut dominus non potest appellare post decendiū, ita non potest pro se cui appellationem inter positam a uero contumace, quin tunc appellatio habet initium uitiosum quod dicit notabile, & cum Card.ibi pertransit.Felin.ubi supra.

Ex his igitur firma remanet conclusio, ꝙ cum dominus Laurentius non appellauerit à dicta sententia infra decem dies numerandos à die latæ sententiæ, quòd nulliter & minus legitimè appellauerit, & quòd reiectio dicta appellationis legitimè
10 facta fuit. Nam † appellationi friuolæ non est deferendum.Gemin.in cap.cum appellationibus. colum. secunda, uersic.quæro.de appella.in 6.quia ab omni actu est prohibita, cum lex ipsam non admittat cap. cum appellationibus. de appella. lib.6.Ang.in
11 consi.140. Imò † qui friuolè de iure canonico appellat, potest per iudicem à quo excommunicare, ut contumax. Abb. in cap.solicitudinem. in primo
12 notabili.de appella.ubi plus dicit, ꝙ † potest etiam mulctari & in tantum lex odio habet appellationes friuolas, quòd non solum introduxit pœnas supra
13 dicta, uerum † etiam censetur fieri iniuria iudicii a quò, adeo ꝙ iudex potest agere actione iniuriarum gloss.fin.in l.fi.in glo.fin. C.quando prouo. non est neces.gloss. in capi. si quis præpostera.in glo.secunda, 50. distinctione, Maran. in trac.de ord.iud. sexta par.in §. secundus actus. num.337. ¶ Hæc ta-
14 men dicta esse intelligantur, nisi † procurator, qui neglexit appellare, non esset soluendo, adeo quòd dominus non posset ab eo suum consequi inter se, quia tunc dominus potest etiam appellare post decendium. glo.fi.in l.prima, in fi.ff.quando appellan.sit.glo.tertia. in auth.hodie.C.de appella.Bald. in l.ab eo colum.secunda,uers.extra quero.C.quom. & quando iudex, & hoc ne aduersarius cum alterius iactura lucretur, quam incurreret dominus, si excluderetur à beneficio iuris, & non posset recurrere cōtra procuratorem.Felin.in dicto capitulo. primo, colum.quinta, ut lite non contesta ubi subdit, quòd illud. quod dictum fuit, quòd potest ap-
15 pellare post decem dies † intelligitur post decem dies à die sententiæ, intra tamen decem dies à die notitiæ domini, inquiens prædicta tenenda esse in practica tanquàm approbata à communni scola doctorum: In hanc quoque sententiam inclinat Fulgos.in dicto. §.si procurator. quem refert ibi Ias.in quinta colum.uersicu.limita. ubi ait tenendum esse menti huiusmodi limitationem.sanè tamen intelligendam, petita prius restitutione in integrum & obtenta, non tamen ipso iure, ut singulariter uoluit Bal.in cap.significauit.in colum.penul.de appellatio.ubi dicit hoc notandum.Alexā. in consilio 95. colum.tertia, uersi.& licet glo.uolum.2.pro qua sententia facit, quod uoluit Cassador.in decis. suis in
16 tit.de appella. decis. quinta. ubi dicit, quòd † si deseritur causa appellationis dato vel negligentia procuratoris, non excusatur dominus, nec ei competit restitutio, nisi procurator non esset soluendo, quia tunc restitueretur.Franc.in capit.ex ratione.in octaua colum.uersi.circa.quartum impedimentum. de appella. ad idem facit tex. in l. properan-
17 dum, in §.fina.C.de iud. ubi † pupillo minori quatuordecim annis uel adulto, qui passi sunt damnum medio tutorum uel curatorum suorum negligentium, si non sunt soluendo, datur in subsidium re-
18 stitutio in integrum, & † qui procurator non dicitur esse soluendo, quando non habet bona in territorio uel ibi propè, ut decidit Bal.in cap.ex ratione, de appella. per tex.in aucten.de exhiben.reis in §.sancimus. & per notata in l.fi.C.de Princi.agen. in rebus. libro 12. quem sequitur ibi Fran. in dicta colum. octaua. in uersic. circa quartum impedimentum.

Vnde si dominus posset probare procuratorem suum non esse soluendo, utique sibi danda foret huiusmodi restitutio ad effectum prædicta appellationis. Et in casu simili aliàs ita iudicatum fuit ibi hoc sacro Consilio Montisferrati.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta alijs præiudicare non debet.limita, vt in num.19.*

2 *Conuentio facta cum vna persona alij non nocet nec prodest.*

3 *Sententia non præiudicat substituto non citato.*

4 *Sententia lata contra prohibitum alienare non nocet substituto seu fideicommissario, qui non fuit citatus.declara, vt in num.21.*

5 *Sententia lata contra emphyteutam non nocet proprietario non citato.*

6 *Sententia lata contra vasallum super feudo antiquo non præiudicat alijs agnatis non vocatis.*

7 *Citari licet non debeat, nisi ille, contra quem petitio dirigitur, & de cuius interesse agitur principaliter,*

liter, tamen, vt sententia lata contra vnum noceat alteri, citari debet ille de cuius praeiudicio tractatur, sed contra vt infra.

8 *Sententia lata contra donantem non nocet donatario non citato.*

9 *Sententia lata contra primum substitutum non praeiudicat sequentibus non citatis.*

10 *Alienare qui non potest, similiter actiones exercere non potest.*

11 *Sententia lata contra haeredem non praeiudicat substituto, qui ignorauit litem esse notam.*

12 *Sententia lata contra vasallum nocet domino scienti litem motam esse, secus si ignorauit. declara vt infra.*

13 *Sententia lata contra emphiteutam nocet directo domino scienti & tacenti.*

14 *Sententia lata contra venditorem emptori ignoranti litem esse motam non praeiudicat.*

15 *Sententia lata contra haeredem institutum adeo praeiudicat substituto non citato, quòd ex tali sententia contra eum datur actio iudicati.*

16 *Sententia lata contra haeredem conuentum praeiudicat legatarijs & fideicommissarijs; quia haeres dicitur principalis persona, contradictor legitimus & caput testamenti.*

17 *Sententia lata pro haerede agente contra debitores haereditarios prodest cohaeredibus.*

18 *Sententia lata contra patrem nocet filio primogenito successuro in regno.*

19 *Reprobatur Bar. in dicta. l. filiusfamilias. §. diui. de lega. primò.*

20 *Sententia lata contra unum nocet alteri ignoranti substituto.*

21 *Sententia lata contra haeredem licet faciat praeiudicium substituto non citato, tamen tale praeiudicium non affert, quin ab ea appellari possit infra decem dies à die notificationis dicta sententia.*

CONSILIVM XCII.

SENTENTIAM latã ad instan
tiam Magnifici Domini Anselmi If
nardi creditoris quondã Magnifici
domini Troili Spando lini contra
Magnificum dominum Odoninum
Zafardinũ ipsius Magnifici domini
Troili haeredem uniuersalem ex testamento non obes
se domino Alberto Spandolino substituto tãquã nõ
citato in litemota cõtra prędictũ hęredẽ & eo ignorã
te litem ipsam agitari ex sequentibus demonstra-
2 tur ¶ Quoniam regula est generalis, quòd † res inter
alios acta alijs praeiudicare non debet, capitolo dile
cto. de praeben. in fi. l. saepe. ff. de re iud. toto titul. C. res
inter alios acta. Neuiza. in cõsilio 20. numero quarto,
Soci. Iun. in cõsilio 181. nu. 88. uolu. secũdo, facit. l.
3 si unus. §. ante oĩa. ff. de pac. ubi † cõuentio facta cũ una
persona alij nõ nocet nec prodest, ubi Ias. in prin. ubi
multa ad hoc allegat.
4 Secundò, q̃ † dicta sentẽtia nõ praeiudicet dicto sub
stituto nõ citato probat Bart. in l. filiusfamilias. §. di
ui. col. 2. ff. de leg. 1. ubi † sentẽtia lata cõtra prohibitũ
alienare nõ nocet substituto seu fidei cõmissario, qui
nõ fuit citatus. Affl. in decis. 380. nu. 6. ubi † sentẽtia la
ta cõtra emphyteutã nõ nocet proprietario nõ citato:
Tertiò accedit, quod scribit Isern. in capit. pri
mo, §. si uasallus de suo, si de feud. fuer. contro. in
ter domi. & agnat. quem ibi sequuntur Praepos. Al
6 uar. & Afflic. in nu. 20. ubi † sententia lata contra
Vasallum super feudo antiquo non praeiudicat alijs
agnatis non uocatis, & Isern. etiam sequuntur. Felin.
in c. fin. circa mediũ. de maior. & obe. Dec. in cõs. 445.
num. 32. ubi dicit hanc esse communẽ opinionẽ, simi
literque q̃ sentẽtia lata cõtra unum nõ nocet alteri:
cui debet fieri restitutio ex causa fideicõmissi, nisi
fuerit citatus, latè Dominus Osasc. in decis. 157. p to
tã, Capic. decis. 20. nu. 23. Curt. Iun. in trac. feud. parte
7 7. quaest. 11. Zas. de feudi alie. numo. 21. Nam † licet
quoad ualiditatem sententiae satis sit citare illum,
de cuius interesse agitur principaliter, gl. in l. de uno
quoque ff. de re iud. tamen ut sententia lata contra
unum noceat alteri, debet citari ille alter, de cuius
praeiudicio tractatur. Inno. in cap. fi. de maio. & obed.
Bal. in l. ab co. colum. fi. uersicu. extra quaero. C. quo
mod. & quand. iud. Alexan. in dicta. l. de uno quoque,
in princip. colum. fin. in l. decem in princip. nu. 10. ff.
de uerbo. obli. in cõsi. 84. col. penult. uolum. 3. Dec. in
consi. 445. nu. 32. 564. col. 2. uersi. non obstat. in cõsi.
ult. in fi. & in l. iure ciuili. nu. 4. de reg. iur. Ceph. in cõ
silio 106. col. fi. & 279. num. 14. Curt. Iun. in consilio
43. num. 8. Soc. Iun. in. consi. 181. nu. 97. uol. 2. quam
sententiam citat communem Ias. in l. decem. num. 42.
uersic. ego contra. ff. de uerb. oblig. & magis commu
nem. Soc. in consi. 282. nu. 4.
Quartò facit, quod inquit Soc. Iun. in cons. 49.
8 col. fi. uol. 2. ubi ait, quòd † sententia lata contra do
nantem non nocet donatario non citato, & in con
silio 181. nume. 86. & 95. uol. 2. ubi post Bald. ibi per
9 eum citatum dicit, quod † sententia lata cõtra primũ
substitutum non pręiudicat seqentibus non cita-
tis.
10 Quintò, quòd noceat, probatur. nam † qui non po
test alienare, nõ põt actiones exercere. l. ait praetor.
ubi Bart. ff. de iure delib. Dec. in consi. 441. col quin
ta. Bal. in consi. 250. col. prima uol. 4. Craue. in consi.
90. nu. primo, Cagnol. in l. res iudicata. nu. 5. de reg.
iur. Isern. & Afflic. in cap. 1. §. si uasallus de suo. si de
feudo fue. cõtro. inter do. & agna. & ratio ista esse ui
detur s̃m Dec. ubi supra: quia in iudicio quasi cõtrahi
tur. l. 3. §. idẽ. scribit. ff. de pecu. & ideo sicut nõ potest
alienare per nim contractus, idem uidetur in qua si.
contractu: quia potest sequi alienatio mediante sen-
tentia.
11 Sextò principaliter dicitur, quòd † sententia lata
contra haeredẽ nõ praeiudicat substituto, qui ignora
uit litẽ esse motã. Isern. in dicto. §. si uasallus de suo.
12 ubi concludit, sentẽtiã † latã cõtra uasallũ nocere
domino scienti litẽ motã, aliàs secus si ignorauit,
quem ibi sequũtur Aluarot. Praepos. & Afflic. nu. 20.
ubi dicit, q̃ si agnati ignorabant litigiũ eis nõ praeiu
dicat sentẽtia, & ideo q̃ si secũdus agnatus & tertius
sciebant litem agitari & quartus ignorabat, illis sciẽ
tibus praeiudicat sententia & non quarto igno-
ranti. Iterum Afflic. in decis. 396. col. secunda, ubi
31 † sententia lata contra emphiteutam nocet dire-
cto domino scienti & tacenti. Soc. Iun. in consilio
49. col. fi. uol. 2. ubi dicit, quòd sententia lata contra
donantem non praeiudicat donatario ignoranti litẽ
14 esse motã, per. l. saepe. ff. de re iud. ubi † sententia lata
contra uenditorem emptori ignoranti litem esse mo
tam non praeiudicat. Ceph. in consi. 239. nu. 14. in cõ
si. 107. col. fi. & in cons. 133. nu. 83. Feli. in c. fi. nu. 5. de
mai. & obe. & in cap. exhibita in princ. de iud. Zas. in

trac.feud.charta.73.Dec.in citato consi.445.num.23.
Alex.in dicto.§.diui.uol.4.

His tamen & alijs similibus non obstantibus con-
traria sentẽtia est de iure uerior.Nã clarum est in iure
25 quod † sententia lata contra hæredem institutum præ
iudicat substituto, non citato,adeo quod ex tali sen-
tentia datur actio iudicati contra substitutum non ci-
tatum .l.ex contractu.ff.de re iud.Bar.in l.in diem. ff.
de aqua plu.arcen. per l.primam. §.penu. ff. de uentr.
inspic.ubi dicit legem illam notabilem ad hoc, & cũ
Bar.ibi pertranseunt Roma.& Imol.Paul.de Castr.&
Alex.in d.§.diui.in 3.& 4.col.Ias.col. 7. uersi. subdit,
ubi inquit,oẽs ita tenere.Alex.in cõsi.156.col.fi.uol.
2.& 65.nu.27.uol.6.Soc.Iun.in consi.181.nu.96.uol.
26 2.ubi dicit,sententiam † latam contra hæredem con-
uentum præiudicare legatariis, & fideicommissarijs
eo quia hæres dicitur principalis persona & contradi,
ctor legitimus & caput testamenti.Fel.in c. exhibita.
in princ.de re iud.Rod.Suar.in l.post rem iudicatam.
col.2. de re iud. facit. l.si patroni.secundum unã le-
cturã.ff.de Trebel.ubi sententia lata contra hæredẽ p̃
iudicat fideicommissario.Ruin.in consi.19.col.fi.uol.
2.Alex.in dicto consi.65.nu.27.Ias.in §.diui.in prima
lectura col. 1.uersic.facit & in 2.lectura.col.11.Ripa.
nu.60.& Ferd.Loaz.nu.126. ubi dicunt hanc esse cõ-
munem Roder.Suarez.in allegatione 27,numero.3.
uersiculo sed quod . quam etiam partem uti com-
munem sequitur Arius Pinel.in l.1.in 3.par.fol. 373.
in uer.crebrius.C.de bon.mat.Ber.in cõs.102.nu.46.
uersi.quare.uol.2.ubi consuluit , quod si creditores
hæreditarij agunt contra hæredem,& sic ex facto &
contractu testatoris,& sententia feratur cõtra herę-
dem,illa pręiudicat substitutis & fideicommissariis p
27 dictam.l.ex contractu.& dicto.§.diui.sicut † lata pro
herede agente contra debitoris hereditarios prodest
coheredibus,ubi not.in l.si heres.ff.fam.ercis.& ratio
est secundum Paul.in dicto.§.diui.in fi. Nam ex quod
fuit lata sententia contra heredem.& bona pro satisfa
ciendo creditoribus hereditarijs uendita fuerunt,prę
iudicium fit legatarijs seu fideicommissarijs:quia bo
na , quę fuerunt testatoris, quo ad hunc effectum ui-
dẽtur esse heredis, qui omnibus hereditarijs credito
ribus tenetur.Didac.libro prat.q.c.13.nu.6.ubi hanc
esse crebriorem doctorum sententiam . ¶ Nec habet
obstare quod dicta l. ex contractu debet intelligi , si
substitutus citatus fuerit , ut inquit Dec.in dicto con
si.445.num.30.uer.sed replicari potest:Quia respon-
detur,quod ista est manifesta diuinatio ad illum text,
Alex.in dicto.§.diui.col.3.& Ias.in l.decem. numero
42.in uersic.sed ista solutio.ff.de uerb.obligation.ubi
etiam dicit,quod ille tex. redderetur pœnitus indu-
bitabilis : quia esset sine dubio , quod sententia prę-
iudicaret substituto non citato.Arius Pinel.in l, pri-
ma.in 3.par.folio.374.C.de bon.mater.

Facit quod uoluit Oldra. in consi. 44.col. fi. ubi
28 dicit, quod † sententia lata contra partem nocet fi-
lio primogenito successuro in regno , quam sen-
tentiam secuti sunt etiam Alber. de Rosa. in l. pe-
nultim.col.4. C.de dona. inter uir. & uxor . Mart. de
laude.in trac.de primogen.in fin.Tiraquel.in trac.de
iure primogen. quęst. 35. numero 17. Arius Pinel.
in l.1.in 3.par.nu.48.uersi.sed contraria opinio.C.de
bon.mater.Boer.decis.255.col.antep.in fi.cum prin.
seq.Dec.in l.pactum quod dotale.nu.17.uersic.in con
trarium.C.de collatio.

Superest modo ut remoueantur,quę ex aduerso ad
ducta fuerunt , & deueniendo ad primum argumen-
tum dicitur , quod si res inter alios acta alteri non
pręiudicet,tamen hoc fallit in multis casibus , inter
quos est præsens,per dictam l.ex contractu.& alia su
pra citata.

Vlterius dicitur,quòd dicta regula hic recte non
applicatur:quia necessariò & consequenter iudiciũ
agitatum censetur cum successore,si similiter actum
fuit cum antecessore.Arius ubi supra folio 375.
19 Non † obstat secundò dictum Bart.in dicto §. diui.
Quia respondetur contra Bart.ibi esse communẽ opi
nionem,ut firmant ibi Ripa & Ferd. Loaz. item Bar.
est sibi contrarius,ut in dicta.l.in diem.nisi dicatur,
quod dicta sententia potest saluari ab eius contrarie
tate,uidelicet,quod in quantum in dicto §.diui.dicit
quod substitutus debet,citari debet intelligi quantũ
ad effectũ, ut sententia lata cõtra hæredẽ noceat sub
stituto omni respectu,adeo quod appellari non pos-
sit,quando sententia trãsiuit in rẽ iudicatã cõtra prin
cipalẽ, hæredem& in quantum uult in ipsam.l.in diẽ
quod non sit opus citare substitutum, debet intelligi
quantum ad hoc,ut sententia illi obsit:quia talis sen
tentia contra hæredem nocebit substituto non cita-
to,sed omni respectu:quia licet hæres principalis ap
pellare non possit,tamen substitutus poterit.ita Fer.
Loar.in dicto.§.diui.nu.131.

Similiter obstare non uidetur decisio Andre.de I-
ser.& sequacium in d §.si uasallus de suo. Quia respõ
detur duobus modis.Primò,contrariũ tenuerũt Alc.
in l.sæpe.ff.de re iud.Iacob.de Sancto Georgio in in-
uestit.sua in uerbo & dicti uasalli pro dictis reb. col.
12.in uer.quæro an sententia.ubi inquit,hãc partẽ ue
riorẽ,& hanc esse magis communem tradit Didac.in
libr.prat.q.c.13.numer.6.ubi reprobat Dec. in citato
consi.455.dicens hanc esse receptiorem. Arius Pi-
nel.in l.prima,in 3.part. folio 372. de bon. mater.
Secũdo, ꝙ decisio ipsa procedit quantum ad hoc, ut
non possit appellari:quia quantum ad hunc effectum
non nocet talis sententia, aliàs secus : ita Crot.in d.
§.diui.nu.41. & Ferd.Loaz.nu.130.Osasc.in dec.157.
numero.12.

Similiter non obstant scripta per D.Osasc. in di-
cta decis.157.quia in casu suo tractatur de præiudi-
cio irreparabili aliorum cui habeãt ius commune, æ-
quale & non secundario cum condemnato, quod nõ
est in casu nostro.

Pariter non refragatur,quòd licet ad ualiditatem
sententiæ quando agitur principaliter contra hæredẽ
non requiratur,citatio tamen secus est ut sentẽtia no
ceat:Quia respòndetur,hanc distinctionem reproba-
tam a iure:quia contra tex.in dicta.l.ex contractu. ac
notatorum in dicto.§.diui & in l.si patroni. secundũ
unam lecturam,ad Trebel.& in alijs locis supra rela
tis & Didac.ubi supra in uersicu.sunt uero . ubi miraš
de Ias.qui in dicta.l.decem.num.42.dixerit hanc esse
communem:quia in contrarium est ueritas, quia hæc
restrictio tollitur auctoritate iurisconsulti in dicta.l.
ex contractu.& per Imol.in dicto.§.diui. & alios ibi
p eũ relatos,Arius Pinel.ubi supra folio 375.uersi. id
n. ubi inquit,hoc ridiculũ esse,cũ nemo dubitare pos
sit,an sententia,& iudiciũ noceret ei ,cũ quo actũ est
& tãdẽ ꝙ ista cauillatio manifeste confutatur ex d.l.
ex contractu.& doctrina dicti.§.denunciare.

Nõ obstat denique quod uoluit relatus p Soc.Iun.
in dicto consi. 181. quia reprobatur ab Ario Pinello
ubi supra charta.378.circa princ.

Vlterius nõ obstat, ꝙ dicta sentẽtia nõ nocet igno
20 rantia.Quia respondetur,ꝙ † imò ea obest substituto
ignorãti,per dictã.l.ex cõtractu.& per Didac.ubi su-
pra in uer.nã sententia,ubi tradit,ꝙ sententia lata cũ
legitimo defensore & cum eo,qui primas ac potiores
habet defendẽdi partes,nocet omnibus hic etiam nec
citatis

citatis nec scientibus, qui a iure uicti & condemnati ius proprium deducere conantur & coguntur, per l. si suspecta. in princip. ff. de inoff. testa. Iacob. de Sancto Georgio ubi supra D. Osasc. in decis. 157. nu. 15. Arius Pinel. ubi supra col. 378. in princ. Secūdo respondere potest, quod huiusmodi sententia posset habere locum, ut non noceat substituto quoad omnem effectum, alias secus per supra dicta.

21 Non habet etiam obstare, quod † licet huiusmodi sententia substituto faciat preiudicium, quāuis non fuerit citatus, nō tn̄ affert tale preiudiciū, quin ab ea appellari possit infra decē dies a die notificationis sibi factæ de tali sentētia, ut per Alex. in d. §. diui. in 3. col. Ripā nu. 62. & Ferd. Loaz. nu. 128. uers. 2. illam regulā, ubi dicunt, quod licet teneat iudiciū nō citatis his, quorū secūdariò interest, possunt tn̄ appellare pro interesse suo, qn̄ eis fuerit notificata sētētia uel fuerint certificati de tenore sententiæ: quia tunc eis currit tēpus ad appellādū, in tantum quod si ignorauerint causā agitari in prima, secunda & in tertia instantia, adhuc possent appellare, licet principalis non posset. Bart. & alii in l. a sententia. ff. de appella. Abb. & alii in c. cum super. de re iud. Vnde cautela est secundum Ang. in d. l. a sententia quod talis tertius, qui comparet pro suo interesse iuret, quod nuper, & maxime a decē diebus citra, habuit notitiā dictæ sentētię a qua, cū possit aliquo modo lædi, appellat, & talis appellatio respectu illius tertij erit prima, ut dicūt Card. & Fel. in d. c. cum nuper. & in c. tua nobis. col. fi. uersi. 4. fallit, extra de appell. dominus Osasc. ubi supra, Arius Pinel. ubi supra char. 380. in fi. uersic. limito tertiò, idem uoluit Crot. in d. §. diui. nu. 39. uersi. 2. fallit Por. in consi. 172. nu. 12. Soc. Iun. in consi. 181. col. fi. uol. 2. Afflic. in c. 1. §. si uasallus de suo, uersic. 7. si de feud. fue. cōtr. inter dom. & agna. Curt. Iun. in consi. 23. col. pe. in fi. Quia respondetur, quod in casu, de quo agit, iste Dn̄s substitutus nedū infra decē dies post quā notificata fuit sentētia nō appellauit, sed nec post duos mēses, ut cōstat ex iuribus exhibitis, ergo &c. & ad hoc adducitur cōsiliū Ber. in cons. 30. nu. 21. & 63. uol. 2. ubi tradit, quod substituto licet nō currat tēpus ad appellādū, donec sibi fuerit notificata sentētia, quod incipit currere a die ipsius notitiæ, tn̄ eo elapso amplius substitutus, legatarius uel fideicōmissarius, cui in consequentiā potuit præiudicari per sentētiā contra hæredem ratiōe obligatiōis factæ per defunctū, nō est audiēdus cōtra tales sententias, quod & uolunt cæteri doctores supra relati, quos amplius rtanscribendos non duxi.

SVMMARIVM.

1 *Testibus affirmantibus magis creditur quam negantibus.*

2 *Quod amplia procedere etiam si negant es extent plures & digniores, quia clerici, & affirmantes laici.*

3 *Clerici duo si deponunt, me commisisse fornicationem tali die, & laici duo dicant, me fuisse cum illis ea die preponendi sunt laici.*

4 *Testes plures quando contrariantur alijs, si alliqui sunt digniores, etiam si pauciores sint, si autē æquales in dignitate, uel unus non sit dignior altero, præferuntur plures.*

5 *Testibus affirmantibus magis creditur, quando probantes negatiuam dicerent, super interrogatis nihil scire.*

6 *Testes affirmantes preferuntur negantibus in negatiua improbabili sui natura, uel si testes deponerent super negatiua nō reddentes rationem, secus si super negatiua sui natura probabili.*

7 *Testibus negantibus, quando cum negatiua est coniuncta affirmatiua, ita creditur sicut affirmantibus.*

8 *Negatiua quando est coarctata loco & tempore, magis creditur testibus negantibus pro reo, quam affirmantibus pro actore.*

9 *Testibus deponentibus super negatiua magis creditur quàm affirmantibus.*

10 *Quod amplia procedere, etiam si negante sint laici & affirmantes clerici.*

11 *Testes si inuicem contrariantur, neutri creditur.*

12 *Testes nobiliores preferuntur aliis.*

13 *Seniores preferuntur aliis.*

14 *Testibus diuitibus magis creditur quàm pauperibus.*

15 *Testes si sint maiores numero preferuntur.*

16 *Testibus rei magis est deferendum in dubio quam testibus actoris.*

17 *Quod ampliatur procedere, etiam si testes ex parte actoris in aliquo excederent.*

18 *Testes actoris si sint digniores & minus digni pro reo, minus digni præferuntur.*

19 *Testes masculi & si regulariter præferantur fœminis, tamen secus si fœminæ deponent pro reo.*

CONSILIVM XCIII.

IN Causa, de qua agitur, reperiuntur examinati plures testes, qui delictū de quo in inquisitione, affirmāt: Ex aduerso autem uidentur examinati alii plures testes uidelicet, Nobiles Antonius de Plano, Zaninus Rotta, Petrus filisius, Ioannes Cantarana, Franciscus Rampinus, & Ricardus de Zerbis, qui de directo testificantur negatiuam. Quibus sic stantibus per Dominum Iudicem maleficiorum fuerunt condemnati testes rei tanquam falsarii & extra ordinem in quadam summa pecuniarum à qua condemnatione appellauerunt; Modo uero refricatur in dubium, nunquid sententia ipsa malleo subsistere possit. Primaque facie uidetur dicendum quòd sic: quoniam ambigui
1 iuris non est, quòd magis creditur testibus affirmātibus quam negantibus. gl. in l. diem proferre. §. si plures. ubi Bart. & alii. ff. de recep. arbitr. glo. in cap. 1. de præscrip. in 6. Felin. in cap. in nostra. col. 2. de testib. Crane. in consi. 134. col. 3. Grat. in cons. 93. nu. 2. uol. 1. & 81. nu. 32. uol. 2. Bero. in consi. 34. num. 9. uol. 1. Anto. Gabr. in suis com. opin. cōclus. 4. in prin. in tit.
2 de testib. Quod † ampliatur procedere, etiam si negātes essent plures nu. glo. in dicta. l. si plures. quam ibi sequuntur Doctores. Bar. in l. 1. ff. de uentr. inspic. Mantua in cons. 208. nu. 76. uol. 1. Boer. decis. 101. num. 3. Bero. in cons. 34. col. pen. in fi. uolum. 1. & digniores: quia clerici, & affirmantes laici. glo. in c. clerici. 82.
3 dist. ubi glo. dicit, quod † si duo clerici dicant, me cōmisisse fornicationem tali die, & duo laici dicāt me fuisse cum illis ea die præponendi sunt laici.
4 Secundo dicitur, quòd † quando plures testes contrariantur alijs, si aliquis sunt digniores præferuntur aliis quibus contradicunt, etiamsi pauciores sint, si autem sunt æquales in dignitate, uel unus non sint dignior altero, præferuntur plures. ita Bos. in titulo. de oppo-

oppo.contra testes nu.9.At in casu præsenti dicunt Fiscales,testes fisci deponere affirmatiuam & plures esse numero digniores quã contradicentes,ergo sententia ualida.

Sed si diligenter contemplentur,quæ continẽtur in processu inquisitionali formato contra dictos testes utique apparebit iniustè & nulliter cõtra eos iudicatũ fuisse. Absolutũ enim est in iure,ꝙ & si testib. affirmantibus magis credatur quàm negantibus, secundum regulam glos.in d.§.si plures: Tamen datur plures limitationes,quæ bene adaptantur ad casum
5 nostrum,& Primò, quod† conclusio ipsa locum habet,quando probantes negatiuam dicerent super interrogatis se nihil scire: quia tunc creditur testibus magis affirmantibus quàm negantibus,secus si testes dicerent se scire & se referunt ad negatiuam coarctatam:quia tunc tam negantibus quàm affirmantibus creditur;ita Iacob.de Aret.Bart.Oldr.Bal.& alij in d.§.si plures.Ias.in consi.81.col.fin.uol.4.Calca. in consi.42.col.4.Anto.Gabr.ubi supra nu.4.Claud. in l.ut ui num.95.de iust.& iure.
6 Secundò dicitur,quòd† gloss.ipsa procedit in negatiua improbabili sui natura,uel si testes deponerẽt super negatiua non reddendo rationem Bal.in l. cum hi.§.integra.ff.de transac.secus si super negatiua sui natura probabili:ut quia proponeret ꝑ mediũ alicuius sensus.Aret.in c.in nostra.col.quinta,de testib.Ant.Gabr.ubi supra nu.3.Grat.in consi 93.num. 15.uol.j.& 81.nu.68.uol.2.Bero.in consi.102.num. 36.uolum.3.

Tertiò limitatur dicta conclusio,ut nõ procedat,
7 quando† cum negatiua est coniuncta affirmatiua,ut quia dixerunt testes,ꝙ tales non erant,& ꝙ esse nõ potuissent, quin uidissent.Bart.Bal.& alij l.hæredes palam.circa finem principii.ff.de testa.Paul.de Cast. in consi.94.col.2.uol.j.Felin.in c.cum nostra.col.5. de testib.Ruin.in consi.9.col.4.uol.2.Anto.Gabr.ubi supra nu.6.Alex.in consi.110.col.3.uol.1.& in consi. 147.num.15.uol.6.Clarus in prat.crim.in §.fi.q.52.
8 uersi.sciat autem.Nam† quando negatiua est coarctata loco & tempore,magis creditur testibus negantibus pro reo, quam affirmantibus pro actore.Abb.& Fel.in c.ex literis.col.2.de proba.ubi.Abb.instruit iudices,ut non de facili præponant testes actoris,sed uelint potius errare in absoluendo quàm in condẽnando.Curt.Iun.in consi.17.nu.5.

Quartò declaratur dicta gl.non procedere in cri-
9 minalibus:quia † tunc magis creditur deponentibus super negatiua quàm affirmantibus. glo.in c.clerici 81.distinct. Ias.in l.ut uim.col.1.ff.de iust.& iur.in consi.167.col.pen.& fi.uol.4.uersi.item Ascanius.& hoc fauore liberationis:quam gl.dicit singularẽ. Roma.& illam a Bal.didicisse in l.in illa.in ult.col.ff. de uerb.oblig.Anto.Gabr.ubi supra nu.9.uer.3.limi
10 ta.ubi † ampliat hanc limitationem procedere, etiã si negantes sint laici & affirmantes clerici.Ias.in rubrica de iureiur.col.pen.in fi.Calca.in consi.64.col. 8.Gerar.in sing.11.Curt.in trac.de testibus conclusione 2.Riminal.in consi.136.nu.13.inter consilia crimin.Ora.Vit.in consi.168.nu.24.inter dicta.consilia crim.Roma.in consi.241.col.6.Dec.in ca.ex literis. de probatio.maximè in consi.41.nu.22.Mars.in consi.2.nu.12.& in sing.141.Claud.ubi supra nu.94.sed in casu præsentis processus,si linceis oculis contẽta in eo inspiciantur, utique comperietur,quod dicti testes,& si deponant Antonium,Ioannem & Baptistam ac Franciscum non ad fuisse rixæ exortæ in loco,tamen reddunt rationem per sensum & coarctatam loco & tempore negatiuam coniunctam cum affirmatiua,ꝙ esse non potuisset,quin uidisset,ergo eis magis credẽdũ,cũ deponãt pro reo ut supra,& maximè in criminalibus. Vnde ex hoc capite uidetur dicendum,quòd testes ipsi ex eo,quòd deposuerint negatiuam,non potuerunt puniri ex traordinariè ob temerariam assertionem,prout cõtra temerarios uidetur uelle Clarus in §.falsum.uers.solet etiã,cum hic non datur temeraria assertio sed ueridica.

Secundò dicitur,quòd respectu contrarietatis ipsorum testium nõ potuerunt condemnari in pœna, de qua in sententia,nec in alia uiliori potuissent condemnari; quoniam magis communis sententia do-
11 ctorũ est,quòd† neutri creditur ipsorum testium inuicem contrariantium,Ioan.Andr.& alij in c.in nostra.de testibus Gramat.in consi.26.nume.21. ubi dicit,hanc esse magis receptam doctorum sententiam, prout & ita etiam affirmant Alexan.in consi.34.col. fi.in princ.uol.3.Foller.in prat.sua crim.folio mihi 537.nu.10.Clarus in prat.sua crim.in §.falsum.uer. conuincitur.Ceph.in cõsi.223.nu.17.Ratio est: quia licet constet,aliquem esse periurium, non tamen cõstat,quis eorum sit,& proptera nemo pœna afficiendus est Alex.& Ias.in l.duobus.§.fi.ff.de iureiur.Alexand.in consi.179.uol.2.iterum Ceph.in consi.204. nu.11.Foller.ubi supra folio mihi.200.nu.29.Bero. in consi.198.col.fi.uol.3.ubi etiam dicit, quòd non sunt reducendi ad concordiam,ut probent, etiamsi reduci possent.l.eos.in fi.de fals.& in consi.20.nu.8. uol.eod.Si igitur nulli creditur, ergo nec puniri potuit in pœna,de qua in ipsa sententia.

Solum nunc superest respondere ad adducta in cõtrarium.& Primò,ꝙ testibus affirmãtibus magis credendum est quam negantibus: quia supra ad dictam conclusionem datæ fuerunt quatuor declarationes omnino contradicentes ad casum nostrum, adeo ꝙ obiectum subsistere non potest.

Ad secundum respondetur, ꝙ stante cõtrarietate ipsorum testium si magis,credendum esset aliquibus ex ipsis, standum esset magis testibus rei quam aliis multiplici ex capite,& primo:quia sunt nobiliores,
12 quàm testes aduersæ partis,quo casu † nobilioribus magis credẽdum est,cum pro eius multum præsumatur.glo.in c.illud.40.distin.Bal.in l.testium.col.fi.C. de testib.Calcan.in consi.9.col.3.Fel.in c.cum nostra.col.4.in princ.de testib.ubi pauci nobiles præferuntur multis rusticis.l.3.in prin.ff.de testib.Mars.in consi.30.& consi.65.nu.43.Ruin.in consi.158.num. 26.uol.5.Port.conclus.24.lib.2.Natta in consi.537. nu.65.Curt.de testib.cõclus.16.Neuiz.in cõs.47.nu. 41.Cra.in cõs.249.col.13.in fi.uer.præferri.ubi dicit ꝙ data cõtrarietate testiũ præferunt nobiliores,dixi in consi.3.nu.7.uolumi.3.& in consi.12.nu.3.& 27. nu.25.uol.eod.Anto.Gabr.in suis com.opin.in titu. de testib.conclus.4.nu.34.ubi hoc ampliat in nu.37. si testes digniores essent numero inferiores.
13 Sunt† quoque seniores,qui cęteris contrariantur, Ideo præferẽdi sunt.iuxta notata ꝑ doctores in l.cũ qui.ff.si cert.petat.Fel.in c.in nostra.col.4.de testib. Roma.in l.si uero §.de uiro,in 24.fallentia.solut. matr.Port.conclus.31.lib.2.facit l.semper.ff.de iure immu.ubi dicit lex.Semper in Ciuitate nostra ueneranda senectus.Neuizan.in consi.47.nu.15.Parpal.in l.cum quid.nu.10.ff.si cert.pet.
14 Plus† quia diuites,quibus rationem diuitiarum ęt magis creditur quam pauperibus,qui de facili corrũpuntur.Spec.in tit.de accusa.col.8.uersi.Item excipitur,quòd est pauper.Craue.in citato consi.6.nu.29. & 249.nu.13.Crot.in l.si constãte.nu.21.solut.mat. Menoch.in consi.60.nu.16.Neuiza.ubi supra Ioan.

Crot.

15 Crot.in l.si.constante.nu.21.solut.matr. Item† maio
res numero.l.ob carmen.§.fi.ff.de testib.in c.in no-
stra.extra eod.tit.Alexand.in cons.85.colum.2.uo-
lumi.2.Port.lib.2.conclusione.26.Bursat. in consi-
lio 116.num.35.

Vlterius dicitur, quod hoc magis procedere debet in
casu præsenti, in quo agitur de fauore reorum. Nam
16 † in dubio magis differendum est testibus rei quam
actoris c.ex literis de probatio.Dec.in l.qui accusa-
re.nu.16.C.de eden. Ratio autem est: quia ubi pares
sunt probationes, ex latere rei una semper adest præ
sumptio, siue in criminali, siue in ciuili iudicio uer-
semur, ne quis deliquisse credatur.l.merito.ff.pro so
cio.Menoch.in trac.de arbitr.iud.casu 92.nu.2.& se
quēti Grat.in cōs.81.Ant.Gabr.in suis com.opin.in
tit.de testib.conclus.4.num.21.Bursat.in consi.126.
nu.35.uersi.2.deponunt.

17 Quod† extenditur etiam locum habere, etiam si
ex parte actoris probationes in aliquo excederent,
ut puta si testes actoris essent digniores testibus rei.
& ideo uidemus, quod si testes actoris essent clerici &
testes rei laici, quamuis regulariter testes clerici præfe
rantur c.clerici 81.distinct.nihilominus in fauorem
rei præualent testes laici: quoniam qualitas testium
non debet posse tollere absolutionis prerogatiuam.
Abb.in c.ex literis.de probatio. Claud.in l.ut uim.
nu.95.de iust & iure Grat.in consi.81.nu.70.uolu.2.
gl.in l.3.in §.eiusdē.ff.de testib.Antoni.Gabr.in suis
com.opin.in tit.de testib.cōclus.4.nu.41.ubi inquit,
18 quòd† si testes digniores essent pro actore & minus
digni pro reo, minus digni preferuntur. Et ideo uide
mus, quod regulariter præualet testimonium mascu-
lorum, testimonio mulierum.Bal.in l.si.ff.de fide in-
strum.Alex.in cōsi.136.uol.6.Petr.in sing.11.Rom.
19 in rub.de arbitr.nu.36.ratione instabilitatis, & †ta
men præualet testimonium mulierum testimonio ui
rorum, ubi testes fœminę sunt pro reo.Mars.in con-
si.2.nu.21.& in consi.63.nu.45.Gramat.in consi.45.
col.2.Ant.Gabr.ubi supra nu.42.Port.in cōclus.24.
Bursat.in consi.70.nu.4.

Cum igitur ex præmissis appareat malè fuisse iu-
dicatum contra prædictos nominatos per dominum
Iudicem à quo, utique uenit pronuntiandum bene
fuisse per eos appellatum, & in pace dimittendos.

SVMMARIVM.

1 *Iudicantes diligenter oportet cuncta rimari & ordinem rerum plena inquisitione discutere.*
2 *Iudices ex officio subtili ingenio reorum innocentiam perquirere debent.*
3 *Iudices non debent esse seueriores, & crudeliores legibus.*
4 *Iudices in benigniorem partem semper inclinare debent.*
5 *Iudices maiorem honorem consequuntur in absoluendo quàm condemnando.*
6 *Pœna homicidij regulariter est mortis.*
7 *Inquisitio si contra aliquem formari non potest, minus ualent, quę sequuntur.*
8 *Exceptio ineptitudinis reddit Iudiciū retro nullum, & opponi potest post sententiam.*
9 *Fuga licet faciat aliquem haberi pro confesso, tamen id procedit, quando inquisitio est ualida & in casu permisso.*
10 *Inquisitio formata non pręcedentibus legitimis inditiis non ualet.*
11 *Quod ampliatur procedere, etiam si Princeps mandaret inquiri.*
12 *Et etiam si Iudex in criminalibus posset liberè procedere.*
13 *Agi potest contra Iudicem formantem inquisitionem nullis præcedentibus inditiis.*
14 *Testibus periuris non creditur.*
15 *Periurus excluditur à testimonio, quamuis falsitas esset circa accessoria.*
16 *Maledicis non creditur.*
17 *Infames de facto, & de iure licet faciant indicium ad inquisitionem, quando dictum eorum perseuerat in tormentis, tamen hoc fallit in periuris.*
18 *Testis emendatus de crimine licet sit idoneus testis, tamen secus in periuro emendato.*
19 *Periurus non uidetur habilitatus sub generali dispositione, qua habilitatur testis.*
20 *Socius criminis licet in aliquibus casibus faciat inditium ad inquisitionem, nō tamen periurus, in quo deficit fides testimonii.*
21 *Periurus non facit inditium ad torturam ad emendationem nec ad capturam, etiam si in tortura deposuerit.*
22 *Doctori attestanti de consuetudine, in qua uersatus est, creditur.*
23 *Testis quando dicit unum cum iuramento extra Iudicium, & postea aliud in Iudicio, ei non creditur tanquam falsario.*
24 *Depositio reiterata uidetur fortior & magis deliberata.*
25 *Depositioni primæ tendenti in fauorem rei, si est iurata, magis creditur quàm secundæ.*
26 *Inquisitio formata nulla pręcedente diffamatione nō ualet.*
27 *Quod amplia procedere, etiam si statuto caueatur, quòd in criminalibus potestas possit libere inquirere.*
28 *Inquisitio formata non pręcedente diffamatione in tā tum non ualet, ut si postea probetur delictum per testes, probatio non pręiudicat.*
29 *Reus si confiteatur delictum super inquisitione facta nulla pręcedente diffamatatione, talis confessio sibi non pręiudicat.*
30 *Iudex inquirens nulla præcedente diffamatione tenetur ad expensas inquisito, quia contra eum pręsumitur de calumnia.*
31 *Inquisitio formata nulla pręcedente diffamatione, etiam de mandato Principis simplici non ualet.*
32 *Statutum disponens, quòd contumax habeatur pro confesso, & conuicto, locum non habet in minore, muliere, & rustico.*
33 *Testibus sibi ipsis contrariis non creditur.*
34 *Blasphemator repellitur à testimonio.*
35 *Blasphemator cum sit Deo infidelis, hominibus fidelis esse non potest.*
36 *Incarceratus pluries de delictis repellit à testimonio.*
37 *Lusor repellitur à testimonio.*
38 *Ludus est crimen.*
39 *Ludens præsumitur dilapidare bona sua, adeo quòd dicitur malè uti substantia sua.*

CON-

CONSILIVM XCIIII.

1 SI † iudicantes diligenter cuncta rimarẽt, & ordinem rerum plena inquisitione discuterent, ut eos instruit text.in c.iudicantem 30.q.5. & maximè mali latiuunculatores, qui hodiernis temporibus funguntur nedum officio iudicis sed & partis, conantes
2 innocentes illaqueare, prout † eorum innocentiam subtili ingenio ex officio proprio perquirere deberent l.si non defendantur.ff.de pœnis. & hoc ut sæuiores uideantur, quòd equidem leges ualde abhor-
3 rent†cum non deberent esse sæueriores & crudeliores ipsis legibus.§.oportet.in auth.de iudicibus c.sanè.ubi doctor.de offi.delega.sed † in benigniorẽ par-
4 tẽ semper inclinare deberent.l.Arrianus.ff.de actio.
5 & oblig.quoniam†maiorem honorem cõsequuntur in absoluendo quàm in condemnando, Paul.de Castro in cons.296.in fi.quẽ sequitur Dec.in cons.175. col.pen.in fi.ubi allegat Anchar.in consi.23.qui inuehit cõtra Iudices maleficiorum, qui anhellant ad condemmationem, quando procedunt per uiam inquisitionis.Dec.in consi.189. col.fin.Marſ.in prat. sua crim.in §.occurrunt.nu.7.Craue.in consi.9.col. fina.in princip.utique non uideremus tantas iniustitias & oppresiones, sed uhe illis: quia si ignorantes non sint, scire debẽt, quòd habent Deum ultorem, qui benignè audit uoces oppressorũ, & suis loco & tempore dabit maleuolis Iudicibus illam sœueram sententiam.Ite maledicti in ignem æternam.

Coactus fui præmissa in mediũ adducere contra pręsentem Iudicem, qui postergata omni iustitia pauperem Antonium Nicetum condemnauit in pęnam
6 mortis ex causa homicidii †q̃ pęna regulariter imponitur his, qui uerè homicidiarii sunt.l.3.§.legis Corneliæ.ff.de sicar.l.qui ultimo.ff.de pęnis.Marſ.in cõsi.7.in princip.90.in princ.& 110.nu.2.in quam pœnam certè condemnare non potuit, ut ex sequentibus demonstratur. Quoniam indubitata est iuris con-
7 clusio, quòd†sit inquisitio formari nõ potest contra aliquem, minus ualent, quę sequuntur. ut per Ang. in consi.178.ubi etiã inquit, quòd Guliel.de Cuneo
8 dixit in l.si libertus patronum ff.de iureiur.quod†exceptio ineptitudinis reddit Iudicium retro nullum, & quod etiam post sententiam potest opponi.Marſ. in consi.128.nu.8.& 130.nu.17.Bos.in tit.de inquisit.nu.77.Soc.Iun.in cons.37.in prin.uol 2.& in consi.38.nu.21.uol. eo.Paris.in consi.163.col.fin.uol.4. Galea.Malua.in consi.110.nu.37.inter consi.crim.diuerso ubi inquit, quod ubi inquisitio contra aliquẽ per Curiam formata de iure nõ procedit, omnia quę ex ea sequuntur dicuntur nulla, adeo quod torturę esse locus non potest.Grat.in cons.97.num.12.uol.1. Foller.in prat.sua crim.in 4.par.3.par.in uerbo, & si
9 confitebuntur.nu.60.ubi tradit, quod†licet fuga faciat aliquem haberi pro confesso, & dicta confessio suum sortiatur effectum, requiritur quod pręcesserit inquisitio ualida & in casu permisso, alias non sortiretur effectum, sed inquisitio † in casu pręsenti nul-
10 liter fuit formata contra prędictum Antonium nullis pręcedentibus inditiis legitimis, ergo non ualet, Fulgoſ.in cons.107.& 149.in fi.Marſ.in §.constante. nu.33.in consi.2.nu.23.in consi.117.num.5.& 120. nu.28.& 134.nu.6.Clarus in sua pratic.crim.quæst. 20.uersic.ad formandam. ubi ait malè facere Iudices, qui nullis pręcedentibus inditiis formant inquisitiones.Grat.in consi.57.numero 11.uolumine 2. ubi inquit, doctores intrepidè ita tenere, Catus in consi.99.numer.1.inter consil.crim.diuers.lib.1. ubi totus mundus hoc sequitur, subdens hanc conclusionem ualde tritam, & quod consulentes omnes ipsam affirmant.Rui.in cons.7.nu.2.uol.5.Ceph.in consi.204.nume.18.& 206.nu.21.Craue. in consi.262.in prinip.Marc.Angel.in consi.30.in princ.inter consi. crim.diuers.& adeo recepta est communis hęc con-
11 clusio, ut ea etiam locum habeat†si Princeps mandaret inquiri: quia adhuc intelligitur inditiis præcedentibus.Bald.in c.licet undique, per glo.ibi, de offi.delegat.Bos. in suo tract. crim. in titul.de inquisit. nu. 23. Item re Bal.in c.1.de offi.ord. per illũ tex.in uerbo libera.Marſ.in consi.25.nu.5.Gra.in responso.74.
12 nu.8.uol.2.Imò plus dicitur, quod†contra Iudicẽ formantem inquisitionem contra aliquem nullis pręcedentibus inditiis agi potest.Grat.in consi. 97. numero. 12.uol.1.

Nec habet obstare, quod hic adsunt duo testes deponentes de dicto homicidio. Quia aduertendum est, quod ipsis nullateuus est credendum ex multis, & Primo quia semel extra iudicium & cum iuramento dixerunt se nihil scire de dicto homicidio & bis in iuditio licet tertio de dicto homicidio deposuerint ẽt in
14 iudicio. Nã†testibus periuris nõ creditur. Alex.in cõsi. 114.col.4.uo..7.ubi asserit hanc esse communẽ: quia tota fides testis dependet a iuramẽto, & adeo hoc est uerum, quòd scribit Craue.in consi.36.num.14. quod
15 † excluditur a testimonio periurius, quamuis falsitas esset circa accessoria, & quod non faciant in specie indicium ad inquisitionẽ probatur.in c.qualiter & quãdo.de accusatio.ubi text.dicit. quod ante inquisitionem debet præcedere, fama quæ ortum non habuit a
16 suspectis & a personis maledicis. † si ergo maledicis non creditur, secundum Saly.in l.ea quidem.C.de accusatio.ex quo consueuerunt male dicere. l. si is cui. §.cum iisdem.ff.de accusat.ergo nec periurius c.testimonium.ubi doctores de testibus.cum utroque casu sit eadem ratio, ergo idem ius. l. illud.ff.ad l.Aquil. Ruin.in consi.146.col.2.uol.5.ubi etiam inquit, q̃ et si Bald.in l.cunctos populos.in 10.col.C.de sum. tri.
17 & fide catho.uelit, quod†infames de facto & de iure faciant inditium ad inquisitionem, quando dictum eorum perseuerat in tormentis, quasi sentiat alias secus, tamen quod dictum Bal.non procedit in periuris per gloss.in c.per tuas.in uerbo adulterii.de simonia.
18 q̃ uult, quod † quamuis emendatus de crimine sit idoneus testis, tñ secus in periurio emendato: quia adhuc laborat contra eum suspitio, ex quo semel deierauerat, unde credendum est, quod iterũ sit deieraturus,
19 quam glo.ibi summè notat Abb.dicens, quod†sub generali dispositione, qua habilitatur tęstis, non uidetur habilitatus periurus: nunquàm ergo (dicit ipse) debet admitti, periurus in testam.Alciat.in trac. de pſumpt.in 1.reg.in 10.præsump.ubi tradit, quod†licet
20 in aliquibus casibus socius criminis faciat inditium. ad inquisitionem, nõn tamen periurus in quo deficit fides testimonii, uidelicet, fides. quod inquit singulariter notandum. quod & prius uoluit Fulgoſ.in consil. 173.col.2.Ceph.in cons.204.num.30.& in cõsi.233.
21 col.1.† ubi periurus nõ facit inditium, ad inquisitionem, torturã nec ad condemnationẽ, imò nec quo, ad capturam, ut per Alciat.in loco supra citato, quod ampliatur procedere etiam si in tortura deposuerit. Craue.in consi.6.nu.16.Menoch.de arbitr. iud. casu. 108.no.16.Viuius in suis com.opin.lib.1.in uerbo in testem non admittitur, ubi est communis Boer. in decis.315.nu.5.dixi alias in consi.16.in 1.uol.& in cõs. 73.nu.6.& 18.uol.eo.Bos.in ti.de ind. & considerat.

nume.

nu.156. & quamuis dicat contrarium seruari, prout & idem dixit Clarus in prat.sua crim.in §.fi.q. 25. in uersi.scias.tamen illud debet intelligi in statu Mediolani & non alibi, in quo fuerunt senatores & officiales & merito, per ea quæ dicit Guald.in caut.35.in ti. de subsit. ubi concordando opiniones, an doctori at
22 testanti de consuetudine sit credendum, dicit standũ esse doctori attestanti de consuetudine, in qua uersatus est doctor, non autẽ in aliis locis sequitur. Anto. Gabr.in suis com.opin.in ti.de probatio.cõclus.4.nu. 3.dicit tamen Bos.ubi supra, quod nescit respondere ad defectum periurij, idem Bos.in titu.de inquisit.nu. 48.Bursat.in consi.20.nu.61.34.nu.5.& 76.nu. 11.ubi citat hanc esse communem.

Si ergo iste iudex uidit hos testes coram eo bis deponere & attestati cum iuramento se nihil scire de dicto homicidio commisso & impicto dicto Antonio, & etiam semel extra iudicium & cum iuramento, licet postea in iudicio tertio loco dixerit contrarium, ego nescio uidere, quomodo fuerit ita promptus ad formandam ipsam inquisitionem contra prædictum Anto.sub dicto dictorũ periuriorũ & contrariorum.

Nam, ut inquit Ruin.in consi.149.num.24.uolum.
23 5.quando † testis dicit unum extra iudicium cum iuramento & in iudicio contra illud iuramẽtum, ei nõ creditur tanquam falsario, secundum Abb.in c.p tuas de proba.si ergo non creditur in tali casu, ergo multo minus quando unum dixit extra iudicium, cum iuramento, bis in iudicio, & tertio loco dixit contrarium eius, quod dixit extra iudicium & bis in iudicio cum iuramento.Ant.Gabr.in suis com.opin.in tit. de crimina.conclus.31.nu.4.& hoc maximè uirtute reiterationis factæ coram eodem iudice † quæ uidetur fortior, & magis deliberata.iuxta gloss.fina.2.quæ.3.ca. si quis iuratus.Dec.in consi.189.col.6.in fi.dixi in consi. 16.nu.23.uol.1.& in consi.73.nu.32.cum sequenti uol.eod.Bursat. in consi.34.nu.11.ubi dicit communem esse, quòd † magis creditur primæ depositioni, si
25 tendit in fauorem rei, si est iurata, quam secundæ.

Secundò, quod † dicta inquisitio sit nulla ex alio de
26 monstratur. Quoniam ad eam per dictam iudicem deuentum fuit nulla præcedente diffamatione c. qualiter & quando.il 2.de accusa.Mars.in prac.sua crimi. in §.2.nu.87.in consi.48.nu.10.49.nu.7.& in consil. 50.in princ.Grand.in trac.malef.sub rubrica quo. de malef.agit.per inquisitionem col.2. uersi. imprimis. Ange.in trac.malef.in uerbo hæc est quædam inquisitio.& ibi Hieron.in additione.nu. 68. ubi citat hanc esse communem, Nouel.in pract.crimin. folio 63.nu. 17.Bero.in consi.172.num.4.uol.3.ubi dicit, quod ad hoc ut solenniter & specialiter contra certas personas possit de certo delicto inquiri requiritur publica infamia contra eum, contra quem uult inquiri, & quod talis fama probata fuerit, & processerit a pluribus, nõ maleuolis, alioquin de delicto contra aliquem inquiri non potest c.cum oporteat.de accusa.quod secundum eum demonstratur. Nam quodlibet iudicium ad minus cõstat ex tribus personis, ex accusatore siue, actore, reo & iudice, alioquin iudicium nõ subsistit c. forus.de uerbo.sign. & in iudicio inquisitionis fama est loco accusatoris, dicto c.qualiter & quando.c. licet Hely. de simo. ergo absque fama præcedente iudex non potest inquirere, nec procedere, subdens quod ita se habent communes opiniones.Bar.in l.congruit ff.de offi.præsid.Grat.in consi.50.nu.6.uol.1. & in tã
27 tum est uera hæc sententia, quod † etiam stante statuto, quod in criminalibus Potestas possit liberè inquirere, tamẽ non poterit inquirere contra non diffamatum.Bal.in c.1. de offic. ord. Ias. in l. milites. C.

de milit.testa.Dec.in consi.175.colum.2.uersicu.non obstat.Mars.in consi.48.nu.10.49.nu.9.& 50.num.3. Grat.in consi.59.nu.8.uol.2.& in consi. 74.nu.8.uol.
28 eo.Imò plus dr, quod in tãtũ istud habet locũ, ut si postea pbet delictũ p testes, probatio non prçiudicat.Spec.in titu.de inquisit.§.nunc uidendum.in 3.col.& ibi Bal. in addit.dixi in consi.3.nu.9.cum pluribus seq.uol.3. quibus scriptis addo.Grat.in consi.59.nu.7.uol. 2. &
29 74.nu.7.uol.eod.ubi etiam dicit, quod † si reus confiteatur, confessio sibi non præiudicat, Cepol.in consi. 40.Mars.in consi.78.col.3.& adeo, hoc est receptum,
30 quod † etiã iudex tenetur inquisito ad expẽsas: quia contra eum præsumitur de cal.Paris de Puteo in tra. de sindica.in uerbo inquisitio.col.2.dixi in dicto con
31 si.3.nu.13.quæ sententia similiter procedit, dato † etiã quod inquisitio fieret de mandato Principis si n, lici Fely.in c.cum oporteat.in 4.notabili de accus.ubi et Anan.in 2.notabili.Alex.in consi.194.col.fi.uersi.nõ obstat.uol.1.Menoch in consi.100.nu.68.

Ex istis igitur defectibus sequitur, quod ipsa inquisitio redditur nulla, & per consequens pronuntiatio delicti pro confesso & conuicto, cum pronuntiatio ipsa resultare uideatur, ex inquisitione nulla & pessimè formata contra dictum Antonium, & ad hoc bene facit quod supra dixi, quod licet fuga faciat quem haberi pro confesso, tamen id procedit quando inquisitio est ualida, alias secus Foler.in prac.sua crim.in uerb. & si confitebuntur nu.60.

Vlterius dicitur, quod etiam dato quòd inquisitio legitima formata fuisset (quod tamen nullo modo admittitur) nihilominus non potuit iudex uigore statu-
32 ti disponentis, † quod contumax habeatur pro conuicto & confesso, delictum homicidij impictum dicto Antonio pronuntiari pro confesso & conuicto. Quoniam licet ualeat tale statutum, Bal.in l.ne diu. C. de pœnis Natta in consi.174.nu.26.Menoc.in cõsi.100. nu.154.Foler.in sua prac.crim.in uerbo etsi cõfitebũtur nu.2.tamen illud locum non habet in minore, muliere uel rustico, ut patet ex notatis per Paul. de Cas. in l.ubi exigitur.ff.de eden.ubi inquit, quod minor, mulier & rusticus citati personaliter, & si non compareant, non prçsumuntur esse in dolo, adeo quod poterunt appellare, secus si dicerent uelle comparere, uel iudicem contemnerent: quia tunc non excularentur a contumacia, cum sint in dolo uero quod inquit perpetuo menti tenendum, & cum Castren.ibi pertranseunt Alex.column.2.uersicul. & prædicta.& Ias.column.fi.uersicu. in gloss.2.Alc.in l. 2.col.2.in uerbo in tex. ubi rusticitati. ff. si quis in ius uoca.non ierit.Ias.in l.si quis id quod. col.9. ff. de iurisd.om.iud.Dec.in consi.34.col. penul.uersi.ultimo. considerandum est.Franc.in c.Nicolao. col.fi.in prin. de appella.ubi ait singulariter hoc menti tenendum, & proprie in terminis nostris ita dixerũt Mars.in pra. sua crim.in §.postquam.nu.60.& in l. de uno quoque. nu.184.ff.de re iud.Foller.ubi supra nu.7.uersic.tertio requiritur.Brun.in 3.par. stat. in uerbo contumax.nu. 6.& 22.& quamuis Natta in consi.541.col.2.uideatur uelle intelligere dicta per Doctores ubi supra, quando post contumaciam per se uel per procuratorem comparuerit, quia per comparitionem purgatur contumacia alias secus, quam declarationem habeo pro dubia, tamen in casu nostro sumus extra difficultatem cum procurator dicti Antonii post dictam pronuntiationem comparuerit, & contra eam suas fecerit legitimas oppositiones sed reiectas. Si igitur dicta pronũtiatio maleo subsistere non potest, ergo nec sententia condemnatoria ad mortem lata contra dictum Antonium prçtextu allegati homicidii, & tanto magis

hoc

hoc dicendum uidetur, cum probati fuerint dicti te-
stes periuri in defensionibus ipsius inquisiti, quib. nõ
33 creditur per iura & auctoritates supra citatas. Item † si
bi ipsis contrarii uigore diuersarum depositionũ, quo
casu reijciendi. l. qui falsò. ff. de testib. l. eos. C. de fal-
sis. Alex. in consi. 43. nu. 12. uol. 4. Gram. in consil. 44.
nu. 10. Plus d. Ioãnesfrãciscus Cengia est blasphema-
34 tor publicus, † qui repellitur a testimonio, Alex. in c.
152. col. 3. uol. 3. Dec. in consi. 143. cõs. 11. Oria. in ca.
quoniam contra. in uerbo testium depositiones. col.
35 12. de proba. & ratio esse uidetur † quia cum blasfema
tor sit Deo infidelis, hominibus fidelis esse non potest
Bald. in c. cum Ioannes. de fide instrume. Curt. Sen. in
consi. 55. col. 2. Foller. in prac. sua crim. fol. mihi. 537.
nu. 9. Grama. in consi. 12. nu. 29. Item Albertus de Ber-
36 sano alius testis est uilis, † quia pluries incarceratus,
de delictis, quo casu repellitur a testimonio. l. ité lex
Iulia. ff. de testib. ubi gloss. dicit, quod isti uinculati re
pelluntur, & ita per dicta iura dixit Gramat. in con-
silio 17. nume. 13. & in consi. 35. nume. 32. Orian. in c.
quoniam contra. in uerbo testium depositiones. colũ.
30. in prin. in uer. præmissis adde. de proba. ubi citat
hanc esse communem. Accedit quoque quia crimino-
37 sus, cum † sit lussor publicus, & † ludus sit crimen. Bart.
38 in §. illud. in procemio digestorum. nam † Ludens præ
39 sumitur dilapidare bona sua adeo quòd dicitur malè
uti substantia sua, ergo repellendus a testimonio. Bal.
in auth. quod locum. in fi. C. de collatio. Gram. in cõ.
2 nu. 29. & uoto 22. nu. 3.

Vnde ex his omnibus quæ supra dicta fuerunt concludẽdum esse arbitror, per dictum impium Iudicem fuisse malè iudicatum & dictum pauperem omnino absoluendum a dicta intitulatione homicidij, nulliter & iniustè sibi impicta.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ sunt prohibitæ de iure naturali, canonico & iure ciuili.*

2 *Crimen usurarum est contra Deum & hominem, & utraque testamenti pagina detestabile.*

3 *Iudex laicus est incompetens in causa usurarum.*

4 *Crimen usurarum est ecclesiasticum.*

5 *Causa usuraria est principaliter fori ecclesiastici.*

6 *Statutum laicorum disponens de modo probandi contractum usurarium non ualet.*

7 *Iudex laicus non potest inquirere de usura, nisi inter Iudæos.*

8 *Iudex secularis non potest cognoscere, an contractus sit usurarius, sed illum articulum remittere ad iudicem ecclesiasticum.*

9 *Vsurarum causa licet non sit spiritualis, tamen quia agitur de periculo animarum ratione peccati, si dubitetur, an contractus sit usurarius, de ipso cognoscendum est per iudicem ecclesiasticum.*

10 *Contractus in dubio non præsumitur usurarius in foro contentioso, cum semper interpretatio fieri debeat in bonam partem.*

11 *Vsuram qui allegat, illam probare tenetur.*

12 *Actore nõ probante reus debet absolui, siue agatur in criminalibus, siue in ciuilibus.*

13 *Testibus deponentibus in casu & facto proprio nõ est credendum.*

14 *Testis idoneus non est ille, qui habuit ab aliquo pecunias sub usuris, ad probãdum illum usurarium, nisi affirmaret, quòd ex dicto eius non intendit aliquod commodum quærere.*

15 *Testibus periuris in nullo creditur.*

16 *Periurus ubi quis est iuramenti religio nulla in eo considerari potest.*

17 *Testes contrarij sibi ipsis, repelluntur a testimonio.*

18 *Testes singulares sufficiunt ad probandum quem usurarium in genere.*

19 *Singularitas ubi est, ibi est uarietas & unitas; quia quilibet est solus.*

20 *Dicto unius quod credatur est contra ius diuinum & humanum.*

21 *Testes singulares tanquam diuisi & lacerati non probant.*

22 *Excommunicatus publicè repellitur a testimonio.*

23 *Et tanto magis si est excommunicatus excommunicatione maiori.*

24 *Excommunicatus maiori excommunicatione est turpis persona, cum remoueatur a consortio catholicorum.*

25 *Frater si instituit excommunicatum maiori excommunicatione fratre præterito, frater habebit querelam contra testamentum fratris, quia talem personã turpem instituit.*

26 *Inimicus capitalis repellitur a testimonio.*

27 *Inimicus capitalis repellitur a testimonio, nedum in causa homicidij, sed etiam in crimine læsæ Maiestatis.*

28 *Inimicitia capitalis oritur ex percussionibus.*

29 *Inimicus capitalis non facit inditium.*

CONSILIVM XCV.

SI perspicere potuissem, quod dominus Antonius de Arcellis intitulatus, & inquisitus, quod instrumentum usurarium celebrauerit, uitio usurariæ prauitatis fuisset inuolutus, utique pro eo uerba non facerẽ
1 cum sciam † usuras esse prohibitas de iure naturali, de
iure diuino euangelico. Didac. in libr. 3. uar. resolut. c.
1. nu. 5. dicens, ꝙ hanc sententiam tenent frequentissi
mo omnium consensu Theologi, ac etiam de iure ca
nonico, toto tit. de usur. Bero. in consi. 203. nu. 3. uol.
3. ubi inquit, quod usuræ hodie tam de iure ciuili quã
canonico sunt prohibitæ, & consequenter improbæ
2 cap. quia in omnibus. de usur. & in num. 10. ubi † cri-
men usurarum est contra Deum & hominem, & sit cõ
tra bonos mores, & utraque testamenti pagina dete
stabile & punibile. dicto c. quia in omnibus. & in c. su
per eo. de usur. Iul. Clarus in sua prat. cri. in uerbo u-
sura. uersicu. sciendum est autem Tamen quia mihi re
latum fuit à Nobilibus ualde fide dignis, quod dictus
Dominus Antonius est timoratæ uitæ, uiuitque lauda
biliter ac religiosè, innocentiam suam defendere nõ
recusaui; cum proprium officium consulentium, sit,
liberare oppressos & indebitè intitulatos a morsibus
caninis.

Inquisitio etenim formata reperitur contra prædictum dominum Antonium de allegato contractu usurario, contra quam duo opposita fuerunt, uidelicet iudi-

23 iudicis incompetentia, quod † Iudex laicus non po-
test cognoscere, an contractus sit usurarius: Alterum,
quod etiam data dicta cognitione ipse est in portu ab
solutionis, de quibus sigillatim est uidendum.
Et deueniens ad primum, dico dictum Iudicem lai
cum non fore iudicem competentem in allegato cri
24 mine usurarum, cum † crimen ipsum sit ecclesiasticũ,
ut alias demonstraui in consi. meo 75. num. 16. ac per
totum uol. 1. Verum quia nonnulli nisi sunt improba-
re sententiam meam, ideo illam confirmandum duxi
ex auctoritatibus intrascriptis, uidelicet, & Alberic.
in rub. de usur. in c. 1. de off. ord. Bal. in consi. 192. col.
pen. uol. 2. ubi ait, quod regulariter crimen usurarum
est ecclesiasticum & in consi. 449. in fi. uolu. eod. ubi
5 † causa usuraria est principaliter fori ecclesiastici, rur
sus in consi. 275. col. 1. uol. 5. ubi Iudex secularis non
potest ferre condemnationem in causa usuraria, cum
hoc ueniat in derogationem iuris ecclesiastici & etiã
contineat peccatum, Alex. in cons. 59. col. 2. uol. 1. du
plicato in consi. 39. uol. 4. ubi post Feder. de Senis in
6 consi. 16. dicit, non † ualere statutum laicorum dispo-
nens de modo probandi contractum usurariũ, quia
usurariorum causa non spectat ad laicos, cap. cum sit
generale. de foro compet. Paul. de Castro in consi. 71.
col. 2. secundum antiquam impressionem, Dec. in cõ
si. 18. col. 2. Corne. in consi. 227. col. pen. uersi. & lon-
ge minus. uol. 3. & in consi. 19. col. 3. uol. eod. Archie.
Florenti. in trac. de usur. in § 7. Crau. in consi. 6. num.
501. Soc. Iun. in consi. 83. nu. 12. uol. 2. ubi dicit, senten
tiã Bal. & Saly. in l. improbũ. C. ex quibus cau. infa. esse
de iure ueriorem, quicquid dixerit ibi Iacob. de Butr.
Natta in consi. 198. nu. 25. Lapus alleg. 46. Ias. in cons.
258. col. pen. in fi. cum princ. sequ. uol. 4. Grat. in con-
7 si. 39. colu. 2. uol. 2. ubi † iudex laicus nõ põt inquirere
de usura, nisi inter Iudeos, Rub. Alex. in cõsi. 65. in fin.
ubi determinat, quod licet fœneratori possit imponi
aliqua pena pecuniaria, tñ illa est arbitrãda per iudici
cẽ ecclesiasticũ, cũ usura sit crimẽ ecclesiasticũ Rodul.
in trac. de usur. q. 114. ubi dicit, cõsuetudinẽ esse in toto
terrarũ orbe, q̃d solus ecclesiasticus cognoscit de usu
ra, & hanc partem uti communem amplectuntur Am-
bros. de Vigna. in trac. de usur. nu. 125. Osasc. in decis.
127. ac etiam Didac. libro prac. q. c. 13. & tanquam cre
briorem Bero. in consi. 207. nu. 19. uol. 3. ubi refert Do
ctores magis communiter ita tenere in illo articulo,
an usura dicatur crimen merè ecclesiasticum seu spi-
rituale, subdens quoque quod eius cognitio etiam ad
iudicem secularem spectat quoad effectum restitutio-
nis non autem quoad puniendum usurarium aliqua
poena. Cum igitur hæc sententia sit communiter ap-
probata, ab ea non est recedendum, & maximè in ca-
su nostro, ubi tractatur de quæstione iuris, an contra
ctus sit usurarius, ut etiam per Alex. in l. Titia. ff. solu.
matr. Bald. in consi. 311. col. 2. uol. eod. ubi inquit, q
8 † iste strepitus, an quis sit usurarius uel ne, iudex de-
bet hunc articulum remittere ad iudicem ecclesiasti-
cum; quia causa usurarum est causa ecclesiastica, nec
pertinet ad iudicem secularem, ubi disceptatione o-
pus, sic quia res sit dubia. 11. q. 1. in summa. Causæ enĩ
ecclesiasticæ cognoscuntur hoc modo; quia quando
cunque iudex ecclesiasticus non habet sequi senten-
tiam iudicis secularis, signum est, quod illa causa est
ecclesiastici fori, c. ult. de excep. in 6. & in consi. 348.
9 colum. fi. uolum. 3. ubi tradit, quòd † licet causa usura
rum non sit spiritualis. tamen quia agitur de periculo
animarum ratione peccati, si dubitetur an contractus
sit usurarius, in isto dubio habet cognoscere iudex ec
clesiasticus. Fulgos. in consi. 134. col. fi. ubi concludit,
quòd iudex secularis non potest cognoscere neque
iudicare, an contractus sit usurarius, cum talis quæst.
sit ecclesiastica, & quod sententia lata per iudicem se
cularem. est nullam tamquam lata a iudice non com
petente. Vnde si parte dicti domini Antonii fuit op-
posita dicta exceptio, utique tanquam legitima ad-
mittẽda erat, & causa ipsa remittenda ad iudicem ec
clesiasticum.
Circa secundum caput dicitur, dato (sed non per-
misso) quòd iudex laicus posset cognoscere de causa
usurarum, quod prædictus dominus Antonius est in
portu uictoriæ & absolutionis. Quoniam instrumen-
tum, de quo agitur, (si bene legatur) non apparet in
aliqua parte sapere usurariam prauitatem. prout & in
10 dubio usurarium non præsumitur: † quia (ut dicũt do
ctores) contractus in dubio non præsumitur usura-
rius in foro contentioso, cum semper interpretari de
beat in bonam partem. l. si ex pactione. C. de usu. Bal.
in consi. 39. in fi. & in consi. 210. uol. 3. Crauet. in cõ-
11 si. 145. nu. 2. unde † qui usuram allegat illam probare
tenetur. Nam in foro cõtentioso donec probetur cõ-
trarium, standum est formæ contractus. c. in ciuitate.
de usur. nisi quis sit. solitus fœnerari: Crauet. in cons.
48. col. fi. & in terminis nostris nulla reperitur facta
probatio legitima, quod dictus contractus fuerit usu
12 rarius, ergo † absoluendus, per regulam. l. qui accusa-
re. C. de eden. quæ lex secundum doctores ibi, ita ha-
bet locum in criminalibus, sicut in ciuilibus.
Nec habet obstare, quòd imò sunt tres testes depo
nentes, quòd dictus contractus, est usurarius, uideli-
cet, Ioannesfranciscus, Iulianus & Thadeus fratres
de Tosanis, quo casu eis standum. l. ubi numerus. ff. de
testib. c. in nomine domini. extra eod. tit. Quoniã ad-
13 uertendum est, quòd † testibus ipsis tanquam deponẽ-
tibus in casu, & facto proprio non est, credendum. l.
in omnibus. C. de testib. l. nullus. ff. eod. titul. Mars. in
consi. 2. nu. 48. & in cõsi. 102. nu. 9. & in specie in ter-
minis, de quibus agitur, ita uoluerunt Bal. in l. dictan
tibus. C. de testa. Feder. de Senis in consi. 64. ubi dixe-
14 rũt, q † ille, qui habuit ab aliquo sub usuris, nõ est ido
neus testis cõtra illum ad probandũ ipsum usurariũ:
quia essent testes in causa propria. Nam si cõuincere-
tur ipse usurarius, posset testis ipse repetere usuras ab
eo extortas. Alex. in consi. 72. col. 7. nu. 10. uolu. 1. ubi
hoc approbat, nisi testes affirmarent, quod ex dictis
eorum non intendunt aliquod commodum quærere,
in consi. 107. col. fi. uol. eod. & in consi. 174. uol. 2. Di
dac. uariar. resol. lib. 3. c. 3. num. 4. circa fin. Abb. & Fe
ly. in cap. personas. de testib. Roma. in sing. 555. Ripa
in responso. 8. column. pen. & fin. in 2. parte. Anchar.
in consi. 189. col. fi. Mars. in consi. 2. col. 4. in fi. Craue.
in consi. 73. num. 29. & in consi. 6. nu. 101. Dec. in con
si. 542. col. 3. uersi. accedit, Ias. in consi. 78. col. 3. uolu.
3. Osasc. in decis. 72. col. pen.
Secundo, quia periuri cum iurauerint omnia &
singula contenta in instrumento fore & esse uera,
55 & postea deposuerint contrarium. Nam † testibus
periuris in nullo creditur, Bald. in l. si ex falsis. C. de
transac. Dec. in consi. 189. columna. 4. & in consi. 23.
num. 3. Craue. in consi. 6. numero. 48. ubi etiam uult,
quod non stetur dicto periuri cum tortura; quia
56 † ubi est periuris iuramenti religio nulla in eo
considerari potest. Alex. in consi. 43. colum. 2. uol. 2.
in consi. 134. numero 6. in cons. 2. numero. 7. uol. 7. &
hanc esse communem opinionem inquit Alexand in
con. 53. num. 12. uolu. 7. & in consilio. 183. columna.
penult. in princ. per cap. testimonium. de testibus, uo-
lum. eod. Gram. in consi. 44. numero. 11. & in termi-
nis nostris ita decidit Osasc. in dicta decis. 72. colum
na penultima.

Tertiò

17 Tertiò, quia † contrarij sibi ipsis, ergo repellendi. l.
qui falso. ff. de testib. l. 1. in princ. eod. tit. Gramat. in
consi. 44. nu. 10. & in uoto 30. nu. 29. Nã testis in uno
falsus & contrarius in totum repellendus est l. ubi re
pugnantia. de reg. iur. Grat. in consi. 50. num. 23. in 1.
par. Port. in cons. 181. nu. 15.

Similiter non habet obstare, q̧ sunt alij duo testes,
de quorum interesse & quomodo nõ tractatur: Quia
18 duobus modis respõdetur. & Primò, q̧ † si isti testes,
qui sunt singulares, & quibus regulariter nõn adhibe
tur fides. Bal. in l. de quib. ff. de legibus. Dec. in consi.
363. nu. 2. deposuissent super aliqua inquisitione for
mata in genere, an dictus dominus Antonius esset
usurarius, utique dubitari posset, an facerent fidem,
per ea quæ tradit Bald. in l. prima, col. pen. & fina. C.
de testa. Craue. in cons. 75. col. 1. & 9. Soc. Iun. in cõs.
37. col. 1. uolum. 2. ubi dicunt, q̧ ad probandũ quem
usurarium, sufficiunt testes singulares, Anto. Gabr. in
suis comm. opin. in tit. de testibus cõclus. 2. num. 28.
cum duobus sequentibus, quamuis Osasc. in dicta de
cis. 72. col. fi. teneat receptiorem sententiam in cõtra
rium, sed in casu præsenti duo deponunt de actibus
particularibus, ergo nõ faciunt fidẽ. Feli. in c. licet ex
quadam. col. 6. de testib. Anto. Gabr. ubi supra nu. 30.
& in tit. de crim. conclus. 20. in fine, dum se remittit
ad dicta per eum in citata conclus. 2. Craue. in cons.
19 73. nu. 32. Vbi † enim est singularitas, ibi est uarietas,
20 & unitas: quia quilibet est solus, & † contra ius diui-
num & humanum est, q̧ credatur dicto unius tãtum,
Bal. in cons. 406. uol. 1. & singularitas testium diuidit
testimonia & lacerat ea: quia omne diuisum lacera-
21 tum est, ideo † testes singulares tanquàm diuisi & la
cerati non probant, Bald. in cons. 25. col. 1. in fin. uo
lu. 3. Craue. in consi. 41. colum. fi. Osasc. in dicta decis.
72. in fine.

Præterea dicitur, quòd Ruffinus Cazola est excõ-
municatus publicè, ut constat ex publicatione dictæ
22 excommunicationis, † qua repellitur à testimonio
c. decernimus. de sent. excom. in 6. c. licet. eod. tit. de
23 sent. excom. & † tanto magis cum sit excommunica-
tus maiori excommunicatione, ut per glo. in d. c. de-
cernimus. in uerbo & testificando. in princ. de hæret.
in 6. Anto. Gabr. in suis comm. opin. in titu. de testib.
24 conclu. 20. nu. 25. nam † excommunicatus maiori ex
communicatione est turpis persona: quia remouetur
à consortio catholicorum, Bal. in c. intelleximus. de
25 iud. ubi ex hoc infert menti tenẽdum, quòd † si frater
institueret excommunicatum maiori excommunica
tione fratre præterito, q̧ frater prçteritus habebit
querelam contra testamentum fratris, qui talem per-
sonam turpem instituit, sequitur Anto. de Bessetis in
l. 1. nu. 63. C. de sacros. eccle.

Alter verò testis Baptista de Martinotis est inimi-
cus capitalis dicti domini Antonij: quia aliàs fuit uul
neratus à dicto domino Antonio, ut ipsemet attesta-
tur in sua depositione, quæ iniuria dicitur atrox. §.
26 atrox. instit. de iniur. & † facit ut ipse repellatur à te-
stimonio, Alex. in consi. 99. uol. 1. Craue. in consi. 99.
num. 3. latè Clarus in prat. sua crim. in §. fi. q. 24. uers.
27 Itẽ quæro, Mars. in cons. 20. nu. 27. ubi dicit, q̧ † testis
inimicus nedũ repellitur à testimonio in causa homi
cidij, sed ẽt in criminibus exceptis, & ẽt in crimine
28 læsæ Maiestatis, c. per tuas. de simon. Nam † ex percus
sionibus oritur inimicitia capitalis, Bald. in l. his. §. 1.
ff. solu. matr. Mars. in dicto cons. 20. nu. 28. & in cons.
29 28. num. 7. & in tantum hoc est uerum, q̧ † ẽt dictum
inimici capitalis non facit inditium, Bal. in cõs. 316.
in 4. uol. Mars. in citato cons. 20. nu. 29.

Ex his igitur tenendum esse arbitror, dictum domi
num Antonium omnino absoluendum ab omnibus,
& singulis contentis in dicta inquisitione contra eũ
formata.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum causa prima est in successione parentum, siue sint mares, siue sint fœminæ.*

2 *Accusatores naturę reputantur, qui differentiam inter mares, & fęminas constituunt.*

3 *Statutum si disponat, quòd filia dotata à patre uel à matre non possit uenire ad successionem parentum cum fratribus, procedit in filia dotata post mortem patris, licet non dotata tempore successionis paternæ.*

4 *Filius, qui tempore delatæ successionis erat habilis, si postea reddatur inhabilis propter qualitatem superuenientem, attenditur qualitas & tempus existens tempore agnitionis.*

5 *Statutum si dictat, quòd dotata à patre uel à matre non succedat, si filia fuit dotata à patre post delatã successionem maternam, sed ante eam aditam, excluditur à successione materna.*

6 *Qualitas iuncta uerbo debet intelligi & regulari secundum tempus uerbi.*

7 *Statutum quando disponit, quòd dotata à patre uel à matre nihil ulterius petere possit occasione successionis paternæ, uel maternæ, sufficit quòd filia sit dotata tempore petitionis.*

8 *Statutum Mediolani, quòd mulier nupta extra territorium non succedat, in Mediolanensi territorio habet locum in acquirendis, & non in acquisitis.*

9 *Filius postquàm se immiscuit hæreditati paternæ, si est factus frater minor, proximiores ei non succedunt, secus si nondum se immiscuit hæreditati paternæ.*

10 *Statutum excludens filiam dotatam ab hęreditate patris uel matris, requirit quòd filia sit dotata tempore, quo ei delata est hæreditas illius, de cuius successione agitur.*

11 *Absurdum est & contra iura, quòd qui semel est hæres, desinat esse hæres.*

12 *Statutum excludens filiam dotatam tanquàm odiosum debet strictè intelligi, & non extendi ad casum, in quo non reperitur qualitas requisita à statuto.*

13 *Recedere non debemus à lege communi, nisi quatenus reperitur in statuto.*

14 *Statutum si disponat, quòd dotata à patre vel à fratre contenta esse debeat, nec venire possit ad successionẽ cum fratribus in bonis paternis, vel fraternis. requiritur vt excludatur, quòd fuerit dotata tempore delatæ successionis.*

15 *Statutum exclusiuum fœminarum: quia contra ius commune, locum non habet, nisi in casibus in eo expressis.*

16 *Liberorum successiones restringere odiosum est.*

27 *Statutum non intelligitur priuare, nisi quem priuat nominatim.*

18 *Quis nunquàm excluditur à statuto nisi à personis in*

eo

to specificatis.

19 *Statuti verbis tenaciter est inherendum.*

20 *Statuta tantum disponunt quantum loquuntur & non plus.*

21 *Interpretatio semper debet fieri in statutis per quã minus lædatur dispositio iuris communis, & minus tertio præiudicetur.*

22 *Quod procedit etiam si statutum sit fauorabile.*

23 *Et etiamsi hac de causa verba deberent impropriari.*

24 *Statutum excludens filiam dotatam propter fratres, intelligitur de fratribus ipsius filiæ.*

25 *Romanus in consilio 442. reprobatur communiter.*

26 *Declaratio ad tex.in l.fin.ff.vnde liberi.& ad l.tertiam.§.si emancipatus.il secundo, de bono.poss. contra tab.*

27 *Tempus successionis de iure ciuili attenditur in suo hærede.*

28 *Suus efficitur illico hæres, adeo quòd non est, dare medium inter mortem, & existentiam sui hæredis.*

29 *Hæres suus licet habeat beneficium abstinendi, tamen istud beneficium est de iure prætorio & non de iure ciuili.*

CONSILIVM XCVI.

SI sola iuris cõmunis dispositio contemplanda esset, vtique dubium nõ est, quòd Magnifica domina Aluisia de Anglerio succedere deberet quõ.Magnifi. d.Antonio eius patri
1 cum† in successione parentũ prima causa sit filiorũ.§.1.in auth.de hered.ab intesta.§.1.in stit.de hæred.quæ ab intesta.siue sint mares, siue fœ
2 minæ quia† accusatores naturæ reputantur, qui inter eos faciunt differentiam.l. maximum uitium. C.de lib.præter.Paris.in consilio.110. num.27.uol.3.Soc. Iun.in consilio.30.num.26.uol.1.Grat.in consilio.3. num.8. uolum. 1. Sed, quia obstare uidetur statutum
3 disponens, q† filia dotata à patre uel à matre non possit uenire ad successionem parentum cum fratribus.l.deo uidendum erit, an dicta domina Aluisia, quæ tempore mortis patris non erat dotata, sed postea dotata fuit ante aditam hæreditatem per matrem excludatur à successione paterna.

Prima quidem facie uideretur dicendum, quòd sic: quia huiusmodi statutum etiam procedit & locum habet in filia dotata post mortem patris, & sic post eius successionem sibi delatam, & antequàm se immiscuerit in hæreditate paterna: quia ut quis à iure hæreditario remoueatur sufficit, quòd in eo reperiatur qualitas repellens tempore actualis acquisitionis, licet non adesset tempore delatæ
4 successionis.l.fi.in fi.C.unde lib.ubi † filius, qui tempore delatæ successionis erat habilis, si reddatur postea inhabilis propter qualitatem superuenientem, quæ producit inhabilitatem & impedit acquisitionem, attenditur qualitas & tempus existens agnitionis bonornm paternorum, ad idem est text.in l.3.in §. si emancipatus. il secundo. ff.de bono.pos.contra tab.per quæ iura consuluit Ro-
5 ma. in consilio 442. quod † stante statuto, filia dotata à patre uel à matre non succedat, quòd si filia fuit dotata a patre post delatam successionem maternam, ante tamen eam aditam, excluditur à successione materna, & Roma.sequitur Dec.in consil. 24.in fi.col. Cur.Iun.in consilio.10.col.pe.& seq. ubi dicit, quòd licet statutum excludens dotatam a successione uideatur solum intelligendum de ea, quæ reperitur dotata tempore delatæ successio-
6 nis: quia † qualitas iuncta uerbo debet intelligi & regula ri secundum tempus uerbi, l. in delictis. §.si extraneus.ff.de noxal.tamen quod secus est, quando
7 statutum dicit, quòd † dotata à patre uel à matre nihil ulterius petere possit occasione successionis paternæ uel maternæ, & sic quando uerbum dotata refertur ad uerba petere possit. Quia retorquendo in contrarium, quod qualitas adiecta uerbo debeat intelligi secundum uerbum, satis erit, quod sit dotata tempore petitionis. Ruin. in consilio 65.numero 5.uol.tertio, Corne. in consilio.123.col.secunda.uol.2.Soc.in consilio.42.col. secunda, in princi.uol.4. ubi decidit, quòd si statutum disponat quòd filia dotata non possit dotes repetere, quòd illa qualitas dotationis iuncta uerbis, quòd non possit dotes repetere, non requiritur tempore, quo potestas repellendi defertur, sed tempore actum exercendi & actionem de dote: cum illud uerbũ dotata referat ad petitionem siue iudicialem, siue extraiudicialem.& Soc. sequitur Ripa in l. ex facto.num.33.uersiculo quæ decisiones. ff.de uulg. & pupil.substit.idem cum Roma. tenuit Soc.Iun.in consilio secundo, numero 16.uol.primo, pro qua sententia adducit Bald.in l.si matre C.de
8 legit.hæred.ubi ait, quòd † si statutum Mediolani dictat, quòd mulier nupta extra territorium non succedat in Mediolanẽsi territorio, & mulier mortuo patre se immisceat hæreditati paternæ, & demũ nupsit cuidam Mutinensi, qđ non perdit hæreditatem: quia statutum intelligitur in acquirendis. & non in acquisitis priusquàm nuberet, allegat dictam.l.fi.ff. unde lib.secus ergo innuit si nupsit antequàm se inmiscuerit, quod & uoluerunt Roma. & Cuma. in l.hęres per seruum. ff.de acqui.hæred. Cuma. & Alexan.in l.prima,§.ueteres. ff.de acquir. pos.Soc.in consilio 81.colum.tertia.uolum.tertio. Mars.in l. fi. numero 10. ff. de iurisd. omn.iud. sub-
9 dens ubi supra Bal.quod † si filius postquam se immiscuit hæreditati paternæ factus est frater minor, quòd bona uacant, sed si non cum esset immixtus, proximiores succedunt patri istius fratris minoris.& Bal.sequitur Soc.Iun.in consilio.2.col.3. uol.primo.

Verum maturius consideranti, contrariam sententiam uti ueriorem amplectendam fore arbritror. & Primò, quia extat communis scola doctorum,
10 quæ habet, quòd † statutum excludens filiam dotatam ab hæreditate patris uel matris requirit, quòd filia sit dotata tempore, quo ei delata est hæreditas illius, de cuius successione agitur, ita Barto.in consilio 31.ubi decidit, quòd ad hoc ut filia excludatur à statuto dictante, quòd filia dotata non succedat patri, sequitur quòd sit dotata tempore delatæ succesionis paternæ. Soc. in consilio 121. colũ.prima. uersicu.sed ad hoc. uol. primo, quia qualitas iũcta uerbo debet intelligi secundum tempus uerbi, per dictum.§.si extraneus.& in consilio 147.col.prima.uolum.eod.ubi inquit, ita alias cõsuluisse & quòd suo consilio se subscripserunt doctissimi uiri. Alex.in consilio 162.colũ.secunda.uolum. 6.Paul.de Castro in consilio.108.secundum antiquam impressionem, Anchar. in consilio 330.ubi tradit, quòd si statutum excludit fœminam dotatã à quocunque ab hereditate patris, requiritur, q sit

dotata tempore, quo defertur succeßio patris, &
ideo in casu suo consuluit, quod ex quo filiæ fue-
rant dot.tæ à patruo post mortem patris quòd fi
liæ non excluduntur ab hæditate patris: quia a-
lias sequeretur, quod hæreditas patris iam filiabus ac
quisita, quia tempore mortis patris non fuerant do-
tatæ, si contingat eas dotari per patruum uel alium a
gnatum dudum postea, quod priuarentur tali hæredi
tate quæsita, quod esset absurdũ & contra iura, quod
11 † qui semel est hęres desineret esse hæres l.& si sine.
§.sed quod.ff.de mino.Abb.in consi.103.col.fi.uersi.
12 restat.uol.2.dicens, quòd † statutum excludens filiam
dotatam a succeßione paterna uel materna non ex-
cludit filiam ab hæreditate matris, si non erat dota-
ta a patre tempore mortis matris, quia cum dictum
statutum sit odiosum tãquã excludens filias a succes-
sione materna contra l.maximum.vitium.C.de liber.
preter.debet strictè intelligi, & non extẽdi ad casum
in quo non reperitur qualitas requisita a statuto c.cir
13 ca statutum.de elec.in 6.Nec † debemus recedere a le
ge communi, nisi quatenus reperitur in statuto.l.præ
cipimus.C.de appella.

Nec habet secundum eum obstare si dicatur, Imo fi
lia fuit maritata a patre. Quia respondetur, statutum
esse intelligendum, quando tempore succeßionis ma
ternę reperitur dotata a patre, adeo quod non suffi-
cit, quod post hęreditatem delata fuerit dotata: quia
qualitas apposita in aliqua oratione intelligitur secũ
dum tempus uerbi, ad quod refertur. Bart.in l. ex fa-
cto.ff.de uulg.& pupil. Nã cũ uerba statuti dicũt, ꝙ fi-
lia dotata non succedat, illud uerbũ dotata, referi ad
uerbũ succedat, vñ debet esse dotata tẽpore succeßio
nis & nõ post. Corn.in consi.75.litera E, uol.1.& in
litera S, in uersi.utrum autem. Cephal.in consi.5. nu.
29.Ias.in l.fi.col.6.in fi.uersi.tamen D. Abbas. C.de
pac.Curt.Iun.in consi.10.col.3.in fi.Dec.in consi.71.
col.1.105.col.1.in fi.261. col.3.in princ.& 266.col.1.
Nat.in cõsi.74.col.pen.Brun.in trac.exclu.fœm.in 6.
art. prin.in 16.q.Soc.Iun.in consi.5.nu.16.uol.2.quã
opin. cõem esse attestantur Alex.in consi.83.col pe
nult.uersi.non obstat.uol.3.Ripa.in l.ex facto.nu.31.
de uulg.& pupil. Ora.Mandos.in addit, ad Roma. in
dicto consi.442.

Et in terminis qęstionis nostrę Ita uoluit Alex.in
consi.151.col.1.uol.2.ubi ait, quod licet ualeat statu-
14 tum, quòd † dotata a patre uel a fratre secundum ui-
res patris uel fratris, sui debeat dote esse contenta;
nec uenire poßit ad succeßionem cum fratribus in
bonis paternis uel fraternis, per notata in c. Raynu-
tius.de testamen.tamen ut filia excludatur ab hęredi-
tate paterna, requiritur eam fuisse dotatam tempore
delatæ succeßionis, & sic tempore mortis patris, a-
deo quod actus dotandi superueniens post mortẽ pa-
tris non habet excludere eam a succeßione paterna.
sibi delata tempore mortis patris, idem uoluit Soc.in
consi.121.col.1.uol.1.ubi Bart.ibi per eum citatũ di-
cit, quod stante statuto quod dotata de bonis patris
uel matris non poßit uenire ad succeßionem alicu-
ius ipsorum, quod mulier dotata a fratre post mortẽ
patris de bonis communibus potest petere residuum
portionis suæ: quia statutũ debet intelligi de illa, quę
reperitur dotata tempore mortis. Natta in consi.74.
col.4.in fi.uers.ulterius.ubi dicit, quod in casu suo sta
tutũ cõsiderat potẽtiã, quæ cõpetit filiæ uenĩedi ad
hæreditatem parentum, & excludit eã a dicta poten-
tia ueniendi, unde ut excludatur a statuto debet esse
maritata tempore, uno quo uenire põt ad hæreditatẽ
ꝙ est tẽpus delatæ hæreditatis. Corn.in cõsi.131.col.
2.uol.4.unde cũ in terminis nostris habeamus decisio

nes claras, ab illis non est recedendum sed illis inhe
rendum ut Bononienses Carrocio, iuxta glo.in l. om
nis diffinitio.ff.de reg.iur.

15 Secundò facit, nam † statutum exclusiuum fœmi-
narum: quia contra ius commune. l. maximum uitiũ.
C.de liber.præter. locum non habet nisi in casibus in
16 eo expreßis; quia † odiosum est restringere succeßio-
nes liberorũ. Bal.in l.quoties.la prima, C.de suis & le
17 git.in l.si defunctus.eod.tit.ubi statutum non intelli-
gitur priuare nisi quem nominatim priuat. Dec.in cõ
si.346.col.fi.sed statutum, de quo agitur, uidetur uel-
le; quod non poßit uenire ad succeßionem parẽtum
fauore fratrum, sed hæc domina Aluisia nõ habet fra
tres sed patruum, qui eam dotauit, & uellet eã exclu-
dere a succeßione parentum, ergo excludenda nõ ue
18 nit. Nã † quis nũquã excluditur a statuto, nisi a per-
sonis in eo specificatis. Bal.in l.sed & milites. in prin
cip.ff de excu a.tut.Dec.in consi.523.col.1.553.nu.
4.& 569.col.fi.ubi ponuntur exempla, Rub.Alexã.in
19 consi.94.col.fi.statuti † enim uerbis tenaciter est inhę
rendum. Corne.in consilio nono, colum.3.uolum. 3.
20 quę † tantum disponunt, quantum loquuntur &
non plus Bald.in l.testamentum non ideo, C. de te-
sta.Soc.Iun.in consi.2.nu.10.uol.1.& in consi.29.nu.
21 15.uol.eod.Item † in statutis semper debet fieri inter
pretatio, per quam minus lædatur dispositio iuris cõ
munis, & minus tertio præiudicetur. Soc.Iun.in cõs.
22 6.numer.octauo, & 30.uolumin.primo, quod † etiam
procedit (secundum eum) si statutum sit fauorabile,
& in consi.undecimo, num.12.uolumine eode.etiam
23 † si hanc de causa uerba deberent impropriari, & in
consilio uigesimo.numero uono, & 18.uolu. eod. sed
nulli dubium est, quod si dictum statutum non exten
datur ad principium, minus læditur dispositio iu-
ris communis, & minus præiudicatur tertio, er-
go & cap.

24 Nec habet obstare si dicatur, quòd † dictum statutũ
dum loquitur de fratribus, debet intelligi non de fra-
tribus ipsius dnę Aluisię sed de fratribus patris defun
cti, ut uidentur uoluisse Roma.in consi.16.Curt.Sen.
in cons.9.col.7.uersi.& ita in proposito.& in l.prima
C.de succes.edic.Natta in trac.exclus.fœm.in 3.quę-
stione principali uersicu.quinto quęro.ubi inquit, ita
alias consuluisse dominum Vbertinum Nattam
auum suum paternum Iurisconsultum maximum,
qui ab hic, qui agrum Allensem incolebant, uulga-
riter nuncupabatur (il Sauio Campeg.in tractat. dot.
in ult.par.q.14.ubi etiam tradit; ita consuluisse in hac
Ciuitate Casalis & in Ciuitate Cremonæ, Ripa in 3.
responso columna secunda, part.prima, Curt. Iun. in
consil.quinto, Ias.in consilio uigesimoquarto, in pri
mo uolumine.& in consilio trigesimoseptimo Neui-
za.in Silua nup.folio 114.columna quarta, uersicul.
sed quęro, & quam uti magis communem sequitur
Port.in consilio 35.numero decimosexto, Gratia. in
responso 43. numero uigesimoquinto, uolumine
primo, Brun.in trac.exclus.fœm.art.12.q.17. Quia re
spondetur. Portiũ aberrare, dũ in quinta hac magis recę
ptam: quia contrarium tenuerunt Ias.in consi.24.col,
9.uers.restat modo.uol.1.in l.prima, C.de succes.edi,
ubi etiam Dec.in consi.364.in fi.ubi inquit dictum
Roma.non esse uerum. Paris.latè in consilio 110.uol.
7.per tres colum.ubi asserit non esse standum singu-
lari opinioni Roma.cum contra eum sint tres opi-
niones, Brun.in trac.exclus.fœmin.articulo 12. quę-
stione decimaseptima, ueriorem Socin.Inoi. in con-
silio sexto, columna fina.uolum.primo, quibus scri-
ptis addo. Rub.Alexan.in consilio. 94. columna fi
nal i.& in consilio 118.numero tetio, quem sequitur

Cephal.

Cepha.in cõsi.2 2.nu.25.Ferd.Loaz.in repet.l.si filius familias.§.diui.num.69.uersi.per quę.de legat.primo ubi optimè loquitur,Crauet.in consi.suo nondū impresso,quod auctenticum penes me extat,Orat. mundos.in addit.ad dictum consilium . Roma.16. in addit.incip.testatoris.

Secundò respõdetur, quod posita opinione Rom. pro uera,quod tamen non admittitur,ut latè dixi in d.consi.55.tamen ea non militat in casu nostro,uidelicet,quod dicta uerba cum fratribus , debeant intelligi nedum de fratribus dominæ Aluisię sed etiam de fratribus defuncti:quia prædictum statutum in casu præsenti locum habere non potest:quia disponit,q̃ filia dotata stantibus fratribus non succedat patri & matri,& sic loquitur tam de ascendente masculo quã fœmina,& tam de patre quam matre defuncto,& de functa;Vnde si uerum esset,quod uerbum fratribus uerificaretur etiam in fratribus personę defunctę ascendentis,sequeretur ut dicunt Ias.in d.cõsi.14.col.4.& fi.ac Paris.in consi.100.col.3. in fi.uol.3. quod si moreretur mater relicta filia dotata & fratre ipsius matris defunctæ,quod frater matris excluderet filiam a successione matris,ex quo uerbum fratribus determinat & respicit tã patrem quam matrem descendentis , & hoc ne una & eadem simplex dispositio statuti diuerso iure intelligatur.l eum qui ædes.ff.de usucapio. c. cũ in tua. de decimis.Et iste intellectus esset uerus,q̃ uerbum fratribus,intelligi deberet etiam de fratribus personæ defunctæ,hoc est contra mentem & rationẽ statuti:quia cum frater matris sit de aliena familia & agnatione quam sit mater,quæ propter matrimoniũ effecta est de familia Viri,in fratre matris cessaret rõ conseruandę agnationis,& familiæ ipsius matris , q̃ (ut dixi)est de familia Viri:Vnde cum ipsa ratio conseruationis familiæ non possit uerificari in fratrem matris,licet secus in persona fatris patris ratione cui tandæ absurditatis,ne una & eadem dispositio statuti diuerso,iure censeatur,dicendum est,quod uerbũ fratribus, intelligatur de fratribus,uerificabitur tam in matre quam in patre,& in utroque locum habebit ratio conseruandæ agnationis,qua moti fuerunt statuẽtes,& sic illa determinatio uniformiter determinabit & non diuerso iure &c.

Restat modo,ut respondeatur ad allegata in contra-
25 rium.& Primò dicitur:quod†nullum penitus fundamentum fieri potest in dicto consil.Roma. 442. cum contra eum recepta sit doctorum sententia,ut satis liquet ex auctoritatibus supra citatis,& quæ etiam cõfirmatur auctoritate Gulielmi Benedicti in repetitione capituli Raynutius.in uerb.duas habens filias. numero 174.de testa.

26 Secundo†non obstat tex.in dicta.l.fin.C, unde lib. & d.§.si emancipatus,quia pluribus modis respondetur.& Primò,secundum Corn.in consi.171.col.2.uer. per hoc uolumine 4.quod dicta iura loquuntur in terminis iuris communis,in quo qualitas superuenit facto ipsius,cui delata est hæreditas,unde,est,quod sibi imputetur,sed in terminis nostris qualitas superuenit facto tertii qui dotauit:Nam inconueniens uidetur, quod stet in facultate tertij priuare filiam in iure sibi iam delato.

27 Secundo respondetur,dici posse,quod†in suo hærede attenditur quoad successionem tempus iuris ciuilis , quo iure loquitur statutum. l.omnes populi.ff. de iust.& iure,& procedat opinio,quæ uult,q̃ debeat esse dotata tempore mortis testatoris secus quo ad bonorum possessionem,prout loquitur dicta.l.fi.ff unde lib.ita Cor.in cõsi.75.litera.V,uol.j.& in cõs.96.col. quarta,uol.2.,ubi inquit,hanc partẽ amplectendam esse de iure ciuili pro filia in successione patris,in qua attenditur tempus mortis patris & non aliud tempus

28 cum†illico fit hæres.l.si fratris.C.de iure delib. adeo quod non sit dare medium inter mortem & existentiam sui hæredes.l.si post mortem.l.quæsitum.de leg. primò,& ideo dicit glo.communiter singularis in l. cum hæreditas.C.depos.quod in suo non est dare hæreditatem iacentem.Ideo licet in hæredibus circa capacitatem attendantur tria tempora tempus testamẽti,tempus mortis,& aditæ hæreditatis. l. si alienum. §. in extraneis. ff.de hæred.instit.& ab intestato duo tantũ.scilicet,tempus mortis.& aditæ hereditatis,tamen in suo,& necessario ab intestato solum tempus mortis attenditur & non tempus agnitionis , put uo

29 luit gl.in d.§.in extraneis &†licet suus hæres habeat beneficium abstinendi, tamen istud est beneficium de iure prętorio & non de iure ciuili §.sed & his permittit pretor.institu.de hęred.qualita.& differetia & ideo cum statutum ciuitatis excludens fœminam sit ius ciuile,dicta.l.omnes populi.respectu huius successionis iuris ciuilis considerari habet tempus mortis seu delatæ hæreditatis,postea non se intromittit amplius ius ciuile.Bart.in l.fi.in fi.ff.de cond. institut.& ideo in istis terminis non consideratur dotatio facta post mortem,sed quantum ad successionem de iure pretorio,puta per bonorum possessionem un de liberi,procedit opinio cõtraria , quòd attendatur etiam tẽpus agnitę bonorum possessionis per dictam l.fin.ff.unde libe . Brun. in trac.exclu. fœm. in 6.artic. quęstione decimasexta.

Non obstat consilium Curt.& aliorum, qui dicunt,attendendam esse petitionem ad quam habuit respectum statutum:Quia dicitur,quod in casu nostro non faciunt ad propositum scripta per doctores ubi supra.quia statutum dicit,q̃ filia dotata non possit uenire,non autem dicit,q̃ non possit petere: Vnde cum diuersa sit ratio inter unum casum & aliũ,diuersa esse debet censura.l.Papinianus exuli.ff.de minо.cũ similibus,& maximè cum fine decisiones apertæ in casu præsentia quibus nullus uidetur ducrepare .

Secũdò ridet,q̃ de dicto Curt.lun.dubitandũ est, ut inquit Brun.in tract.exclus.fœm.in 6.art.16.q. & non sine causa,cum contrarium tenuit Alex.in consi. 43.col.1.uo.3.ubi consuluit,quod si statutũ dictat,q̃ si quis intestatus decesserit relictis filiis liberis masculis legitimis uel naturalibus & filiabus, si filiæ sit dotatę ab aliqua ex personis ibi nominatis debeant esse dotę cõtẽtę,& nõ.possiot succedere,nec aliqd petere in bonis patris uel matris,q̃ ad hoc ut filia dicatur esse exclusa a statuto,quòd requiritur, q̃ fuerit dotata tempore mortis patris , de cuius hæreditate agebatur.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissum est quid facti,quod non præsumitur, nisi probetur.*

2 *Bona semper præsumuntur libera,& nullo uinculo fideicommissi subiecta.*

3 *Intentio cuiuscunque siue agatur,siue excipiatur,siue asseratur,siue negetur,debet probari.*

4 *Fideicommissum factum nõ præsumitur,nisi appareat cum auferat facultatem disponendi.*

5 *Fidei comissum est onus.*

6 *Fideicommissi ademptio est fauorabilis. dato vero odiosa.*

7 *Pronuntiandum est in dubio, onus non subesse.*

8 *Interpretatio semper hæres grauetur.*

9 *Fideicommissum vt excludatur, semper fit interpretatio, vt minus fuerit scriptum quàm dictum.*

10 *Testator quod non loquitur, velle non præsumitur.*

11 *Testatorem non sufficit ita voluisse, nisi voluntas eius transeat in dispositionem.*

12 *Propositum mente retentum nihil operatur.*

13 *Omissum à testatore in scriptura & prolatione verborum dispositiua habetur pro omisso.*

14 *Voluntas testatoris tacita non præsumitur in casu omisso per testatorem.*

15 *Testatoris mens coniecturata non sufficit ad inducendum fideicommissum.*

16 *Fideicommissarius pendente conditione non transmittit ius fideicommissi ad filium, sed efficitur caducum.*

17 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando sunt vocati nominatim & proprijs nominibus.*

18 *Expressio nominis proprij præcisè restringitur ad personam nomine proprie designatam.*

19 *Filiorum appellatione licet aliàs contineantur nepotes, tamen id fallit, quando testator loquitur de filijs nominatim, licet postea dictum sit, & si aliquis ex dictis filijs decesserit; quia verbum dictis, refertur ad nominatos nomine proprio, & non quoad, non nominatos.*

20 *Verbum ipse, sui natura relatiuum & repetitiuum operatur repetitionem præcedentium cum omnibus qualitatibus suis.*

21 *Dictio ipsa, personam velut ad oculum demonstrat, nec eam egreditur.*

22 *Prohibitio facta heredi licet aliàs extendatur ad heredes, tamen hoc non procedit, si dictum sit, hæres ne alienato: quia tunc ad eum tantum prohibitio pertinet non ad heredes illius propter dictionem ipse.*

23 *Dictio eius, repetitiua ac relatiua est restrictiua dispositionis, ad quam refertur.*

24 *Verba vbi sunt clara, ab ipsis non est recedendum.*

25 *Verba vbi sunt apertissima, non est facienda aliqua disputatio.*

26 *Verba clara interpretationem non recipiunt.*

CONSILIVM XCVII.

VISO testamento Nobilis Ioannismariæ Burij Astensis ac eius considerato tenore, videtur omnino dicendum per dicta verba apposita ipso testamento, nullum inductum esse fidei commissum ex rationibus
1 infrascriptis. & Primò: quia † fideicommissum est quid facti, quod nõ præsumitur, nisi probetur l. in bello §.factæ.ff.de cap.& postli.reuers. ergo illud allegãti incũbit onus probãdi.Ceph.in cõsi.67.nu.27.& in cõsi.
2 68.numero. 4. Nam † bona semper præsumuntur libera & nullo uinculo fideicommissi subiecta. Alcia.in consilio.135.in fi.tertio tomo, Item fundans se in aliquo, illud probare tenetur gloss.in capitul. uenerabilis.de sen.excom.in sexto, facit quod scribit Port.in consilio.169.numero sexto, vbi ait, il-
3 lud † ad iuris nostri regulas absque dubio pertinere, vt cuiuscunque intentio probetur siue agatur, siue excipiatur, siue asseratur, siue negatur.l.ab ea parte.ff.de probat.& ideo in terminis nostris tradit Parisi.in consilio.vndecimo, numero primo, volu-
4 mine tertio, vbi † fideicommissum non præsumitur factum, nisi appareat, cum auferat facultatem disponendi de re sua.Alcia.in consil.100.in fi.in 3. tomo.

5 Secundò facit.Nam † fideicommissum est onus. l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulg.& pupil.Alcia.in consilio.81.numero sexto, in tertio tomo in consilio.117.numero sexto, eo.tomo.Bero.in consilio septuagesimonono, numero tertio, volum. secundo, l.si fuerit.ubi Castren.& Socin.in quinto,
6 notabili ff.de reb.dub.ubi † ademptio fideicommissi est fauorabilis & datio odiosa.Alcia.in consilio decimo, numero octauo, in tertio tomo 35. numero decimo sexto, 46.num.octano, 66.numer.
7 octauo, eod.tomo & † quia onus in dubio pronun-
8 tiandum est non subesse: quia † semper fit interpretatio, ne hæres grauetur.l.vnum ex familia.§.si rem.de leg.2.Alcia.ubi supra & in consilio.81.num. septimo, in tertio tomo.117.num.7.& 112.numero 9.in eo. tomo. dixi in consilio. 46.in prin.vol.3.Bursat.in consilio.64.num.1.Cephal. in consi.45.nume.
9 12. vbi etiam inquit, quòd † ad exclusionem fideicommissi fit interpretatio, vt minus fuerit scriptum quàm dictum, & sic ad fideicommissi exclusionem Persona extrinsecus subintelligitur, contra regulam l.ita stipulatus.§. Grisogonus.de verb. oblig.Dec. in consilio.465.numero decimo quinto, Cephal. in consilio quadragesimo sexto, numero.54.cum sequenti.

10 Tertio accedit.Nam † quod testator non loquitur, velle non præsumitur.Bald.in l.prima, §.finantem ad defficientis.per illum tex.C.de cadu. tollen.Dec.in consilio.465.num.7.& 696.num.19.Paris.in consilio.3.num.8.vol.3.& 39.num. 3.vol.eod.
11 Port.in consilio.14.num.14.& † non sufficit testatorem ita noluisse, nisi disposuerit.Bald.in l.quidam cum filium.ff.de hæred.instit.Dec.in consilio:61.colum.2.in prin.205.num.5.477.in fin. Ias. in consilio 22.colu.3.uol.secundo, Paris.in consilio.87.nu.18. volum.2.ubi asserit, hanc esse communem, Menoch. in consilio.85.numero.87.Port.in consi.42.num.14.
12 Item † propositum in mente retentum nihil operatur.l. si repetendi.C.de cond.ob.cau..Port.in dicto consilio.43.num.14.sed in casu præsenti testator non fecit expressam substitutionem de filiabus; de quibus potuisset facere si uoluisset, ergo habetur pro omissa.Nam ut dicit Bald.in l.cum proponebatur.in secunda.oppositione.ff.de legat. secundò, il-
13 lud † quod omittitur à testatore in scriptura & prolatione verborum dispositiua habetur pro omisso:
14 Plus † in casu omissio per testatorem non præsumitur ad esse tacita voluntas ipsius, Bald.in consil. 267.columna secunda, uolum.quinto; per text.in l.militis codicillis.§.ueteranus.ff.de milita.testam. nam præsumptio est, quod nec lex, nec testator aliquid voluerit, cum facile illud exprimere potuit & non expressit, Menoch.in consilio.30.num.6.

15 Quarto dicitur, quòd † ad inducendum fideicommissum non sufficit coniecturata mens testatoris. Bald. in lege cum uirum.C.de fideicom. Ias.in l.is potest.ff.de uulgar.& pupil. Alcia.in cou-

conf.207.nu.5.quia cessantibus uerbis nunquam dicimus subesse fideicommissum.l.Lucius.§.tres hæredes ff.ad Trebel.ubi Dyn.Iacob.& Alber.& hanc tacitam uoluntatem non sufficere admittunt Ruin.in consil. 153.nu.6.uol.2.Soc.Iun.in consi.100.nu.18.uolumi. tertio,Dec.in consi.205.& nonnulli alij relati per Menoch.in conf.85.numero 87.quibus addo Fabian. Acorombo.in l.hæredes mei.§.cum ita numero.25. ad Trebel.Zugard.in l.prima.numero uigesimonono cum duobus sequentibus.C.de pact.Corad.in lege cũ uirum col.2.C.de fideicom.nu.10.inquit,quod licet dicatur,quod ex sola mente coniecturata testantis inducatur fideicommissum.l.unũ ex familia.§.fi.de leg. secundo,Tamen(ut Bal.ibi docet(non temerè capiẽda est præsumptio fideicommissi, dicta l.Lucius. §. tres hæredes ad Trebelli.cum fideicommissum onus sit & grauamen,dicta.l.cohæredi.§.cum filiæ.& nemo hæredem grauasse præsumatur. le. un um ex familia.§.si rem.de lega.2.oportet coniecturas necessarias esse aut multum probabiles,ut ex his inducatur fideicommissum.

Secundò principaliter dicitur,ꝙ etiam dato, ꝙ in casu præsenti esset inductum fideicommissum, ꝙ illud extinctum fuit in persona ipsius Dominę.N. quę mortua fuit pendente conditione fideicõmissi.l.j.§. dies.l.hæres meus circa principium.ff.de cond.& de mon.Doctores in l.cum filio.de lega.primò,ubi Soc. nu.1.& Ripa in secunda col.in ultimo notabili.Soc. Iun in consi.30.nu.3.uol.4.114.nu.8.uol.1. Ceph. in
16 consi.158.nu.9.uersi.si † pendente conditione fideicommsi fideicommissarius,moriatur,fideicõmissum efficitur caducum,& existenti substituto uel coniuncto applica tur, quo deficiente remanet penes grauatum & eius hæredes.l.prima, §. finautem aliquid sub conditione.C.de cadu.tollen.Paris.in consil. 18. nu.69.cum duobus sequentibus uolumine. 2. quamspem succedere per fideicommissum dicta domina non uidetur potuisse transmittere in filiam . glo. communiter approbata in l.prima, ubi Bald. & alii, C.de his qui ante aper.tab.Barto.& alij in l. is cui. reprobata glo.ibi.ff.de action.& obligation. Sociu. Iun.in consi.101.nu.2.uol.1.98.nu.7.uol.2. 141. nu. 1.uol.eod.78.numero.16.uol.tertio, 54.numero.13. uolu. 466.nu.6.uol.eod. ubi asserit hanc esse communem Ruin.in consi.181.in princip.uolu.secundo, Bursat.in consi.primo,num.31.dixi in consil. 46.nu. quinto,uolum.3.Menoch.in consi. 105. numero 37. Port.in consi.8.numero.43.ubi attestatur hanc esse magis receptam doctorum sententiam,Paris.in consilio.18.numero 66.uol.2.consi.9.num.26.consi. 37. col.pen.uol.eod.

Tertiò dicitur,quod etiã ex alio capite succedere non potest cum dominis suis materteris. Quoniam
17 in iure absolutum est,quod † appellatione filiorum non ueniunt nepotes, quando filij sunt uocati nominatim & propriis nominibus . Barto.in l.liberorum.colum.secunda,ff.de uerbo.sign.doctores communiter in l.Gallus.§.instituens.ff.de lib. & posthu.
18 cum † expresio nominis proprii præcisè restringatur ad personam nomine proprio designatam. Bart.post glo.in l.si quis ita.§.1.ff.de test.tutel. Alex. in cõs.140.col.2.uol.6.Dec.in cõs.218.col.4.inprin. 391.col.2.465.nu.9.& 513.num.12.Curt.Iun. in consilio 57.numer.2.ubi inquit, hanc conclusionem fore extra communem disputatio.iem doctorum , ut fatentur omnes in dicto. §. instituens in consilio 113.in princip.ubi ait,quod impossibile est dicere,ꝙ quando de filiis est facta mẽtio nominatim,quod appellatione filiorum ueniant nepotes & in consilio 121.nu.9.At in casu nostro Nobilis Ioannesmaria Buzius uoluit,ꝙ eueniente casu,ꝙ Ioannesmarcus eius filius & heres uniuersalis decederet sine filiis,uel filij filiorum,prout euenit,ꝙ ipsæ filiæ eius non possint, petere nec habere in bonis suis præterquam dotes sibi legatas , usque quo omnes prænominatę eius filiæ sint nuptæ , postmodum uero bona superstita diuidantur & diuidi debeant inter se æquis portionibus.

Nec habet hastare si dicatur,quod, ex dictis uerbis filiæ non sint nominatim uocatæ,& ideo quod appellatione filiorum ueniat etiam neptis.

Quia respondetur,quod appellatione filiorum nõ ueniunt nepotes,quando filię essent uocatæ proprijs nominibus,licet postea dictum sit,si ipsæ filiæ eius , &c.quia respondetur ex dictis Gozad.in consi.29.nu.
19 10.quod † licet alias appellatione filiorum contineãtur nepotes,tamen illud non procedit,quando testator loquitur de filijs nominatim,ut notatur in dicto. §.instituens. licet postea dicat, & aliquis ex dictis filiis decesserit &c.quia uerbum dictis,refertur ad nominatos nomine proprio & non ad non nominatos, allegat Cor.in cõs.248.in littera.E,uol.1.ubi uoluit, ꝙ ex quo testator se restringit ad filios pdictos quos nominauerat, non ueniunt nepotes.Rui.in cõsi.117. col.1.uol.2.& in consi.181.colum.prima , uolumin. eod.Deci.in consilio 465.numero octauo , Antoni. Gabr.in suis comm.opin.in titul.de uerbo. significat. conclusi.prima,numero 84.At in casu nostro testator dum fecit legatũ filiabus eius de dotibus suis,eas nominauit proprio nomine,uidelicet,Catherinam,Helenam,Lucretiam,Annam.& Dorotheam.Nam ponderanda sunt illa uerba,quod ipsæ eius filiæ,Verbum
20 † enim ipsę,sui natura relatiuum & repetitiuum operatur repetitionem & relationem in pręcedẽtibus cũ omnibus qualitatibus suis.l.a filio.§.testator. & not. Bart.in l.si quis seruum.§.fin.de legat. 1. & sic refertur ad filias nominatas nomine proprio non autem ad neptem non nominatam,ut in terminis uoluit Cuma.in consi.118 col.2.uersicul.cum uerò. quem se-
21 quitur.Dec.in consilio supra citato.465.nu.8.Nã † dicto ipsam,personam ipsam ueluti ad oculum demon
22 strat,nec eam egreditur,& ideo uidemus,quod † licet alias prohibitio facta heredi extendatur ad hæredes hæredis,tamen hoc fallit,si dictum sit,ipse hæres ne alienato:quia tunc ad eum tantum prohibitio pertinet non ad hæredes illius propter dictionẽ ipse.Bal. in consi.304.uol.5.quod dictũ ualde singulare & mirabile dicit Ias. in filiusfamilias.§.diui.in secunda lectura colum.penul.uersi.pro ampliatione.de lega.primo,ubi etiam Ferd.Loaz.nu.498.& Ripa nu.111.Castellia.Cotta in memor.inci.hæredis appellatione. & in memo.ipse pronomen. Menoch.in consili.82. numero 158.ubi hęc dictio est demonstratiua personæ & rei ad oculum.Grat.in responso 36.nu.11.uol. primo,ubi dictio ipse arguit personalitatem,ita ꝙ excludit alios etiam de iure uenientes.glos.in uerbo.in ipsa in §.fuerat.institu.de action.Paris.in consili. 53. num.11.uol.3.

23 Vlterius consideranda est illa dictio eius † quæ similiter est repetitiua, relatiua & restrictiua dispositionis ad quam refertur.Corne.in consi. 9.colum. penult.in fi.cum princ.sequentis.uol.primo,Paris.in consi.103.num.14. uolumine primo , & in consi.18. num.32.uolumin.secundo,ubi inquit dictionem eorum repetitiuam & relatiuam restringi debere secundum disposita in præcedentibus.ad quæ fit relatio cum omnibus qualitatibus suis,in consi. 86. numero 58.uolumin.eodem ergo restringenda ad filias

eius supra nominatas nomine proprio, cum neptis non sit eius filia.

Preterea etiam aduertendum est ad alia uerba subsequentia, dum dicitur. Vsque quo omnes prænominatæ, eius filiæ sint nuptæ: Ponderanda enim sunt illa uerba prænominatæ eius filię, quę referuntur ad filias supra proprio noīe nominatas. Nā si dictio dicta refertur ad personas tantum supra specificatas, ut per Paris. in consilio. 86. nume. 36. uolum. secund. . consi. 74. nume. 34. uolu. 3. ergo & ubi fit mentio de prænominatis filiabus.

Vltimò etiam dicitur, quod consideranda etiā sunt alia uerba, ibi diuidantur & diuidi debeant inter sese. nam si diceremus, ꝙ diuisio prædicta fieri deberet cū nepte ex sorore, non esse inter sese, idest. inter ipsas
24 filias sed cum alia persona. Cum † ergo uerba sunt clara, ab ipsis non est recedendum. l. non aliter. de le
25 gat. 3. & † ubi uerba sunt apertissima non est facienda aliqua disputatio. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. eo. tit. Soc. Iun. in consi, 2. nu. 29. uol. 1. & in consi. 65.
26 nu. 56. uol. eod. cum † uerba clara interpretationem non recipiant. Soc. Iun. in consi. 25. nu. 8. uol. 1.

Vltimò dici posset, ꝙ etiam dato quod inductum esset fideicommissum per dominum Ioa. mariam Buzium testatorem, quod succedit alia conclusio, quod in dispositione hominis. ut in fideicommisso, neptis non succedit cum matertera, ut per Bal. in l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. 2. Ioan. de Imol. in consi. 1. per totum in consi. 87. in fi. in consi. 408. circa finem ubi dicit ita iudicatum fuisse in Rota Curię Romanæ dum legeret Florentiæ. in consilio 478. in fine & hanc communem opinionem firmat alibi ipse Deci. in consi. 480. nu. 10. Paris. in consi. 9. col. 3. uol. 2. & decimooctauo, numero 82. uol. eod. Ange. Aretin. in §. cum filius. Iustit. de hæred. quæ ab intesta. in uerb. deinde ista regula. ubi dicit, quod regula, quæ ponitur in dicto. §. cum filius. quod filius succedat in locum patris, habet locum quando succeditur titulo hæreditario, non autem quando titulo fideicommissario. Et ratio est secundum Bald. in dicto. §. in fideicommisso, quia succedendo titulo hęreditario consideratur iuris dispositio, quæ est, quod filia succedat in locum patris, in succedendo uero titulo fideicommissi consideratur affectio, quam quis uidetur magis habere ad proximiores. Ias. in consi. 4. col. 2. uol. 2. Grat. in consi. 23. nu. 20. uol. primo, ubi dicit, gloss. in dicto. §. in fideicommisso. quæ aliter sentit, communiter reprobari, & in consilio quinquagesimosexto, numero decimosecundo, uolumine secundo, Verum quia multi in hac conclusione discordant, ut per gloss. in dicto. §. in fideicommisso. & Ruin. in consilio nono, numero nono, uolumine primo, & in consilio duodecimo, numero decimotertio, uol. eod. ubi inquit, dictam glo. communiter approbatam. Ias. sibi contrarius in cōsi. 159. uol. quarto, ubi etiam dicit, gloss. ipsam communiter approbatam. Ideo in ipsa pro nunc non facio magnam uim.

SVMMARIVM.

1 *Testibus deponentibus de facto proprio standum uenit.*

2 *Testis. qui esse potest in causa propria. quando principaliter commodum ad eum non spectat, secus in consequentiam.*

3 *Legatarius in causa testamenti testis esse potest, quæ sit ratio uide in nu. 34.*

4 *Testes si deponunt, se usuras soluisse, sunt idonei, quādo principaliter commodum in consequuntur ex proprio testimonio.*

5 *Testium inhabilitas suppletur ex dictum aliorum habilium.*

6 *Testis ualde dignus & testis infamis infamia facti plenè probant quia integra fides unius supplet defectum alterius.*

7 *Notarij duo si sunt adhibiti simul ad conficiendum instrumentum, & unus ipsorum esset priuatus officio tabellionatus, & alter esset auctenticus, sustinetur instrumentum propter notarium auctenticum.*

8 *Vsurarius in dubio qui non præsumitur.*

9 *Vsurarium aliquem allegans hoc probare debet.*

10 *Instrumentum est probatio probata, ueritas euidens et manifestissima.*

11 *Confessioni suæ quis suis contrauenire non potest, cum nulla maior sit probatio quam propria oris confessio.*

12 *Confessio est maior quocunque publico instrumento & quibuscunque depositionibus testium.*

13 *Periuris nulla fides adhibenda, uenit cum sit falsi & infames.*

14 *Periurus nunquam admittitur in testem, nisi specialiter id caueatur.*

15 *Testi periuro non creditur, quia ubi est periurus, iuramenti religio in eo deficit.*

16 *Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*

17 *Periuro non creditur, etiam si egerit pœnitentiam.*

18 *Testes criminosi, qui sub generali dispositione habilitantur, sub ea habilitari non uidetur periurus.*

19 *Periuro non creditur. etiam si fuit periurus.*

20 *Testis periurus non facit inditium ad inquisitionem.*

21 *Socius criminis etsi in aliquibus casibus faciat inditium ad inquisitionem, tamen id fallit in periuro, in quo deficit fides testimonij.*

22 *Testis periurus non est sufficiens ad capturam.*

23 *Doctoribus attestantibus de consuetudine non est credendum, nisi de consuetudine illius curiæ, in qua uersatus est doctor.*

24 *Iuramentum est de iure diuino.*

25 *Deo acquiritur ius ex iuramento.*

26 *Contrauenient Iuramento efficitur infidelis Deo.*

27 *Consuetudo irrationabilis nutritiua peccati & dans materiam delinquendi non ualet.*

28 *Consuetudo, quæ non continet honestatem, non ualet.*

29 *Testibus sibi ipsis contrarijs non est standum.*

30 *Testibus deponentibus in facto proprio non creditur.*

31 *Testi deponenti se mutuò recepisse pecunias sub usuris a Titio non est credendum & num. 33.*

32 *Similitudo causæ in persona testis eum repellit.*

33 *Tutor non agens causam pupilli, licet pro eo testificari possit tamen id procedit in eo, quod ipse non gesserit alias secus.*

34 *Testis inhabilitas non suppletur per alium, qui sit omnino inhabilis, cum testimonium unius omnino nullum suppleri non possit ex alio non omni exceptio.*

ptione maiori.

35 *Absurdum est enim, vt dictum vnius testis inhabilis, qui indiget auxilio aliorum, vitia & defectus, possit supplere.*

36 *Denuntiator criminis licet testis esse possit in denuntiatione euangelica, tamen secus in alijs denuntiationibus, quæ fiunt in foro seculari, vel ecclesiastico ob delicta.*

37 *Conuictus de crimine homicidij præcedente accusatione repellitur à testimonio.*

38 *Concubinarius publicus testis esse non potest.*

38 *Concubinarius est turpis persona & infamis, saltem infamia facti.*

40 *Pauperi diminuitur de fide.*

41 *Separata licet possint iungi ad faciendum plenam probationem, illud tamen procedit, quando separata sunt perfecta in genere suo.*

42 *Vnumquodque pro se, vel saltem quando vnum ipsorum separatorum est perfectum in genere suo aliàs secus.*

43 *Ceci duo facere non possunt vnum videntem, sed necesse est, quòd ambo cadant in foueam.*

44 *Testes reprobati perinde habentur, ac si non fuissent examinati.*

45 *Defectus plures in testib. eos repellũt à testimonio.*

46 *Quòd ampliatur, procedere etiam in causis priuilegiatis.*

47 *Testibus nobilibus magis creditur quàm alijs.*

48 *Testibus nobilibus magis est standum quàm pluribus Ciuibus & rusticis.*

49 *Fama est thesaurus inextimabilis & sicut lilium dans suauitatem odoris.*

50 *Fama purgat inditia.*

51 *Corpus nostrum sicut illustrat sol. ita & bona fama.*

52 *Testes inhabiles licet videantur sufficere ad torturam, tamen id locum non habet, vbi sunt omnino inhabiles.*

53 *Testes inhabiles licet admittantur ad torturam, tamen id locum sibi arrogat, quando sunt torti.*

CONSILIVM XCVIII.

VISO processu criminali formato cõtra Magnificum Dominum Antoniũ Altouitum de vsuraria prauitate, & termino defensionali sibi dato, quare, condemnari non debeat, uel saltem torqueri ob mutuũ vsurariũ factũ Nobilib. Gaspari Aluaroto, Batistæ Sedoletto & Annibali Grasso. Prima facie dicendum uidetur, q̄ dictus dñs Antonius condemnandus ueniit: quia cõtra eum extãt quinque testes, uidelicet, dicti tres Nobiles Gaspar, Baptista & Annibal, qui testificari uidentur, q̄ in tractatu mutui celebrati cum prædicto domino Antonio de trib. mille scutis, uidelicet, de mille pro singulo eorum, conuenerunt cum eo et tradendo scuta decem pro quolibet centenario occasione fictus ipsorum scutorum trium millium, & q̄ facto instrumento remotis notario rogato de contractu mutui, & testibus instrumentarijs pro fictu primi anni deberent ei tradere scuta tercentum, quod equidem factum fuit per eos in præsentia te-
1 stium, quo casu, cum † ipsi testes deponere uident
de facto proprio eis standum uenit. l. cum probatio.
ff. de proba. Castren. in l. seruos. C. de testib. & in
consi. 368. in fi. uol. 1. Cephal. in consi. 228. num. 32.
& in consi. 170. num. 41. ¶ Nec haber obstare si dica-
tur, q̄ qui inhabiles: quia deponũt ad commodum
proprium, & in causa propria quis testis esse non
possit. l. omnibus. C. de testib. l. nullus. ff. eo. tit. Quia
2 duob. modis respondetur, & Primo, q̄ † testes ad-
mittuntur, quando principale commodum causæ
eos non tangit, licet in consequentiam illa causa
concernat commodum suum, ut est uidere in lega-
3 tarijs † qui in causa testamenti possunt esse testes:
quia principaliter non disputatur de legato, licet se-
cus in consequentiam. l. qui in testamento. in prin.
cum ibi notatis. ff. de testam. & in lege dictan-
tibus. C. eod. titu. Cyn. & Bald. in l. omnibus. C. de
test. Doctores in ca. insuper. extra eod. tit. Alex. in
consi. 73. colum. prima, uolũ. primo, 172. num. 6.
uolum. 2. 99. uolum. 5. & in consi. 10. num. 17. uol.
6. Corne. in cõsi. 51. numero. 15. uol. 3. & in terminis
4 nostris † q̄ testes, qui deponunt se usuras soluisse,
sint idonei, quando principaliter non consequun-
tur commodum ex eorum testimonio, sed in con-
sequentiam, prout in casu præsenti. Bal. in consilio
405. col. 2. uol. 1. reperito in consilio. 16. uol. 3. & in
consi. 361. circa finem uolum. 5. quem sequitur Crau.
in consi. 73. num. 31.
5 Secundo respondetur, q̄ † licet dicti tres testes
sint inhabiles, tamen eorum inhabilitas suppletur
ex dictis aliorum duorum testium, quod sufficere
uidetur, ut notant doctores in l. si quis ex argenta-
rijs. §. cogentur ff. de eden. ubi Bal. & Ang. dicunt,
6 q̄ † testis ualde dignus & testis infamis infamia fa-
cti plene probant: quia integra fides unius supplet
defectum alterius, facit quod uoluit Bal. in l. Impe-
rator. la prima, in 4. col. uersi. nota etiam. ff. de stat.
7 hom. ubi inquit, quod † si duo notarij essent simul
adhibiti ad conficiendum instrumentum, & unus
ipsorum esset priuatus officio tabellionatus, alter
uero esset notarius aucthenticus, nihilominus ualet
instrumentum propter illum notarium aucthenti-
cum, sequitur Mars. plures alias citans auctoritates
in consilio. 84. num. 28. cum sequen. plura ad hoc
allegat idem Mars. in consilio. 62. à num. 24. usque ad
28. inclusiue. At in terminis nostris adsunt Ioan-
nes Andreas Bessus & Arcangelus de Gastis, qui de-
ponere uidentur, quod dicti Nobiles Gaspar, Bapti-
sta & Annibal post quàm receperunt mutuo dicta
tria millia scuta à prædicto domino Antonio, & de
dicto mutuo fuisset rogatum instrumentum per ser
Candidum Lupum, quod absentibus dicto notario
& testibus instrumentarijs, ipsis duobus præsenti-
bus retrotradiderant dicto domino Antonio scuta
tercentum, uidelicet, unusquisque centum pro fictu
illius anni dictorum pecuniarum, ergo ipsi testes
tanquam integri supplere debet defectum inhabilita-
tis prædictorum dominorum Gasparis, Baptistæ &
Annibalis. Ista enim sunt fundamenta ex quibus mo-
uentur fiscales cõtra dominũ Antoniũ, ut patet per-
pere ex dicto processu criminali contra eũ formato.
Verum re melius perpensa contrariam partem
uti ueriorem amplectendam arbitror, quod ipse
dominus Antonius non possit puniri de usuraria
8 prauitate nec torqueri: quoniam fundatam habet
suam intentionem, quod † usurarius non præsumi-
tur. gloss. in capit. nauiganti. de usur. quam sequi-
9 tur Mars. in consilio. 132. nume. decimotertio, Nam
qui allegat aliquem usurarium, debet hoc proba-

re.Purpurat.in l.prima,nu.33.C.de eden. Neuiza. in
consi.87.num.40.Osasc.in decis.Pedemon.75.col.2.
sed in casu nostro non fuit probatum (ut infra de-
monstrabitur)dominum Antonium usuram commis
sisse,est absoluēdus.iuxta regulā.l. ei qui dicit.ff.de p
ba.l.actor asseuerat.C.e.ti.l.qui accusare.C. de eden.
Stante igitur hoc inconcusso fundamēto pro ipso
domino inquisitio, superest tantum ut remouean-
tur,quæ contra eum & in fauorem fisci allegata re-
periuntur. Et in primis non obstant depositiones
dictorū Nobiliū Gasparis,Baptistę & Annibalis, qm
eis nulla penitus adhibetur fides ex pluribus,quæ se-
quuntur.& Primò:quia sunt periuri; quoniam in in-
10 strumento dicti mutui.quod† est probatio probata:ve
ritas euidens,& manifestissima, ut latè per Tiraq. in
trac.de retrac.folio mihi 393.nu.20.constat ex con-
fessione iurata, quod dictum mutuum fuit purum
11 & gratuitum & sic non factum sub usuris † cui con-
fessioni & contrauenire non possunt.l.cum a matre.
C.de rei uindicat.l.uenditrici.C:de rebus alien. non
alien.cum nulla maior sit probatio quā propria oris
12 confessio.l.cū te.ubi scribētes. C.de trāsac.& † sit ma
ior quocunque instrumento publico & quibuscunq;
depositionibus testium.Craue.in consi.91.nume.3.&
172.nu.9.dixi in cons.5.nu.25.cum duobus sequenti-
bus uol.3.Cum igitur sint periuri cōstat clarè.eis nul
lam adhibendam finem c.testimonium.de testib. cap.
sint nobis.propriè finem,ubi etiam Felin. eod. titul.
13 Mars.in consi.31.numer.28.ubi † periuris nulla pe-
nitus fides adhibenda uenit,cum sint falsi, & infa-
mes,qui non probant,nec admittendi in testes in ali
qua causa,& maximè crim.& inconsil.40.nu.23.ubi
eius dictum pro nihilo reputatur.Abb.in c. per tuas,
14 col.3.uersi.in glo.in uerbo sorti.de simo.ubi † periu
rus nunquam admittitur in testem, nisi id speciali-
ter caueantur.Ceph.in consilio 504. columna pri-
ma, ubi ratio est: quia præsumitur,quod iterum sit
periurium commissurus, Cephal. in consilio 233.
columna prima, Gramat. in consilio. 44. numero
15 undecimo,Cranet.in consi.6.numero. 48. ubi † non
creditur testi periuro:quia ubi est periurus,iuramenti
religio in eo deficit & considerari non potest. Natta
in consi.314.nume.4.Rui.in consi.146.col. 1. uol. 5.
quia secundum eum,ex quo consueuerūt falsum iura
re,non debet amplius eis credi,& in consi.147.nu.4.
uol.eod.Alex.in consi.93.nu.9.uolumine quinto, in
consilio 114.numero 5.uolumin.quarto,& hanc esse
communem asserit idem Alexan.in consi.53.numero
12.uol.7.& 183.colu.2.in princip.uolumin.eod.Dec.
in consilio.199.numero 10.in fin.Oria. in cap. quo-
niam contra in uerbo depositiones testium.in 28.co.
16 uersi.redeundo ad primum,de proba.quia† qui semel
malus,semper præsumitur malus in codē genere ma-
li.c.qui semel malus.de regul.iur.
17 Quod ampliatur procedere† etiamsi egerint pœni
tentiam de periurio, ut est tex.ad literam in d.c.testi-
monium.de testib.Oria.ubi supra,Ceph.in consi.234.
col.1.Ruin.in consi.146.nu.4.uol.5.quia sm eū labo-
rat contra eum suspicio,q ex quo semel deierauit, q
adhuc credatur iterum deierare,per glo.in dicto c. p
tuas.in uer.adulter.de simo. quam summe ibi notat
18 Abbas dicens.Nota per illam,quod† sub generali di-
spositione,qua habilitantur testes criminosi,nō uide
tur habilitatus periurus:nunquām ergo(dicit ipse)de
bet admitti periurius in testem,nisi de eo admittēdo
simpliciter caueatur,Crauc.in consi.6.nu.16.
Item etiam ampliatur dicta communis senten-
19 tia, ut ea procedat † etiamsi periuri fuissent torti,
ut uoluerunt Ruin. in dicto consilio.146.nume.quar
to.Ceph.in consi.233.col.1.& in consi. 234. colu. 1.
Crauc.in consi.6.nu.16.Dec.in consi.189.nu.10.ubi li
cet in causa ciuili periurium aut infamia testis purge
tur per torturam & stetur dicto eius in tortura, secus
est in causa criminali:quia si deponat in tortura con-
tra aliquem ei tamen non creditur. Cassaneu.in con-
suetudin.Burdeg. titulo de iust.§.primo,rubrica pri-
ma,gloss.sexta,num.quinto,Bursat.in consili.79. nu.
21.& in consili.35.numero.34.& in tantum quoque
20 procedit hæc conclusio,quod† etiam non faciunt in
ditium ad inquisitionem.Ruin.in citato consil.146.
nu.3.quem sequitur Ceph.in consi.133.col.1. & hæc
est communis opinio,secundum Viuium in suis com.
opin.in uerbo in testem non admittitur.nu. 20. Bur-
sat.in consi.20.nu.61.consi.33.col.j.ubi nulla mini-
ma fides attribuitur,& in consi.79.num. 22. Laurent.
Chuco.in suis comm.opin.centu. quarta, conclusio
ne 39.& 80.ac 81.dixi alias in consilio 73.numero 9.
uol.primo..Alciat.in trac.de præsumption.in secun-
da regula in decima pręsumptio.in fin.ubi ait, quod
21 † licet in aliquibus casibus socius criminis faciat indi
cium ad inquisitionem,tamen id fallit in periuris, in
quibus deficit fides testimonii.quod inquit singulari
ter notandum,de quo dicto feci mentionem in consi.
16.nu.10.uol.j.& in dicto consi.79.nu.11.imo plus uo-
22 luit Alcia.in loco supra citato,quòd† dictum testis p
iuri non est sufficiens ad capturam,sequitur Ceph. in
allegato consi.133.nu.5.
Nec habet obstare si dicatur, quod de consuetudi-
ne aliter obseruatur,ut per Bos.in suo tract.crimi. in
tit.de inditiis & considera.nu.156.in fi.ubi tamen sub
dit,quod hoc non est de iure,& in tit.de inquisit. nu.
46.ac per Clar.in prac.sua cri.in §.fi.q.21. uersi. scias
tamen.Quia respondetur,quod ego nō uidi aliquē ex
docturibus antiquis & modernis,qui dicant ita decō
suetudine seruari,præterquam ipsi duo patres,quo ca
su eis non est credendum, nisi saluando eos dica-
mus, quod ipsi loquatur de consuetudine status Mē
diolani ubi fuerunt senatores meritissimi, ut de-
clarant Gualden.in trac.suo de arte testan.in titu.de
substit.cautela 33.ubi concordando opiniones duas,
23 quæ inuicem sibi repugnant,† an doctori attestāti de
consuetudine credatur dicit,quod prima opinio,quę
uult,quod credatur procedit tantummodo in illa Cu
ria,in qua uersatus est doctor,qui in suis scriptis de
aliqua consuetudine testatur,nō autē in aliis locis,&
ita procedit altera Ioan. Lupi in rubrica dę donatio.
inter uir.& uxorē.§.hodie nu.j.Bursat.in consi.43.n.
24 54.Menoch.in cōs.54.nu.5.ulterius dr,q † cū iuramē
tum sit de iure diuino. c. & si Christus. de iureiuran.
25 Mars.in consi.107.nu.16.& ex† eo quod quis iurat,
ius est acquisitum Deo.Abb.in c.quāto de iureiur.quē
26 sequitur Mars.ubi supra, sequitur quòd † ex contra
uentione iuramenti quis efficitur infidelis Deo,ergo
27 † huiusmodi consuetudo tanquam irrationabilis nu-
tritiua peccati & dans materiam delinquendi non de
bet ualere,per ea quæ notat Crau.in consi.116. nu.4.
28 † Nam cum nō contineat honestatem non debet uale
re c.decorū.c.in omni de uita & honesta.cleric.Cra-
ue.in consi.137.nu.4.
29 Secundo testibus ipsis fides adhibenda non uenit:
quia sunt contrarii sibi ipsis.quia in instrumēto dicūt
contractum ipsum mutui cursi,merū,& gratuitū.& in
depositionibus suis dicunt,mutuum fuisse factum sub
usuris.l.qui falso.ff.de testibus.c.cum ecclesia,de cau.
pos.& propr.Mars.in consi.6.nu.19.Gramat.in consi.
44.nu.10.Paris.in consi.83.nu.38.uol.1.Ioan.Ferr.in
cōsi.55.nu.3.& 196.nu. 5.
30 Tertiò, ex alio capite † dictis testibus non est
cre-

credendum: quia deponũt in causa propria, quo casu nullus est idoneus in causa propria. l. omnibus. C. de testibus. l. nullũ eod. tit. Marſ. in conſ. 6. num. 3. 13. nu. 4. & 29. nu. 25. sed isti deponũt in facto proprio, quia si cõuinceretur ipse dominus Antonius de usura, pos sent ipsi testes repetere usuras solutas. Bald. in l. dictã
31 tibus. C. de testa. ubi quærit, an † in causa Titij posſit testificari, dicẽs ꝙ fœnerator mutauit sibi ad usuras, & concludit quòd non, nisi protestetur, ꝙ ex hoc testimonio non intendit aliquod ius quærere: quia ex necessitate & certitudinalitate expectat commodũ, & ideo nimirum si repellitur tanquàm testis in causa propria, sequitur Alex. in conſ. 72. num. 1. ubi idem dicit tenuisse dominũ Laurẽtium de Rodulphis in suo trac. usurarum in q. 117. quia si ex illis probationibus ille pronuntiaretur usurarius, saltem faceret aliquod argumentum postea in fauorem testium ipsorum, & agentium postea contra illum tanquàm usurarium, & pro illa parte dicit se uidisse pluries practicari in Curia Episcopali Florentię iterum in consilio 110. nu
32 me. 5. uol. eod. quia † similitudo causæ in persona testis eum repellit. Ripa in cõſ. 8. col. 2. in secunda par. Marſ. in conſ. secundo, numero 46. & in consilio 29. num. 26. cum sequenti. Craue. in conſi. sexto, numero 102. Abb. in conſi. 113. col. 4. uerſ. nec obstat si dicatur uol. 2. Iaſ. in l. admonendi. nume 256. de iureiur. & in cõſ. 78. col. tertia, in princ. uol. tertio, dominus Oſaſ. in deciſ. Pedemon. 72. num. 60. ubi alios citat, ex quibus responsionibus apparet in nihilo esse credẽdum ipsis testibus.

Nec obstat, quòd ex quo dicti testes non sentiant commodum nisi in consequentiam non repelluntur. Quia duobus modis respondetur, & Primò, ꝙ cõmunis opinio scribentium est, ꝙ repellantur dicti Nobiles Gaſpar, Baptista & Anibal, ut constat ex Bal. in dicta. l. dictantibus. & alijs supra citatis, quoniam ratio ne commodi & quia similitudo causæ eos repellit, ut dictum fuit; Nec simile de legatarijs ad propositũ facit; quoniam legatarius non solum admittitur ex eo, ꝙ sua interſit secundariò & in consequentiam, sed ẽt quia cum eo concurrit maior numerus testium etiam rogatorum à testatore, nb quę tria concurrentia in legatario iure speciali admittitur. Dec. in c. insuper. nu. 26. in fi. uerſ. similiter de testibus, quẽ sequitur Ceph. in conſi. 65. nu. 34.

Secundò respondetur, ꝙ dicta sententia procedit in testibus, qui deponunt de eo, quod non est gestum ab eis sed ab alijs, & dũmodo ipsis nõ posſit dãnum resultare, ita sentire uidetur Imol. in l. qui testamẽto. nu. 2. uerſi. fortè tamen, quem sequitur Ceph. in dicto
33 conſ. 65. col. 4. ubi concludit ex hoc, ꝙ † tutor non agẽs causam pro pupillo posſit testificari, tamẽ id procedit in eo, quod ipse non gesſit, ut puta si testificaretur, hæredẽ fuisse institutum in testamẽto, in quo ipse testis esset datus tutor, uel illud testamentũ esse solẽne, ut loquitur Bart. in dicta. l. qui testamento. uerum de gestis per eũ testimonium perhibere non poteſt, ut est aperta deciſio Bar. in l. in omnibus. C. de testib. uerſ. quero utrũ finito officio ubi quęrit, an tutor posſit esse testis pro pupillo, & distinguit, ut durãte officio nõ posſit in causa, quam agit, finito officio si producitur in testem in causa, cuius commodum uel incommodum spectat ad eum, non poteſt, aut ad ipsum commodum nec incommodum spectat, & tunc si inducatur ad testificandum super eo, quod à dicto tutore dicitur actum, & non poteſt, si uero ab alio & poteſt, ergo idem dicendum in casu nostro ex supra allegatis.

Nec habet obstare, quòd dicta testium inhabilium supplentur per dicta supra dictorum duorum testium idoneorum: Quia respondetur pluribus modis,
34 & Primò, ꝙ † dicta sententia non habet locũ, quãdo alij testes sunt omnino inhabiles, & repelluntur à testimonio, quia eius testimoniũ omnino nullũ suppleri non põt, ex testimonio aliorum etiã omni exceptione maiorum quia quod nullum est suppleri non põt. Corn. in conſ. 42. col. fi. uol. 1. & 172. nu. 20. uol. 2. ubi defectus unius testis ita demũ suppletur ex integritate alterius testis, quando talis defectus in totum non annullat testimonium, sed debilitat tantũ, sequitur Craue. in conſ. 9. nu. 12. sed dicta ipsorum testium de quibus supra, sunt in totũ nulla, ergo suppleri nõ posſunt. Rursus Craue. in conſ. 99. nu. 10. ubi tradit, ꝙ defectus unius testis omnino inhabilis ad testimoniũ: quia in cã propria, nõ põt suppleri testimonium unius pp testimonium alterius imperfectum & defe-
35 ctuosum. † esset enim absurdum, ꝙ unus testis inhabilis, & qui ipse auxilio & suppletione aliorũ indiget, aliorũ uitia & defectus posſit supplere quomodo enim fidem alijs addere poterit, quam ipse non habet. regula nemo plus. de regul. iur. Gualden. in trac. de testa. ord. caut. 9. ꝙ quando testis repellitur ratione proprij commodi, eius inhabilitas non suppletur ex adiuncto. Soc. in l. si quis ita. colum. 5. de reb. dub. Anto. Gabr. in suis commu. opi. in tit. de testib. conclusio. 5. num. 4.

Vlterius dicitur, quòd ẽt dato (sed nõ concesſo) ꝙ inhabilitas ipsorum testium posſit suppleri per alios, illud procedit, quando qui supplere debẽt, essent idonei, ut loquuntur Doctores in d. §. cogetur: & in aliis locis supra citatis, secus aũt quando & qui supplere debent, deberent & ipsi repelli à testimonio, ut in casu præsenti, ubi Io. And. Basſus fuit denũtiator huius
36 usuræ. Nam clarum est in iure, quòd † licet denuntiator criminis posſit esse testis in denuntiatione euangelica, tñ secus in alijs denũtiationibus, quæ fiunt in foro seculari, uel ecclesiastico ob delicta: quia testes esse non posſunt denuntiatores. doctores in c. in omni. de testib. Oria. in c. quoniã contra col. 30. uerſ. du-
37 bitatur. de probatio. Vlterius † fuit cõuictus de crimine homicidij præcedente accusatione, ex quo capite in criminalibus à testimonio repellitur, ut est cõmunis opinio, teste Barba. in tract. de testib. in 1. par. nu. 25. Clarus in prat. crim. in §. fi. q. 24. uerſ. scias tamen. Oria. in d. c. quoniam contra. col. 25. circa fi. uerſ. Itẽ damnatus. Pariſ. in conſil. 93. num. 37. & sequenti uolu. 1. Alex. in conſ. 25. nu. 8. uolum. 4. Item Archange
38 lus de Gattis est concubinarius publicus † qui repellitur à testimonio. Clar. in dicta quæſt. 24. uerſi. quero
39 nunquid. nam † concubinarius est turpis persona, & infamis infamia saltem facti. Bero. in conſ. 54. nume.
40 11. uol. 2. Accedit † quod est pauper. Ruin. in conſil. 158. num. 20. in fi. uolum. 5. Cepha. in conſ. 169. col. fi. in principio, cui diminuitur de fide. ¶ Ex istis igitur defectibus clara resultat conclusio, ꝙ dicta suppletio fieri non poteſt. Ale. in conſi. 93. num. 15. uolu. 5. ubi dicit, quòd licet habilitas unius suppleat defectum alterius, tamen secus quando nullus eorum est idoneus testis & integer. Marſ. in conſ. 20. num. 49. & sequen-
41 ti. ubi inquit, quòd † licet separata posſint iungi ad faciendum plenam probationem, quòd illud procedit, quando ipsa separata sunt perfecta in genere suo
42 † unumquodque per se, uel saltem quando unum ipsorum separatorum est perfectum in genere suo. Nã tunc si adiungatur unum imperfectum facit probationem plenam: quia integra fides unius supplet defectum alterius, secus quando nullus ipsorum testium est perfectus: quia tunc simul non iunguntur. Nam

sicut

ſicut duo ceci non poſſunt facere unum uidentem,
ſed neceſſe eſt, quòd ambo in foueam cadant. capit.
quę, ipſis 38. diſtinctione, ita etiam impoſsibile eſt;
quòd non integer poſsit alium habilem reddere, cũ.
regula ſit trita, quòd nemo dat, quod non habet. l.
ſi uniuerſæ C. de lega. Abbas & ceter. in c. ex parte. de
44 teſtib. ubi † teſtes reprobati habentur ac ſi nõ fuiſſent
examinati, ſequitur Ioſeph. Cum in trac. ſindica. in
tit. de ſent. nu. 87. & eò magis dicendum uenit, cum
45 † omnibus prædictis teſtibus obſtant plures defectus
qui eos repellunt in totum. iuxta notata per Ceph. in
46 conſi. 169. nu. 16. & in conſi. 204. nu. 9. quod † & in cau
ſis priuilegiatis etiã receptum eſt, Soc. in conſil. 118.
col. antepen. uol. primo, Barba. in conſi. 54. col. 9. in 1.
uol. & 65. col. 4. uol. 4. Dec. in conſi. 133. col. 3. Marſ.
in ſing. 378. 385. & in conſi. 102. col. pen. Rimin. Iun.
in conſi. 66. nu. 38. Boſ. in trac. ſuo crim. in tit. de plu-
ribus uiolen. num. 86. Menoch. in conſi. 98. nu. 15. & in
trac. de arbitr. iud. caſu 99. nu. 6. Ceph. in conſi. 65. nu.
27. etiam ſi aliter ueritas haberi non poſsit, ut ibi per
eum, iterum in cõſ. 169. nu. 16. & 203. ubi multos alios
citat dixi in conſi. 16. & in conſi. 9. nu. 32. uol. 5.
Vltimò ad excluſionem dicti delicti impicti, dicto
domino Antonio concurrit bona fama ipſius, & qui-
dem probata per perſonas nobiles † quibus magis cre
ditur quam aliis. iuxta glo. in c. illud 4. diſt. Bal. in l. te
48 ſtium. col. fi. C. de teſtib. ubi inquit † magis credendum
nobilibus quam pluribus ciuibus & ruſticis, quem ſe
quitur Calca. in con ſi. 9. col. pen. Craue. in conſilio 9.
col. ſexta, Ruin. in conſilio 36. col. fi. uol. 4. 158. colu.
pen. uol. 5. Tiraq. in trac. de nobilit. c. 20. num. 35. quæ
49 † quidem fama cum ſit theſaurus inextimabilis & ſi-
cut lilium dans ſuauitatem odoris, ſecundum Bald. in
50 l. prima col. 5. C. de confeſ. purgat † indicia; Nam † ſicut
51 corpus noſtrum illuſtrat ſol, ita etiã bona fama. Bal.
in c. ueniens de teſtib. quem ſequitur. Corſet. in c. grã
di col. 14. de ſuplen. negligen. præl. dixi in conſil. 45.
nu. 44. cum ſeq. uol. 1. quæ ſupra dicta ſufficiant reſpe
ctu condemnationis.
52 Reſpectu uerò torturæ dicitur etiam, q † & ſi te-
ſtes inhabiles ſufficere uideantur ad indicium ad tor
turam, ut per Gram. in conſil. j. tamen, quod in caſu p
ſenti teſtes tanquam omnino inhabiles, & qui in to-
tum repelluntur, ac qui habentur ac ſi interrogati nõ
fuiſſent, & qui patiuntur tot defectus ſupra ſpecifica-
tos, nullam penitus probationem, nec ad capturã, nec
ad inquiſitionem & torturam faciunt, ut ſupra dictũ
53 fuit. Itẽ dicitur, q † dicta ſentẽtia Gram. procedit & lo
cũ hẽt, quãdo ipſi teſtes torti fuerunt. Alex. in cõ. 12.
nu. 6. uol. primo, Marſ. in conſi. 109. nu. 15. ubi teſtes
inhabiles à iure probati, qui admittuntur, quando a-
lias ueritas haberi non poteſt, ſiue tortura non admit
tuntur, & in conſ. 78. nu. 16. ubi nec quoad ipſum indi
cium ad torturam. Gram. in conſi. 45. nu. 21. & maxi-
mè hoc dicendũ eſt, ſtante probatione bonæ famę di
cti domini Antonij, de qua ſupra dictum fuit, ſed in ca
ſu præſenti ipſi non fuerunt torti, ergo &c. Imò plus
dr̃, q ſi ipſi Nobiles Gaſpar, Baptiſta & Annibal fuiſ-
ſent torti, adhuc non facerent indicium ad torturam
ratione periurii, ut per Ruin. in citato conſi. 5140. in.
uol. & alios ſupra citatos.

SVMMARIVM.

1 *Legitimę non cenſetur renuntiatum per conuentionem factam a filio matri de non alienando uel obligando bona paterna.*

2 *Legitimę non uidetur renuntiatum per renũtiationem generaliter factam de bonis paternis, niſi de ea ſpecialis facta fuerit mentio.*

3 *Quod ampliatur procedere, etiam ſi in ea oppoſitum fuerit iuramentum ſed contra num. 19.*

4 *Iuramentum non extenditur ad non cogitata.*

5 *Copula requirit concurſum copulatorum, nec in altero tantum uerificatur, & tanto magis cum ſumus in penalibus.*

6 *Conuentionem quis non tenetur ſeruare, quando per alteram partem ſibi non ſeruatur.*

7 *Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.*

8 *Frangenti fidem fides frangatur & ei.*

9 *Quod ampliatur procedere, etiam ſi in conuentione eſſet iuramentum de obſeruando.*

10 *Contraueniens promiſsioni ex facto, & culpa alterius contrahentis non dicitur periurus.*

11 *Iuramentum ſemper habet in ſe tacitam conditionem, vt ſeruari debeat rebus ſic ſtantibus.*

12 *Iuramentum licet tranſgredi ex cauſa noua ſuperuenienti.*

13 *Contrahens ſi deficit in uno minimo capitulo, licitum eſt alteri non obſeruare contractum.*

14 *Fidem fallere, graue eſt & deteſtabile.*

15 *Nihil fidei humanæ eſt conuenientius, quàm quæ placuerunt ſeruare.*

16 *Verba ipſo iure & facto, important abſque ullo hominis miniſterio.*

17 *Verba ipſo iure & facto, important canonem latæ ſententiæ.*

18 *Regula licet ſit generalis, quòd ſententia excommunicationis proferri non debet, niſi præmuntiatione præmiſſa, tamen hoc fallit quando ipſo iure & facto inducitur excommunicatio, quia tunc iudex poteſt procedere ad excommunicationem monitione non præmiſſa.*

19 *Iuramentum quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ ſeruandum eſt.*

20 *Iuramentum habet uim expreſſionis particularis.*

21 *Diſpoſitio, l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtamen. locum non habet, niſi quando filius priuatur legitima; & nihil in recompenſationem habet, ſecus quando aliquid conſequitur in recompenſationem.*

12 *Item locum non habet, quando inter contrahentes actum eſt, quòd aliquis non poſſit aliquo modo alienare in totum vel pro parte de bonis paternis.*

23 *Verba nullo modo, ſunt præciſa.*

24 *Verba negatiua, & uniuerſalia debent operari uniuerſaliter.*

25 *Verba negatiua vniuerſalia maioris æſtimationis, roboris, efficaciuſque obligant ac magis præciſè aſtringunt, quàm affirmatiua uniuerſalia.*

26 *Negatiua vniuerſalis nullum caſum dicitur exceptuare.*

27 *Dictio vniuerſalis, puta nullus, aut nulla omnia excludit etiam minima.*

28 *Verba uniuerſalia includunt omnia, ita quòd nulla perſona, nulluſque locus excipi poſſunt.*

29 *Verba vniuerſalia prolata ab homine non recipiunt reſtrictionem, cum habeant, vim ſpecialis expreſſionis.*

30 *Verba vniuersalia negatiuè concepta omnia comprebendunt etiam insolita.*
31 *Alienatione probibita quoquomodo, intelligrtur probibita nedum voluntaria sed etiam necessaria.*
32 *Verba nullo modo, magnę sunt uirtutis: quia non tantum significant modum sed etiam tempus.*
33 *Dictio totam, videtur etiam includere legitimam.*
34 *Maritus licet lucretur dotem ex vi statuti vxore præmoriente sine liberis, tamen boc locum non babet si totam dotem restituere promisit.*
35 *Grauatus restituere totam bæreditatem non detrabit Falcidiam.*
36 *Pactum factum de cuncta substantia non petenda, includit legitimam.*
37 *Conuentio ubi nibil posset operari, nisi extendatur ad legitimam, in ea comprebenditur ipsa legitima.*
38 *Bona subiecta fideicommisso non possunt in effectu alienari.*
39 *Bona subiecta fideicommisso adeo sunt probibita alienari, quòd si euenerit casus restitutionis ipso iure sine alia restitutione transit dominium in fideicommissarium.*
40 *Interpretatio semper fieri debet, vt conuentio sustineatur.*
41 *Renunciatio facta de bæredisate & bonis patris includit legitimam, si in renuntiatione excipitur causa dotis vxoris.*
42 *Exceptio facta in uno firmat regulam in alio.*
43 *Mandatum datum procuratori ad agendum cum clausula, quod possit omnia facere quæ posset principalis excepto quòd non possit iurare de ca'ũnia nec iuramentũ deferre, operatur vigore dictæ exceptionis, quòd poterit expedire omnes alios actus, etiam requirentes speciale mandatum.*
44 *Renuntiatio facta de bonis paternis cum iuramento, & clausula omni iuri & legum auxilio, extenditur ad legitimam.*
45 *Clausula omni iuri & legum auxilio, operatur renuntiationem cuiuscunque beneficij, etiam speciali ratione inducti.*
46 *Causa finalis attenditur in conuentionibus.*
47 *Causa finalis quæ dicatur.*
48 *Mens semper est inspicienda in qualibet dispositione, & maximè cum sit uerisimilis.*
49 *Mens est radix uerborum, & eius substantiæ prima.*
50 *Cor est Imperator linguę, & eam babet sicut mancipium sub iurisdictione sua.*
51 *Legitima venit in renuntiatione, quando constat de intentione partium.*
52 *Legitima firmiori, & ualidiori iure debetur quam Trebellianica.*
53 *Legitima est potentior quàm sint aliæ quartæ.*
54 *Legitima prius detrabitur quàm Trebellianica.*
55 *Legitima est debita de iure naturæ, Trebellianica uerò de iure positiuo.*
56 *Dictio autem, regulariter sumitur disiunctiuè.*
57 *Dictio vel, non solet poni, nisi inter diuersa.*
58 *Verba geminata magis enixam uoluntatem transigẽtium demonstrant.*

CONSILIVM XCIX.

VISO Instrumento conuentionis alias inter Magnificã d. Camillã Gaodinam, & Magnificum quõdam Dominum Iacobum eius filium: Prima consideratione videtur dicendum, quòd per alienationem uel obligationem bonorum factam per dictũ Dominum Iacobum non sit contrauentum conuentioni prædictæ, & si ipse promiserit matri, quod modo aliquo non alienabit in totum nec in parte bona quondam Domini Pauesij eius patris. Quoniam am-
1 bigui iuris non est, quòd † per dictam promissionem non fuit renuntiatum legitimæ & Trebellianicæ eidem debitæ in bonis paternis, vt de ipsa legitima est tex. in l. si quando. §. & generaliter. C. de inof. testam.
2 vbi † per renuntiationem generaliter factam de bonis paternis non censetur renuntiatum legitimæ, nisi de ea facta fuerit mentio specialis, & ibi ita tenent omnes doctores nemine discrepante. Aret. in §. cum autem. in fi. institut. eod. titul. C yn. Alberi. Salice. & Ias. in l. hæres instituta. in fi. C. de impub. & alijs subitit. Ias. in l. quoties col. 3. C. de hęred. instir. Guliel. de Cuneo Alberic. & Bal. ac Angel. in l. de his. ff. de transac. Paul. de Castro & Roma. in l. 1. ff. de acqu. hæred. Afflic. in decis. 178. num. 3. Alex. in consi. 69. vol. primo, vbi etiam dicit, quòd statutum generaliter loquens non uidetur includere legitimam, sed in casu, de quo agitur, de legitima nulla habita fuit mentio, ergo promissio de non alienando non porrigitur ad ipsam legitimam, & idem dicendum uidetur de Trebellianica, quæ sub generali dispositione vel renuntiatione etiam non continetur, sed specialem requirit mentionem, vt inquit Curt. Sen. in consil. 75. colum. sexta, quem sequitur Dec. in cons. 257. colum. fi. Bero. in cons. 68. col. fi. uol. 2. & 95. nu. 65. cum sequẽti vol. eod.

Nec habet obstare si dicatur, quòd præmissa sentẽtia locum non habet, vbi in promissione vel renuntiatione est appositum iuramentum, vt voluit Roma. in l. prima, §. si quis ita. ff. de uerb. obli. Quia respon-
3 detur, quòd † per iuramentum non censetur renuntiatum legitimæ, nisi de ea fiat expressa mentio, ut uoluerunt Bal. in rubrica, de iureiur. col. pen. uers. non obstat tamen. Roma. sibi contrarius in l. qui superstitis. ff. de acqu. hæred. Aret. in dicto. §. si quis ita. num. 17. ubi etiam Galiaula num. 45. Ias. in dicto. §. genera-
4 liter. Guido Papa q. 427. quia † iuramentum non extenditur ad non cogitata. l. fi. C. de non nume. pecun. Franc. in c. quamuis colum. 4. versi. fatetur. de pact. in sexto, Afflic. in c. si quis inuestierit. de feud. dat. in uicem. l. com. Tiraque. in trac. de iure primogenit. q. 5. nu. 3. Curt. Sen. in cons. 75. col. 6. in princip. Guliel. de Cuneo in l. de his. ff. de transac. ut eum citat Barb. qui ipsum sequitur in cons. 43. col. fi. vol. primo, & in cõsilio 55. col. pen. vol. eod. Brun. in consi. 80. in fi. Bero. in consi. 93. num. 63. uolu. 2. Crot. in repetit. capituli Raynutius, col. 18. versi. aduerte, de testam. Fab. in authen. nouissima. in 16. quæst. C. de inoff. testamen. Bertran. in consi. 9. num. 8. vol. primo, 68. col. pen. uol. 2. & tertio, num. 21. vol. 3. Michael. Gros. in suis comm. opi. lib. 1. c. 10. q. 3. & 4. & libro 2. cap. 5. q. 21. Guliel. Bened. in repeti. capituli Raynutius. uers. in eodẽ in testamento relinquens, il primo, de testa. nu. 119. Capmat. decis. 57. nu. 27. & 102. nu. 87. Bursat. in cõs. 114. nu. 11. ubi asserit hanc esse communem, prout etiam

idem

idem uoluit Bner.decif.3.nu.20. Anto. Gabr. in suis com.opi.in tit.de legit.conclus.8.nu.9.

Secundo dicitur, quòd uirtute dicti pacti appositi in ipsa conuentione non censetur prohibita obligatio simplex,sed obligatio & distractio simul, & hoc uirtute copulæ positę inter distractionem & obliga-
5 tionem † quæ concursum copulatorum requirit, nec in altero tantum uerificatur.l.si hæredi plures. ff. de conditio.& demonstratio.& tanto magis cum simus in pœnalibus, vbi agitur de annullatione renuntiationis vsufructus,quæ censetur pœna.l.non dubium. C.de legib.

Sed re melius degustata & diligentius per specta contrariam sententiam uti ueriorem tenendam esse
6 arbitror,& moueor ex infrascriptis: Nam † quis non tenetur ad obseruantiam conuentionis, quando per aliam partem sibi non seruatur.l.quæro.§. inter loca rorem.ff.loca.ubi Bart.inquit illum tex.esse notandũ ad omnes contractus,quibus ultro citroque aliquid promittitur,ut quis non teneatur cum effectu facere, si per aduersam partem omnia seruata non sunt. Ias. in consi.216.col.4.uol.2.& in consi.111.col.fi.nol.4.
7 Bal.in l.in cicilem.C.de rei uind.vbi † qui non facit quod debet,non recipit quod oportet quia hæc est natura conuentionum secundum Bal. in cap. primo,
8 col.fin.qualiter dom.propr.prine.Item † frangenti fidem,fides frangatur & ei gl. in c. cum inter seniorẽ. ubi Abb.de elect.Doctores in l.cum proponas, per illum tex.C.de pac.Socin.Iun.in consil.97. nume.143. uolum.primo,Bero.in consil.92.numc.20. nolumin.
9 primo,& consi 8.num.18.volu.tertio,quod† eriã procedit, si in conuentione sit appositum iuramentum de obseruando cap.quemadmodum.cap.peruenit, il 2.de iureiur.vbi Abbas Doctores in dicta.l. cum proponas.Ias.in citato consi.216.col.2.Alex.in cõs. 105. col.5.uersi.Item respondeo.uol.3.Bero.in citato consil.92.num.20.& 8.num.18.uolum.3.Soci.Iun. in cõs. 77.nu.143.uol.primo,facit dictum Bar.in l. amplius
10 non peti.ff.rem rat.hab.nbi vult,quòd† si facto & culpa unius ex contrahentibus alter contraueniat,perit
11 rus non dicitur: quia iuramentum semper haber in se tacitam conditionem & annexam hanc clausulam
12 ut seruari debeat rebus sic stantibus, ex † causa enim superuenienti licet iuramentum transgredi: Inno. & alij in cap.primo, de conllit. prędictaque sententia
13 procedit, etiam † si unus contrahentium defecit in uno minimo capitulo:quia licitum est alteri non obseruare contractum. Bald.in l.pacta conuenta. ff. de contrahen.empt.quam legit in l.iurisgentiũ. in prin. ff.de pac.quem sequitur Ias.in dicto consi.218.colum. 2.sed in casu nostro Magnificus Dominus Iacobus contrauenit promissions & conuentioni factæ cum Magnifica Domina Camilla eius matre,quod equidẽ
14 facere non debebat,cum † graue & detestabile sit fi-
15 dem fallere.Soc.in consi.47.nu.24.uol.tertio, &†nihil fidei humanæ sit conuenientius, quàm quæ placuerunt seruare.Socin.Iun.in consi.85.num.18.uolu. 2.60.num.16.uol.tertio,& in consi.35.nume.3.uolu. primo,l.iurisgentium.§.prætor ait.ff. de pac. ubi dixit prætor,pacta conuenta seruabo:Quod autem con nenta non seruauerit & promissa non adimpleuerit demonstratur,quia in conuentione habita inter ipsas partes actum fuit,quòd Dominus Iacobus mediã te renuntiatione usufructus relicti Dominæ Camillę per eius uirum & sic patrem ipsius Domini Iacobi in suo testamento,non posset aliquo tempore, uiuente Ipsa Domina Camilla, & sine eius expressa licentia,uendere,obligare & alienare.aliquo modo, in totum uel in parte bona quondam Magnifici Domini Panesij ipsius patris,& si alienauerit,aut obligauerit, uel distraxerit,talis obligatio,aut alienatio,& distractio.sit nulla & nullius ualoris, & in tali casu dicta Domina Camilla sibi reseruat uelle ipso iure , & facto esse usufructuariam dictorũ bonorũ alienatorum obligatorum & distractorum, cui conuentioni contrafecit dictus Dominus Iacobus uendendo, uel obligando de dictis bonis, per quam contrauentionem. consequi & habere debet Domina Camilla usumfructum,& iuxta formam conuentionis absque aliquo ministerio hominis,& sic propria auctoritate. Nam
16 ponderanda † sunt illa uerba ipso iure & facto, quæ important absque ullo hominis ministerio.Barto.in l.Iubemus.§.sanè.C.de Sacrosan.eccle.Ceph. in cõs.
17 788.nume.11. Nam† dicta uerba important canonem latę sententię c.1.§.fi.& ibi Gemini.de homic. in 6. Ias.in consi.128.col.3.uers.in primis nol.4.Dec.in cõ sil.138.in princip.ubi ait, quòd dicta uerba demonstrant,quòd ipso iure sit facta priuatio sine ministerio iudicis,& in cap.reprehensibilis col.2. in princi.
18 de appella.ubi licet sit regula generalis,quòd sententia excommunicationis proferri non debeat nisi monitione pręmissa,Tamen hoc fallit, quando ipso facto a iure excommunicatio inducitur, tunc enim non pręmissa monitione iudex potest excommunicare. dixi in consi.90.nu.21.cum pluribus sequentibus uol.3.

Stante igitur ipsa conclusione , quæ caret omni dubitatione , superest vt respondeatur ad allegata in contrarium.& Primò, quòd dicta conuentio & promissio non extendit ad legitimam , de qua mentio facta non fuit , per dictum.§.& generaliter.quia pluribus modis respondetur ,& primò, quòd dispositio.dicti.§.& generaliter.locum non habet quando in renuntiatione vel conuentione interuenit iuramentum.ut uoluerunt Roma. in dicta.l.prima, §.si quis ita ubi Anto. de Alexan.& Barba.col.13. Bal.in dicto.§.& generaliter.Alex.in consilio.181. num.4.uol.5.Ang. in ipso.§.& generaliter.Ias.sibi ipsi repugans in consilio.69.col.2.in princ.uol.primo, & in cõsilio.207.col.tertia , uersi.2.facit uol.2. Ruin.in consilio.97.col.2.uersic.sed præmissis.uol.
19 primo , quia † ubicunque iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ , seruandum est , ca. quamuis.de pac.in 6.Dec. in consi.26.col.2. uers.pręterea.89.col.pen.uers.si ergo,& in consi.180.col. tertia,uersi.ista tamen.Gozad.in consi.69.num.19. Rub. Alex.in conf.73.nu.5.Natta in c.quamuis.nu.36. uersic. aduerte . de pac. in 6. Butigella in dicto. §. si quis ita.nu.44.ubi sequitur Roma.ut refert Pari.in consi. primo,uum.103.uolum.tertio, Anchar. in quęst. 50. uum.14.Paul.de Cast.in l.in ratione.la tertia , in fin. principij.ff.ad l.Falcid.Campeg.in l.si quis maior.nu me.11.C.de transact.Bero.in consi.49. nu. 30. uolu.1. ubi dicit,quòd renuntiatio quam facit filia cum iuramento,siue fiat expresse de legitima,siue generaliter & simpliciter de omnibus bonis comprehendit legitimam.Tiraquel.in l.si unquam,in pręfatione. nume. 159.C.de reuocan.dona.& in legib.connubia. glos. septima , numero. 159. Bertran.in consilio. 284. colum.sexta uol.3.Cassane.in consuet.Burgun.fol.187. col.tertia, Guliel. Benedic. in repetitione capituli Raynutius.in uerbo in eodem testamento relinquẽs. il primo,num.150.de testa.Marc. Anto. Bauc. in suo tract.de uirib.iuramen.num.63. uersi. secundò insertur,Soc.Iunior consi.136.col.si.uol.primo,& in consi. 130.num.22.uol.3.Barba.in cap.ex rescripto, de iure iur.& in consi.25.colum.septima uol.primo, & in rubrica de iureiur.Didac.in parte tertia,§.tertio, numero tertio,Mandel.in consi.66. in fi. quam sententiam

uti communem sequuntur Ripa in l.heredes. nume. 70.ff.de vulg.& pupil.ubi dicit non esse discendendũ à sentẽtia Roma.de qua in dicto.§.si quis ita quae est communis,per capitulum quamuis. de pac.in sexto,& in responso 83.nu.13.Soc.Iun. in cons. 50. col. pen.uolu.2.ubi etiam dicit ita sentire Angel. in l. senium.C.qui testa.fac.pos.ubi etiam dicit sufficere, ꝙ
20 in genere fuerit cogitatum de legitima: quia † tunc iuramentũ habet uim expressionis particularis. Rub. Alex.in cons.43.nume.14.Menoch.in cons.71. num. 24. ubi ait, hanc esse magis receptam doctorum sententiam.

Nec habet obstare si dicatur, ꝙ in dicta conuentione nullum interuenit iuramentum, quia dicitur adesse clausulam in ipsa couentione,quòd dictus D. Iacobus promittit omnia & singula suprascripta sincerè, fideliter & prorsus inuiolabiliter attẽdere & obseruare, & illis non contrafacere, nec contrauenire sub pœna & obligatione prædictis, ac sub uinculo & uirtute huius præsentis clausula uim iuramenti habentis, iuxta formam & limitationẽ, de quibus in lege municipali, quę clausula operatur, ut perinde ac si esset iuratum in forma communi, ut in praxi uidetur obseruari in ciuitate Mantuæ, ubi tractari uidetur de uirtute dictæ conuentionis.

21 Secundò respondetur, ꝙ † dispositio dicti.§. nõ uindicat sibi locum,nisi quando filius ueniret priuandus legitima,& nihil in recompensationem haberet, secus quando aliquid consequitur in recompensationem,ut per Soc.Iun.in consi.122.col.fi.uersic.praeterea.uol.1.quem sequitur Menoch.in cons.71.nu.9.& Anto.Gabr.in suis comm.opin.in tit.de legit.cõclus. octaua,nu.15.si igitur in supradicto casu non procedit dispositio dicti. §.& generaliter.ergo multo magis locum habere non debet in casu nostro,ubi filius non priuatur legitima sed ei conseruatur,& ulterius habet recompẽsationem;quia Magnifica Domina Camilla renuntiauit sibi usumfructum de quo supra, ad finem ne filius nullo modo alienaret uel obligaret bona sui patris,ne efficeretur pauperior, maximè cum iam fecisset multas alienationes uel obligationes.

22 Tertio dicitur, quod † dicta dispositio non potest habere locum in terminis nostris,in quibus inter cõtrahentes actum est,quod Dominus Iacobus non possit aliquo modo alienare in totum uel pro patre de bonis paternis:Nam illa uerba, non possit aliquo modo,idem important acsi dictum fuisset nullo mo-
23 do† quæ uerba sunt præcisa.Menoch.in consi.12.nu.
24 9.& † tanquam negatiua & uniuersalia debent operari uniuersaliter,& sic tam respectu legitimè quã Trebellianicæ.l.fi.ff.de lib.& posthum.l.si is qui ducenta
25 §.utrum.ff.de reb.dub.Nam† si id obtinet affirmatiua uniuersalis multo magis negatiua, quæ maioris est ualoris,roboris efficaciusque obligat,ac magis præcisè astringit. Archid.in c.si peccauerit.2.qõ.1. Abb.in cap.nouit.col.12.de iud.Bero.in consi.27.nu.11.uol. 2.ubi uerba negatiua uniuersaliter prolata magis negant quam affirmatiua uniuersalia affirment. glossa. in l.alienatum.in §.donationi.ff.de uer.sig.ubi ẽt subdit,ꝙ negatio generis secũ trahit, & includit omnes species & omnes modos, per quos perueniri possit ad prohibitum, ut uoluit Bal.in c.1.in princip.col.fi. de prohibit.feud.alie.per Feder.& in consi.117. nu.5.
26 uol.eod.ubi dicit† quòd a dicta negatione uniuersali nullus casus dicitur exceptuatus:facit quoque quod scribit Riminal.Iun.in consil.61.numero 13.ubi post quam dixit, quòd negatiua uerba uniuersalia fortius
27 operentur quam affirmatiua subdit,quòd dictio uniuersalis, puta nullus, aut nulla,omnia excludit,etiã minima glo.in capitul.Statutum,in uerbo nullum de rescrip.in 6.Craue.in consi.294.numero.6.Riminal.
28 nepos.in consilio 19.numero.5.ubi† uerba uniuersali includunt omnia,ita quod nulla persona, nullusque locus excipi possunt,ut per Bal.ibi per eum citatum: Cum igitur in casu præsenti sunt apposita dicta uerba uniuersalia negatiua,dicendum uenit,quod compre-
29 hendant & legitimam & Trebellianicam† cum prolata ab homine non recipiant restrictionem, Ruin. in consi.137.nu.2.& 13.uol.2.& 149.nu.10.uol. eod. & habeãt uim specialis expressionis.Bar.in l.2.ff.de nouat.Ias.in cons.45.col.pen.uol.j.Cra.in cõsi.308.nu.
30 6.ubi inquit,quod† talia uerba uniuersalia negatiuè concepta omnia comprehendunt etiam insolita, & quod uigore dictorum uerborum non habet locum tex in l.Seio.§.primo,ff.de annua.lega.Cepha.in con
31 sil.58.num.16.ubi etiam dicit,quod† prohibita alienatione quoquo modo, intelligitur prohibita ne-
32 dum uoluntaria sed etiam necessaria. Nam † magnę sunt uirtutis illa uerba nullo modo: quia nõ tm̃ significant modum,sed etiam tempus.Ruin.in consi. 10.nu.11.uol.2.& eo magis dicta legitima cõprehẽditur in dicta conuentione,cũ promissum fuerit ꝑ Dñm Iacobum Magnificæ Dominæ Camillæ,quod aliquo modo non alienabit dicta bona patris in totum nec
33 in parte† quæ dictio totum uidetur etiam includere
34 legitimã,ut patet:Nam nos uidemus; quod† licet maritus lucretur dotem ex ui statuti, uxore præmoriente sine liberis, Tamen hoc locum non habet si totam dotem restituere promisit.Angel.& Imol.in l.dãni infecti.§.cum parentem.ff. de dã.infec.& quod grauatus restituere totã hæreditatẽ nõ põt detrahere
35 Falcidiã Rui.in cõsi.56.in prin.uol.5.& qa de hoc alias latè dixi in tra.de lucro dotis in q.38.ideo ad ibi scripta me remitto:Et ne illotis manibus uidear transire sine aliqua decisione in casu isto adduco Ruin.in consi.97.col.fi.in princ.uersic.3.dicitur uol.1.ubi cõ
36 cludit, ꝙ† si est factũ pactũ de cuncta substãtia nõ petenda,quod illud pactum extenditur ẽt ad legitimã ꝓpter illud uerbũ cũctã:quia perinde est acsi de ipsa legitima facta fuisset uel fieri debuisset mentio, per notata in l.decem ff.de fideicom.liber. Nã dictũ uerbũ cũctã,importat idẽ,quod totum ſm Grammaticos,sequitur Menoch.in consil.71.nu.17.

37 Quartò respondetur, quòd † ubi conuentio nihil posset operari,nisi extendatur ad legitimam, ꝙ in ea comprehẽdatur ipsa legitima.Soci.Iun.in cons. 136. num.17.uolu.1.ubi dicit, quòd ubi remissio facta a filio nil aliud significaret seu operari posset,nisi remissionem legitimæ,quòd ea comprehenditur in tali renũtiatione.& cũ Soc.Iun.se concordat Menoch.in d. consi.71.num.23.At in casu,de quo agitur, illa promissio de non alienando uel obligando,si non extenderetur ad legitimam,frustatoreia & sine uirtute operandi esset promissio & obligatio,quod non est dicẽdum.argumento.l.si quando.ff.de lega. 1. cum dictus Dominus Iacobus nõ haberet alia bona,quę posset a-
38 lienare & obligare:quia subiecta fideicõmisso † quæ in effectu non possunt alienari.aucten.res quæ.C.cõ. de lega.Soc.Iun.in cons.185.nu.91.uol.2. & in cons. 137.nu.12.uol.1.Albã.in cons.6.nu.5 Paris. in cons.
39 88.nu.30.uol.2.& in cons.44.uol.3. & † adeo prohibita censetur alienatio dictorum bonorum subiectorum fideicommisso,ꝙ si euenerit casus restitutionis, ipso iure sine alia restitutione transit dominium in fideicommissarium.glo.& Barto. in l. Marcellus.§.res quæ.ubi & alij. ff. ad Trebell.ubi Alex.& Ias. dicunt hanc esse communem,& ubique seruari, tam in scolis

lis,quàm palatijs.Grat.iu reſponſo 21. nu. 8. & in 2.
40 parte:Vt† igitur dicta connentio ſuſtineatur & ſuum
operetnr effectum,prout ſemper fieri debet interpre
tatio.l.qnoties.ff.de uerb.obli.l.quoties . ff. de rebus
dub.Ceph.in conſ.51.nu.38. cum ſit regina omnium
aliarum interpretationem.Dec.in c.quoniam Abbas.
nu.17.de off.deleg.in l.teſtamento.nu. 11. C. de teſt.
milit.Ceph.ubi ſupra num.39.Paul.de Caſtro in l. ex
imperfecto.in fi.C.de teſta. Cephal. in conſil.146. in
fi.uidetur dicendũ ꝙ illa promiſſio, de qua in conuẽ
tione,extendatur ẽt ad legitimam, & Trebellianicã.

Quintò ex alio demonſtratur,quod uoluerit inclu
dere legitimam in tali conuentione,quod ex reſerua
tione facta probatur.dum reſeruatur contractus poſ-
ſeſſionis della figuata,fiendus per Dominum Iacobũ
cum Magnificis Dominis Fratribus de Frambertis,
cui pręſtitit conſenſum Domina Camilla: Vude ex
hac reſeruatione,& exceptuatione arguitur,quòd in
alijs bonis,& ſic etiam in legitima,nihil ſibi reſerua
re uoluit,quod probatur ex notatis per Socin.Iun.in
ſimilibus terminis in conſ.50.num.12.uolu.2. ubi in-
41 quit,quòd† in renuntiatione facta de hereditate, &
bonis patris includitur legitima,dum à dicta renun-
tiatione excipitur cauſa dotis uxoris eius, & illam ſi
bi ſpecialiter reſeruauit: quia ex hoc arguitur, ꝙ in
omnibus alijs bonis,& ẽt in legitima nihil ſibi reſer
42 uare uoluit:quia † exceptio facta firmat regulã in a-
lijs omnibus l.quęſitũ.§.denique. & ibi gloſ.& Bart.
ff.de fundo inſtruct.Pro qua ſententia adducit Gemi.
in ca.qui ad agendum.§.fi.ad fi.de procur.in 6.ubi di
43 xit,ꝙ† ſi do procuratori mandatum ad agẽdum cum
clauſula,quòd poſſit omnia facere,quæ ego poſſem,
excepto ꝙ non poſſit iurare de calumnia , nec iura-
mentum deferre,iſta exceptio operatur,quòd expedi
re poſſit omnes alios actus,etiam requirentes ſpecia
le mandatum ,ſequitur Fely.in c.quoniam frequẽter.
in princ.ut lit.non conteſt.

44 Sextò dicitur etiam, ꝙ† dicta tranſactio extẽditur
ad legitimam,cnm ipſe renuntiauit cnm iuramento
45 omni iuri & legũ auxilio,per† quã renuntiationẽ cẽ
ſetur renuntiatum omni beneficio etiam ſpeciali ra-
tione inductum.Bart.in l.ſi quis ſub conditione. col.
6.ff.de teſta.tutel.Saly.in auctẽn.matri & auię.C.quã
do mul.tutel.off.fungi poteſt. Aret. in conſ.103.col.
3.uerſ.3.probatur.Cur.Iun.in cóſ.18.col. fi. & in ſpe
cie ad hoc allegatur deciſio Soc.Iun.in cóſ.136.col.
fi.uol.1. ubi dicit, quòd generalis renuntiatio facta
cum iuramento dicitur habere uim ſpecialis renũcia
tionis,ſi renuntiatur omni iuri canonico , uel ciuili
contrarianti promiſſioni:quia tunc non procedit di
ſpoſitio dicti.§.& generaliter.ergo idem quando om
ni iuri & legum auxilio.

46 Septimò dicitur,ꝙ† in conuentionibus attenditur
cauſa finalis.l.1.C.de cond.ob cau. Soc. in conſ. 251.
47 col.4.uerſ.comprobatur uol.2.&† quæ tunc dicitur,
quando quis ad contractum oon deueniſſet , niſi tale
quid fieret.Natta in conſ.609.nu.10. Riminal. Iun.in
48 conſ.81.nu.33.Item † in qualibet diſpoſitione mens
partium inſpicienda ueuit.l. regula.§. fi. ff.de iur. &
facti igno.Soc.Iun.in conſilio 73.numero 14.uolum.
tertio,& 142.numero 28.uolu. eod. & maximè quan
do eſt uerifimilis.Bart.& alij in l.tale pactum. §. fi. ff.
de pac.Soc.Iun.in conſ.36.num.ſecundo uol. tertio,
49 Craue.in conſ.51.num.2.cum† ſit radix uerborum,&
50 ocius ſubſtantiæ primæ: Nam† cor eſt Imperator lin-
guę,& eam habet ſicut mancipium ſub iuriſdictione
ſua.Bal.in c.mandatum.de reſcr. quem ſequitur Cur.
Iun.in conſ.22.nu.12.

At in propoſito noſtro, ſi conſideretur cauſa fi-
nalis ipſius conuentionis & mens dictæ Dominæ Ca
millæ,utique apparebit ad ipſam renuntiationẽ uſus
fructus,de quo ſupra,non deueniſſe,niſi Dominus Ia
cobus,quẽ quotidie uidebat depauperari,promiſiſ-
ſet,quod aliquo modo uel tepore,in totum uel in
parte non alienaret bona paterna & ea non obliga-
ret,ut eum retraheret ab alienatione aliorum bono-
rũ non uenditorũ uel obligatorum,quo caſu cũ ſatis
apertè demonſtretur,talem fuiſſe intẽtionẽ,dictę Do
minæ Camillæ & etiam eiuſdẽ Domini Iacobi , qui
ſciebat matrẽ,renũtiationẽ uſufructus fęciſſe, ut pro
uideret indemnitati ſuæ,de non alienando uel obli-
gãdo amplius bona paterna aliquo modo,in totũ uel
in parte,utique dicendum uenit ex dicta ratione,quę
generalis eſt,& adaptatur tam ad legitimam & Tre-
51 bellianicam,quàm ad alia bona,quod† in dicta pro-
miſſione includatur ipſa legitima & in terminis, ꝙ
quando conſtat de intentione partium & eorum mẽ
te,quod diſpoſitio dicti.§.& generaliter. locum non
habeat,decidit Soc.Iun.in conſi.133.col.fi.uolu. 1.&
in conſi.136.nu.21.uol.eod.& ſi hoc locum habet in
52 legitima,igitur & fortius in Trebellianica,cũ† legi-
tima firmiori & ualidiori iure debeatur, quam Tre-
bellianica.argumento.l.cum ratio.de bon.dam. & l.
ſcripto.in fi.ff.unde lib.Bero.in conſi.135.nu.3. uol.
53 2.&† ſit potentior quàm ſint alię quartæ. Iaſ.in l. ſci
mus.in princ.col.fi.uerſic.6.nota.C.de inoff.teſta.qđ
54 patet:quia† prius detrahitur.§.quamobrem.in auc.de
55 reſtitut.& ea quæ parit.quia† debita de iure naturæ:
Alia uero de iure poſitiuo,c.Raynutius.de teſta. Ber.
in conſi.26.nu.13.uol.2.Iaſ.in l.filium quem haben-
tem.col.9.uerſic.in 3.part.gl.C.famil.herc.ubi dicit,
legitimam fauorabiliorem quam Trebellianica.

Non obſtat ultimum fundamentum: Quia reſpon-
detur,quod licet in 1.c.dictę tranſactionis ſint appo
ſita illa uerba alienare,& obligare,in quibus fiet ẽ ſũ
fundamentum:Tamen aduertendum eſt, ꝙ in dicto-
met capitulo declarantur dicta uerba per ſubſequen-
tia,ex quibus apparet,quod non requiritur cõcurſus
copulatorum,ſed ſufficiat ſimplex diſtractio , uel ſim
plex obligatio , ut patet ibi, (& alienandole o uero
obligãdone o in alcun modo diſtrahendone) Rurſus
& infra ibi, (& in tal caſo eſſa Signora Camilla ſi re-
ſerua uolet & uole ipſo iure & facto eſſer uſufruttua
ria de' detti beni ut ſupra alienati ouero obligati) Nã
ponderandum eſt,quod dicta uerba (o uero) non poſ
56 ſunt importare niſi idem,quod dictio aut,† quæ regu
lariter ſumitur diſiunctiue.l.ſi ex toto.§.primo,de le
ga.1.l.ille aut illo,in princ.de leg.3.l.Titio.de leg.2.
57 uel quod important id quod dictio uel,† quæ parti-
cula non ſolet poni niſi inter diuerſa,ſecundum ſuũ
proprium ſignificatum.Igneus in auctẽn.ex cauſa.nu
mer.7.C.de libe.præter.Item & quod ex ſequentibus
declaratur,quis animus fuerit in præcedẽtibus.§.pa-
uonum.inſtit.de rer.diuiſ.in fi.Dec.in l.petens .num.
11.C.de pac. Cephal.in conſi.12.nu.18. & in conſilio
148.num.27.& tanto magis id dicendum uenit,cum
58 † geminatè prolata fuerunt dicta uerba, quæ magis
enixam uoluntatem tranſigentium demonſtrant.iux-
ta regulam.l.baliſta.ff.ad Trebel. Nam magnam eſt
uirtus geminationis.Dec.in conſi.191.col.1.Soc.Iun.
in conſi.48.nu.9.uol.1.

Ex quibus omnino concludendum eſſe arbitror,
omnem iuſtitiam militare in fauorem dictę Magnifi-
cę Dominę Camillæ,nullatenusque moleſtari poſſe
a creditoribus dicti quondam Domini Iacobi quęri-
tibus ſatisfactionem ſuorum creditorũ fieri ſuper fru
ctibus perceptis per ipſam Dominam Camillã, quod
nequaquam admittendum uenit,cum per ipſam per-
cepti

cepti fuerint iure ficsuadento ex ui reseruationis usufructus, de qua in instrumento dictæ transactionis ut satis abunde su-pra demonstratum fuit.

Reperio quidem Bursat. in cons. 102. nõnulla scripsisse in præsenti causa contra prædictam Dominam Camillam, quibus respondere non curabo, cum multa præsupponantur in facto, de quibus non sum informatus, & ideo hãc partem derelinquo Domino Consultori prædictæ Dominæ Camillæ tanquam melius de ipso facto instructo.

SVMMARIVM.

1 *Imperator potest erigere Castra in Comitatum.*

2 *Comites creantur ab Imperatore & à Rege in suo regno.*

3 *Dignitates emanant ab Imperatore, uelut à culmine.*

4 *Dignitates & nobilitates fluunt ab Imperatore tanquam à fonte.*

5 *Imperator appellatur Nobilissimus, sanctissimus & Dominus mundi.*

6 *Imperator potest inuestire alium de Castro.*

7 *Imperatori permissum est concedere in feudum Ciuitates & respublicas, non obstãte pace Constantiæ, quæ fuit temporalis.*

8 *Moderator & arbiter unusquisque est in re sua.*

9 *Liberam habet dispositionem unusquisque bonorũ suorum etiam abutendo.*

10 *Vnusquisque potest apponere rebus suis legem quam uult.*

11 *Dominus feudi in ipsius concessione potest apponere legem quam uult.*

12 *Dux Mediolani in facto proprio potuit adijcere omnia pacta quæ voluit.*

13 *Disponere quis potest arbitrio suo de rebus allodialibus, & super illis ordinare, & fideicommissum relinquere.*

14 *Venditio de re prohibita alienari, & ad uenditorem non spectante non valet.*

15 *Ducatus Mediolani per mortem Illustrissimi Philippi Vicecomitis defuncti sine liberis apertus fuit Cesari, penes quam erat directum dominium ipsius Ducatus ac ciuilis possessio.*

16 *Feudum finita linea reuertitur ad dominum.*

17 *Venditio facta per uniuersitatem Mediolani de Arce, terra & plebe Angleriæ, & si confirmata ab Illustrissimo Duce Francisco Sfortia non ualet tanquã confirmata à non inuestito de Ducatu Mediolani à Cesare.*

18 *Feudum iuste possidet, qui auctoritate Imperatoris solemnes tenet inuestituras.*

19 *Inuestitura est iustus modus & ordinatus, quo quis feudum & eius ius acquirit.*

20 *Potestas requiritur in quocunque actu.*

21 *Infeudatio non ualet si non fit à uero feudatario.*

22 *Dux ille non dicitur, nisi qui de iure est Dux.*

23 *Comes non dicitur uel Prælatus, nisi qui de iure est Comes uel Prælatus.*

24 *Renuntianti iuribus suis amplius non datur regressus ad renuntiata.*

25 *Iuri suo quilibet renuntiare potest.*

26 *Instrumentum facit probationem probatam.*

27 *Clausula sponte & ex certa scientia, excludit omnem allegationem erroris.*

28 *Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, habetur pro veritate.*

29 *Facitque rem notoriam.*

30 *Et de indebito debitum.*

31 *Et de albo nigrum & è conuerso.*

32 *Et tantæ est auctoritatis & potentiæ, quòd naturalia uincula mutat & falsum in uerum non essentialiter, sed quoad effectum.*

33 *Sententia lata contra vasallum præiudicat successoribus.*

34 *Sententia lata contra prohibitum alienare præiudicat fideicommissario.*

35 *Quod amplia procedere, etiam si successor scientiam litis motæ contra vasallum defunctum non habuerit.*

36 *Sententia lata contra patrem Regem præiudicat filio primogenito successuro in regno.*

37 *Vasallus, qui non petijt inuestituram intra annum & diem, cadit à feudo, & illud applicatur domino.*

38 *Instrumentum qui habet pro se, fundatam dicitur habere intentionem.*

39 *Instrumentum facit plenam fidem & indubitatam.*

40 *Necnon & probationem probatam, manifestam, & euidentissimam, ita quòd non indiget discussione fori, & de eo dici potest, noli me tangere.*

41 *Instrumenti casus ubi est, de eo non est dubitandum sicut de casu legis.*

42 *Instrumentis standum est cum pro eis sit omnis præsumptio, nisi apertissimis, plenis & concludentibus probationibus de contrario appareat.*

43 *Venditio facta de re aliena non ualet, nisi in præiudicium uendentis.*

44 *Nisi facta fuerit præsente domino à non domino.*

45 *Vel nisi interuenerit taciturnitas domini ipso sciente.*

46 *Vel ratificatio ueri domini.*

47 *Confirmationis natura est, confirmata roborare, & non infringere.*

48 *Dux Mediolani in eo Ducatu omnia potest quæ Imperator in uniuerso orbe.*

49 *Dispositio l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. locum etiam habet in Duce Mediolani.*

50 *Clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis posita in confirmatione Principis tribuunt ius.*

51 *Confirmatio facta cum clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis dicitur noua datio.*

52 *Confirmatio quando est facta cum clausula ex certa scientia, non potest apponi manus ad illum actũ præterquam à Principe confirmante.*

53 *Confirmatio facta ex certa scientia roborat quod inualidum & nullum est.*

54 *Confirmatio facta cum narratione rei confirmatæ censetur facta ex certa scientia.*

55 *Clausula de plenitudine potestatis ubi apponitur per Principem, nihil opponi potest, quod gratiam annullet.*

56 *Clausula de plenitudine potestatis ubi est apposita, nõ potest dici Principi, cur ita facis.*

libet

57 *Plenitudini potestatis Principis nihil resistit, nam si libet licet.*

58 *Plenitudo potestatis Principis nulli necessitati est subiecta, nullisque iuris publici regulis limitata.*

59 *Clausula de plenitudine potestatis absolutè operatur, ut Princeps possit mutare rerum naturas.*

60 *Princeps duplicem habet potestatem ordinariam uidelicet & absolutam, quæ ultima non est sub lege nec quoad obseruanciam nec quoad uinculum de iure positiuo.*

61 *Princeps quando apponit clausulam de plenitudine potestatis absolutè in concessione immunitatis temerarium, & quasi sacrilegium est de validitate ipsius immunitatis amplius disputare.*

62 *Clausula de plenitudine potestatis absolutè operatur, quòd Princeps tertio uoluerit præiudicare.*

63 *Clausulæ geminatæ plus operantur quàm simplices.*

64 *Clausulæ supplentes &c. tollit omnes defectus ius positiui, quamuis non specificatos.*

65 *Clausulæ triplicatæ plus operantur, quàm duplicatæ.*

66 *Cui licet quod est plus multò magis, quod est minus.*

67 *Dux Mediolani potuit de rebus Ducatus donationem facere, quando non tendit in magnam diminutionem Ducatus.*

68 *Alienatio feudi facta sine consensu domini directi licet sit nulla ipso iure, tamen intelligitur domino uolente, de cuius præiudicio agitur, & ita petente.*

69 *Priuatio emphiteusis ob canonem non solutum non est in facto sed potentia fieri domino uolente.*

70 *Alienatio rerum subiectarum fideicommisso tenet, nisi à fideicommissario reuocari petatur.*

71 *Alienatio rei prohibitæ alienari, donec is in cuius fauorem fuit prohibita uoluerit, & petierit eam reuocari, ualet.*

72 *Lex uel statutum, ubi annullat actum ipso iure in fauorem alicuius, debet intelligi si petatur.*

73 *Dominus si non declarauerit uoluntatem suam eo uiuente, hæres eius non poterit illam declarare.*

74 *Tertius non potest opponere, quòd in alienatione feudi non interuenerit consensus domini.*

75 *Ordinatio limitate limitatum producere debet effectum.*

76 *Prohibitio alienationis limitata extra familiam, cessat in his qui sunt de familia.*

77 *Substitutio facta filijs decedentibus in uita testatoris cessat si ei superuiuunt.*

78 *Dispositio Papæ limitata, si praces ueritate nitantur cessat deficiente conditione.*

79 *Dispositio de præsentando personam idoneam cessat, si persona non est idonea.*

80 *Promissio limitata non extenditur ad alium casum.*

81 *Vnius inclusio alterius est exclusio.*

82 *Absolutoria continens limitatas causas absolutionis limitatam producit absolutionem, & non generalem.*

83 *Renuntiatio facta per sororem, ut bona conseruentur in familia fratris, extinguitur mortuo fratre sine masculis.*

84 *Prohibitio limitata, donec & quousque filij & descendentes masculi superuixerint, cessat non extantibus descendentibus masculis.*

85 *Prohibita ad tempus post illius finem censentur permissa.*

86 *Recedendum non est a uerbis priuilegij.*

87 *Prohibitio personalis non extenditur ad alias personas.*

88 *Prohibitio facta filijs non extenditur ad nepotes.*

89 *Concessio in comitatum facta inuestito de filijs non extenditur ad alios.*

90 *Contractus feudi dicitur esse stricti iuris strictèque intelligẽdus, ita quòd in eo omissum habetur pro omisso, & uerba eius propriè intelligenda, nihilque in eo subaudiendum.*

91 *Ciuitas libera, & habens iura imperialia potest sibi creare Ducem & eum facere dominum suum naturalem.*

92 *Gentes liberę, quæ non sunt sub Papa, uel alio Principe, possunt sibi Regem eligere.*

93 *Ciuitas, quæ non recognoscit superiorem, uel non est spes, quòd superior eam possit regere, & gubernare, potest se submittere ei, qui eam regere & tueri potest de iure naturali.*

94 *Tutela sui corporis vnicuique est permissa.*

95 *Duces Mediolani aliàs non recognoscebant Imperatorem in superiorem.*

96 *Consensus Cesaris ex uetustate tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, præsumitur interuenisse in donatione Ducis Mediolani facta per vniuersitatem ipsius ciuitatis.*

97 *Consensus domini præsumitur interuenisse, quando interuenit spacium longi temporis.*

98 *Interpretatio semper fit, per quam actus sustineatur.*

99 *Alienatio feudi & emphyteusis ob temporis diuturnitatem præsumitur facta de consensu & licentia domini.*

100 *Licentia cõcessa cardinali de testando ex diuturnitate temporis præsumitur.*

101 *Vetustas centum & uiginti annorum dicitur immemorialis.*

102 *Scientiam Imperatoris allegans, illam probare tenetur.*

103 *Scientia Imperatoris non requiritur, ubi agitur de tẽpore immemoriali.*

104 *Vetusta antiquitas nedum operatur pręsumptionem solemnitatis extrinseca, sed etiam probationem tituli.*

105 *Tempus immemoriale habet uim priuilegij iustè & decenter concessi.*

106 *Item concessionis.*

107 *Necnon & pacti.*

108 *Et tantum potest, quantum Imperator cum causa.*

109 *Renuntiatio licet possit nocere uasallo renuntianti, nõ tamen successoribus uenientibus ad feudum paternũ, uel antiquum.*

110 *Transactio facta per uasallum super feudo paterno, uel antiquo non nocet alijs agnatis transigentis.*

111 *Quod ampliatur procedere, etiamsi in renuntiatione interuenisset consensus domini.*

112 *Metus præsumitur ubicunque aliquid remittitur uel fit.*

fit, quod non est uerisimile fieri.

113 Spoliatus, si renuntiat ius suum, id facere præsumi tur per metum.

114 Verisimile quod non est, repelli debet, tanquàm imago falsitatis.

115 Versimile quod non est, suspectum dicitur.

116 Versimile valde consideratur in materia metus.

117 Iudex fidem adhibere non debet non verisimili.

118 Metus probatur per locum à verisimilibus.

219 Iactare suum in dubio quis non præsumitur.

120 Fatuum est qui compromittit de eo, de quo modo ali quo molestari non potest.

121 Fatuus censendus est, qui renuntiat rebus emptis per suum antecessorem.

122 Vasallus si superiori suo nouum præstet iuramentum preter antiq̃ consuetudinem, illud p̃sumitur extortũ.

123 Indebita seruitia præsumunt à dominis per metum extorta.

124 Quæ per metum Principis fiunt non valent.

125 Metus Principis est quodammodo vis præcisa, quæ tollit omnino consensum.

126 Iustus metus si ducitur, vbi agitur de lucro perdendo, ergo multo magis si tractatur de graui dam no in rebus proprijs.

127 Metus probatur ex inditijs & præsumptionibus, quæ relinquuntur arbitrio iudicis.

128 Veritatem ante oculos iudex habere debet.

129 Metus causa quæ gesta sunt, rata & firma haberi non debent.

130 Iuramentum metu extortum non obligat aliquem mero iure.

131 Metus reuerentialis vnà cum enormi læsione sufficit ad resciſſionem contractus, minis etiam precedentibus.

132 Metus illatus per antecessorem afficit et successorē.

133 Clausula sponte & ex certa scientia, non operatur q̃ contractus metu factus non dicatur meticulosus.

134 Clausula sponte ex certa scientia, apposita in instrumento renuntiationis per metum facto præsumitur etiam per metum apposita.

135 Renuntiationes & clausulæ appositæ in contractu simulato & imaginario, iudicantur simulatæ, nullæ & inefficaces.

136 Contractus principalis si nō tenet nec cęteræ clausulę.

137 Verba & non aliter nec alio modo, virtutem habent præcisam.

138 Princeps contrahens in pertinentibus iuxta morem sui principatus, sicut non potest contrauenire suo contractui, ita nec eius successor in dignitate.

139 Successor Principis, qui venit ad principatum nedum per uiam successionis sed electionis, tenetur obseruare gesta prædecessoris, quatenus pertinent ad dignitatem & officium suum.

140 Princeps, cupit mandata sua à successoribus obseruari, decens est, vt suorum prædecessorum man datis venerationem præstet & custodiam.

141 Princeps non obseruando dat materiam dissoluendi eius gesta per successores.

142 Successor Principis contraueniens factis antecesso ris dicitur sibi ipsi contrauenire, quia semper vnũ est imperium.

153 Heres non potest venire contra gesta, & ordinata per defunctum.

144 Dictio omnino, quę præcisa est, idem significat, q̃d totaliter, & integraliter.

145 Dominus directus non potest priuare vasallum nisi conuicta culpa.

146 Impium est, quòd Princeps, qui est debitor iustitiæ, & scire debet, quòd positus est, vt iustitiã faciat & iustum iudiciũ, velit renuntiationē à feudatarijs habere sine causa vel aliquo legitimo colore.

147 Princeps, ius suum tribuendo subditis, dicitur Imperator iustitiæ.

148 Sententia parti non intimata, ei non officit.

149 Ignorantia in dubio præsumitur.

150 Sententia si non est intimata parti, cum ea dolosè versatum videtur.

151 Iuri exequendi præscribit spatio triginta annorum.

152 Omnis actio tollitur spatio triginta annorum.

153 Officio iudicis præscribitur spatio triginta annorũ.

154 Sententia lata contra vasallum super feudo antiquo vel paterno non præiudicat sequentibus agnatis, nisi fuerint citati vel sciuerint causam agitari cum agnato.

155 Domini directi gratiosi esse debent erga suos vasallos, quando dolosè & in contemptum domini nō deliquerunt, in non petendo inuestituram infra annum & diem.

156 Caducitas, quæ causatur per lapsum temporis, dicitur iniqua & odiosa.

157 Qui nititur ex tempore, dicitur Inniti ex circũuentione temporis, & sic remedio rigoroso.

158 Vasallus in regno Siciliæ feudum non amittit ob non petitam inuestituram infra annum & diem.

159 Feudum paternum, quod amitti potest ob non petitam inuestituram, non reuertitur ad dominum sed transit ad agnatos.

160 Concessio Cesaris non extenditur ad id, quod suum non erat tempore concessionis.

161 Nemo dat quod non habet.

161 Comes si concedit ecclesiæ quicquid iuris habet ĩ tali loco, concessio talis non valet, nihilque operatur, nisi constet de iure concedentis.

163 Fundans ius suum in inuestitura alterius debet probare de iure inuestientis.

164 Successor debet probare de iure auctoris sui.

65 Regi conuenit iustitiam facere & ipsius terminos non egredi, bonaque fidelium non percipere, & vasallos suos oppressionibus defendere.

CONSILIVM C.

MVLTIPLICIE x capite prima fronte dicẽdum uidetur in præsenti consultatione, q̃d Multum Illustri domino Ioãni Baptistæ Borromeo comiti Aronæ nullũ ius competat in Arce, terra & plebe Angleriæ, non obstante uenditione aliàs facta Multo quond. illustri Comiti Vitaliano etiam de Borromeis per inclitam Remplublicam Mediolani de anno 1449. die decimaoctaua mensis Ianuarij ex rationibus & conclusionibus infrascriptis. Præmittendo tamen prius non nulla pro maiori declaratione, quæ cõiter à doctoribus recipiuntur

1 uidelicet ,Vincislaum † Imperatorem potuisse eri
gere in Comitatum dictam Arcem,terram & plebem
2 Angleriæ , quoniam†Comites creantur ab Imperato
re c.1.de feudo March.& a Rege in suo regno.c.in a-
pibus.2.q.j.Iacob.a Sanc.Georgio in inuestitura sua,
in uerbo quæro in primis.Vallasc.in l.imperium.nu.
2 116.ff.de iuris.omn.iud.Nam†dignitates emanant ab
Imperatore uelut a culmine.Bal.& Præpos.in ca.j.in
3 2.notabili.de feud.March.&†ab eo tanquam a fonte
fluunt in omnes dignitates & nobilitates.l. sacrile-
gii.C.de diuer.resc.Dec.in consi.468.nu.17.498.nu.
13.& 573. in princ.Curt.iun.in consi.157.nu.32. Ca
stald.in trac.de Imperato.nu.54.q.35.Nec immerito
secundum Præpos.in c.1.col.j.quis dicatur Dux,Mar
4 chio &c.quia appellatur†Nobilissimus,& sanctissi-
mus.l.quæris.ff.de natalib.restit.& dominus mundi.
5 l.deprecatio,ff.ad l.Rod.de iact.Item†& de dictis,Ar
ce,terra & plebe Comitatus Angleriæ alterum inue
stire,ut fecit Federicus Imperator,qui fecit Comita-
tū Papiæ inuestiendo Comitem de eo:& de pluribus
aliis locis,ut tradit Bal.in c.1.de natura feudi . quem
sequitur Iac.de S. Georgio in dicta inuestitura sua in
uerbo princeps.col.1.in fin.& in uerbo,sed an prin-
ceps.col secunda notant omnes in d.c.1.de natu. feu
di.ubi dicunt,Imperatorem posse infeudare Castrum
alicuius Ciuitatis Lombardiæ:quia omne Imperium
omnisque iurisdictio est penes eum.l.1.ff. de constit.
Princip.Alex.in cons 1.numero 15.uersi.non obstat.
uol.5.dicens imperatorem,potuisse concedere illu-
striss. Duci Ferrariæ Ducatū Regii cum suis pertinē
tiis.Soc.iun.in cōsi.1.nu.70.uol.4.Ias.in consi.56.co.
2.uersi.ad ista uol.1.Bero.in consi.75.nu.17.uol.1. ubi
tradit permissum esse imperatori in feudum concede
re Ciuitates & respublicas non obstante pace , Con-
stantiæ , quæ fuit temporalis.c.1.§.si per triginta. de
pace Constan.cum quo pertransire uidentur commu
niter feudistæ, iterum in consi.65.nu.88.uol.eo.Dec.
in consi.468.nu.17.& 498.nu.13.

8 Plus clarissimi iuris est,quod†unusquisque est mo
derator & arbiter in re sua.l.in re mandata.C.mand.
Bero.in consi.40.nu.2.uol.1.Soc.iun.in consi. 76.nu.
518.uol.1.consi.80.nu.11. uol.2. Crot. in cons. 143.
9 nu.23.liberamq; † habet dispositionē bonorum suo
rum.l.2.ff.si quis a paren.fue.manumis.Soc.iun.in cō
si.72.col.fi.uol.3.& in 7.nu.34.uol. eo. etiā abutēdo.
l.sed si lege.§.consuluit.ff.de pet.her.Soc.iun.in cōsi.
10 130.nu.8.uol.3.& † reb. suis potest ponere legē quā
uult c.uerum.de cōd.appos.l.quoties.C. de don.quæ
sub modo.Paris.in cōsi.32.nu.28. uol.1.72.nu.3.uol.
eo.& in consi.1.nu.116.uolu. 3. Ceph. in consil.173.
11 nume.14.ubi † dominus feudi in concessione ipsius
potest apponere legem quam uult.Iacob. Emilia. in
consi.1.nu.1.Curt.sen.in consi.48.col.20. uersic.nec
12 est inconueniens.ubi † loquendo de Francisco Sfor-
tia Duce Mediolani dicit , quod in facto proprio po
tuit adiicere omnia pacta, quæ uoluit. & in consilio
5 n.colum.4.uersicu. & sic est uera. Paris. in consilio
13 2.in fi.uol.1.ubi † de rebus allodialibus potest quis
suo arbitrio disponere,& super illis ordinare , & fi-
deicommissum relinquere.Quibus sic præmissis,dici
tur quod cum Vincislaus Imperator in concessione
facta de dicto Comitatu Angleriæ de anno 1397. die
25.Ianuarii in illustrissimum Galeaz. Ducem Medio
lani legem posuerit , quod ipse & descendentes sui
non possint,nec ualeant dare,concedere,nec aliquo
modo transferre dictum Comitatum in aliquam per
sonam,etiam collateralem, nec ipsum Comitatum
14 ab eis aliqualiter abdicare,quod † uenditio facta de
dicta Arce, terra & plebe per uniuersitatem Medio-
lani,uel per ipsius procuratores dicto quondam Illu
stri Comiti Vitaliano,tanquàm de re prohibita alie-
nari,& ad eam non spectante,non ualuit: quia dubiū
15 non est,quòd † per obitum Illustrissimi Philippi Vi-
cecommitis Ducis Mediolani filij prædicti Illustrissi
mi Galeaz & ultimo loco defuncti sine liberis, feudū
Ducatus Mediolani fuit apertum non uniuersitati
Mediolani sed Cæsari, penes quem erat directum do
minium ipsius Ducatus ac ciuilis possessio , Bero. in
cōs.118.nu.17.uol.3.cum quo directo dominio,& ci
uili possessione fuit consolidatum utile dominium
& naturalis possessio,quæ erat penes dictum Illustris
simum Philippum.Bal.in l.1.q.41.ff.de rer.diuis. Ab-
ba.in c.cum uenissent.in 2.notabili de rest. spol. Go-
zad.in cons.10.nu.14.& 47.Vnde ex hoc infertur, q
non potuit vniuersitas Mediolani,quæ tēpore aliena
tionis Angleriæ erat sub imperio Cæsaris,dominium
& possessionem Arcis , terræ & plebis Angleriæ in
alium transferre tanquam de re aliena.l.ex empto.in
uerbo euictionis.ff.de act.empt.Petr.Rebuf.in repeti.
l.primæ , nume.425.C.de sent.quæ pro eo &c.dixi
in consil.57.num.2.uol.3 Nam † feudum finita linea
reuertitur ad dominum directum.c.1.de alie.feud.pa
ter.Paris.in cōs.13.nu.11.uol.1.& 22.nu.25. uol. eo.
Soc.Iun.in cons.102.nu.1.uolu.2.Ceph. in cons.133.
num.68.

Nec habet obstare,si dicatur, q etsi huiusmodi alie
natio in effectu non ualuerit, tū q & fuit conualidata,
laudata ratificata & confirmata cū clausulis ex certa
scientia & plenitudine potestatis per quon. Illustris-
simum Franciscum Sfortiam tunc Ducem Mediolani,
quæ operatur,ut id,quod nullum erat , nedum confir
metur,sed & confirmatum dicatur noua datio , & no
uum pactum.Bar.& alij in l.& quia.ff.de iurisd.omn.
iud.Ceph.in cons.170.nu.50.D.Franc.Bursat.in cōs.
17 30.nu.17.dixi in cons.71.nu.46.uol.2.Quia respon-
detur,cōfirmationem prędictam nullius esse ualoris
& momenti,tanquā factam à prędicto quon. illustris
simo Francisco,qui nullam ptātem habebat faciendi
huiusmodi confirmationē in dominio Mediolani,cū
non esset inuestitus à culmine imperiali de dicto Du
catu,quod habebat directū dominiū ipsius status : Na
18 † feudum iustè possidet,qui auctoritate Imperatoris
solemnes inuestituras tenet.Soci.Iun.in consi.76.nu.
19 39.uol.1.ubi dicit,q†inuestitura est iustus modus, &
ordinatus,quo quis feudum & eius ius acquirat, c.1.
de feud.cogn.c.1.quib.mod.feud.amit. pōt . Vnde cū
20 † in quocunque actu potestas requiratur.l.cum te.C.
de donatio.ante nuptu.c.super eo.de off. dele.l. mul-
tum interest,C.si quis alteri uel sibi Bal.in cons. 326.
nu.2.uolum.1.quę in casu nostro non interuenit , se-
quitur quòd ex defectu dictæ potestatis confirmatio
ipsa redditur nulla:Minusque fieri potest uis in infeu
datione facta de dicta Arce, terra & plebe per dictū
Illustrissimum Franciscum Sfortiam in personam di
cti quon.Illustris Vitaliani , quoniā & si feudatarius
etiam sine licentia domini possit alium uasallum fa-
cere,dando ei rem feudalem. Afflic. in c.1.§. & quia .
nu.60.qui feud.dar.pos.Ceph.in cōs.133.nu.65. Soc.
Iun.in cons.77.nu.70.uolum.1. Tamen id procedit,
21 quando † infeudatio fit à uero domino, habente au-
ctoritatem à lege illam faciendi , secus si ab eo , qui
non est feudatarius,nec habet facultatem infeudādi,
ut in casu isto vbi Illustris. Franciscus Sfortia (ut di-
ctum fuit)non erat inuestitus de Ducatu Mediolani.
& in illo nullam penitus iurisdictionē habebat . Nā
22 Dux ille non dicitur, nisi qui de iure est Dux.Bal.in
c.1.in uerbo Marchion.qui feud.dar.pos. ubi inquit,
23 quod † Comes non dicitur uel prælatus , nisi qui de

iure

iure est Comes uel prælatus.allega.l.decernimus. C.
de sacros.eccl.ex defectu igitur potestatis infeudatio
ipsa nulliter facta fuit.
24 Secundò facit.Nam†renuntianti iuribus suis amplius non datur regressus ad renuntiata.l.quæritur §.
& si uenditor.ff.de ædil.edic.l.fina.in fi.C.de cond.in
se.c.quam periculosum.7.q.1.Soc.iun.in cons.94.nu.
31.& 119.nu.21.uol.3. Ceph.in consi.94.numer.5.&
237.nume.56.Paris.in consilio.12.num.12.uolum.2.
69.numero.20.uolum.tertio, & 135. numero secun
25 do,uolumin.quarto,quia†quilibet potest renuntiare
iuri suo.l.si quis in conscribendo.C.de pact. Paris. in
consi.32.numero 30.uolum.4.& 72.num.18. uolum.
tertio,Ceph.in consi.18.nu.5.At in casu presenti per
Illustres Dominos Comites Ioannem,& Vitalianum
de Borromeis facta fuit renuntiatio dictæ terræ, Arcis & plebis per instrumentum publicum quon. Illu-
26 stris.Galeaz.Duci Mediolani in ampla forma† quod
facit probationem probatã.Bal.in l.2.C.quando fisc.
27 uel priuat.Item sponte & ex certa scientia†quæ clausule excludunt omnem allegationé erroris,ut de uerbo sponte habetur in clem.prima,ubi Cardin.de renũtia.& de clausula ex certa scientia per Barto.& alios
in l.sed & si quis.§.si.ff.si quis cautio.Bar.& Alex.in l.
si dari. in fi.ff.de uerb.obligat.Ant.Gabr.in suis com.
opin.in ti.de clausulis conclus.prima,nu.56.Bursa.in
consi.47.in fi.& de utroque per Iacob.Emilia. in con
si.39.nu.8.Si igitur renuntianti non potest dari dictus
regressus,ergo nec prædicto Multum illustri Comiti
Ioanni Baptistæ uti hæredi dictorum quon. illustri
Comitum Ioannis & Vitaliani.

Tertio ex alio capite nullum ius competere uidetur dicto illustri Comiti.domino Ioanni.Baptistæ in
Arce terra & plebe Angleriæ:quoniam alias lata fuit
sentẽtia contra antecessores ipsius per Magnificos dominos Magistros intratarũ status Mediolani,p quã declarauerunt,antecessoribus suis nullum ius competere in dicta,Arce,terra & pertinentijs eius ,& in qua
etiam cõdẽnarũt dictos suos antecessores ad restituẽ
28 dũ dictã terrã &c.Cameræ Ducali,quæ†sentẽtia cum
transiuerit in rem iudicatam & habeatur pro ueritate.l.ingenuum.ff.de stat.hom.Ceph. in cõsi.190.nu.
29 2.& 168.nu.234.faciatq;†rem notoriam.capitulo
uestra.de cohabit.cler.& mulier.Cep.in consi.26.nu.
30 5.180.nu.2.& 227.numero decimo , &† de indebito
debitum,lege prima,ff.de conditio.indeb. Cephal.in
31 allegato consi.180.nu.4.& de albo nigrum,† & e conuerso.Bald.in c.nostri.de elec.Ias. in l.Iulianus uerũ
debitorem in secũdo notabili ff.de cond.indeb. Cur.
iun.in consi.177.nu.12.Maran.in tract.de ord.iud.in
6.par.in §.expedita,nu.192.Ceph.in cõnsi.162. nu.8.
Bursat.in consilio quinquagesimo nono,numero pri-
32 mo,&†sit tantæ auctoritatis & potentiæ,quod naturalia uincula mutat,& falsum in uerum non essentialiter sed quoad effectum:Bal.in capitulo in præsentia
de probation.Curt.Ias.& Maran. ubi supra . habet
33 †preiudicare etiam agnatis successoribus , & sic
ipsi illustri Comiti domino Ioanni Baptistæ , argumento eorum quæ notantur per Alexand. & alios
in l.filiusfamilias.§.diui.de legat.primo,dum inqui-
34 unt,sententiam†latam super re prohibita alienari cõtra prohibitum,prẽiudicare,eo etiam non citato, ad
quem ea res prohibita alienari transferri debet per fideicommissum , quam sententiam uti communem
amplectitur Ripa in responso 161. numero sexagesimo , & eam magis communem tradit . Didac.
Cuar. quæstion. capitulo decimotertio , numero
35 sexto , quam † dicit procedere si successor scientiam litis motæ contra uasallum defunctum nõ habuerit.Oldrad.in consi.nonagesimoquarto.columna
36 finali, ubi concludit , sententiam † latam contra patrem Regem præiudicare filio primogenito successuro in regno.

37 Quartò & ultimò dicitur,quòd†dictus illustris Comes dominus Ioannes Baptista exclusus fuit a dicto
feudo Angleriæ ob nõ petitam inuestituram a sua Maiestate Catolica nunc Duce Mediolani intra annum
& diem,& quod illud dictæ Maiestati sue applicatũ,
fuit,c.j.§.præterea si quis.de prohi.feudi.alien.per Feder.cap.primo,in princ.de c.Corra.Soc.iun.in consi.
76.num.78.uolumin.j.& in consilio 115.in princip.
uolumine 2.

Veruntamen diligentius omnia considerans matura deliberatione adhibita,his non obstantibus cõtrariam sentẽtiam de iure probabiliorem esse arbitror,
uidelicet,ꝙ molestari,non possit nec inquietari ualeat dictus Illustris Comes Ioannes Baptista in ipso
feudo,Arcis,Castri & plebis Angleriæ. quoniam in-
38 dubitati iuris est ; quòd †ille , qui habet instrumẽtũ
pro se , fundatam dicitur habere intentionem , cum
39 † faciat plenam fidem & indubitatam , Alex.in cõs.
37.nu.16.uol.2.Dec.in cons.439. colum. 1. Paris. in
consi.119 nu.39.uolum.3.Cephal.in cons.180. num.
40 14.225. nu.29.& in cons.289.nu.10.necnon † probationem probatam manifestam & euidentissimam,
ita quòd non indiget discussione fori , & de eo dici
41 potest , noli me tangere, & quòd † vbi est casus instrumenti,de eo non est dubitandum, sicut de casu legis , ut latissimè apud Tiraq. in trac. de retrac. folio
mihi 393.dixi in cons.75.nu.19.uol.2.& in cons.57.
nu.2.uolu.3.sed Illustris Comes Ioãnes Baptista Borromeus habet instrumentum uenditionis aliàs factæ
de dicta Arce,terra & plebe Angleriæ per uniuersitatem Mediolani quon.Illustri Comiti Vitaliano Borromeo,una cum instrumento confirmationis ipsius
uenditionis factæ per quon.Illustris. Franciscũ Sfortiam Ducem Mediolani cum clausulis ex certa scientia & de plenitudine potestatis, quæ cum nõ sit facta
in forma communi , habet uim nouæ dationis,ut in-
42 fra dicetur,ergo ei standum est, cum pro eis sit omnis præsumptio,nisi apertissimis,plenis,& concludẽtibus probationibus de contrario appareat.l. cũ precibus.vbi glo.C.de proba.Bero. in cons.147. nu. 34.
vol.2.& 151.in fi.uol.1.Port.in cons.136.nu.6.

Nec habet obstare, ꝙ uenditio ipsa fuerit nulla ex
defectu potestatis,quæ in quocunque actu requiritur
c.super eo de offi.deleg.Quoniam facta ab Agẽtibus
vniuersitatis Mediolani,quæ non erat directa domina dictæ Arcis,terræ & plebis Angleriæ sed tãtum Im-
43 perator, quo casu cum præmissa†uẽditio facta reperiatur de re prohibita alienari,& ad se non spectante,sed ad Cæsaream Maiestatem,dicendum uidetur,ꝙ
ea non ualuit,nisi in præiudicium uendentis.l.rem alienam.ff.de contrah.emp.gl.in l.si quis alienã. ff. de
ac.emp.Alex.in cõs.69.in prin.uo.4.& in cõs.157.nu.
9.uol.6.Quia respondetur,quod etiam dato quod cõ-
44 clusio prædicta sit uera,tamẽ ꝙ†ea nõ procedit, ubi
uenditio rei alienæ facta fuisset presẽte domino a nõ
domino tunc ualet Io.de Imol.in l.quæ dotis.ff.solu.
matr.ubi inquit,quod ualet uenditio ad preiudicium
domini presentis,si dicat,consentio saluo iure tertij
45 uel nisi interuenerit taciturnitas domini,cuius res uẽditur per alium ipso sciente.Dyn.in l.2. in §. uoluntate.& Bar.in d.l.quæ dotis.in pen.col.ff.solu.mat.notatur in l.Gaius.ff.de pign.actio.Bal.in l. quoties. la j.
46 col.j.uersi.quero nunquid C.de fideicomm.uel† ratificatio & confirmatio ueri domini.§.contra.instit.
quib.alien.non licet.ibi. Sed hoc forsitan ideo uide-

tur fieri, q̃ uoluntate debitoris intelligatur pignus a
lienari.l.uolũtate, in fi.ff.quib.mod.pig.uel hypo.so-
lu.Petr.Rebuff.in repet.l.pen.nu.425.C.de sent. quæ
pro eo &c.sed in præsenti casu contractus uenditio-
nis.Arcis, terræ & plebis Angleriæ fuit confirmatus
per quon.Illustriss.Franciscum Sforciam Ducem Me
diolani, tunc directum dominum Angleriæ, cuius
47 † confirmationis natura est, confirmata roborare &
nõ infringere.Soc.iun.in consi.192.nu.22.uol. 2. er-
48 go negari nõ põt quin ualeat, cum † in Ducatu Medio
lani omnia poterat, quę Imperator in uniuerso orbe.
Paul.de Cast.in consi.225.in fi.Curt.Sen.in consi.61.
col.4.73.in 5.dub.& in consi.101.nu.3.Ias.in consil.
76.col.3.uol.1.& in cõsi.102.col.3.uol.4.Paris.in cõ
si.secundo, col.2.uol.secundo: Soc.iuni.in consi.92.
numero secundo, uol.secundo, & in consi.126.nume.
21.uolum.3.Corn.in consi.127.uol.2.Ripa in respon.
217.in fi.Curt.Iun.in consilio 101.num.3.& hanc es-
se magis communem inquit Soci.iun.in consilio 65.
49 numero 6.uolu.3.ubi † tradit dispositionem l.bene a
Zenone.C.de quadr.præscrip.etiam locum habere in
Duce Mediolani, sed Imperator in uniuerso orbe con
cedere potest alienationes Castrorum in feudare, &
confirmare cõtractus.ergo & Dux Mediolani, in suo
statu & dominio.Ang.in consi.217.ubi ait, q̃ Comes
uirtutũ Dominus Mediolani censetur supremus Prin
ceps, qui põt omnia in suo dominio sicut Imperator
Soc.iun.in consi.17.nu.9.uol.4.ubi loquitur de dona
tione facta per quon.Illustriss.Frãciscũ Sfortiã Ducẽ
Mediolani Illustriss.dominio Venetorũ, concludens
illam ualere, & tanto magis dicendum est illã ualere
cum facta reperiatur non in forma communi, sed cũ
clausula ex certa scientia & plenitudine potestatis,
50 † quæ clausulæ in cõfirmatione positæ tribuunt ius.
Bar.& alii in l.& q.a.ff.de iurisd.om.iud.Imol.in c.in
ter dilectos.in gl.in uerbo appellari.de fide instrum.
51 ubi † confirmatio facta modo præmisso dicitur noua
datio. Dec.in rub.de confirm.utili uel inutili.in cõsi.
341.nu.2.516.col.3.in prin.& i cõs.649.col.fi.Alex.
in cõsi.30. nu.8.uersi.tñ contrariũ sentio. uol.5.Bos.
in suo trac.crim.in tit.de Principe.nu.354.ubi cõclu
52 dit, q̃ † quando confirmatio est facta cum clausula ex
certa scientia, nõ põt apponi manus ad illum actũ pre
terquam a Principe confirmante, & quod ubi actus
qui confirmatur esset nullus, tribueret ius, secus si cõ
firmatio facta fuisset in forma communi.Socin.iun.in
consilio.32.nu.14.uersi.prędicta igitur.uol.3.ubi con
53 cludit † confirmationem facta ex certa scientia con-
firmare quod inualidũ & nullũ est.c.1.c.ueniens. ubi
gl.& Doct.de transac.& tribuere ius de nouo Bart.in
l.more.in 2.opposi.quem ibi sequuntur communiter
Scribentes.ff.de iurisd.om.iud.& gestis nõ subsistenti
bus tribuere originem, & ea in esse producere si nul-
la per prius fuissent, & quod debet attendi confirmãs
& non cõfirmatũ.Bar.per illũ tex.in l.si quis priore.
ff.ad treb.Paris.in consi.29.nu.17.uol.3. Ripa in re-
spõso 154.nu.2.&.7.Curt.iun.in cõsi.108.nu.6. Cro.
in l.omnes populi.nu.117.de iust.& iure.Dec. in cõsi.
341.nu.6.in fi.& 516.col.3.& eo maxime id recipien
dũ uenit, cũ in cõfirmatione prædicta sit inserta tota
substantia dictæ uenditionis. Dec.in c.uenerabilis.in
prin.& in c.porrecta.de cõfir. utili, uel inutili.Paris.
in cõsi.3.nu.48.uol.4.Rui.in cons.196.nu.6.uol.1.Ce
54 ph.in consi.170.nu.50.ubi fortius dicit, q̃ † licet non
esset expressa clausula ex certa scientia in cõfirmatio
ne, tñ si ea facta est cũ narratione rei cõfirmatę, cẽset
55 facta ex certa sciẽtia. Accedit quoq; q̃ confirmatio
ipsa facta est ẽt cũ clausula de plenitudine potestatis,
quę ubi apponit per Principẽ nihil opponi põt, q̃d
gratiã annullare habeat.Bal.in procmio decreta.col.
56 4.dixi in consi.71.nu.49.uol.2.& stante tali clausula
non potest dici Principi, cur ita facit. Bal.in prælud.
feu.col.9.uersi.sed pone.Dec.in consi.373.nu.8.191.
nu.3.Ias.in l.rescripta.C.de precib.Imper.offer. Soc.
iun.in cõsi.76.nu.28.uol.1.dixi in consi.1.nu.68.uol.
57 3 Nã † plenitudini potestatis principis nihil resistit.
Nam si libet licet.Bal.in c.1.col.11.de constitut.in cõ
si.333.circa principium.in 1.uol.in l.2.in 7.col.C.de
58 seruit.& aqua.ubi † plenitudo potestatis principis
nulli necessitati est subiecta, nullisq; iuris publici re
59 gulis limitata, & † quidem de plenitudine potestatis
etiã absolutæ, quę clausula operatur, ut Princeps pos
sit mutare rerum naturas.Affl.in c.1.§.similiter.num.
60 88.de c.qui cur.uend.Princeps † n.habet duplicẽ po-
testatẽ, uidelicet, ordinariã, & absolutã, quæ absolu-
ta nõ est sub lege, nec quoad obseruantiam, nec quo-
ad uinculũ de iure positiuo.Paris.in cõsi.1.nu.29.uol.
1.Cur.iun.in consi.1.nu.19.& ideo inquit Ias.in con-
61 sil.101.col.8.in prin.uol.4.q̃d † quando princeps ap
ponit clausulam de plenitudine potestatis ẽt absolu
tæ in concessione immunitatis, temerarium & quasi
sacrilegiũ est de ualiditate ipsius immunitatis amplius
disputare.l.2.C.de crim.sacr.Socin.iun.in consi. 17.
62 n.8. uol.4.ubi dicit, quòd † ex talibus uerbis clarè cõ
stat, principem tertio uoluisse præiudicare, & præses
63 tim hoc uerum esse arbitratur, cũ † dictę clausulę sint
geminatę, quæ plus operãtur, quã simplex funiculus.
argu.eorũ quę notãtur per Scribentes in l. balista.ff.
ad treb.& per Bar.in l.cum scimus.C.de agricol. &
censib.lib.10.Docto.in c.1.de treug.& pacę.Deci. in
consi.373.nu.8.Paris.in consi.3.nu.91.& tanto magis
64 id procedere debet, cum etiam † sit clausula supplen-
tes omnes defectus, quæ singulos defectus iuris posi-
tiui tollit, quamuis non specificator.Ioan.And.in c.
1.de transac.Alex.in consil.101.nu.4.uol.6.Curt. Sen.
in consi.65.col.9.quæ quidẽ clausulæ iunctę cũ aliis
65 præcedentibus magis debẽt operari † cũ sint nedũ ge
minatę sed triplicatę, per quas manifestissimè demon
stratur, quãta fuerit enixa uoluntas principis.cõfir-
mantis & de nouo dantis.Dec.in cõsilio.504.colum.
fi.in princ.Craue.in consi.54.colu.2.Paris.in consil.
3.nu.91.uol.4.

Secundò principaliter dicitur, quod dictus Illu-
striss.Dux.Frãciscus potuit infeudare Illustrẽ quõdã
Comitẽ Philippũ Borromeũ antecessorẽ ipsius Illu-
striss.Comitis Ioãnis Baptistę de dicta Arce, terra &
96 plebe Angleriæ: Nã si potuit quod ẽ plus multo ma
gis quod est minus.regul.cui licet.de re.iu.in 6.Paris.
67 in cons.107.nu.82.uolum.3.Plus, quia † etiam donare
poterat de rebus Ducatus, dummodo non tende-
rent in magnam diminutionem status lege prohibe-
re.§.sicut qui aliter.ubi Bart.ff. quod ui aut clam.no.
in c.intellecto, de iureiur.dixi in consil.1. nume. 107.
cum pluribus sequentibus.uolu.1.ergo quod est mi-
nus, & sic infeudare, ut in specie notatur.in c.1.§.1. cũ
seq.qualiter.feu.olim feu.olim.pote.alie.Alex.in cõ
si.1.nu.17.& 18.uol.5.ubi loquẽs de Illustr. Ducis Ferra
rię respectu feudi Ciuitatis Regij sibi concessi, cõclu
dit q̃ potuit cõcedere in feudũ seu subinfeudare ter-
rã Sancti Thomæ Nobilibus de Gõzaga.sequitur Soc.
iun.in cons.126.nu.6.uol.3.De infeudatione aũt cõ-
stat ex instrumento celebrato de anno 1450.die quin
to Maii ubi postquãm illustrissim. Franciscus Sfor-
tia Dux Mediolani.Angleriæque Comes confirma-
uit omnes uenditiones factas quond. Comiti Vita-
liano de Borromeis per Communitatem Mediola-
ni illustriss.quond.Comiti Philippo eius filio, sub-
iungit uerba infrascripta. Et omnia & singula, de
quibus

quibus supra fit mentio per prælibatum Illustriss. Principem uisa, lecta & examinata, quæ hic pro expressis specialiter haberi uult & intendit, factaque super his omnibus & singulis debita & solemni deliberatione & cum maturo consilio ad petitionem, instantiam & requisitionem prædicti militis & Comitis D.Philippi, & flexis genibus coram prælibato Illustriss.D.Duce Mediolani constituti stipulantis ac petentis renouationem suprascriptorum omnium, & offerentis debitam recognitionem & iuramenti fidelitatis debitum, laudauit, approbauit, cõfirmauit, ratificauit & renouauit, ac approbat, laudat confirmat, ratificat & renouat prædicta omnia & singula suprascripta, & de quib. supra fit mentio, prout iacent ad literam de uerbo ad uerbum, & ex abundanti ad cautelam ac de nouo, in quantum expediat, & prædicta omnia & singula innouando & omnibus modo, iure, uia & forma, quib. melius potuit & potest inuestiuit nomine suo &c. & postea infra dicitur. in feudum perpetuum, liberum &c. deinde etiam sequitur. eo tenore fecit & facit prælibatus dominus Dux præsentem renouationem, ratificationem, feudalem inuestituram &c.

Verum quia totus pondus præsentis consultationis consistere uidetur in remouendo ea, quæ ex aduerso allegata fuerunt, Iõ ad illorum resolutionem me conuerto. Et ad primum argumentum respondendo dico, ꝙ etsi alienatio Arcis, terræ & plebis Angleriæ erectæ in Comitatum per Vincislaum Imperatorem, non fuerit facta cum consensu Imperatoris, tñ ꝙ illa ualuit, præsupposito ꝙ eius consensus necessarius fuisset; quia communis est scola
68 doctorum, ꝙ † licet alienatio feudi (prout est istud Angleriæ) facta sine consensu domini directo sit ipso iure nulla, tamen intelligitur Cæsare sic uolente, de cuius præiudicio agitur, & ita petẽte. ut est decis. Bald. in l. fi. in fi. C. de reuocand. donat. Bar. in l. 2. per illum tex. ibi si modo uoluerit. quem ibi sequuntur
69 tur Bal. & cæteri. C. de iure emphi. ubi † priuatio emphiteusis ob canonem non solutum non est in facto sed potentia fieri domino uolente. Abb. in cons. 87. col. 2. uol. 2. Alex. in consilio. 173. col. fi. uol. 2. Dec. in consilio. 138. colum. 2. ubi ait, ꝙ si in inuestitura dictum sit, quòd si solutio census non fiat in die statuto, ipso facto res cadat in cõmissum, quãuis ista uerba importent, ꝙ ipso iure priuetur, tamen intelligitur domino volente. in consilio. 85. colum. penult. in princip. 144. col. pen. & in consilio 452. num. 23. Socin. Iun. in consilio. 111. columna secunda, uol. secundo, Cephal. in consilio. tertio, num. undecimo, & in consilio. 27. num. 10. ac 47 numero decimosexto, & 133. num. 95. Ruin. in consil. 25. num. 14. uolu. secundo, Brun. in consilio. 41. col. nona, uersi. sexto uidendum. Pro qua sententia facit
70 quod scribit Dec. in consilio 323. in pria. ubi † alienatio rerum subiectarum fideicommisso teuet, nisi à fideicommissario reuocari petantur, quem sequitur Osasc. in decis. sua Pedemont. 94. numero 23.
71 ubi dicit, alienationem † rei prohibitæ alienari interim ualere, donec is, in cuius fauorem fuerit prohibita, uoluerit & petierit eam reuocari. l. quoties. la prima, C. de fideicom. Allegat enim notata per Alex. in consilio. 86. in princ. uol. quarto, quem sequitur Curt. Iun. in l. edita. numero. 85. C. de eden.
72 ubi † si lex uel statutum annullat aliquem actum ipso iure in fauorem alicuius, debet intelligi, si petatur, aliàs illud remedium sibi non succurrit. sed in terminis nostris non apparet, quòd Cæsar ita uoluerit, ergo alienatio firma; & in tantum est uera
73 huiusmodi sententia, quòd † si dominus suam uoluntatem non declarauerit, nec eius hæres poterit illam declarare. Cuma. in consil. 164. colum. tertia,
74 Socin. in consilio. 66. num. 19. vol. 3. Nec † alius præter dominum huiusmodi defectum consensus obijcere potest. iuxta glo. in l. his consequenter. §. 1. ff. famil. ercis. Alex. in consilio 173. col. fin. uersi. præterea, uol. 2. Cephal. in consilio tertio, numero 122. & 133. num. 95.

Secundo respondetur, quòd in dicta ordinatione facta per prædictum Vincislaum, in qua cauetur, ꝙ Dux Galeaz, & eius descendentes non possint nec ualeant dare concedere, nec aliquo modo transferre dictum Comitatum Angleriç in aliquam personam illius descendentis, qui post obitum Ducis Mediolani succedere deberet in dicto Ducatu, & qui tunc fit & uocetur Comes Angleriæ, nullum ualidum fieri potest fundamentum, cum illa extincta fuerit per mortem Illustrissimi Philippi Ducis Mediolani, filij dicti quondam Illustrissimi Galeaz mortui sine filijs & descendentibus: Quoniam
75 clarissimi iuris est, ordinationem † limitatam producere limitatum effectum. l. in agris. ff. de acquiren. rer. dom. l. age. C. de transa. Hinc dixit Dec. in con
76 silio. 275. numero tertio, quòd † prohibitio alienationis limitata extra familiam, cessat in eis, qui sunt de familia: quia limitata causa &c. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen. & in consilio 434. nume.
77 secundo, ubi † substitutio facta filijs decedentibus in uita testatoris cessat, si superuiuant testatori, in
78 consil. 602. num. tertio, ubi † dispositio Papę limitata, si preces ueritatis nitantur, cessat deficiente cõ
79 ditione. 695. num. 16. ubi † dispensatio limitata, de præsentando personam idoneam, cessat si persona non est idonea, alibi dixit Gozad. in consil. 65. num.
80 3. quòd † limitata promissio non extenditur ad alium casum. Paris. in consilio 33. num. 48. uol. 1. ubi assignatio limitata ad eum casum, quando Castella peruenissent ad hæredes collaterales, non debet extendi ad casum, quo Castella peruenerint ad
81 alios hæredes non collaterales. Nam † unius inclusio alterius est exclusio. l. cum prętor. in prin. ff. de
82 iud. in consilio. 107. num. 17. uol. 1. ubi † absolutoria continens limitatas causas absolutionis limitatam producit absolutionem & non generalem. in consilio 32. num. 13. uol. 1. consilio 12. num. 90. cum seq.
83 uol. 1. ubi † renuntiatio facta per sororem, ut bona conseruentur in familia & nomine fratris, extinguitur mortuo fratre sine masculis, & sic cessante causa finali, ob quam facta fuit renuntiatio. consilio 19. num. 50. uol. 3. ubi loquitur de limitato consensu & limitata renuntiatione, & magis ad proxi-
84 ma Dec. in consilio 637. col. fi. ubi † prohibitio limitata, donec & quousq; filij & descendentes masculi superuixerint, cessat non extantibus descendentibus masculis. Gozad. in consilio 30. nu. 117. ubi prohibitio facta respectu fideicommissi, non extantibus descendentibus testatoris extinguitur.
85 Accedit quoque quod dici solet, ꝙ † prohibita ad tempus post illius finem censentur permissa. l. Imperator. ubi doctores. de postul. l. pater filium. §. fundum. de leg. 3. Soci. Iun. in cons. 36. num. 4. uol. 3. & in consilio 67. num. 44. uol. secundo, & 187. nu. 11. uolu. eod. & in materia prohibitionis. Alex. in consilio 55. num. octauo, uol. 3. quem sequitur Paris. in consilio 25. num. 14. uol. secundo, Vnde cum in casu præsenti non constet de alia uoluntate Cæsaris
86 † non debemus à uerbis ipsius priuilegij recedere. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. fi. alii. ff. de usufru. leg. Nam

X 3 pro-

87 † prohibitio personalis, ut patet ad sensum, non debet extendi ad alias personas, ut communiter concludunt Scribētes in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. ubi
88 † prohibitio facta filijs non extenditur ad nepotes. gl. in §. nos aūt. ubi Bar. & Ang in auth. de restitu. fideic. Paris. in cōs. 25. nu. 23. uol. 2. & in cōs. 31. nu. 27. uol. eo. Soc. Iun. in consi. 31. nu. 18. uolu. 4. ubi attestaē
89 doctores ita cōmuniter tenere, & subdit, q̄ † cōcesio in Comitatū facta inuestito & filijs nō extēdiē ad alios; & eo magis hoc dicendum uenit, cū Comitatus Angleriæ fuerit cōcessus in feudū per Vinceslaū Im-
90 peratorem Illustris. Ducis Galeaz Vicecomiti qui † cōtractus feudi dr̄ esse stricti iuris, strictēq; intelligēdus ita quidē, q̄ in eo omisū habeaē pro omisso, & uerba eius propriè intelligēda, & nihil in eo subaudiendū, ut de stipulatione dr̄ in l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. obli. ut in contractu feudi firmāt Soc. in cōs. 67. col. 2. uersi. his tamen. & Soc. Iun. in cōs. 31. nu. 14. uol. 4. ergo idē dicēdū in terminis nostris. Ex pmissis igiē clara resultare uidetur resolutio, q̄ dicta prohibitio alienationis tanquam personalis & limitata in predictū Illustris. Galeaz. & eius descēdentes extincta fuit per mortem dicti Illustris. Philippi filij ipsius Galeaz sine prole.

Pariter nō obstat, q̄ dicta cōfirmatio seu noua datio non ualet tanquam facta a dicto quond. Illustriss. Francisco Sfortia, qui nullā habebat potestatē, seu facultatē in statu Mediolani faciēdi huiusmodi confirmationē, cū nō esset creatus & inuestitus Dux a culmine Imperialis: Quia duobus modis rñdetur: & Pri-
91 mò, q̄ † cum famosa & inclita Ciuitas Mediolani tempore mortis quondam Illustrissimi Ducis Philippi Vicecomitis esset libera & haberet iura Imperialia, potuit sibi creare in Ducem præfatū Illustrissimū Frāciscū Sfortiā, & eū facere suū naturalē Dominū. Bald. in c. significauit. col. j. de rescr. & in l. ex hoc iure. col. 2. uersiculo 3. quæritur, de iust. & iure. & ibi Angel.
92 columna penultima, ubi dicit, quòd † liberæ gentes, quæ non sunt sub Papa uel alio Principem, possunt sibi Regem eligere, & quod ita fecerunt Vngari, qui Cardum quendam Capitaneum in Regem elegerunt, sed paulo post obtruncarunt, quem sequitur ibi Ias. columna prima, uersic. & an quælibet. Mart. de Laude. in trac. de Principe. conclusione 414. Bald. in
93 c. 1. in 2. lectura de ind. ubi inquit, quòd † Ciuitas, quę non recognoscit superiorem, nec est spes, quod superior eam posit regere & gubernare: quia spes est sine apparatu, tunc potest se submittere ei, qui potest eam regere & tueri, & hoc potest de iure naturali; quia
94 † tutela sui corporis unicuique permissa est. l. ut uim. de iust. & iure & in capit. uenerabilem. column. quarta, uersic. Item genus. de elec. qui cum non recognosceret Imperatorem in superiorem, ut per Alexand. in consi. 30. numero. nono, uolumine quinto, & in consilio undecimo, numero nono, uolumine
95 septimo, ubi inquit † illustrissimum Ducem Mediolani, de quo ibi per eum, nec antecessores suos recognouisse Imperatorem in superiorem a tanto tempore citra, cuius initij memoria non est in contrarium. Cur. Sen. in consi. 65. col. 13. in princ. uersi. quia ad ista. & col. seq. in uersi. & sic illud fundamentum, ubi ait, q̄ nihil potest Imperator in terris Ducatus Mediolani, nisi quatenus sibi permitteretur a Duce, sicut nec posset in terris Soldani, uel turcarū, uel alterius nō recognoscentiū Imperatorē de iure uel de facto. & in consi. 48. col. 10. in fin. Niger. in l. 1. nu. 15. ff. de offic. eius cui mād. est iurisd. & omnia posset in suo Ducatu, quę Imperator in uniuerso orbe, ut per Alexa. in dicto cōsilio undecimo, numero undecimo, & in alijs locis supra citatis, potuit nedum ipsam uenditionem confirmare cum dictis clausulis ex certa scientia, de plenitudine potestatis & clausula supplentes, sed, etiam illam de nouo dare.

Secundo dicitur, q̄ si dicta Ciuitas Mediolani nō
96 erat libera, nec habebat iura Imperialia, quod † talis erectio & creatio, quamuis nulla, ualidata fuit per cōfirmationem Cæsaris, resultantem, ex uetustate tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, ut in casu de quo agitur, ubi sunt plus qua centum & uiginti anni, quod dicta creatio facta fuit, quę uetustas operatur, quod in ipsa creatione præsumatur consensus Cæsaris interuenisse. Ias. in l. 1. in quinta limitat. in fin. Ceph. in consi. 148. numero 17. ubi cōclu
97 dit, q̄ † cōsensus domini præsumitur interuenisse, qui requirebatur pro solēnitate, quia ubi apparet de substantia actus ex longo tempore, præsumitur interuenisse lege si filius. C. de pet. hæredit. ubi Bald. nam
98 † semper fit interpretatio, per quam actus sustineatur. l. quoties. ff. de reb. dub. & in consi. 273. nume.
99 141. Goza. in consi. 11. nu. 11. ubi determinat ob temporis diuturnitatē præsumi emphiteusim feudumve fuisse alienatū de cōsensu & licentia domini Aret. in
100 consi. 36. ubi † ex diuturnitate tempore præsumitur concessa licentia Cardinali de testando. sequitur Dec. in l. 1. nu. 82. C. qui admitti. in consi. 375. nu. 3. & 409. per totum. Nam, si ubi excēdit tempus triginta annorum, omne uitium censetur purgatum, quod possit cōsiderari ad annullationem actus, cap. peruenit. de empti. & uendit. Dec. in allegato consi. 409. in prin. agitur a fortiori ubi interuenit uetustas centum & uigin
101 ti annorum † quæ dicitur immemorialis. Cyn. in l. secūda, in decima quæstione, C. de seruit. & Aqua Balb. in trac. de præscrip. in secunda par. tertiæ par. princi. in sexta quæstione columna quarta, uersic. quod autem dicatur: Nec refragari uidetur, si dicatur, quod ex dicta diuturnitate temporis sumi non potest præsumptio talis, nisi interuenerit scientia Imperatoris. d. l. si filius Alex. in cōs. 9. col. fi. uol. 3. Affiic. in decis. 104.
102 in fi. ubi † allegans præsumptionem solēnitatis consensus uel licentiæ superioris, scientiam ipsam probare debet: Quia respondetur, præmissam conclusionem locum sibi non uindicare, quando res est de antiquo per tantum tempore spatium &c. quia
103 † tunc non requiritur scientia Imperatoris. Felyni in cap. de quarta. colū. fina. de præscrip. Ias. in l. Imperium. col. 9. de iurisd. om. iud. Deci. in consi. 85. colu. 2. & in consi. 496. col. 2. Curt. Iun. in consi. 91. columna secunda. Rub. Alexan. in consilio uigesimoprimo, columna secunda; quam partem uti communem amplectuntur Balb. in dicto trac. de præscriptione. in prima quæstione secundę part. 4. part. princip. Deci. in consilio 341. columna penultima. Paris. in consilio 27. numero 34. & 83. uolumine primo; & uti magis receptam. Alexand. in consilio sexto, numero 6. uersiculo. uereor tamē, uolumine primo, Ruin. in cōsilio. 66. col. 3. in princ. uol. 3. & Ant. Gabr. in suis cō. opin. in tit. de prescrip. conclusi. 1. nu. 59. in fi. uersi. te
104 nendo tamen. imò † plus dicitur, quod dicta uetusta antiquitas, nedū operatur presumptionem solemnitatis extrinsecę, sed etiam ubi ageretur de probatione tituli & substantiæ actus, cum tale tempus habeat uim priuilegii. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quotid. & æst. c. super quibusdā. §. pterea. de uer. signi. Rui. in consilio 103. nu. quarto, uolumine quinto. Soc. Iun. in consilio sexto, numero uigesimoprimo uo-
105 lumin. tertio, ubi dicit, talem † uetustatem habere
106 uim priuilegij iustè & decenter concessi. Item † & concessionis. Paris. in consilio uigesimotertio, numero

mero decimoquinto,uolumine quarto,Soci.Iun. ubi
107 supra, necnon † & pacti.Bal.in consi.315.column.
prima uolum.tertio,Auton.Gabr.ubi supra numc.69.
necnon publici instrumenti, ut in decis. Neap. 239.
108 in fi.& Anto.Gabr.ubi supra nu.70. & † tantum ope
retur,quantum Imperator cum causa.Ant.Gabr.in lo
co supra citato nu.67.dixi latè in consi.89.nu.9. cum
pluribus sequentibus.vol.2.& eo magis hoc dicendũ
venit,cum videamus,confirmationes dicti quondam
Illustrissimi Francisci Ducis Mediolani à Scribenti-
bus recipi,ut per Bologn.in cons.1.col.1.Ias.in cons.
201.col.2.vol.4.ubi loquitur de quadam immunita-
te cõfirmata per Illustrissimum Ducem Franciscum,
& in col.5.uers.item quartò,ubi formaliter sic dicit:
Item quarto, per Illustrissimum Ducem Franciscum
cum intentu Senatus iustitiæ, causa per ipsum Senatũ
diligenter examinata,dictum priuilegium immunita
tis & dictæ tres sententiæ fuerunt confirmatæ,& ap-
probatę,mandando ne contra eas quicquàm amplius
possit attentari, & sic imponendo perpetuum silen-
tium.iuxta glo.in l.si contendat.ff.de fideiuss.post qđ
non debet amplius pars aduersa audiri.Bal. in titulo
de pace Constan.§.si quis autem. in uerbo non admit
timus.Cur.Sen.in cons.48.col.20.uers. nec est incon
ueniens.ubi loquendo de tali Duce inquit, quòd po-
tuit legem ponere rebus suis in Ducatu Mediolani.

Non obstat quoque ꝙ fuerit renuntiatum dictæ Ar
ci,terræ & plebi Angleriæ Illustrissimo Duci Medio
lani per antecessores ipsius Illustris Comitis Ioannis
Baptistæ.Quia respõdetur dupliciter,& primò, quòd
109 † licet dicta renuntiatio potuerit nocere renuntian
tibus,non tamen successoribus, uenientibus ad dictũ
feudum paternum uel antiquum, per ea quæ dicunt
Isern. Aluarot.& alij in cap.1.§.si uasallus de feudo.si
110 de feudo fue.controuer.inter do.& agna.ubi † tran-
sactio facta per uasallum super feudo paterno, uel an
tiquo non nocet alijs agnatis transigentis:quia vasal
lus,licet possit transigere quantum ad sui præiudiciũ
non tamen in præiudicium aliorum agnatorum: Iac.
de S.Georgio inuest.sua,in uerbo & cum pacto de nõ
alienando.col.4.uers.quæro nunc.Curt.Iun. in tract.
feud.in 4.par.in uers.7.principaliter quæro.in fi. Pa-
ris.in cons.16.nu.37.uol.1.& ex notatis per gl.in uer
bo inuestiri.in c.1.de succes.feudi vbi notant omnes,
ꝙ renuntiatio facta de feudo, licet preiudicet renun
tianti,tamen non erit nociua filijs & agnatis.Docto-
res in l.apud Iulianum.§.si quis.de leg.1.Curt Sen.in
cons.25.col.fi.& in cons.50.col.5.& sequẽti. Dec.in
111 cons.78.col.2.& in cons.185.per totum, quod † am
pliatur etiam procedere,si in renuntiatione interue-
nisset consensus domini.Bald.& alij in c.1. in §. hoc
quoque,de succes.feud.sicut dicimus etiam de aliena
tione feudi paterni,& antiqui.ut in c.1.ubi notãt om
nes,de alie.feudi pater.

Secundò respondetur, quòd renuntiatio ipsa dici
tur celebrata per metum: quia facta nulla subsistente
causa, quo casu communiter apud doctores receptũ
112 est,quòd † ubi remittitur,uel aliquid fit, quod non
est uerisimile fieri,metus præsumitur. Bal. in l. inter-
positas.C.de transac.& in cons.204.in fi.uol.3.ubi di
cit haberi pro probato id, cuius contrarium non est
credibile,nec persuaderi potest alicui bono uiro. se-
quitur Paris.in cõs.58.nu.67.uol.4.60.nu.28.& 139.
nu.19.uol.eod.Alba in cons.74.nu.24. Craue.in cõs.
49.nu.4.ubi arguit, transactionem factam per metũ,
quia B.remisit bona ad se pertinentia ex titulo datio-
nis in solutum,quia non est præsumendũ, ꝙ quis spõ
te renunciet iura sua,ita etiam metum arguit tex.in c.
113 solicite.ubi Doctores de restitu.spolia.ubi † quando
spoliatus renuntiat ius suum,præsumitur per metum
id facere: At in casu præsenti non est uerisimile, ꝙ
antecessores predicti Illustris Comitis Ioannis Bapti
stæ renuntiauerint quondam Illustrissimo Duci Me-
diolani sponte dicto loco Anglerię cum plebe sua,
114 nulla pœnitus subsistente causa: Vnde † quod nõ est
uerisimile,repelli debet tanquàm imago falsitatis,&
attendi non debet.Bal.in l.1.C.de seru.fugi.& in ru-
brica,C.de probatio.Paris.in cons.60.nu.27. uolu.4.
Ceph.in cons.204.nu.11.287.nu.21. & in cons. 227.
115 num.37.ubi † quod verisimile non est suspectum di
116 citur † verisimile ualde cõsideratur circa materiam
ueritatis,& potissime in materia metus.Paris. in cõs.
117 139.nu.7.uol.4.Vnde † si quid uerisimile non est,iu
dex illi fidem adhibere non debet. & in cons. 10. nu.
15.uol.3.& in consi.13.nu.9.uolũ.eod.vbi quod uerisi
mile non est,præsumendum non uenit. Crau. in cõs.
43.nu.5.ubi post Bal.in cons.364.col.1. uol.3. dicit,
118 quòd † metus probatur per locum a uerisimilibus,
allegat Ioan.Andr.in c.bene. de appella. sed in casu
nostro,si bene oculis subijciantur,quæ gesta sunt,clà
rè apparebit,ꝙ nulla suberat occasio faciendi huius
modi renuntiationem ipsi Illustrissimo Duci,ergo fa
tendum uenit,sequendo sententiam Scribentiũ, ipsã
per metum factam fuisse, & per consequens ꝙ noce-
re non debeat prefato Illustri Comiti Ioanni Bapti-
119 stæ.Nam in dubio quis † non præsumitur iactare suũ
l.si cum aurum.ff.de solutio.& ideo dixit Ang.in cõs.
120 208.col.2.uers.2.probatur † fatuum esse, qui cõpro
mittit de eo,de quo modo aliquo molestari non po
121 test,ergo multo fortius † fatuus cẽsendus est, qui re
nuntiat rebus emptis per suum antecessorem.& ideo
122 dicitur,ꝙ † si uasallus superiori suo nouum præstet
iuramentum præter antiquam consuetudinem, illud
præsumitur extortum, quia alias non præsumeretur
concessisse superiori suo id,quod nõ deberet, ne suũ
iactare videatur.Ioan.And.in nouel.in c.1.de prescr.
in sexto,Bal.in cap.1.in uerbo pactiones. de pace Cõ
123 stan.ubi † indebita seruitia præsumuntur a dominis
per metum extorta,& præsertim per potentes. Alex.
in addit.ad Bart.in l.prima.§.quæ onerandæ.ff. quar.
124 rer.actio dat.ubi quoque dicit † ea non ualere, quæ
per metum Principis fiunt. secundum Bal. ubi supra,
125 quia † metus Principis est quodammodo uis precisa
quæ omnino tollit consensum,Iacob. Emilia in cõs.
126 3.nu.21.cum sequenti.Nam † si iustus metus inducit-
tur,ubi agitur de perdendo lucro. Neuiza. in cõs.47.
nu.18.Ceph.in cõs.295.nu.17.ergo multo magis ubi
tractatur de graui damno in rebus proprijs.Iacob. E-
127 milia.in cons.73.nu.10.cum † igitur ex indicijs, &
præsumptionibus metus probetur. Bald. in cons.16.
vol.3.Dec.in cons.219.col.1.in fin. & in l. in omnib.
ff.de reg.iur.Alex.in consi.98.uol.3.Corn.in cõs.41.
col.2.uol.2.Ruin.in cons.121. nu.12. uol.3. Paris.in
cons.58.nu.68.uol.4.60.nu.14.& 39.col.1. uol. eod.
Soc.Iun.in cons.47.nu.32. uol.3. quæ relinquuntur ar
bitrio iudicis.Dec.in citato cons.219.col.1. Paris.in
cons.66.nu.6.uolu.4.glo.& doctores in c.cum dile-
ctus.ff.quod met.cau.Soc.Iun.in cons.77.nu. 45. uol.
1.Ceph.in cons.295.nu.12. profectò nescio uidere,
neque imaginari:quomodo iudex iustus, & sani iudi
128 cij † qui ueritatem ante oculos habere debet.l. quod
si Ephesi.ff.de eo quod certo loco.possit aliter iudi-
care,quàm ꝙ per metum renũtiatio ipsa facta fuerit,
cum nulla præcesserit causa deueniendi ad dictam re
nuntiationem,prout in simili dixit Cuma.in cõs.68.
129 col.2.uers.nec enim unde cum ea † quę metus causa
gesta sunt rata & firma haberi nõ debeant.l.1.ff. quod
met.cau.ubi uox Dei posuit in ore Prætoris edictũ;

de

de quo in d.l.1.ſecundum Bal.in rubrica, de contro.
inueſti.in fi.uerſ.quæritur ultimò.Boer.in deciſ.110.
num.1.Pariſ.in conſ.139.nume.1. & 4.uolu.4.Ceph.
in conſ.295.nume.9.Soc.Iun.in conſ. 77.num.91. uo
lu.1.Concludendũ uenit, renuntiationem ipſam uti,
meticuloſam & extortam nullo iure ſic ſuadente mi
nime nocere poſſe præfato Illuſtri Comiti Ioanni Ba
ptiſtæ,poſito etiam quod in ipſa renuntiatione adeſ-
ſet iuramentum†metu extortum non obligat mero iu
re aliquem nec ligat, aut ſacraméta puberum.ubi cō
muniter doctores,C.ſi aduerſ.uenditio.c.quamuis.de
pac.in ſexto,a contrario ſenſu.Rui.in conſi.170.nu.
18.uol.1.Soc.iun.in cōſi.77.nu.129.uol.1.Ceph.in cō
ſi.207.nu.75.& 295.nu.18.Iacob.Emilia.in conſi.73.
131 nu.78.Nec obſtare uidetur ſi dicaſ, quod†ex quo i-
ſte poſſet eſſe metus reuerentialis,non ſufficiat ad re
ſciſsionem contractus,niſi præcedant minæ. Quia di
citur,concluſionem ipſam non procedere,ubi datur
enormis læſio,ut in caſu præſenti,ita Ruin. in citato
conſi.170.nu.17.Soci.Iun.in conſ.47.num.34. uol.3.
Cratie.in conſ.114.nu.1.Cephal.in conſ.207.nu.73.&
295.nu.13.Alba.in cōſ.77.nu.11. Nec pariter obſtat,
132 quod†talis metus illatus per anteceſſores non affi
cit ſucceſſorem:Quia reſpondetur,oppoſitum eſſe ue
rius,ut per Corn.in conſi.527.col.8. litera Q, & col.
10.litera C,uol.2.Marſ.in ſing.306.quos citat & ſe-
quitur Neuiza.in conſ.11.nu.5.Nec ét uis fieri poteſt,
ꝙ in dicta renuntiatione dicatur ſponte & ex certa
133 ſcientia: Quia dicitur,ꝙ†uerba ipſa nō operantur,
ꝙ contractus metu factus non dicatur meticuloſus.
Fulg.in conſ.176.Emilia. in conſi.58.nu.8.& 73.nu.
33.cum ſequēti.Balba in conſ. 77.Vlterius dicitur,ꝙ
134 † clauſulæ prædictæ poſitę in ipſo renũtiationis in
ſtrumento per metum facto, prçſumuntur etiam per
metum appoſitę,& ꝙ ſicut dicta renũtiatio redditur
inefficax.ita & dictę clauſulę redduntur ſine uirtute,
ut conſtat ex his,quę dicit Bart.in l.nemo pōt. col.2.
quem ibi communiter ſequuntur doctores. ff. de leg.
135 1.ubi inquit,ꝙ†renuntiationes & clauſulæ appoſi-
tæ in contracto ſimulato,& imaginario iudicantur ſi
mulatę,nullę & inefficaces.Pariſi.in conſ.53.nu.12.
uol.1.& 86.nu.35.uol.3.Ceph.in conſi.118.num.32.
136 ubi†ſi contractus principalis non tenet, nec cęterę
clauſulę.Soc.in conſi.159. col.7. uerſi. confirmantur
prędicta.ubi dicit,quòd quo errorę quis ductus fuit
ad ita cōtrahendum, eodem errore ductus fuit ad op
ponendũ illam clauſulam ex certa ſcientia.& in cōſ.
79.nu.49.uolu.4.quem ſequitur Anto. Gabr. in ſuis.
com.opin.in titulo de clauſulis cōcluſione 1.nu. 53.
Accedunt quæ ſcribit Bart,in l.fi.§,idem quęſijt.ff. de
cond.indeb.ubi dixit,ꝙ quādo quis per errorem pro
mittit,uel per errorem ſoluit indebitũ,& in cōtractu
eſt appoſita clauſula,ꝙ dominus promittens, uel ſol
uens renuntiauit conditioni indebiti & ſine cauſa,
actioni in factum &c.non excluditur per hoc à reme
dio conditionis indebiti: quia idē error, qui fuit in
principali ſolutione vel promiſſione, fuit etiam in
dicta renuntiatione,ſequitur Alex.in conſ.1.col.pen.
in l.fi.uol.6.& tanto magis dicendum eſt, renuntia-
tionem ipſam meticuloſè factam, cum Illuſtriſsimus
Galeaz.filius & hæres quond. Illuſtriſsimi Francisci
Sfortię Mediolani Dux proteſtatus fuerit, ſe nolle
inueſtire quondam Illuſtres Comites Ioannem, &
Vitalianum fratres, & filios quondam illuſtris Co-
mitis Philippi Borromei de Arco, terra & plebe
Angleria, quæ tenebant in feudum à Ducatu Me-
diolani, niſi mediante renuntiatione Angleriæ, &
eius pertinentiarum, ut conſtat ex inueſtitura eis
facta ſub anno domini 1469.die ſeptima Martij ibi.
Cum proteſtatione etiam per præfatum dominũ Du-
cē facta & interpoſita,quod aliter & alio modo præ
ſentem recognitionem & inueſtituram non feciſſet
aut facturus eſſet:Nam pōderanda eſt illa proteſtatio
ſuperioris, & ulterius ſunt etiā cōſideráda illá uerba
137 † & non aliter,nec alio modo,quę uirtutem habēt
præciſam.Soc.in conſi.251.col.4.uerſi. poſtremò. &
alia ſubſequentia non feciſſet,aut facturus eſſet, quæ
claram, & manifeſtam,ac deliberatam uirtutem ip-
ſius Illuſtriſsimi Ducis demonſtrant, quod omnino
nolebat,quod dicta renuntiatio haberet effectũ, pro-
ut habuit:Quibus ſtantibus negari non poteſt,quin di
cti Comites metu dictæ proteſtationis deuenerint ad
ipſam renuntiationem, quam nullatenus procurare
ac tentare debebat dictus Illuſtriſsimus Dux duplici
ex capite:quia tanquam ſucceſſor in Ducatu Mediola
ni debebat habere rata grata & firma,quæ per eius pa
138 trem geſta fuerunt,cum tritum ſit in iure, quòd†ſi-
cut Princeps cōtrahēs in pertinētibus iuxta morē ſi-
bi principatus cōtrauenire nō poteſt,ita nec eius ſuc
ceſſor in dignitate. Bald. in l.prima, in prima Le-
ctura circa principium ff.de conſtitut. princip. Soci.
Iun.in conſi.60.nu.29.uol.3.cōſi.1.nu.69.uol.4. 115.
nu.12.uol.2. Ceph.in conſi.23.nu.50.Iaſ.in conſil. 1.
uol.1.& ideo dixit Iacob.de Sācto Georgio in inueſti
tura ſua,in uerbo Princeps.col.1.poſt Bal.& alios in
c.1.de natura feudi.ꝙ quia Federicus Imperator pri-
mus fecit communitatem Papiæ Comitem, inueſtien
do eam de aliquibus Caſtris & terris,quod nec ipſe
nec ſucceſſor poſſunt reuocare huiuſmodi conceſsio
nem ſine culpa cōmunitatis. Ruſus in uerbo ſed an
Princeps.col.2.in princi.Alex.in cōſi.124.col.1.uerſ.
ex quibus.uol.1.ubi ait ſucceſſores imperio ſeruare,
ut contractum a prędeceſſore geſtum uenire nequeāt.
139 Nulli enim dubium eſt,quod†ſucceſſor Principis,
qui uenit ad principatum non tantum per uiam ſuc-
ceſsionis ſed electionis,ut Papa & Imperator, tenẽ
obſeruáre geſta prædeceſſoris,quatenus pertinent ad
dignitatem & officium ſuum.Brun.in conſil.1.col 4.
140 Bal.in conſi.359.uolu.1.Nam†ſi cupit mandata ſua
a ſucceſſoribus obſeruari,conueniēs eſt,ut ſuorũ præ
deceſſorum mandatis uenerationem præſtet,& cuſto
141 diam,cap.iuſtitiæ 35.q.1.& † non obſeruando dat
materiam diſſoluendi eius geſta per ſucceſſores cap.
iuſtitię 25.q.2.& ideo dicit text.in c.ſi ea 25.qō.2.ſi
ea deſtruerem,quę anteceſſores noſtri ſtatuerunt, nō
conſtructor ſed euerſor iuſtè comprobaret.item dicit
142 Bal. in conſi.226.col.3.uol.1.ꝙ † ſucceſſor Princi-
pis contrauenien factis anteceſſoris dicitur contra-
uenire ſibi ipſi,quia ſemper unum eſt imperium, dixi
in conſi.1.nu.40.cum ſeq.uol.2.

Secundò, quia cum fuerit hæres Illuſtriſsimi eius
patris ſimpliciter,ut conſtat ex inſtrumento celebra-
to de anno.1477.die 28.Decembris in prima pagina
ibi.primogenito ſuo ac legitimo hærede & ſucceſſo
143 re in uniuerſo domino &c.non†potuit uenire con
tra ordinata & geſta per patrem,ſed ea obſeruare te-
nebatur.l.cum a matre C.de rei uindica.l. uenditrici.
C.de reb.alie.non alie.Soc.iun.in conſi.72.nu.9.uol.
1.in conſilio.124.col.fi.uol.eod.& in conſil.77.num.
20.uol.1.Cum igitur iſta pateant p ro rolis is,ambigē
dum non uenit,quin dicta renuntiatio per metum fa
cta fuerit,& ſi unquam fuit uerum.quod inquit Me-
noch.in trac.ſuo de arbit.iud.caſu 136.nu.6.ꝙ metus
prçſumitur,cum quis cum ſuo ſuperiore contrahit,
id habet locum in pręſenti caſu: Quod & alio modo
comprobatur:quoniam etiam de anno 1467.die 17.Ia
nuarii Illuſtriſsima quondam Duciſſa Mediolani Blā
ca & Dux Galeaz,confirmauerunt omnes & ſingulas
con-

confirmationes factas per quoudam Illustrissimum
Franciscum Sfortiam exceptis & reseruatis pro ipsis
Dominis Ducissa & Galeaz. filio terra, loco & arce
Angleriæ quod & quas sibi omnino reddi, & restitui
liberè per prædictos illustres Comites Ioanné & Vi-
talianum ualeant: Ponderanda est illa dictio omni-
144 no† quæ præcisa est, significans ꝙ integraliter & to
taliter. Ruin. in cõs. 150. nu. 17. uo. 5. & 154. nu. 8. uol.
2. Ecce enim quomodo sine causa & totis uiribus, nul
lo iure sic suadente uoluerunt supradicti restitutio-
nem dictæ terrę, Castri cũ pertinentijs suis, ergo per
metum: Plus de anno 1477. die 28. Decembris, dũ Co
mites Ioannes & Vitalianus supplicassent pro sua in
uestitura, illamq; etiam petijssent cum reseruatione,
pacto & conditione, quòd respectu terræ Rochę An
gleriæ, & alijs nullũ intelligatur eisdem Comitibus,
uel iuribus suis præiudicium, fieri, quia prętendunt di
cta bona sibi pertinere, & spectare iuris utilis domi-
nij & tanquam infeudata & data ipsis comitibus seu
suis antecessoribus, & pro quibus aliàs plures reco-
gnitiones, & promissiones ea bona defendendi factæ
& sequutę fuerunt, ad quorum defensionem ipsa Illu
strissima Ducissa, & Dux tenentur, nõ obstantibus ali
quibus instrumentis cessionum, trãslationum seu re-
nuntiationis, aut aliter quouis modo factis per eos
Comites, qui nulliter ac sine iusta causa facta fuerũt,
& pro quibus Rocha, terra & alijs prędicti Comites
uolunt & intendunt ex nunc debitam recognitioné
facere, & iuramentum debitum fidelitatis prestare,
cũ protestatione ꝙ per eos non stat neque stabit, quo
minus ex nunc prędicta fiant, & pro factis habeantur.
prędicta Illustrissima Ducissa non consentiendo prę
dictis protestationibus & reseruationibus, sed inhæ-
rendo cessionibus & renuntiationibus iam factis, de
clarauit ꝙ recognitionem prędictam facere non inte
debat, nisi firmis manentibus supradictis renuntiatio
nibus & cessionibus, protestans suo & nomine Ducis
filij, ꝙ aliter non esset factura, nec faceret ipsam reco
gnitionem, & feudalem inuestituram. Ex quibus ver-
bis datur intelligi, ꝙ omnino dicti Principes uolebãt
dictum locum, & ꝙ aliter nõ erant facturi dictam re-
cognitionem, nisi cum dicta terra & Arce uigore cu-
ius metus, & ut fieret eis dicta recognitio. astricti fue
runt eam recipere. eo modo, quo potuerunt. Vnde stã
145 tibus supradictis, & ꝙ † dominus directus non põt
priuare uasallum nisi conuicta culpa. c. 1. de feud. sine
culpa amit. Dec. in cons. 410. nu. 12. Soc. Iun. in consi.
234. nu. 11. uol. 3. Rui. in cons. 15. nu. 9. uol. 2. Ferret. in
cons. 81. nu. 27. Afflic. in c. 1. nu. 2. de nat. feudi, Ceph.
in cons. 12. nu. 6. sequitur clara & inconcussa conclu
sio, quòd dicta renuntiatio per metum facta uidetur,
ꝙ equidem iustitię non conueniebat, cum uigore in
strumenti confirmationis paternæ, uel eius nouę da-
tionis teneretur defendere dictos Comites ab alijs, si
in dictis terra & Rocha inferreretur molestia: Nam
146 † impium est, ꝙ Princeps, qui est debitor iustitię, &
scire debet, ꝙ est positus vt iustitiam faciat, & iustum
147 iudiciũ. Affli. in rubrica, de pace tenen. nu. 7. & † qui
ius suum tribuẽdo subditis suis dicitur Imperator iu
stitię. Affli. ubi supra nu. 34. uoluerit renuntiationem
habere à feudatarijs suis sine causa uel aliquo legiti-
mo colore.

Vlterius non obstat sententia ex aduerso allega-
ta, quia duobus modis respondetur. Primò, quidem,
148 quòd † dicta sententia non fuit prædictis comitibus
contra quos fuit lata, intimata, & ideo presupposita
149 illius ignorãtia † quæ prẹsumitur. l. uerius. ff. de pro
batio. c. presumitur. de reg. iur. in 6. illa non potuit of
ficere dictis Comitibus. glo. pen. in clem. 1. de appel.
150 Ceph. in cõs. 241. nu. 52. & 56. ubi dicit, quòd † si sen
tentia non intimatur parti, dolose uidetur uersatum,
notant doct. in c. fi. de appell. Ancha. in cõs. 372. col.
fi. uersi. circa tertium.

Secundò respondetur, quòd in ea nullũ fundamen
tum fieri potest, quia cum infra triginta annos execu
151 tioni mandata non fuerat, dicto † iure esequendi
prescriptum per tale longissimum tempus: Nam siue
ex sententia descẽdat actio in factum uel iudicati ad
eius obseruantiam, ut habetur in l. actori. C. de rebus
cred. l. miles. §. qui iudica. ff. de re iud. siue cõpetat of-
ficium iudicis pro eius executione, l. minor. 25. annis
cui fideicommissum. ff. de mino. l. 4. §. ait pretor. ff. de
152 re iud. certum est, quòd † omnis actio spatio 30. an-
norum prescribitur. l. sicut. C. de prescr. 30. anno. ubi
153 in uerbo persecutione ubi † similiter idem dicit de
officio iudicis, & in specie, ꝙ executioni sententiæ
prescribatur spatio longissimo trigiuta anuorum de
cidit Ioan. And. in addit. ad specul. in titu. de execut.
Sent. §. postremò. uers. 16. Bal. in rubr. de prescr. col. fi.
uers. dubitatur: Balb. in tract. de prescr. in 4. principa
li. in uers. 30. principaliter quæro. in princ. ubi præ-
scribitur aduersus sententiam, & eius executionem.
Natta in cons. 22. per totum.
154 Tertiò respondetur, ꝙ † sententia lata contra ua-
sallum super feudo antiquo uel paterno non preiudi
cat alijs sequentibus agnatis, ad quos feudum debet
trãsire, nisi illi agnati fuerint citati, uel sciuerint cau
sam agitari cum illo agnato, ita Andr. de Iser. in c. 1.
§. si de beneficio. si de feudo. sue. contro. inter dom. &
agna. quem ibi sequuntur Aluarot. & Præpos. in cap.
si uasallus de beneficio, ubi et Afflic. nu. 20. Fely. in c.
fi. nu. 5. de maio. & obed. Curt. Iun. in trac. feud. in 7.
par. q. 7. Capic. decis. 20. nu. 23. Zas. de feudi alie. nu.
21. & in l. sæpe. col. 11. uers. quid autem de agnatis, de
re iud. Iacob. de San. Georg. in inuestitura sua in uer-
bo & cum pacto de non alienando. col. 3. in uers. quæ
ro nunquid. in fi. & hanc esse communem opinionem
attestatur Dec. in cons. 445. nu. 30. uers. 2. ad illud. ubi
inquit, Alex. tenentem cõtrarium in l. filiusfamilias.
§. diui. nu. 9. malè loqui, dum tenet contrarium, licet
affirmet hanc partem maximam habere æquitaté, &
hanc opinionem uti communem etiã sequuntur Soc.
Iun. in cons. 281. nu. 93. uol. 5. & Domtnus Osas. in de
cis. Pedemon. 158. col. 3.

Vltimò non obstat, ꝙ prædictus Illustris Ioannes
Baptista sit esclusus a dicto feudo Angleriæ propter
non petitam inuestituram in tempore præfixo à lege
155 feudali: Quia respõdetur, quòd † domini directi gra
tiosi esse debent erga suos uasallos, quando dolosè
& in contemptum domini non deliquerunt, arg. l. si
id quod. §. 1. de dona. inter uir. & uxo. c. 1. & ibi Affli.
nu. 19. de prohibit. feudi alic. per Lotha. nec eos priua
re debent feudis ex eo, ꝙ non petierint inuestituram
156 infra annum & diem, quia † caducitas, quæ causa-
tur per lapsum dicti termini, dicitur iniqua & odio-
157 sa, eo quia † qui nititur ex tempore. debet inniti ex
circunuentione temporis, & sic remedio rigoroso,
ut dicit rex. in §. nolumus. in auth. de his qui ingred.
ad appellan. & ideo refert Isern. in c. 1. quo tempore
158 miles. col. 1. quòd † in regno Siciliæ non perditur
feudum, licet uasallus non petierit inuestiturã infra
annum & diem, eo quia Princeps munificus non inte
dit angustare uasallos iuris ignaros per angustiã tem
poris: quia dicitur se defendere ex circunuentione
temporis, & quæ est iniqua, & hoc nisi uasallus face-
ret seu negligeret petere ex contemptu domini dire
cti. & Isern. ibi sequuntur omnes feudistę, Crauc. in
consi. 59. col. fi. Soc. Iun. in consi. 15. num. 15. uol. 2. &

quia

quia de hoc dixi abundè aliàs in consil. 64. uol.2.& alibi, ideo ad ibi dicta me remitto, & tanto magis id
159 fieri debet, cum† feudum illud paternum non reuer teretur ad dominum sed ad alios agnatos, ut scripsi in dicto consi.64.Bursat.in consi.91.nu.14.

Nec etiam obstare habet, quòd inuictissimus Carolus Quintus quando inuestiuit nunc Catholicam Maiestatem De Ducatu Mediolani, pariter eum inuestiuit de Comitatu Angleriæ: Quia respondetur, hoc esse plus quàm uerissimum respectu dignitatis ipsius Comitatus & directi dominij Angleriæ & eius plebis, non autem de vtili dominio, de quo erat infeudatus dictus Illustris Comes Ioannes Baptista, uel eius antecessor, quod non erat apud suam Maiestatem Ce
160 saream, quæ operantur, ut† concessio ipsius Cesaris non potuerit se extendere ad id, quod non erat ipsius
161 concedentis tempore ipsius concessionis: Nam† nemo dat quod nõ habet. l. si uniuersę. C. de leg. & ideo dicit Bart. l. sic, quem communiter ibi sequuntur Scri
162 ben. de leg. 1. quòd† si Comes cõcessit ecclesiæ quicquid iuris habet in tali loco, concessio illa non ualet & nihil operatur, nisi constet de iure concedentis, quia incertitudo impedit acquisitionem possessionis & per consequens usucapionis. l. 3. §. incertam. ff. de acqui. poss. Alex. in consi. 187. nu. 9. uol. 2. ubi ait, hoc etiam procedere, si specificetur res singulariter, & cũ expressione confinium, quem sequitur Dec. in consi. 302. col. 3. in fi. Craue. in consi. 292. col. 1. Hinc dixit Rui. in consi. 13. nu. 7. uol. 1. quòd donatio imperialis facta Monasterio Sancti Michaelis de Curia, quæ dicitur Zena, non tribuit aliquod ius ecclesię, nisi ostẽdatur, quòd illa Curia spectaret ad Cesaream Maiestatem: quia per illam Cesar uidetur tantum donasse ius quod in illa habebat. l. quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pigno. Craue. in consi. 124. ubi post Castren.
163 inquit, quod † fundans ius suum in inuestitura alterius habet probare de iure inuestientis, & istud est
164 quod dicimus† successorem debere probare de iure authoris sui: quia non sequitur, talis uendidit uel donauit mihi rem, ergo erat dominus & ius habebat in ea: Multa alia similia allegare possem, uerũ aliàs scripsi, ut in consi. 82. nu. 3. cum pluribus sequẽtibus uol. 2. & in cõs. 1. nu. 16. uol. 3. ideo ibi scripta amplius nõ repetam, ne uidear membranas occupare. Vnde ex his concludendum omnino esse arbitror, cum Comitatus Angleriæ sit quid separatum & distinctum à dicta Arce, terra & plebe, prefatum Illustrem Comitẽ Ioannem Baptistam, pro quo militat omnis ius titia, & ęquitas, in ipsa Arce, terra & plebe in pace dimittendum, prout firmiter credendum est, Maiestatem suam sic facturam, cum moris semper sui fuerit iusti
165 tiam facere† ut Regi conuenit 23. q. 5. c. Regum. & ipsius terminos non egredi Isern. in procem. constitutionum. in 2. charta bonaque fidelium nõ percipere. Affli. in c. Conradus nu. 4. de prohi. feudi aliẽ. per Lotha. & uasallos suos ab oppressionibus defendere.

Deo gratias.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

Omnes sunt Quaterniones, præter X, qui est Ternus.

Tabula per se patet.


VIS IN VIRTVTE COELESTIS